Digitized by Google

LIII
F.
5.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LIII
F
5
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THOMÆ DEMPSTERI

DE

ETRURIA REGALI.

Digitized by Google

Digitized by Google

THOMÆ
DEMPSTERI
A MURESK SCOTI

Pandectarum in Pisano Lyceo Professoris
Ordinarii

DE

ETRURIA REGALI
LIBRI SEPTEM

Opus Postumum

IN DUAS PARTES DIVISUM

Tomus Secundus

Posteriores quatuor Libros comprehendens.

FLORENTIÆ. M.DCC.XXIII.
TYPIS REGIÆ CELSITUDINIS

Apud Joannem Cajetanum Tartinium, & Sanctem Franchium
CUM APPROBATIONE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNES GASTO
MAGNVS DVX ETRVRIAE

REGIA CELSITUDO.

N LUCEM editurus Volumen ſecundum Tractatus de Etruria Regali, ad Te, Sereniſſime Princeps, accedo. Patriæ ſcilicet Veſtræ monumenta; Patri Patriæ

oblatu-

oblaturus: operiſque, quod favente Coſmo Tertio inceptum erat, partem alteram Tibi in patrocinium commendaturus. Nefas autem mihi ſit de Coſmo III. mentionem feciſſe, niſi ante omnia pro ſumma, qua erga ipſum ferebar pietate, manibus ipſius juſta, quæ poſſum, perſolvam. Quanto ille ſtudio ſubditorum ſuorum commodis invigilare ſolitus! Quanta cum patientia, vel pauperrimo cuique aures præbere, ne quid cuiquam deeſſet, quod vel juſtitia poſtularet, vel miſericordia! Quantum ille erga advenas comis erat, & hoſpitalis! Quanta cum prudentia Etruriam ſuam, ſeviente cir-

cum circa

Digitized by Googl

cum circa per Italiam bello, incolumem ſervavit! Tu autem, Clementiſſime Princeps, tanti Parentis digniſſima ſoboles, & gentilitiis exemplis, & virtute propria inſtructus, ad rempublicam capeſſendam accedis. In ea autem incidiſti tempora, quæ quamvis bellorum tumultibus vacua, tranquillitatem tamen pacis tantum imitantur; adeout curæ Veſtræ nedum conquieſcere, quin excitari potius, & intendi videantur. Liceat vero mihi Regiam Veſtram Celſitudinem rogare, ut inter curarum relaxamenta hunc quoque librum habere dignetur. Nullus dubito, quin ſi quando Tibi a publicis negotiis

Digitized by Google

vacua ſit hora, literario nonnunquam in otio lubens eam tranſigas. Hoc mihi ſuadet indoles gentis Mediceæ: hoc ſuadet prioris vitæ Veſtræ conſuetudo. Memini enim cum ante aliquot annos Florentiæ eſſem, inter alias otii Veſtri exercitationes, hiſtoriam rerum noſtrarum (pro ea quæ palles linguarum peritia, quæ Principem maxime decet) lingua Anglicana ſcriptam, attentius Te volviſſe; Commentarios ſcilicet præclariſſimi Comitis Clarendonii de noviſſimis Bellis noſtris Civilibus: Auctoris ſane graviſſimi, Romaniſque melioris ævi Scriptoribus, & dicendi arte, & pingendis hominum moribus,

animo-

Digitized by Google

animorumve characteribus, comparandi: Et illo quidem in libro virtutum & ſcelerum extrema obſervaſti: in hoc, quem legendum nunc offero, Auctoris antiquarii criticive partes agente, potius quam Hiſtorici. Clarendonianam eloquentiam non invenies; ſed Patriæ Veſtræ gloriam videbis ab indubitatis monimentis per plurima ſecula deductam, ſtiloque ſimplici & aperto, ipſiſque rebus accommodato deſcriptam. Ut ne quid vero operi, a Dempſtero tam præclare incepto, deeſſet, quamquam teſtimonia, a probatis Auctoribus Inſcriptionibuſve copioſe ab ipſo collecta, ſufficere poſſe videantur; curavi tamen,

ut quid-

Digitized by Google

ut quidquid undique per omnes Etruriæ Regiones, Romæve, aut aliis in locis opere anaglypho Etruſcæ ſupereſſet memoriæ, id omne deſcriberetur, tabuliſque æneis incideretur, facto prius per ſeveriſſimam Criticen examine, ne quid ſpurium ſuſpectumve operi irrepe-ret. Quod ſi meis ſumptibus effectum eſt, ut hiſtoria illa, & pura & ornata prodeat: ſi per me effectum eſt, ut Patriæ Veſtræ Aborigines, veterum ſtatuarum ad inſtar fractis membris, & truncis corporibus, genuini tamen, & in ipſis ruinis decori, quaſi in unum Gazophylacium repoſiti in conſpectum Tibi prodeant. Hoc mei er-

ga nomen

Digitized by Google

ga nomen Etruſcum amoris, hoc ſummæ meæ erga Te, Sereniſſimumque Patrem Veſtrum, obſervantiæ qualecumque teſtimonium benignus accipe, & qua humanitate benevolentiaque me, cum, regnante Coſmo, Florentiæ eſſem, excipere ſolebas, eadem & Dempſtero favere digneris. Tu autem, Clementiſſime Princeps, ut longævus terris interſis, feliceſque Populos dulci jugo di tiſſime contineas, votis omnibus exoptat

REGIÆ TUÆ CELSITUDINIS

Londini Idib. Februar. MDCCXXIV.

Obſequentiſs. & Humill. Servus
THOMAS COKE

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX CAPITUM

Hujus Secundi Tomi.

LIBER QUARTUS

CAP. I.

ETruriæ ſecundus ſtatus: antea Regnum: facta Provincia Romana anno U. C. quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto: viribus penitus fractis ad Vadimonis Lacum. pag. 3.

CAP. II.

Etruria Provincia a quo magiſtratu regeretur, Conſule, Proconſule, Prætore, Rectore; an Correctore Conſulari Poteſtate, qui ſtatua erecta honorabatur. pag. 5.

CAP. III.

Chorographica Etruriæ deſcriptio. pag. 8.

CAP. IV.

Etruriæ montes præcipui: Promontoria: Valles. pag. 9.

CAP. V.

Etruriæ flumina omnia, & rivi: antiquæ appellationes novis redditæ. pag. 14.

CAP. VI.

Etruriæ Lacus, & in iis notanda antiquitus. pag. 23.

CAP.

CAP. VII.

Etruria inter Italicas provincias quo loco ponatur: & provinciarum nundinatio. Obiter Italia vetus descripta, & nova illustrata. pag. 26.

CAP. VIII.

Etruria divisa olim in populos, aut urbes, numero quidem, pro temporum conditione, varias, sexdecem, quindecim, octodecem: verius tamen in duodecem, & quæ illæ fuerint. pag. 37.

CAP. IX.

Plures fuisse olim, ut in Etruria, ita tota in Italia urbes, quam nunc sint: & Etruriæ quidem supra centum, quæ vel interierint, vel alienæ sint ditionis. pag. 42.

CAP. X.

Veii, una e XII. Etruriæ urbibus, cum Romulo bella suscepit: a Camillo anno Urbis 358. decennio obsessa, expugnata: Romæ vicina: rupi imposita: pæne sedes eo suas Romani transtulerant: augures ibi locati, figlinæque artifices: ager Vejens: vini ignobilis ferax, & gemmarum. pag. 45.

CAP. XI.

Tarquinii una e XII. Etruriæ urbibus: Reges Tarquinii inde profecti: variis cladibus Romanos affecit: trecentos milites bello captos immolavit, quare & ipsa deleta: situs, & potentia: vivaria cervorum, caprearum, & ovium ferarum: plastice hic inventa, & auguria. pag. 49.

CAP. XII.

Faleria una e XII. Etruriæ urbibus, cujus populi Falisci Junonem colebant: a Græco Alæso orti, bello clari, opibus nobiles, victi deletique: non ibi, ubi hodie Mons Flasconis, sed multis millibus inde: Hirpia ibi familiæ mirum: Æqui dicti: leges Romanis dederunt, victimasque, farcimina, & linum, & præsepium usum. pag. 52.

CAP. XIII.

Vetulonia, una e XII. Etruriæ urbibus, & populi Vetuloniatæ: penitus intercidit, ac ne situs quidem, aut locus ruinæ certus: fasces magistratuum invenerunt, ut & secures, curulem, prætextam, & tubam. pag. 55.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XIV.

Populonia, una e XII. Etruriæ urbibus, Volaterranorum Colonia: res claras terra marique gessit: Syllanis temporibus deleta: non ad ostium Umbronis sita: portu opportuna: Episcopatu clara, qui Massam translatus: Sancti. pag. 56.

CAP. XV.

Corytbus, una e XII. Etruriæ urbibus, Regum sedes: funditus interiit: ex ejus ruderibus crevit Cortona, & fortassis Arretium. pag. 60.

CAP. XVI.

Vulsinii, una e XII. Etruriæ urbibus: caput olim totius gentis, factis, & opibus nobilis: a monstro depopulata: igni cælesti exarsit: patria Sejani: a servis suis & libertis pæne oppressa: molas invenit: Episcopatus. pag. 61.

CAP. XVII.

Cære, sive Agylla, una e XII. Etruriæ urbibus, opibus & fama nobilis, Regum Etruscorum sedes: Cerites populi ejus, Gallos, qui Romam ceperant, præda exuerunt: Præfecturæ jus habebant: eorum tabulæ: aquæ salubritate præcipuæ: exularunt ibi Tarquinii Regis filii. pag. 65.

CAP. XVIII.

Clusium, una e XII. Etruriæ urbibus: cives Clusini veteres & novi: Regum Etruscorum sedes: a Gallis Senonibus obsessum: Labyrintho clarum, & Porsennæ sepulchro: Episcopatus, & Ducatus: Sanctis inclytum: aquæ ejus medicatæ. pag. 70.

CAP. XIX.

Fæsulæ, una e XII. Etruriæ urbibus: clara Gothorum strage: augurum Romanorum sedes: conjurationis Catilinariæ arx: a Florentinis diruta: familiæ nobiliores Florentiam traductæ: Episcopatu & Sanctis suis inclyta. pag. 73.

CAP. XX.

Lunâ, una e XII. Etruriæ urbibus, portu nobilis, ad Macram fluvium valli toti nomen dedit: aruspicum sedes: caseo, ac vino, ac marmore inclyta: Episcopatus inde Sergionam translatus: patria Sancti Eusebiani. pag. 80.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXI.

Etruriæ urbs Janiculum, Romæ, Tibride interjecto, oppositum: sedes Castrorum Porsennæ: secessus plebis, ac postea senatus. pag. 84.

CAP. XXII.

Etruriæ urbs Portus Romanus, a Claudio Imperatore condita: Episcopatus titulo ornata: & Sanctis tutelaribus inclyta. pag. 86.

CAP. XXIII.

Etruriæ urbs Pyrgi, a Pharo sic dicta, penitus periit: non est Civitas Vetus: Tusciæ olim metropolis, piscoso litore: Colonia Romana: pater Neronis Imperat. ibi obiit. pag. 87.

CAP. XXIV.

Etruriæ urbs Graviscæ, & ipsa litoralis: colonia ab Augusto deducta: ab aëris pestilentia nomen sortitur: coralio nobilis, & vino: sub adventum Æneæ, & bello Punico secundo florebat. pag. 89.

CAP. XXV.

Etruriæ urbs Alsium & ipsa Colonia Romana: litoralis: Regum Etruscorum quondam sedes: a Græcis condita. pag. 91.

CAP. XXVI.

Etruriæ urbs Regisvilla, Maleotti Regia: penitus interiit. pag. 92.

CAP. XXVII.

Etruriæ urbs Trossuli in interiori regione, non procul Vulsiniis: equestri ordini Romæ dedit initium: hodie penitus periit. pag. 94.

CAP. XXVIII.

Etruriæ urbs Thermæ Tauri in mediterraneis non longe a mari ad viam Ciminiam: & balnea Diis consecrata. pag. 95.

CAP. XXIX.

Etruriæ urbs Cossa, sive Cosa: Regum sedes: Jovem colebat: deserta, muribus cives fugantibus: clara opibus, & fortitudine: colonia, & municipium: interiit penitus. pag. 97.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXX.

Etruriæ urbs Fregenæ, non Fregellæ: & ipsa Colonia Romana, non omnino litoralis: hodie interiit. pag. 100.

CAP. XXXI.

Etruriæ urbs Centumcellæ, portu a Trajano Augusto refecto, & nomine imposito: inclyta: forte Civitas Vetus: a Saracenis diruta: a Gothis possessa, per Narsetem recuperata: Episcopatus honore cohonestata. pag. 101.

CAP. XXXII.

Etruriæ urbs Castrum Inui, a Pane sic dicta, cum prius Castrum Novum vocaretur: in litore sita, portu tamen careus. pag. 105.

CAP. XXXIII.

Etruriæ urbs Maeniæ, antiquitate nobilissima: sedes Maeanum, seu Lydorum: hodie interiit penitus. pag. 107.

CAP. XXXIV.

Etruriæ urbs Blera in mediterraneis: Episcopatus olim celebris: hodie penitus interiit: ejus incolæ Blerani, sive Blerati. pag. 108.

CAP. XXXV.

Etruriæ urbs Polimartium prope Blerам: Episcopatus. pag. 110.

CAP. XXXVI.

Etruriæ civitas Manturanum, in eodem cum Blera & Polimertio tractu: in Patrimonio D. Petri continebatur: Episcopatus. pag. 111.

CAP. XXXVII.

Etruriæ urbs Horta, sive Hortanum, aut Ortana, sive Birtona: & ipsa in Patrimonio Divi Petri comprehensa: a D. Leone Pont. IV. reparata. pag. 112.

CAP. XXXVIII.

Etruriæ urbs Herbanum: penitus interiit: putatur Oropitum, & Urbs Vetus vocari: Episcopatus. pag. 113.

Digitized by Google

CAP. XXXIX.

Etruriæ urbs Turrena, ſive Tyrrhena, aut forte Tyrſena, in mediterraneis: hodie interiit. pag. 114.

CAP. XL.

Etruriæ urbs Laribenianum: Regum ſedes: ab ea vicus Romæ nomen habuit: hodie nulla ejus veſtigia extant. pag. 115.

CAP. XLI.

Etruriæ urbs Nepe, ſeu Nepet, Cives Nepetes, ac Nepeſini: Municipium, ac Colonia, & Reſpublica, Ducatus: præclara ejus geſta, ac opes eximiæ: Epiſcopatus: Inſignia Scorpius. pag. 116.

CAP. XLII.

Etruriæ urbs Galleſium, & ipſa in mediterraneo tractu: deleta hodie: condita a Gallis, aut Halæſo: Epiſcopatus. pag. 120.

CAP. XLIII.

Etruriæ urbs Statonia: olim Præfectura: incolæ Statones, & Statonienſes: vino generoſo nobilis: hodie interiit: forte Scarlino: lapidicinæ, ac inſula fluctuans. pag. 122.

CAP. XLIV.

Etruriæ urbs Sutrium, rebus geſtis & opibus clara: Colonia Romana, cognomento Juliæ; ſed & municipium: cives Sutrini: Epiſcopatus & Archiepiſcopatus. pag. 124.

CAP. XLV.

Etruriæ urbs Tyrus, in mediterraneis ad lacum Vulſinienſem: hodie penitus deleta: D. Chriſtinæ martyrio inclyta. pag. 128.

CAP. XLVI.

Etruriæ urbs Feſcennium: carminum nuptialium inventione celebrata: horum Poëta Anianus Faliſcus: hodie penitus diruta: non fuit civitas Caſtellana. pag. 130.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XLVII.

Etruriæ urbs Ferentinum, vel Ferentium, aut Ferentiæ patria Othonis Imperatoris: Colonia Romana, & municipium: Ferentini cives: Episcopatus. pag. 132.

CAP. XLVIII.

Etruriæ urbs Artena in agro Vejenti: penitus intercidit, nec ullum vestigium extat. pag. 134.

CAP. XLIX.

Etruriæ urbs Ocriculum, seu Ocricula, ad Tibridis ripas: a Desiderio Rege capta: tribus Romana ab ea dicta: penitus deleta: Episcopatus. pag. 135.

CAP. L.

Etruriæ urbs Veletes, velitum inventione celebris, periit. pag. 137.

CAP. LI.

Etruriæ urbs Solonium: penitus interiit. pag. 137.

CAP. LII.

Etruriæ urbs Sudertum, & Sudertani: hodie periit. pag. 138.

CAP. LIII.

Etruriæ urbs Feroniæ Lucus, & a Dea nomen sortita: Colonia Romana: interiit. pag. 138.

CAP. LIV.

Etruriæ urbs Syrentium, sive Syrcentum: penitus interiit. pag. 140.

CAP. LV.

Etruriæ urbs Aræ Mutiæ, seu Aræ Murciæ: penitus deleta. pag. 140.

CAP. LVI.

Etruriæ urbs Saturnia, Colonia Romana, & Præfectura: populi Saturnini: nomen retinet. pag. 142.

CAP. LVII.

Etruriæ urbs Crustumerium, seu Crustumerium, aliaque in Latio, tertia in Sabinis: Tribus Romanæ nomen dedit: ager feracissimus, pyrorum, & fœni: Lucum Martis habet: hodie penitus interiit. pag. 143.

CAP. LVIII.

Etruriæ urbs Caletra, sive Calletra: penitus interiit. pag. 144.

CAP. LIX.

Etruriæ urbs Cœna, sive Cœnurea, valle alta nobilis: interiit. pag. 145.

CAP. LX.

Etruriæ urbs Cortuosa, sive Cortuossa, in agro Tarquiniensi: penitus a Tribunis militum delata. pag. 146.

CAP. LXI.

Etruriæ urbs Contenebra, sive Cortenebra: penitus excisa. pag. 146.

CAP. LXII.

Etruriæ urbs Flavinium, sive Flavianum, potens sub Æneæ adventum: cæde Fabiorum inclyta: penitus interiit. pag. 147.

CAP. LXIII.

Etruriæ urbs Phalaris, sive Faleris, seu Falvis, & inde Falerienses: Colonia Romana, & Episcopatus. pag. 148.

CAP. LXIV.

Etruriæ urbs Lucus Albionarum, non longe Roma: interiit. pag. 149.

CAP. LXV.

Etruriæ urbs Russellæ, inter duodecim a quibusdam posita: interiit: rerum gestarum gloria celebris: Colonia, & Episcopatus. pag. 150.

CAP. LXVI.

Etruriæ urbs Tuscinatum, in agro Volaterrano, mari absumptum. pag. 151.

CAP.

Digitized by Google

CAP. LXVII.

Etruriæ urbs Labro, seu ad Herculem: Livorne *forsasse. pag.* 152.

CAP. LXVIII.

Etruriæ urbs Portus Pisanus, Pisanorum navale: opulentia & divitiis inclyta: interiit penitus. pag. 153.

CAP. LXIX.

Etruriæ urbs Triturrita, prope Portum Pisanum: interiit. pag. 154.

CAP. LXX.

Etruriæ urbs Auruntes auctores, & populus eadem nomine: interiit. pag. 154.

CAP. LXXI.

Etruriæ urbs ad fluvium Cæsias in agro Clusino: interiit. pag. 155.

CAP. LXXII.

Etruriæ urbs Novempagi, non Decempagi: falsa Rodæ: forte Balneum Regis: sed hodie interiit. pag. 156.

CAP. LXXIII.

Etruriæ urbs Fanum Lucinæ, in Agro Cæretano: penitus intercidit. pag. 157.

CAP. LXXIV.

Etruriæ urbs Troilium, opulenta: interiit. pag. 157.

CAP. LXXV.

Etruriæ urbs Fanum Voltumnæ, seu Voltunæ: celebris comitiis publicis: interiit. pag. 158.

CAP. LXXVI.

Etruriæ urbs Forum Claudii, in agro Falisco: celebris opibus: Episcopatus. pag. 159.

CAP.

CAP. LXXVII.

Etruriæ urbs Forum Cassi, ad montem Ciminium in via Cassia: sive Arsia, Mæsiaque non longe inde: interiit. pag. 160.

CAP. LXXVIII.

Etruriæ urbs Forum Aurelii, in via Aurelia: interiit. pag. 161.

CAP. LXXIX.

Etruriæ urbs Tarchonium, in mediterraneis: alia a Tarquiniis: interiit. pag. 162.

CAP. LXXX.

Etruriæ urbs Fossæ Papirianæ in via Aurelia ad mare: interiit. pag. 162.

CAP. LXXXI.

Etruriæ urbs Eba, in mediterraneis: interiit. pag. 164.

CAP. LXXXII.

Etruriæ urbs Baracellum: interiit. pag. 164.

CAP. LXXXIII.

Etruriæ urbs Bondelia: interiit. pag. 165.

CAP. LXXXIV.

Etruriæ urbs Suana, incolæ Suanenses: Comitatus, & Episcopatus: vicus exiguus nomen retinet. pag. 165.

CAP. LXXXV.

Etruriæ urbs Vicus Elbii in mediterraneis: interiit. pag. 166.

CAP. LXXXVI.

Etruriæ urbs Manliana in mediterraneis: interiit. pag. 166.

CAP. LXXXVII.

Etruriæ urbs Tigulia: interiit. pag. 167.

CAP.

Digitized by Google

CAP. LXXXVIII.

Etruriæ urbs Tiferinum Tiberinum, a Tiberi vicino appellationem fortita: interiit. pag. 168.

CAP. LXXXIX.

Etruriæ urbs Volci ſive Volcientes, aut Volcini: interiit. pag. 169.

CAP. XC.

Etruriæ urbs Amitina, & Amitinenſes populi: interiit. pag. 169.

CAP. XCI.

Etruriæ urbs Veſentina, non Sentina, aut Sentinum, quæ in Umbria, & populi Veſentini: interiit. pag. 170.

CAP. XCII.

Etruriæ urbs Larnia, ſive Larina: interiit. pag. 170.

CAP. XCIII.

Etruriæ urbs Colonia: incertum ubi loci: penitus deleta eſt. pag. 171.

CAP. XCIV.

Etruriæ Ciſtiberinæ Coloniæ, aut urbes duodecim, ac primum Cumæ, ditionis Etruſcæ, ac de ea paucula: Cumatilis Neptunus. pag. 172.

CAP. XCV.

Etruriæ Ciſtiberinæ urbs Nola, ab Etruſcis condita: ac de ea paucula: pag. 174.

CAP. XCVI.

Etruriæ Ciſtiberinæ Colonia Capua, ab Etruſcis condita, ac diu poſſeſſa, ac de ea paucula. pag. 176.

CAP. XCVII.

Etruriæ Ciſtiberinæ Colonia Volſci, adeoque tota Italia: urbeſque ea in gente a Tuſcis conditæ. pag. 179.

CAP.

CAP. XCVIII.

Etruriæ Ciſtiberinæ Colonia Capena, aut Capiona, in via Appia: porta Capena inde nomen ſortita: res magnas cum Romanis geſſit. pag. 179.

CAP. XIC.

Etruriæ Ciſtiberinæ urbs & Colonia Lucus Capenus, a Regibus Vejente & Propertio condita: nomen Portæ Triumphali dedit. pag. 181.

CAP. C.

Etruriæ Ciſtiberinæ urbs & Colonia Medulia, ſive Medullia: interiit. pag. 182.

CAP. CI.

Etruriæ Ciſtiberinæ urbs & Colonia Fidenæ, opulenta ac potens: res magnas cum Romanis geſſit: Colonia Romana. pag. 183.

CAP. CII.

Etruriæ Ciſtiberinæ urbs & Colonia Puteoli, clara olim Præfectura, & Romana Colonia: pulvis ejus mirabilis: templum Minervæ habuit: Delos minor vocata: municipium & Epiſcopatus: hodie interiit. pag. 184.

CAP. CIII.

Etruriæ Ciſtiberinæ urbs & Colonia Pompeii, clara olim, ac potens: Colonia Romana: interiit vel igne, vel terræmotu. pag. 189.

CAP. CIV.

Etruriæ Ciſtiberinæ urbs & Colonia Marcina: interiit. pag. 191.

CAP. CV.

Etruſcorum ſoboles ſunt Campani, Opici, Oſci, Frentini, & Marrucini. pag. 191.

CAP. CVI.

Etruria tertia trans Apennimum: ſuas quoque urbes duodecim habebat, omniaque circa Padum loca poſſidebat: ſoboles ejus ibi Piceni, Euganei, Rheti. pag. 192.

CAP.

Digitized by Google

CAP. CVII.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Sirmio, ſeu Sermio, ad Benacum Lacum. pag. 194.

CAP. CVIII.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Mediolanum: terræ, regioneſque vicinæ, a Gallis poſſeſſæ, ac de ea urbe pauca. pag. 196.

CAP. CIX.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Ravenna: ac de ea civitate paucula. pag. 200.

CAP. CX.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Mantua, ab Etruſcis condita: ejus claritudo, ac quædam paucula alia. pag. 203.

CAP. CXI.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Cupræ Fanum: ab Etruſcis condita. pag. 205.

CAP. CXII.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Regium, cognomento Lepidi. pag. 206.

CAP. CXIII.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Parma: ab Etruſcis condita, & de ea pauca. pag. 207.

CAP. CXIV.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Mutina: ac de ea paucula. pag. 208.

CAP. CXV.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Bononia, Fluvio Rheno inclyta: olim Felſina a Rege Etruſcorum. pag. 209.

CAP. CXVI.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Brixia, ab Etruſcis, aut Brenno condita. pag. 212.

CAP. CXVII.

Etruriæ trans Apenninum urbs, & Colonia Adria, ſive Hadria, aut Atria: penitus hodie interiit. pag. 214.

CAP. CXVIII.

Etruſcæ Viæ, quæ Roma in alias provincias ducebant: earum curatores: aggeres dictæ, quia ſtratæ lapidibus: Flaminia, Aurelia, Cornelia, Sempronia, Portunia, Vitellia, Æmilia, Caſſia, Ciminia, Claudia, Annia, Auguſta, Portuenſis. pag. 216.

CAP. CXIX.

In Etruria optimatium Romanorum Villæ & ergaſtula: Alſia, Cære, Vejens, Janiculum, Ocricola, Sutrium, Faliſci, Pompeii, Meſſallæ, Sejani, Plinii Junioris, Trajani Auguſti, Virginii Ruſi, Liviæ Auguſtæ, Lippini, aliorum: pag. 223.

CAP. CXX.

Inſulæ Etruſcæ in utroque mari: primum Ilva: ferri fodinæ, ferri uſus, & ſtrictura. pag. 228.

CAP. CXXI.

Etruriæ Inſula Pityuſa, ſeu Ebuſus, ſaccari inventione celebris. pag. 231.

CAP. CXXII.

Etruſci maris Inſulæ aliæ, raptim percurſæ: Baleares a Piſanis ſuperatæ: Colubraria, Metina, Stœchades, Corſica, Planaſia, exilii locus & Monachorum ſedes, Gorgon, Caprariaque, Igilium, Pandataria, Procbyta, Inarime, Capreæ, Gallinaria, ac de iis ſingularia: pag. 232.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QUINTUS

CAP. I.

Pisæ, sive Pisa, aut Teuta, Etruriæ urbs antiquissima, a Piseis ex Elide Græcis condita: ejus situs: Arno & Æsare amnibus clausa: opera publica, & in his turres privatorum, Turris Campanaria Meridiem versus inclinata, Campus Sanctus, cum Metropoli Ecclesia: potentia: res in Italia ac in Oriente gloriose gestæ: Colonia Romana, ac municipium: Livallia, silva proxima: Pisatiles cives: in Pontifices studium: libertatis amissio: Academia: Equitum Divi Stephani sedes: & Augurum Romanorum. pag. 245.

CAP. II.

Pisis oriundi Sancti ac Beati, Pontifices Romani: Ecclesiæ Pisanæ dignitas, ac successio Episcoporum, Archiepiscoporum, Cardinales, ac Viri in omni literatura illustres. pag. 258.

CAP. III.

Volaterræ, urbs antiquissima, ab Indigenis condita: ejus in administranda olim Republica institutum: situs: Colonia ejus, Populonia: ipsa Colonia Romana: res gloriose gestæ: quod Syllanæ proscriptioni restitisset, civitate Romana donata: Otboniana appellata, & Oëna, & Oënarea. pag. 279.

CAP. IV.

Volaterris oriundi, aut culti Sancti: Pontifices summi: Episcoporum successio: Viri scriptis aut militia illustres. pag. 284.

CAP. V.

Luca una e XII. Etruriæ urbibus primis: non in Liguribus: municipium sui juris, postea Colonia Romana: res ejus gloriose gestæ: pecunia Lucensis, ac Luculensis: variæ mutationes: Respublica libera. pag. 293.

CAP. VI.

Lucæ nati, aut culti Sancti, Pontifices, Episcoporum successio & nomenclatura, Cardinales, Viri illustres. pag. 298.

CAP. VII.

Aretium, ſive Arretium Etruriæ urbs antiqua ac potens, una ex duodecim primis, ſecundum aliquos: muro inſigni inclyta: figlinis, ac vino, ac fonte oraculi inſtar, ſtagnoque celebrata: Colonia, ac municipium: res glorioſe geſtæ: olim Reſpublica, ac Academia. pag. 308.

CAP. VIII.

Arretio oriundi Sancti: Epiſcoporum ſucceſſio, ac dignitas Eccleſiæ Arretinæ: Viri illuſtres, Cardinales, Scriptores. pag. 313.

CAP. IX.

Cortonâ, ſive Laura, aut Croton, Etruriæ urbs antiquiſſima, crevit ex Corythi ruderibus, quæ una e duodecim urbibus primis: Croton, mox Cortona: Colonia Romana: montes: res ejus geſtæ: Epiſcopatus, Cardinales, Viri illuſtres. pag. 321.

CAP. X.

Peruſia, vel Peruſium, Achæorum Colonia, aut Trojanorum, aut Mæonum: una ex duodecim primis Etruriæ urbibus, ut quidam volunt: quibus auctoribus condita: Colonia Romana: res ab ea glorioſe geſtæ: variæ ejus viciſſitudines, ac obſidio bello civili: Academia. pag. 324.

CAP. XI.

Peruſini Sancti, Cardinales, Epiſcopi, Viri ſcriptis editis illuſtres. pag. 330.

CAP. XII.

Piſtorium, antiquiſſima urbs Etruriæ, ad Piſtores dicta: Catilinaria conjuratione oppreſſa: nobilis: ſedes Præſidum Etruriæ: ejus ſitus, ac plurifariæ factiones. pag. 333.

CAP. XIII.

Piſtorio oriundi Sancti: Epiſcoporum ſucceſſio, ac Eccleſiæ dignitas: Cardinales: Viri illuſtres. pag. 336.

CAP.

CAP. XIV.

Aquila, ſeu Acula, Etruriæ urbs antiquiſſima: hodie Acquapendente. *pag.* 342.

CAP. XV.

Senæ urbs Etruriæ antiquiſſima, a Gallis condita: alia in litore maris ſuperi: colonia Romana: res ejus glorioſe cum Romanis aut inter ſe geſtæ: Academia. pag. 342.

CAP. XVI.

Senis oriundi Sancti, Pontifices, Cardinales, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Viri illuſtres. pag. 345.

CAP. XVII.

Florentia, non Fluentia, Etruriæ Metropolis: condita, ac Colonia deducta ſub Triumviris: a Totila everſa: a Carolo Magno reparata: nulla plures habuit hiſtoricos: res ab ea glorioſe geſtæ. pag. 349.

CAP. XVIII.

Florentia oriundi Sancti ac Beati: Pontifices ſummi: Eccleſiæ dignitas & Concilia: Epiſcoporum & Archiepiſcoporum ſucceſſio: Cardinales: Viri bello aut literis illuſtres. pag. 366.

CAP. XIX.

Obiter quædam obſervata, quæ iis, quæ tractavimus, ſunt ſimilia; tamen ad certa capita revocari non poterant. pag. 402.

CAP. XX.

Alia nonnulla obſervata circa Fidem Chriſtianam, & ab Etruſcis receptam Sanctis, Pontificibus, Epiſcopis, Viris claris, qui ut Tuſci fuerunt, ita cujus civitatis incolæ, ignoratur. pag. 404.

Digitized by Google

LIBER SEXTUS

CAP. I.

URbs Vetus, nupera Etruriæ civitas, nunc Orvietum: hodie Episcopatus. pag. 409.

CAP. II.

Leopolis, sive Lenopolis, moderna Etruriæ civitas, a Leone III. Pontifice auctore vocata. pag. 411.

CAP. III.

Balneum Regis; a Longobardis urbs extructa: manet hodie nomen in Episcopatu. pag. 412.

CAP. IV.

Viterbum, sive Viterbium, nova urbs Etruriæ, ex Elbii vici ruderibus crevit: sedes aliquandiu Pontificum; Episcopatus: exposa Annii deliria: Viri illustres, ac Sancti. pag. 413.

CAP. V.

Mons Flascon, seu Fiascon, aut Falconis, recenter urbs condita in Etruria: falso mons Faliscorum putatur. pag. 417.

CAP. VI.

Burgus Sancti Sepulchri, urbs Etruriæ Veteribus ignota: a peregrinis Hierosolymitanis extructa. pag. 418.

CAP. VII.

Cornetum oppidum Etruriæ perantiquum, sed urbs nupera: Episcopatus Monti Falconis conjunctus: Viri illustres. pag. 419.

CAP. VIII.

Grossetum urbs nova: forte ex ruderibus Rusellarum nata: portus maris & arte & natura munitissimus; Episcopatus. pag. 420.

CAP. IX.

Massa, urbs recens Etruriæ, oppidum olim nobile: Episcopatus Populonia eo translatus. pag. 421.

CAP.

Digitized by Google

CAP. X.

Politianum urbs nupera, forte Arretini Fidentes: Episcopatus: Viri clari. pag. 422.

CAP. XI.

Mons Ilcii, aut Ilicii, aut Alcinoi, urbs nupera Etruriæ, ditionis Senensis: Episcopatus. pag. 426.

CAP. XII.

Sarzana, sive Sergiona, nova urbs Etruriæ, ex Lunæ ruderibus crevit; varias vices perpessa: Episcopatus. pag. 427.

CAP. XIII.

Pientia, nupera civitas Etruriæ, Corsilianum prius dicta: Piccolomineorum patrimonium. pag. 428.

CAP. XIV.

Collis urbs, non ita pridem, ex oppido in Etruria facta: Marchionatus prius. pag. 429.

CAP. XV.

Oppida, ac Villæ, celebrioraque Etruriæ recentioris loca: ac quid in unoquoque nobile: qui Sancti ac viri clari: item arces ac propugnacula. pag. 430.

LIBER SEPTIMUS

CAP. I.

Portentosæ fabulæ de ortu Medicææ familiæ explosæ: ea originem non habuit a Theseo, ab Antenore, a Dardano, ab Æneâ, ab Henetis, a Græcia: adulatio scribentium fœdissima repressa. pag. 451.

CAP. II.

Mediceorum geminus ortus Florentiæ, antiquissima memoria, monimentis certissimis comprobata. pag. 453.

CAP.

Digitized by Google

CAP. III.

Medicei in aliis Italiæ urbibus florentes, & maxime Brixiæ, Ferrariæ, Veronæ, & Mediolani, quorum memoria ante annos quadringentas quinquaginta certissima. pag. 455.

CAP. IV.

Mediceorum pietas memoranda, & tres Beati ex ea gente, ROLANDUS, PHILIPPA, *&* AUGUSTINA. *pag.* 457.

CAP. V.

Medicei Florentini ad certum & historicum ordinem revocati, & quot quibusque illustribus Viris inclaruerint, obiter insignia illius gentis sæpius variata. pag. 458.

CAP. VI.

Conjectura, forte non contemnenda, de Mediceorum origine: iterum inscitiæ adulatoriæ repressæ: eorum extra Italiam claritudo præcipua, & magnitudo. pag. 462.

CAP. VII.

Principis Familiæ Medicææ successio. pag. 465.

CAP. VIII.

SILVESTER *Mediceus, Vir illustris,* AVERARDI BICCI *tertius consobrinus, ex* CLARISSIMO, AVERARDI *prioris fratre, descendens.* pag. 466.

CAP. IX.

VERIUS *Mediceus,* ANTONIUS, JOANNES *Viri illustres ex alio stipite: familiæ relegatio.* pag. 467.

CAP. X.

AVERARDUS *Medices, vocatus* BICCI, *&* JOANNES *ejus filius.* pag. 468.

CAP. XI.

COSMUS *Mediceus, cognomento* Magnus, Pater Patriæ. *pag.* 469.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XII.

BERNARDINUS & BERNARDUS *Medicei*. *pag.* 472.

CAP. XIII.

LAURENTIUS *Mediceus*, JOANNIS *filius*, COSMI Patris Patriæ *frater*, *natu minor*: & PETRUS FRANCISCUS. *pag.* 473.

CAP. XIV.

PETRUS *Mediceus*, *cognomento* Podagricus. *pag.* 473.

CAP. XV.

LAURENTIUS *Mediceus*, *cognamento* Magnificus, *parens literarum ſuo ævo dictus*. *pag.* 475.

CAP. XVI.

JULIANUS *Mediceus*, LAURENTII Magnifici *frater*: *Princeps Juventutis dictus*. *pag.* 477.

CAP. XVII.

PETRUS *Mediceus*, *familiæ princeps*, *Gallicas partes ſequutus*. *pag.* 477.

CAP. XVIII.

JOANNES *Mediceus Cardinalis*, & PETRI *frater*, *Pontifex Maximus*, LEO X. *pag.* 479.

CAP. XIX.

LAURENTIUS *Mediceus*, *Dux Urbini*. *pag.* 481.

CAP. XX.

JULIANUS *Mediceus*, *cognomento* Magnificus, *Dux Nemorenſis*, & *Eccleſiaſticarum copiarum Vexillifer*. *pag.* 481.

CAP. XXI.

JOANNES *Mediceus*, COSMI I. *Magni Ducis pater*. *pag.* 481.

CAP.

CAP. XXII.

JULIUS *Mediceus Pontifex Maximus, nomine* CLEMENTIS VII. *assumpto. pag.* 482.

CAP. XXIII.

ALEXANDER *Mediceus, primus Florentiæ Dux. pag.* 484.

CAP. XXIV.

LAURENTIUS *Mediceus, sive* Laurentiolus, *parricida sceleſtus,* ALEXANDRI *Ducis interfector. pag.* 485.

CAP. XXV.

CATHARINA *Medicea,* Regina Mater *vocata, Henrico II. Galliarum Regi nupta. pag.* 486.

CAP. XXVI.

HIPPOLYTUS *Mediceus Cardinalis,* JULIANI Magnifici *filius. pag.* 487.

CAP. XXVII.

COSMUS *Mediceus, primus Magnus Dux Etruriæ, Monarchiæ fundator. pag.* 488.

CAP. XXVIII.

JOANNES *Cardinalis, &* GARSIAS *Medicei fratres,* COSMI *Magni Ducis filii. pag.* 490.

CAP. XXIX.

PETRUS *Mediceus, Magni Ducis* COSMI *filius, in Luſitania militans obiit. pag.* 491.

CAP. XXX.

BERNARDINUS *Mediceus exul:* Jo: JACOBUS *ejus filius, Marchio Marignani:* GABRIEL *ejus frater. pag.* 491.

CAP. XXXI.

JOANNES ANGELUS *Mediceus, Marchionum frater, Pontifex Maximus,* PIUS IV. *dictus. pag.* 492.

CAP.

CAP. XXXII.

ALEXANDER *Mediceus, Pontifex Maximus, nomine* LEONIS XI. *assumpto. pag.* 493.

CAP. XXXIII.

FRANCISCUS *Mediceus II. Magnus Etruriæ Dux. pag.* 493.

CAP. XXXIV.

MARIA *Medicea,* FRANCISCI *filia, Henrico IV. Galliæ Regi nupta. pag.* 495.

CAP. XXXV.

FERDINANDUS *Mediceus, Magnus Dux Etruriæ, Cardinalatu deposito. pag.* 496.

CAP. XXXVI.

COSMUS II. *Magnus Dux Etruriæ. pag.* 497.

CAP. XXXVII.

Reliqua FERDINANDI *successio. pag.* 498.

PRÆ-

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD LIBRUM QUARTUM.

Hactenus incolas, mores, leges, linguam, religionem, Reges, ac ingenioſe inventa executus; nunc ad belliſſimam operis ſuſcepti partem diverto, & de civitatibus præſumo, quarum ne rudereta quidem multarum ſuperant, populiſque, qui victoria Romana extincti, nudum nomen nobis, tantarum opum index, reliquerunt. In quibus plus lucis eſt, quam in aliis, quia gloriam Populi Romani auget calamitas devictorum; ideoque veluti perenne virtutis ſuæ trophæum collocaturi, frequentem populorum Etruriæ triumphatorum, civitatumque expugnatarum memoriam illi fecere, qui totum orbem terrarum præclaro latrocinio deprædantes, hanc etiam validam ſemper, ſed tum ambitione cæcam, ac domi diſcordem gentem non ſuperavere modo, ſed delere funditus ſunt conati; ut jure laboret annalium fides, has urbes, quas hoc libro memoraturus ſum, potentes olim fuiſſe, ac

conſulares exercitus tam ſæpe fregiſſe. Sed in hoc quoque dabo operam: (1) Ne quid temere, ne quid imprudenter, aut ignorans affirmem, aut ſciens mentiar.

(1) L. Senec. Natur. Quæſt. cap. 30.

LIBER

Digitized by Google



Vas Fic. Altum P. R. II. in Mus. Mediceo

LIBER QUARTUS

Etruriæ ſecundus ſtatus: antea Regnum: facta Provincia Romana anno U. C. quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto: viribus penitus fractis ad Vadimonis Lacum.

CAP. I.

ETRURIA, vicina Romæ, & tantum Tibride interjecto dividua, Romanos pellexit & rerum geſtarum gloria, & agri urbiumque nobilitate, feracitate, ſitu, munimentis, ut fortiter auderent. Itaque Romulus eo animum adjecit, ut extrà Latium, tranſque Tiberim, imperii ſui fines proferret; nam, ut ait Ovid. libr. 2. Faſtor.

Nec dum ultra Tiberim belli ſonus.

Neque ingloria ea Romulo fuit expeditio; nam potentiſſimi Tuſcorum Vejentes ab eo profligati, præter Hiſtoricos omnes, idem Ovidius libr. 6. Faſtor.

Jamque ſuburbanos, Etruſcaque contudit arma
Spes erat in curſu.

Romuli exemplum inſequentes Reges conſuleſque ſequuti, acerrime eundem populum, decimo octavo tantum milliari Urbe diſtantem, bello

ſunt adorti, & ut variis temporibus, ita ambigua fortuna dimicarunt. Nec tamen ſimul cum tota Etruria certatum unquam; ſed modo unus armis petitus populus, modo in aliam civitatem translatum bellum, ut calamitas devicti unius populi gradus fieret, & veluti felix auſpicium, alterius ſubigendi. Donec tandem orta inter principes Etruriæ civitates diſſenſione, graviter labantibus partibus ſumma turbata eſt; nam *Vejentes*, *Fidenates*, *Capenates*, *Faliſci*, *Tarquinienſes*, *Coſſani*, *Volaterrani*, *Piſani*, *Feſulani*, *Peruſini*, *Cluſini*, *Atriates*, *Cortonenſes*, *Arretini*, *Lucenſes*, *Piſtorienſes*, *Vulſinienſes*, *Cæretani*, quid concordibus animis agere potuiſſent? tot in eos ſumptæ expeditiones, tot cæſi exercitus abunde loquuntur, & Hiſtorici exequuntur, Livius, Florus Halicarnaſſeus, Polybius, ſed maxime Diodorus Siculus libr. 20. Bibliothec. pag. 772. & pag. 782.

Demum anno Urbis Conditæ ſeptuageſimo quarto ſupra quadringenteſimum, Rege Ælio Volturreno, ut libr. 2. ſupra hoc opere cap. 56. dictum, totius Etruriæ coactis copiis, maxime Vulſinienſium, ad Vadimonis lacum eſt cruente dimicatum, ubi T. Coruncanus Coſ. totam provinciam Romanæ fecit dictionis, & de gente potentiſſima late jam domita triumphavit. Tabulæ Capitolinæ.

Ex quo prœlio Regnum abrogatum, & regio in formam provinciæ redacta: neque deinceps ullum bellum cum Etruſcis juſto titulo geſtum legitur, neque ullus triumphus de ea gente actus, licet variæ defectiones orirentur, quæ veteres animos loquerentur verius, quam juſti belli ſpeciem præ ſe ferrent; quin imo cum Italicum ortum eſt bellum, & arma ſumpſiſſent *Picentes*, *Veſtini*, *Marſi*, *Peligni*, *Marrucini*, *Lucani*, *Samnites*, ut ſcribit L. Florus Epitomaſtes Livianus ad libr. 72. ſoli Etruſci non inierunt ſocietatem. Vide Chronicum Caſſiodori. Scio ab Appiano Alexandrino libr. 1. Civil. Bellor. pag. 374. inter populos rebellantes poſuiſſe *Ferentanos*, qui ſunt Etruſci.

Etru-

Digitized by Google

Etruria Provincia a quo magiſtratu regeretur, Conſule, Proconſule, Prætore, Rectore, an Correctore Conſulari Poteſtate, qui ſtatua erecta honorabatur.

CAP. II.

PRovinciam fuiſſe, jam probatum: ſub quo magiſtratu, eſt diſquirendum. Ac primum *Conſularem* Provinciam eam facit Codex Præfecturarum, & obſervat vir diligens Wolfgangus Lazius libr. 2. Commentar. cap. 2. & cap. 6. Æl. Spartian. in Hadriano. Jul. Capitolin. in Antonino Pio. Julianus Aug. l. 72. C. Theodoſiano de Decurionib. Valentinian. Arcad. Theodoſ. Augg. l. 5. C. Theod. de Denunt. vel edit. reſcrip.

Proconſulatus honore etiam obtentam vel hoc argumento ſuaderi poteſt, quod reliquæ omnes Italiæ provinciæ ſub Proconſulibus fuiſſe deprehendantur. Appian. Alexandrin. libr. 1. Bellor. Civil. pag. 374. *Ἦσαν γὰρ ὡς ἔοικε τότε καὶ τῆς Ἰταλίας ἄρχοντες ἀποδεδειγμένοι κατὰ μέρη, ὁ κ᾽ Ἀδριανὸς ἄρα μιμούμενος ὕστερον χρόνῳ πολλῷ, τὸν αὐτοκράτορα Ῥωμαίων ἡγούμενος ἀνεκαίνισε, καὶ μετ᾽ αὐτὸν ἐπέμεινεν ὡς βραχύ. Apparet enim, regiones Italiæ tunc attributas fuiſſe Proconſulibus, quem morem imitatus Hadrianus Imperator, renovavit poſt ætates aliquot, non diu duraturum poſt ejus obitum.*

Tertio ſub *Prætore* erat Etruria interdum, ut diſerte docemur ex Polybii Megapolitani hiſtoria libr. 2. pag. 3. Æl. Spartian. in Hadriano: *In Etruria Imperator Præturam egit.* Vide locum, & manifeſtum eſſe fateberis, ſaltem ea ætate.

Quarto Magiſtratum Etruriæ ſub Romanis ſupremum invenio *Rectorem* appellatum. Q. Symmachus libr. 9. Epiſt. 121. *Extat vetus profeſſio Campaniæ Conſularis: extant acta apud Etruſcum confecta Rectorem, quibus docetur exactio promiſſa reliquorum.* Rutilius Numatian. libr. 1. Itinerarii ad finem:

Grata bonis priſcos retinet provincia mores,
Dignaque Rectores ſemper habere bonos.

Quinto *Correctorem* præſidem in Etruria pro Romanis faciunt. Ammian. Marcellin. libr. 15. Hiſtor. Rom. *Dynamius vero, ut præclaris artibus illuſtratus, cum Correctoris dignitate abiit: nec non corrigere juſſus eſt Tuſcos, & reliquam principis creduli militiam.* Et libr. 27. non multum poſt principium: *Hoc tempore, vel paulo ante nova portenti ſpecies, per annonariam apparuit Tuſciam: idque quorſum evaderet prodigium, periti*

Digitized by Google

periti rerum penitus ignorarunt. In oppido enim Piſtorienſi, prope horam diei tertiam, ſpectantibus multis, aſinus tribunali conſcenſo, audiebatur deſtinatius rugiens: & ſtupefactis omnibus, qui aderant, quique dicerent referentibus aliis, nullo conjectante futura, poſtea quod portendebatur, evenit. Terentius enim, humili genere in Urbe natus, & piſtor, ad vicem præmii, quia peculatus reum detulerat, officium ex præfecto, hanc eandem provinciam Correctoris adminiſtraverat poteſtate. Erat certe hic Magiſtratus toti Italiæ communis, non modo Tuſciæ. Vetus Inſcriptio.(1)

. . . . . .

. . . . . .

RELIGIOSISSIMOQVE
C. CEIONIO. RVFIO. VOLVSIANO. V. C.
CORR. ITALIAE. PER. ANNOS. OCTO
PROCONSVLI. AFRICAE
COMITI. DOMINI. NOSTRI
CONSTANTINI. INVICTI. ET
PERPETVI. SEMPER. AVGVSTI
PRAEFECTO. VRBI. IVDICI. SACRARVM
COGNITIONVM. CONSVLI

Eratque *vir clariſſimus*, ut definiunt Diocletianus & Maximianus l. 4. C. de Jur. & fac. ignor. Errat Notitiæ utriuſque Imperii auctor Scotus ille, ſive Marianus, ſive quilibet alter, qui in Italia has tantum provincias Correctoriales facit, *Apuliam, Calabriam, Brutiam, Lucaniam*, eumque ſequutus Barnabas Briſſonius; cum Etruria ſit etiam Correctorialis, ut jam probatum: & confirmat Julianus Auguſtus l. 61. C. Theod. de Decurionibus, ubi *Terentius Tuſciæ Corrector* memoratur: & l. 65. Cod. eod. tit. & alibi ſæpe: & fuſius ad mentem & rem noſtram Trebellius Pollio in Tetrico Seniore: *Pudore tamen victus, vir nimium Severus, eum, quem triumphaverat, Correctorem totius Italiæ fecit, ideſt Campaniæ, Sammii, Lucaniæ, Bruttiorum, Apuliæ, Calabriæ, Etruriæ, atque Umbriæ, Piceni, & Flaminiæ, omniſque annonariæ regionis.* Erraſſe hunc Hiſtoricum, jam antea Iſaacus Caſaubonus obſervavit; cum non totius Italiæ, verum ſolius Lucaniæ Corrector Tetricus fuerit. Fl. Eutrop. libr. 9. *Qui quidem Tetricus Corrector Lucaniæ poſtea fuit, ac diutiſſime privatus vixit.* P. Victor in Aureliano: *Hic Tetricum, qui Imperator ab exercitu in Galliis effectus fuerat, Correctorem Lucaniæ provexit, aſpergens hominem eleganti joco.* Huic adſtipulatur & alter Victor, ut ſit omnino veriſimile, Trebellium Pollionem memoria lapſum: neque etiam veriſimile erat, hoſtem paulo antea, & acie victum, tanta potentia eſſe eum cupiiſſe.

Correctorem inſuper Bruttiæ, Lucaniæque meminit Rex Theodoricus.

(1) Apud Grut. pag. 387. num. 5.

cus: *Quem Corrector Lucaniæ, Bruttiorumque humani nobis ſuggerit ſanguinis effuſione pollutum*. Corruptum & hoc nomen apud Conſtantinum Auguſtum, qui ſcribit *Mechilio Correctori Lucaniæ & Brittiorum Hilariano;* ſed eſt legendum: *Mechilio Hilarioni Correctori Lucaniæ & Bruttiorum*. Et in eandem dictionem irrepſit mendum in reſcripto Valentiniani & Valentis AA. l. 1. C. Theod. quib. equor. uſus conceſſus eſt, aut denegatus: *Ceteris omnibus per Picenum, atque Flaminiam, nec non etiam Apuliam, & Calabriam, Brittios, & Lucaniam, atque Samnium habendi equi*. Sed facile eſt corrigere: *Bruttios & Lucaniam*. Extat & mentio l. 1. C. Theodoſ. de Appellat. & l. 1. C. eodem de relationib. Et veteres lapides ab aliis in hanc rem antea producti.

Sunt & in Orientalibus Provinciis Correctorum nomina, ut apud Juſtinianum Aug. Novell. 8. Κορρεκτορίαι ἀρχαὶ appellantur: & ſunt illi numero tantum duo, *Auguſtanicæ & Paphlagonicæ*. Scotus libr. Notitiæ utriuſque Imperii; ſed & hoc eruditiſſime notat Briſſonius.

Et de ſummo Correctorum jure in adminiſtranda provincia diſputat Petrus Gregorius Toloſas libr. 47. Syntagmat. Jur. cap. 32. & Hermogenianus J. C. libr. 2. *Juris Epitomarum*, & Papinianus libr. 1. Reſponſorum conſulantur.

Ultimo denique fuit Etruria ſub *Correctore Conſulari poteſtate*, ut certum inde ſit, pro diverſa rerum Romanarum conditione, aut etiam Imperatorum, Magiſtratuumque ſupremorum, aut Senatus libidine, mutatam regendi non Etruriam modo, ſed & quaſcumque alias provincias, formam. Inſcriptionem apponam ex veteri lapide, qui eſt Romæ ad D. Baſilii.(1)

BETTIO. PERPETVO. ARZIRIO. V. C.
CONSVLARI. TVSCIAE. ET. VMBRIAE. OB
SINGVLARIA. EIVS. ERGA. PROVINCI
ALES. BENEFICIA. ET. OB. MODERATIONEM
PRO. DOCVMENTO, ETIAM. POSTERIS. RELIN
QVENDAM. AETERNVM. STATVAE. MONV
MENTVM. TVSCI. ET. VMBRI. PATRONO
PRAESTANTISSIMO. COLLOCAVERANT. AERE. P.

Erat etiam moris, ut magiſtratui ſuo decedenti provincia ſtatuam erigerent, ut lapis iſte ſignificat, & ſexcenti alii. Quod in Etruria peculiari quadam ratione obſervatum; nam Piſani Lachanio, Rutilii Numatiani Galli præfecti urbis ac poëtæ clariſſimi patri, hanc grati animi teſtificationem exhibuerunt; ut ipſe Rutilius libr. 1. Itiner. indicat:

Hic oblata mihi ſancti genitoris imago,
Piſani proprio quam poſuere foro.
Laudibus amiſſi cogor lacrymare parentis,

Flu-

(1) Apud Grut. pag. 474. num. 3.

Digitized by Google

Fluxerunt madidis gaudia mœſta genis.
Namque pater quondam Tyrrhenis præfuit arvis,
Faſcibus & ſenis credita jura dedit.
Narrabat, memini, multos emenſus honores,
Tuſcorum regimen plus placuiſſe ſibi.

Chorographica Etruriæ deſcriptio.

CAP. III.

MUltoties mutata Etruriæ conditio, & ſi ulla in Orbe Terrarum toto eſt provincia, quæ alternantes fortunæ vices experta ſit, vel hæc jure dici ea poſſit, quæ, cum amœniſſima ſit, ac fertiliſſimis vallibus abundans, facile advenas exercitus invitare potuit in ſui perniciem; unde Mæones, Lydique & eam jure belli occuparunt, & urbes in ea plurimas condiderunt. Aborigines indigenæ erant, quorum nonnullæ quoque civitates a me memorabuntur: cum his vario eventu certarunt primum, cojerunt deinde, ac coaluerunt Arcades, Pelaſgique, qui & ipſi aliquas ſuæ gloriæ ac fortitudinis in Etruria teſtes urbes erexerunt. Demum poſt bis mille, ampliuſque annos, Romani vicinam ſibi ac ſuburbanam gentem adorti, vix, niſi orto domi diſſidio, quingentis annis totis ſui juris fecerunt: urbeſque nobiles, ac nimium ſibi viſas potentes, inducto aratro, everterunt: alias minus timendas, deductis in eas civibus ſuis, colonias vocarunt. Sed de his omnibus hæc tabula erit. Ac primum omnium tabulam explicaturus, a montibus initium duco.

Etru-

Etruriæ montes præcipui: Promontoria: Valles.

CAP. IV.

OCcurrit primo memoratiſſimus Apenninus: ad ejus radices fuit villa Liviæ, Auguſti uxoris. Jul. Obſeq. cap. 13. de Prodig. Veluti *cingulum Italiæ*, extenſus inter *Tuſcum & Hadriaticum*, ideſt *ſuperum & inferum mare*, ut ait Jul. Solinus cap. 8. vel ab *Api* bove, quem Poëtæ fabulantur in Italiam veniſſe: vel quod probabilius, *a Pœnorum in Italiam appulſu*. Strabo libr. 2. pag. 88. Ταῦτα ἐστὶν ὀρεινὴ ῥάχις διὰ τῆ μήκους ὅλου τῆς Ἰταλίας διατεφυκυῖα ἀπὸ τῶν ἄρκτων ἐπὶ μεσημβρίαν τελευτῶσα δ' ἐπὶ τὸν Σικελικὸν πορθμὸν. *Hic eſt montoſum dorſum per Italiam, quam ea longe extenditur, a ſeptentrione verſus meridiem porrectum, deſinens in fretum Siculum*. Idem libr. 5. principio. *Ab Arimino & Ancone* protendi uſque *in Lucanos* prodit. Plin. libr. 3. cap. 5. *Apeninus mons Italiæ ampliſſimus, perpetuis jugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum*. Ptolomæo Ἀπέννινα, Stephano vero eſt Ἀπεννῖνος. Fuſiſſime deſcribit Polybius Megapolitanus libr. 3. Hiſt. Et cum Alpes munimentum quoddam Italiæ crederent, barbaris motibus a natura objectum, hunc montem alterum veluti præſidium interpretatur Rutilius Numatian. libr. 1.

Excubiis Latiis prætexuit Apenninum,
Clauſtraque montanis vix adeunda viis.

Sed corrige:

Excubiis Latii prætexuit Apenninum.

Multa de eo Joan. Boccacius libr. de Montibus, & C. Plinius Junior libr. 5. Epiſt. 6. quem ob ſingularem doctrinam & genium non vulgarem, ſtylum terſum, amœnumque dicendi genus nulli ſecundum illo ævo exiſtimo. Longitudinem adumbrabat Nero Aug. apud A. Perſium Sat. 1. ut putant viri eruditi:

Sic coſtam longo ſubduximus Apennino.

Hunc vero Poëtæ certatim deſcripſere. M. Lucan. libr. 2. Pharſal. v. 396.

Umbroſis mediam qua collibus Apennius
Erigit Italiam, nullo qua vertice tellus
Altius intumuit, propiuſque acceſſit Olympo:
Mons inter geminas medius ſe porrigit undas
Inferni ſuperique maris.

Claudian. cultiſſime de 6. Hon. Conſul.

. . . . ad montes reliquo cum robore ceſſit,
Quos Apenninum perhibent, hunc eſſe ferebat

Incola, qui Siculum porrectus aduſque Pelorum
Finibus a Ligurum populos complectitur omnes
Italiæ, geminumque latus ſtringentia longe,
Utraque perpetuo diſcriminat æquora tractu.

Sil. Italic. libr. 4. Punicor.

Horrebat glacie ſaxa inter lubrica, ſummo
Piniferum cœlo miſcens caput Apenninus.

Nec male Feſtus Anienus in deſcript. Orb. Ter.

. . . . . mediam ſecat Apenninus
Auſoniam; nam qua Boreali vertice ad æthram
Concreſcunt Alpes, ſurgit caput Apennino:
Et qua Sicani tellus madet æquoris æſtu,
Ut protelatæ molis juga gurgite condit,
Prima vetuſtorum gens eſt ibi Tyrrhenorum.

Sequitur multi nominis Mons Soracte, in Coſmographia Æthici Soractina, vel Soractum: vernacule *Monte di S. Silveſtro*, ut vult Leander Albertus: vel *Monte di S. Oreſto*, ut corrupte dici animadvertit Nicolaus Erythræus. Helenius Acro errat turpiter, qui eum in Apulia collocat ad Horatii libr. 1. od. 9. Melius Porphyrion in Phaliſcis, cum Geographis omnibus, ponit, & addit Soracem vulgo dici. Sacrificium inibi ſolitum fieri deſcribit Strabo Amaſian. libr. 5. pag. 156. Ὑπὸ δὲ τῷ Σωράκτῳ ὄρει Φερωνία πόλις ἐςὶν ὁμώνυμος ἐπιχωρίᾳ τινὶ δαίμονι τιμωμένη σφόδρα ὑπὸ τῶν περοίκων, ἧς τέμενος ἐςὶν ἐν τῷ τόπῳ θαυμαςὴν ἱεροπαίαν ἔχον. γυμνοῖς γὰρ ποσὶ διεξίασιν ἀνθρακίαν καὶ ςοιδὰν μεγάλην ὀι κατεχόμενοι ὑπὸ τῆς δαίμονος τάυτης ἀπαθεῖς. *Sub monte Soracte urbs eſt Feronia, cognominis indigenæ cuidam Deæ, quam vicini ſtudioſe venerantur: atque ibi lucus eſt, in quo ſacrificium perpetratur mirabile; correpti enim ejus numinis afflatu homines, nudis pedibus prunarum ardentium ſtruem illæſi perambulant.* Sed quod ille ſub monte, alii in ipſo monte, & non Feroniæ, ſed Apollini inſtitutum volunt. Jul. Solin. cap. 7. *Eſt e memorabilibus inclytum, & inſigniter per omnium ora vulgatum, quod perpaucæ familiæ ſunt in agro Phaliſcorum, quos Hirpos vocant. Hi ſacrificium annuum ad montem Soractem Apollini faciunt: idque operantes geſticulationibus religioſis impune exultant, ardentibus lignorum ſtruibus, in honorem divinæ rei flammis parcentibus. Ob cujus devotionis miniſterium* (melius quam myſterium) *munificentia Senatus honorata, Hirpis perpetuo munerum vacationem dedit conſulto omnium.* At M. Varro, religionis deriſor, non pietati id tribuebat, ſed medicamento, quo plantas illinebant Hirpi, ut retulit Servius Honoratus ad libr. 11. Æneid. Eadem quæ Solinus, & Strabo, Plinius libr. 7. cap. 2. *Haud procul urbe Roma in Phaliſcorum agro perpaucæ familiæ ſunt, quæ vocantur Hirpiæ, quæ ſacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini, ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes, non aduruntur: & ob id perpetuo Senatus conſulto militiæ omniumque aliorum munerum vacationem habent.* Quam mirabiles circa eum mon-

montem aquæ, idem habet libr. 2. cap. 93. et libr. 31. cap. 2. quem conſule. Meminit Horatius loco laudato:

Vides, ut alta ſtet nive candidum
Soracte.

Virgil. libr. 7. Æneid.

Hi Soractis habent arces.

Et libr. 11. Æneid.

Summe Deum, ſancti cuſtos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
Paſcitur, & medium freti pietate per ignem,
Candentes multa terimus veſtigia pruna.

Silius Italic. libr. 8.

Haud procul & ſacrum Phœbo Soracte frequentant.

Et libr. 7. Punicor.

Phœbei Soractis honor Charmelus agebat.

Idem libr. 5. ut ſolet, ſimia æmulatus eſt Virgiliana:

Tum Soracte ſatum præſtantem corpore, & armis
Æquanum noſcens, patrio cui ritus in arvo,
Cum pius arciteneus accenſis gaudet acervis,
Exta ter innocuos late portare per ignes.
Sic in Apollinea ſemper veſtigia pruna
Inviolata teras, victorque vaporis, ad aras
Dona ſerenato referas ſolemnia Phœbo.

Mons Ulimentum prope Febianum vicum celebratur a neotericis ſcriptoribus, propter aquam, quæ quindecim dierum ſpatio, quidquid immergitur lapide cortice obtegit. Quod & ipſum memoratur in Elsa flumine prope Senas.

Mons Rufolus & ipſe nomen habet a fonte nitido aquæ dulcis, in quo nihil ullo tempore impuri cernitur: cujus aquæ ad ſtateram examinatæ, aliis leviores ſunt quibuſcumque illius tractus.

Fæſulanus Mons, a Paulo Oroſio nominatur, quaſi diſtinctus ab Apennino, a Fæſulis ſcilicet colonia nobili Rom. ut in deſcriptione ejus dicetur. Ita enim libr. 7. cap. 37. *Conterritum divinitus Rhadagaiſum, in Feſulanos montes coëgit*; ſed revera pars eſt aliqua Apennini, & Florentiæ a Septentrione imminet, ruinaſque civitatis inclytæ oſtentat.

Sunt & Cortonenſes montes in Etruria, a Cortona civitate ſic appellati, & explicabitur infra: ad Septentrionem Thraſymenum claudunt. Livius 3. Decad. libr. 2. principio. *Loca inſidiis nata, ubi maxime montes Cortonenſes Thraſymenus ſubit.*

Denique cum ubique Etruriæ prærupti ſint montes, & veluti juga jugis cohærentia, difficili admodum, & inexpedito itinere, nomen habet clariſſimum mons Ciminus, ſive Cyminus, ſive Ciminius, multis annis limes Imperii Romani; nam eum ſine SC. milites tranſcendere

non fuerunt auſi, uti infra ex Livio & aliis aperietur. Hodie, quod Viterbo civitati vicinus eſt, vocatur *Monte di Viterbo*. Meminit Virgilius libr. 7. Æneid.

Et Cimini cum monte lacum.

Sequuntur Promontoria, longe ſe navigantibus oſtentantia. Pauca quidem ea in Etruria, ſed mirandæ altitudinis, & ab oriente, ſive ad Hadriaticum mare, præter Apenninum, qui toto eo tractu diffunditur, nullum promontorium. Ab occaſu vero duo: Populonium, ſic appellatum a Populonia, urbe nobiliſſima, cujus hodie ne rudereta quidem, multo minus veſtigia extant, ſed nomen ſtationi remanſit, vulgo, *Porto Baratto:* Ptolomæo Ποπλώνιον dicitur, aliiſque Græcis. Strab. libr. 5. pag. 154. Τὸδὲ Ποπλώνιον ἐπ' ἄκρας ὑψηλῆς ἵδρυται, κατερρωγίας δὲ τὴν θάλασσαν. *Populonium ſitum eſt in promontorio ſublimi, quod præruptum in mare exit.*

Retro Populonium ingentis altitudinis rupes in mare excurrit, imitaturque Cherſoneſi, ſeu peninſulæ formam, ut ex deſcriptione Strabonis Amaſiani loco laudato liquet. Nomen ei Mons Argentarius(1), vernacule *Monte Argentaro;* alius ab eo, qui in Hiſpania Mons Argenteus vocatur. Hunc M. Catoni in Fagmentis, & Antonino in Itinerario Volcentarium apppellatum, & corrupte Argentarium, inepte ſcribit Annius Viterbienſis. Difficultatem præternavigandi vides cultiſſimis Rutilii libr. 1. verſibus;

Tenditur in medias Mons Argentarius undas,
Ancipitique jugo cæruleam curva premit.
Tranſverſos colles bis ternis millibus arctat,
Circuitu ponti ter duodena patet.
Qualis per geminos fluctus Ephyrejus Iſthmos
Jonias bimari litore findit aquas.
Vix circumvehimur ſparſæ diſpendia rupis,
Nec ſinuoſa gravi cura labore caret.
Mutantur toties vario ſpiramina flexu,
Quæ modo profuerant vela, repente nocent.

Catoni eſt caput Etruriæ, & meminit C. Tacitus libr. 2. Annal. Error manifeſtus in Damaſo ſcriptore eleganti, cujus hæc ſunt in vita Silveſtri: *Inſula Matidiæ, quæ eſt Mons Argentarius*. Decipitur, inquam, ille; nam inſulam non eſſe, evidentiſſimum, licet peninſulæ figuram exprimat ex Rutilii verbis ſupra laudatis, & deſcriptione Strabonis. Nominis rationem petere potes ex Feſto Anieno in ora maritima:

At mons paludem incumbit Argentarius,
Sic a vetuſtis dictus, ex ſpecie ſui.
Stamno iſte namque latera plurimo nitet,
Magiſque in auras eminus lucem vomit,
Cum ſol ab igni celſa perculerit juga.

Alia

(1) Cluverio Coſanum promontorium, qui & Argentarius mons.

Digitized by Google

Alia duo Promontoria minoris altitudinis ab eadem parte cernuntur, quorum primum Maſſa: qui mons verius inſtar promontorii habendus, quum navigantibus altiſſimo ſe vertice oſtentet, incumbens urbi ejusdem nominis, ad oſtium Frigidi fluminis. Marmor ibi nobile.

Telamon aliud Promontorium, memorabile apud Polybium libr. 2. meminitque Plutarchus in Mario. Certe promontorium facit Ptolomæus, eumque ſecutus Mela libr. 2. cap. 4. Portum Plinius libr. 3. cap. 5. eidemque aſſentitur Itinerarium Antonini, niſi quod ibi Talamon, non Telamon habetur. Lege Jacobum Dalechampium in Plinium.

Aſperam hanc, & horridam Etruriæ faciem, maritimos, internoſque tractus præruptis montibus interſecantibus, leniunt, mitemque videri faciunt amœniſſimæ paſsim valles, omni frugum fructuumque deliciis abundantes: inter quas primum locum occupat Vallis Arni, a celebratiſsimo amne, quem deſcripſi, nomen ſortita. Hanc olim paluſtris inundatio fœdabat, & pæne inutilem reddebat; at poſterorum cura ſaxum inciſum, viam uligini egerendæ præbuit, unde oppidum inibi etiamnum hodie *Inciſa* vocatur; adeo ut nunc jucundiſsima planities hortis amœniſsimis, & viridariis pulcherrimis diſtincta, vix ulli Italiæ parti cedat. Difficillimus hac fuit Hannibalis tranſitus, & operoſiſsimum plenumque periculi iter, ut copioſe deſcribit T. Livius 3. Decad. libr. 2. ſub principium; tanta certe aquarum tum in ea copia, ut oculorum alterum ibi amiſiſſe legatur, licet Strabo libr. 5. pag. 150. id contigiſſe ei ſcribat inter Placentiam & Ravennam; ſed Livio Plutarchus adſtipulatur, & Silius Italicus libr. 4.

Scandunt prærupti nimboſa cacumina ſaxi,
Nec ſuperaße jugum ſinit, mulcetque laborem.
Plana natant, putrique gelu liquentibus undis
Invida limoſa reſtagnant arva palude.
Jamque ducis nudus tanta inter inhoſpita vertex
Sævitia quatitur cœli, manante per ora
Perque genas, facilis ſpreviſſe medentes oculo.

Ex opinione eorum dixit, manante oculo, qui putant oculum humore quodam cryſtallino conſtare. Bene ergo apud Paterculum libr. 2. *effuſum* alterum Imperii Romani lumen, non *effoſſum*: & quod oculo ibi orbatum communior tradat ſententia, refellit Cornelius Nepos, ſive Æmilius Probus in eo: *Hoc itinere adeo gravi afficitur morbo oculorum, ut poſtea nunquam dextro æque bene uſus ſit.*

Mugellana Vallis, a Mugello oppido, ubi antiquiſſimæ Medicæorum, nondum adhuc Principum, ſed tamen primatum, poſſeſſiones.

Piſciana Vallis, & ipſa fertilis, ab amne Piſcia, quem deſcripſi, nomen ducens.

Umbroſa Vallis a lucis denſis vocata, celebris cœnobio erecto Anno ſalutis reparatæ M.LXX. a Joanne Gualberto Nobili Florentino.

Non-

Nonnullæ aliæ Valles minoris nominis habentur in Tuſcia, quas brevitatis gratia duximus prætermittendas.

Etruriæ flumina omnia, & rivi: antiquæ appellationes novis redditæ.

CAP. V.

CLaudebatur Etruria illa Aborigenum, Romanaque, ab Ortu mari Hadriatico, ab Occaſu Tyrrheno, a Meridie Tibride, a Septentrione Macra flumine (ut Leander Albertus) qui ex Apennino ortūs in Inferum exoneratur mare, receptis Laulo, vulgo *Aullella*, Bagnono, Graveja, vulgo *Cravia*, obſcuris fluviolis, & Vara, qui Ptolomæo βάαυλος, hic ſane Straboni μάκρα: uti & Plinio libr. 3. cap. 5. *Adnectitur ſeptimæ, in qua Etruria eſt, ab amne Macra*. Conſentiunt Antoninus in Itinerario, & Peutingeri tabulæ. In Ptolomæi codicibus μαρκάλλα, & corrupte in Livianis editionibus, Mera, vulgo Magra. Tanta celeritate fertur, ut commode navigari non poſſit: Sulpitius. Vel quia vadoſus, & alveo arenis mobilibus vitiato: Omnibonus Vicentinus. Lucan. libr. 2. v. 425.

. . . . . radenſque Salerni
Culta Siler, nullaſque vado qui Macra moratus
Alnos, vicinæ procurrit in æquora Lunæ.

Non longe ab iſto Laventia decurrit, male in Antonini Itinerario Aventia. Oritur hic ex Apennino, uti & omnes pæne Etruriæ fluvii, ſive in ſuperum, ſeu inferum mare devolvantur. Diſerte Lucan. libr. 2. verſ. 396.

Mons inter geminas medius ſe porrigit undas,
Inferni ſuperique maris, colliſque coërcent.
Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Piſæ:
Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.
Fontibus hic vaſtis ingentes concipit amnes
Fluminaque in gemini ſpargit divortia ponti.

Claudian. Paneg. Olibrii & Probini:

Indigenas fluvios, Italis quicumque ſuberrant
Montibus.

Sequitur Frigidus. Alb. Tibull. libr. 4.

Dulcius urbe quid eſt? an villa ſit apta puellis,
Atque Aretino Frigidus amnis agro.

Eſt & alius eodem nomine, vulgo *Vipao*, ut vult Simlerus. Hic inter Aquilejam & Longaticum ab Itinerarii Auctore Scoto collocatur. Meminit Nicephorus Calliſtus libr. 12. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 39. Corruptus Aqui-

Digitized by Google

loeus in verſione Latina Joannis Chriſtopherſoni. Socratis Scholaſtici libr. 5. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 24. *Prælium ergo committitur ad fluvium, qui Phrygdus vocatur*. Lege, *Frigidus vocatur*; notum enim eſt ibi ſuperatum a Theodoſio Eugenium Gallorum Regem, cui Maximus tyrannus auxiliabatur. Claudian. de 3. Hon. Conſul.

Alpinæ rubuere nives, & Frigidus amnis
Mutatis fumavit aquis.

Verſilia poſtea ignobilis fluit, nec priſcis memoratus, & potius torrens, quam fluvius. Depravate, ut nonnulli extant, Veſidia in tabulis itinerarii appellatur. Auxerus, ſive Auſer, ut apud Plinium libr. 3. cap. 5. *Piſæ inter amnes Auſerem & Arnum*. Theodoricus apud Caſſiodorum libr. 5. Epiſt. 20. *In Mincio, Ollio, Auſere, Tiberi, & Arno fluminibus comperimus quosdam ſepibus curſum fluminis, quantum ad navigandi ſtudium pertinet, incidiſſe*. Unde apparet navigabilem fuiſſe, uti & idem diſerte innuit libro laudato Epiſt. 17. *Ne quis in fluminibus navigeris diverſis territoriis meantibus, ideſt in Mincio, Ollio, Auxere, Arno, Tiberi, audeat fluminum alveos piſcandi ſtudio turpiſſima ſepe concludere*. A Leandro Alberto Serchius dicitur, ab aliis vernacule Oſari, nam & apud Strabonem Αἴσαρος vocatur, & a Claudio Rutilio Numatiano Æſar, quod patria lingua olim Deum ſignificabat. Sueton. Auguſto cap. 97. *Sub idem tempus ictu fulminis ex inſcriptione ſtatuæ ejus prima nominis litera effluxit: reſponſum eſt, centum ſolos dies poſthac victurum, quem numerum C. litera notaret: futurumque, ut inter Deos referretur, quod ÆSAR, ideſt reliqua pars e Cæſaris nomine, Etruſca lingua Deus vocaretur*. Quia ergo alii plerique fluvii in Italia divino cultu honorabantur; ita & Auſer, ſive Auxer inter Deos patrios habitus, Dei nomine fuit inſignitus. Olim Arno ad Piſas jungebatur: nunc derivato curſu per Lucenſem agrum fluit, ut notavit eruditiſſ. P. Victorius libr. 17. Lect. Variar. cap. 3. Rutilii verba ſunt:

Alphæa veterem contemplor originis urbem,
Quam cingunt geminis Arnus & Æſar aquis.

Arnus celebratiſſimus Geographis, Plinio & Caſſiodoro, locis proxime ſupra laudatis. Naſcitur e monte, qui Falterona dictus, ad dextram Apennini. Facius Ubertus libr. 3. cant. 6. Chriſtophorus Landinus ad Purgatorium Dantis apud P. Merulam. De ejus decurſu, augmentis, eique adcolis Joan. Boccacius libr. de Fluminib. fuſe. Exiguæ ſunt initio aquæ, ex horrentibus paulatim emergentes rupibus, torrentium ſimiles, at mox alveo receptæ, formam amnis accipiunt, grandique augmento ſecant Florentiam, Piſaſque. Alexander Ferrarius libr. de Fluvior. curſu. Rivi, ſeu fluvioli dextra coëuntes numerantur Craina, Solana, Rena, Rheſus(1), vernacule *Reſco*, Seva Mugellum alluens, unde

(1) Duo ſunt Rheſi, parum inter ſe diſtantes, qui ſeparatum habent fontem, ſed prope Arnum conjunguntur, & *Reſchi* vernacule vocantur.

unde Medicæi, ut plerique exiſtimant longam nobilitatis ſeriem ducunt. Sed hoc, Sevæ flumen, antequam decem milliaribus ſupra Florentiam jungatur Arno, Rontam & Decumanum ſuſcipit. Deinde ſubtus Florentiam idem Arnus recipit Munionem, ex Fæſulanis collibus ortum, & aquis Terſollæ fluvioli adauctum: poſtea Biſentium, in quem Marina influit: inde Umbronem, cum Stella ac Furba conjunctum. Piſciæ vero, quæ ſunt duæ, unde nomen Piſcianæ valli inditum, frugum feraciſsimæ, quamvis in Focenſem lacum, *di Fucecchio*, una cum Nebula, vulgo *Nievole*, a qua item alia vallis nominatur, & aliis fluviolis, aquas deponant; per Guſcianam tamen in Arnum emergunt. A ſiniſtra autem ripa huic flumini miſcentur amnes, rivulique non pauci: Staggia, Corſolana, vulgo *Corſalone*, Archianum, Piſtilio, Clanis, Ambra, Trogus, *Trogbi*, & alii non pauci: & hi quidem ſupra Florentiam; ſubtus vero Grevia, vulgo *Greve*, in quam influit Ema: Peſa, quæ Virginium recipit: Orme, Elſa, Ebola, Cecinella, & Era. Sulpitius Altinus meminit:

Urbs Piſæ, & flumen, qui Piſas alluit, Arnus
Teſtes exitii ſunt, Ugoline, tui.

Æneas Gallettus libr. 2. Univerſal. Hiſtor.

Janiculum Janus divum ſibi præbuit aras,
Agricoliſque novis Arni felicia rura,
Fertilis ad ſegetes, fœcundaque pabula terræ.

Cecinna, Plinio memoratus, & Melæ, a Cecinnarum gente illuſtri fortaſſe, cujus res magnæ in Tuſcia, nomen ſortitus. Et ſane Cecinnam Suſianum memorat Plinius libr. 10. cap. 26. eumque fuiſſe Volaterranum ex eodem loco ſatis conſtat. Hic amnis igitur, ex montibus Maſſæ vicinis oriens, circa Volaterras mari miſcetur; Plinius enim diſerte vada Volaterrana, Cecinna fluvius, nomen antiquum etiamnum hodie retinet (1).

Cornia (2), qui per agrum Campilianum, *di Campiglia*, fertur, noxius interdum, ubi hibernis imbribus intumuit.

Alma, etiam nomine retento nominatur ab Itinerarii incerto auctore.

Umbro, nomen hodie retinens vetus, recenſetur in tabula Peutingeri, & eodem Itinerario. Plin. loco toties laudato libr. 3. *Umbro navigiorum capax, & ab eo tractus Umbriæ, portuſque Telamon*. Augetur hic receptis in ſe aliis amnibus: Arbia, e montibus ſupra Caſtellinam orto, Bozunus, vulgo *Bozune*, Treſſa, Sora, Stile, Merſa, & Farina; atque hi quidem ad dextram ripam recipiuntur: a ſiniſtra in eundem influunt Orcia (3) aliique rivuli. Portuoſum fuiſſe elegantiſſimi verſus hi probant e libro 1. Numatiani Galli: *Tan-*

(1) Vernacule dicitur *Cecina*. (2) Cornia, Cluverio Lynceus Fluvius. (3) Orcia, vel Orcius non influit in Umbronem, ſed in mare prope Telamonem. Flumina vero, quæ ab Umbrone a ſiniſtra recipiuntur, ab auctore prætermiſſa fuerunt. At hæc, & alia quoque, quæ huc ſpectant, utpote a nobis diligentius examinata, in noſtra Tabula Geographica, quam exhibuimus, inſpicere poteris.

Digitized by Google

Tangimus Umbronem, non eſt ignobile flumen,
Quod tuto trepidas excipit ore rates,
Tam facilis prouis ſemper patet alveus undis,
In pontum quoties ſæva procella ruit.

Stationem tantum, & ſinum apparet oſtium ejus ævo illo, non etiam civitate aut oppido aliquo nobilitatum; ſequitur enim in cultiſsimo poëta:

Hic ego tranquille volui ſuccedere ripæ,
Sed nautas avidos longius ire ſequor.
Sic feſtinantem ventuſque dieſque reliquit,
Nec proferre pedem, nec revocare licet.
Litorea noctis requiem metamur arena:
Dat veſpertinos myrtea ſilva focos.
Parvula ſubjectis facimus tentoria remis
Tranſverſus ſubito culmine contus erat.

In Anienem influere falſo Pomponius Sabinus putavit.

Peſcia, quem nonnulli putant Arminem ab Itinerarii auctore appellari, idque maxime ſuadet ſitus, fluit enim inter Pyrgos & Portum Herculis.

Albinia in Antonini Itinerario, & Peutingeri etiam tabulis.

Floris (1), vernacule *Maria* dictus, in eodem Itinerario, & tabulis iisdem, nomen ſortitus eſt, quod ex Lacu eadem appellatione fluat. Sunt qui confundant cum ὄσσα Ptolomæi, ſed probabilius eſt, Oſſam eſſe eum, qui antea Oſa (2) dicebatur; major enim vocum propinquitas, & ſitus locorum concordat. Minio, ſive Munio vulgo *Mignone*. Vibius Sequeſter libello de Fluminibus. Numatianus libr. 1. Itinerarii:

Paulisper litus fugimus Munione vadoſum,
Suſpecto trepidant boſtia parva ſolo.

Verſum ſecundum Critici examinent, mihi enim quid ſit *boſtia* hoc loco ignotum fateor. Petrus Ciacconus putavit legendum *boria parva*; eſt enim *boria* genus navigioli; ego vero cenſuerim legendum apertius, planiuſque:

Suſpecto trepidant oſtia parva ſolo.

Qua propius ad Latium acceditur, ſunt non magno nomine fluvioli, Vacina, Sanguinaria, Aron, & Eris, ſed corrupto vocabulo, nam apud Plinium libr. 3. cap. 5. Cæretanus amnis, & ipſum Cære intus millibus paſſuum quatuor. Strabo libr. 5. Θερμὰ δὲ καὶλίαι Κυρρηναὶ, διὰ τοὺς φαντύλας θεραπεύειν χάριν. *Thermæ, quæ vocantur Cæretanæ, propter eos, qui valetudinis cauſa eo commeant.* Virgil. libr. 8. Æneid.

Eſt ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem.

Ultimus Etruriæ limes, & veluti diſcriminculum a Latio, eſt Tibris, variis quidem cognominibus appellatus; nam & Janus, Albula, Tiberis, Sarra, ſive Serra, & Rumon, Terentum, Lydus, Tuſcus, & Tyrrhenus:

(1) *Floris*, & *Marta* ſunt duo flumina diverſa. (2) Nunc etiam *Oſa* eandem habet appellationem, ac fluit inter *Umbronem*, & *Albengam*.

nus: quæ omnia diverſa quidem ratione & tempore impoſita percurrentur. Tibris ſane, vel a Tibri, Aboriginum principe, non obſcure Servius Honoratus in libr. 8. Æneid. vel a Tiberino Silvio Albanorum Rege, Euſebius in Chronico; ita enim D. Hieronymi verſio habet: *Tiberinus Silvius* (Latinis regnavit) *ann.* 8. Tiberinus, Calpeti (1) filius, a quo & fluvius appellatus eſt Tiberis, qui prius Albula dicebatur. Corruptus Servii locus ad v. 330. libr. 8. ubi Tiberio pro Tiberino legitur. Vel a Tybride Rege Tuſcorum. Feſt. Pomp. libr. 18. Vel ſane a Deheberi, Vejentum antiquiſſimo Regulo. M. Varro libr. 4. de Ling. Lat. Vel denique quod antiqua ſit, & patria vox, qua fluvium illi ſignificant. Janus a Jano Rege, quem primum in iis oris principem fuiſſe ſuperius a nobis oſtenſum, & auctor eſt Athenæus libr. 15. Dipnoſophiſt. Albula, a colore aquæ; fluit enim ſemper albicantibus aquis, admixto limo. Id eſt, cur album ei colorem dederit Feſtus, ſeu verius Paulus Diaconus ex ſchedis Feſti libr. 1. Poëtæ frequentes in eo ſignificatu. Alios non laudo. Stat. libr. 1. Silv. 3. v. 76.

. . . . . illa recubat Tiberinus in umbra
Illic ſulfureos cupit Albula mergere crines.

Licet alii non album, ſed flavum colorem ei tribuant; quare qui Ἄλβας & Ἄλβα Stephano dicitur, flavus aliis eſt, Virgilio libr. 7. Æneid. Horatio libr. 2. od. 3. Feſto Anieno Deſcript. oræ maritimæ:

Vel qua flaventes Tibris pater explicat undas.

Sarra, ſive Serra, a voce antiqua Tuſca, quæ dominatum ſignificabat, quaſi regnatorem, aut dominantem quis dicat. P. Ovid. libr. 2. Metamorph.

Cuique ſuit rerum promiſſa potentia Tibris.

Sil. Ital. libr. 8.

. . . ſceptriferi qui potant Tybridis undas.

Et Rumon, & Terentus, ſacra ſunt fluvii hujus cognomina, ſive quibus inter ſacrificandum tantum appellaretur: de quibus legendi Feſtus Pompejus libr. 18. Servius Maurus ad illud libr. 8. Æneid.

Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem.

Lydus a populo potentiſſimo accola, ut fuſiſsime habes naratum a Dionyſ. Halicarn. libr. 1. & a Servio eodem ad illud libr. 2. Æn. v. 782.

. . . . . ubi Lydius arva
Inter opima virum leni fluit agmine Tibris.

Thuſcus, aut Tuſcus ob eandem rationem, quod Tuſci ejus Septentrionalem ripam accolnerint. Poëtas prætereo, unico Papinio contentus libr. 2. Silv. 1. v. 99.

Jam ſecura parens Tuſcis regnabat in undis
Ilia.

Et libr. 4. Silv. 5. v. 41.

Intras, adoptatuſque Tuſcis
Gur-

(1) Al. legunt *Carpenti*: al. *Capeti*.

Digitized by Google

Gurgitibus puer innataſti.

Denique Tyrrhenus, a Tyrrhenis etiam adcolis, ut conſtat ex Virgilio libr. 7. Æneid. Sidonio Apollinare Carm. 2. & aliis.

Sed nec illud omiſſum a Grammaticis, hiſtoricum nomen eſſe Tiber, vel Tibris, poëticum vero Tiberis, Genii autem Tiberinus. Claudianus fidem hujus facit in Panegyr. Olybrii & Probini:

Accepit ſonitum curvis Tiberinus in antris
Ima valle ſedens.

Idem corruptus proxime ſequentibus verſibus:

Palla graves humeros velat, quam neverat uxor,
Illi percurrens vitreo ſub gurgite telas.

Poſteriorem verſum reſtitue ex Veteri Scholiaſte Juvenalis ad v. 53. Satyr. 5. Et Ovid. libr. 3. Amor. Eleg. 5.

Ilia percurrens vitreo ſub gurgite telas.

Ad primum Tiberis nomen ſtabiliendum lapides iſti antiqui ſufficient, Unus Romæ in hortis Cæſiis.(1)

EX. AUCTORITATE
IMP. CAESARIS. DIVI
NERVAE. FIL. NERVAE
TRAIANI. AVG. GERM
PONTIFICIS. MAXIMI
TRIBVNIC. POTEST. V.
COS. III. P. P.
TI. IVLIVS. FEROX. CVRATOR
ALVEI. ET. RIPARVM. TIBERIS
ET. CLOACARVM. VRBIS. TER
MINAVIT. RIPAM. R.R. PROXIMO
CIPPO. P. CCCLXXXVI. S

Alter eſt in hortis Fabiniani Montii (2) pæne eadem formula, iisdem vocibus conceptus, niſi quod numerus varietur. Tertius ibidem loci.(3)

C. VIBIVS. C. F. RVFVS
SEX. SOTIDIVS. SEX. F. STRABO
LIBVSCID.
C. CALPETANVS. C. F. STATIVS. RVFVS
M. CLAVDIVS. M. F. MARCELLVS
L. VISELLIVS. C. F. VARRO
CVRATORES. RIPARVM. ET. ALVEI. TIBERIS
EX. S. C. TERMIN

(1) Apud Gruter. pag. 198. num. 5. (2) Apud eundem pag. 198. num. 4. (3) Apud eundem pag. 198. num. 3.

Quartus Romæ etiam ad ædes Ruſticorum.(1)

EX. AVCTORITATE
IMP. CAESARIS. DIVI
TRAIANI. PARTHICI. F
DIVI. NERVAE. NEPOTIS
TRAIANI. HADRIANI
AVG. PONTIF. MAX. TRIB
POTEST. V. IMP. IIII. COS. III
L. MESSIVS. RVSTICVS. CVRATOR
ALVEI. ET. RIPARVM. TIBERIS. ET
CLOACARVM. VRBIS. R. R. RESTITVIT
SECVNDVM. PRAECEDENTEM
TERMINATIONEM. PROXIM. CIPP
PED. CXVS

Quale autem id fuerit officium curare alveum Tiberis, ſive retare, in Antiquitatibus expedivi, & docere abunde unus poterit Suetonius in Auguſto cap. 30. Certe hic diviſor erat Latii ab Etruria, ut dixi. Horat. libr. 1. od. 2.

Vidimus flavum Tiberim retortis
Litore Etruſco violenter undis

Juvenal. Sat. 8. ad finem:

Imperii fines Tiberinum virgo natavit.

Oritur in finibus Arretinorum, ex Apennino, recepitque in ſe quadraginta duos amnes, ut tradit Plinius loco toties laudato: nobiliores tantum enumerabo. Glanis, ab Appiano γλάνις, a Stephano γλάνις, lentus adeo hic fluit, ut paludis verius quam amnis ſpeciem præbeat; Boccacius libr. de Fluminib. ideoque graviſſimus eſt adcolis noxio humore, quem exhalat, curſu tamen ſuo multum agrorum complectitur, inter Peruſinos, & Senenſes limes, vulgo *Chiana*: in eum influunt Eſsa, *Eſſe*, Foënna, Aſtaro, ut Fl. Blondus abunde docuit, & a Palia ipſe recipitur, qui vulgo *Paglia*, Rodocofani montis radices lambens: moxque Porſennam urbem antiquiſſimam, & Aculam gyris quibusdam complexus, ditionem Eccleſiaſticam, & Sereniſſimi Principis Magni Etruriæ Ducis diſcernit. Treja poſtea, qui & *Triglia*, veteribus, quod ſciam, ignotus. Cremera, ſive Κρεμερα Diodoro Siculo: quis ſit hodie, diſſenſus inter Geographos maximus. Ortelius putat Foſſam vocari. Leander ex Bacchani lacu erumpentem, Varcam dici credit, (2) quod ad pagum eo nomine cum Tiberi miſceatur: Raphaël Volaterranus cenſet eſſe rivu-

(1) Apud Grut. pag. 197. num. 3. & pag. 197. num. 5. apud quem alia conſimiles inſcriptiones videri poſſunt. (2) Recentiores Antiquarii, qui Vejos prope Caſtrum Inſulæ collocant, cum Leandro Cremeram fluviolum *Vaca* ſtatuunt. Videndus Fabret. Inſcript. pag. 229.

Digitized by Google

rivulum illum exiguum, qui ſeptimo ab Urbe milliari primam, ut vocant, portam alluit. Pyrrhus Ligorius falso ſibi perſuadet eundem eſſe cum Turia, ſive, ut Carolus Sigonius vult, Tutia; nam Turia in via Appia erat, cum Cremera non longe Veiis diſtet; ex deſcriptione Halicarnaſſei. Falsus ille, inquam, vel hoc unico argumento, quod a Silio Italico dicatur Turia Tuſcis undis affluere; ita enim ille libr. 13.

Turia diducit tenuem ſine nomine rivum
Et tacite Tuſcis inglorius affluit undis.

Funeſtus ille internecione trecentorum Fabiorum. Plutarch. Camillo; ſive trecentorum & ſex. L. Flor. libr. 1. Hiſt. Rom. cap. 12. Paul. Oroſius libr. 2. cap. 5. Multa apud Macrobium libr. 1. cap. 16. & A. Gellium libr. 17. cap. 21. De die cladis acceptæ diſputat J. Stadius. Idem Silius libr. 3. principio.

Allia, ſive Alia, ut vult Aſconius Pædianus in Divinat. in Verrem, conſentiente Servio Honorato ad v. 717. libr. 7. Æneid. laudatque Lucani verſum, qui non extat:

Quas Aliæ clades.

Eſt fluvius in Cruſtumoniis agris ortus nonaginta ſtadiis ab urbe in Tiberim ſe exonerat. Plut. Problem. Rom. cap. 24. Undecimo tamen lapide ab Urbe locat T. Livius libr. 5. ſed male; nam concors eſt conſenſus vix quarto lapide diſtare: hodie *Caminato*. Franciſcus Floridus. A nonnullis, teſtante Leandro Alberto, *Rio di Moſſo*, quaſi *Rio di Morte*, appellatur, Rivus mortis, ab horrenda ſtrage Romana accepta a Gallis Brenno Duce, ut dies cladis illatæ Allienſis diceretur, & in infauſtos atroſque dies referretur. C. Tacitus libr. 2. Hiſtoriar. *Funeſti ominis loco acceptum eſt, quod maximum Pontificatum adeptus Vitellius, de cæremoniis publicis edixiſſet XV. Kalend. Aug. antiquitus infauſto die Cremerenſi Allienſique cladibus.* Idemque narrat in Vitellio Suetonius cap. 11. *Allienſi die Pontificatum Maximum accepit.* Auctor de Viris Illuſtribus cap. 23. meminit. Et Poëtæ. Virgilius loco laudato. M. Lucan. libr. 7. Pharſal. v. 409.

Et damnata diu Romanis Allia faſtis,

P. Ovid. in Ibin.

Hæc eſt in faſtis, cui dat gravis Allia nomen.

Et libr. 1. de Arte:

Tu licet incipias, qua flebilis Allia luce
Vulneribus Latiis ſanguinolenta fuit.

Poſteriorem verſum lege:

Vulneribus Latii ſanguinolenta fuit.

Silius Italicus libr. 1. Punicor.

Nec, Traſimene, tuis nunc Allia cederet undis.

Et libr. 8. eodem opere:

Major & horrificis ſe ſe extulit Allia ripis.

Claudianus libr. de Gildon. bello:

... re-

. . . . . renovet ferales Allia cædes.

Celebris quoque iſte victoria Quinti Cincinnati, qui Prænestinos ibi ſuperavit. Euſeb. libr. 2. Chronicon.

Clitumnus quoque in Faliſcis fluvius, niſi error eſt in codicibus hactenus excuſis, ſive revera in Mevania, quæ Umbriæ partiuncula eſt, quæ & ipſa Etruriæ tantum pars cenſetur: colore ſuo albos boves reddit, uti multis allatis auctoribus, doctiſsimo de Formulis opere oſtendit Briſſonius.

Jam vero Egelidus, & Ecalidus, amnes, quia figmenta ſunt Annii, omittentur. Denique Nar ex Amiternis montibus ortum ducens, ut Pomponius Sabinus ad libr. 7. Æneid. ſcribit, ſive ex Apennini jugis, ut auctor eſt Leander Albertus, atque inde ex monte Fiſcello, ex duobus erumpens fontibus, ſaxum excavat, ut nares animalis referat, unde nomen illi; longo poſtea tractu per Vacunæ vallem deſcendens in Tiberim influit, ſulfurea aqua gravis; unde Virgil. loco laudato:

Sulfurea Nar albus aqua.

Sidonius Apollinaris libr. 1. Epiſt. 5. & in eum locum doctiſſ. Savaro. Tacitus libr. 1. Annalium narrat actum in Senatu de Nare in rivos traducendo. Sil. Italic. libr. 8.

. . . . . Narque albeſcentibus undis
In Tibrim properans.

Claudianus Paneg. Olyb., & Probini:

. . . . . & Nar vitiatus odoro
Sulfure.

Ab eo amne totus ager, quem alluit, Narnienſis appellatur, ut meminere Geographi. Et oppidum celeberrimum Narnia nomen habet. Idem Claudianus de 6. Hon. Conſul.

Celsa dehinc patulum proſpectans Narnia campum
Regali calcatur equo, rarique coloris
Non procul amnis abeſt, urbi qui nominis auctor
Ilice ſub denſa ſilvis arctatur opacis.

Martial. libr. 7. Epigr. 93.

Narnia ſulfureo, quam gurgite candidus amnis
Circuit, ancipiti vix adeunda jugo.

Quin imo & fluvius ipſe Narnia, nomine urbis, a Poëtis celebratur. Martialis ibidem loci:

Sed jam parce mihi, nec abutere, Narnia, Quinto;
Perpetuo liceat ſic tibi ponte frui.

Alii amnes vel in Umbria, quam partem eſſe Tuſciæ, vel in Mevania alibi a me exponentur. Sed & rivi ignobiles hic recenſentur a Nicolao Renſuero Leorino libr. 1. Italiæ, qui quoniam amnium nomen non merentur, contentus ero enumeratione: Neſtor, Biſentius, Marina, Piſtilio, Elsa, Catanacæ, Alſion, Roſſeus, Urcerius, Atlans, & Obſcurus. Ad alia propero.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ Lacus, & in iis notanda antiquitas.

CAP. VI.

ITaliam totam fontibus vivis, navigabilibus fluminibus, lacubus piſcoſis, thermis ſalubertimis ſcaturientem Coſmographi deſcripſerunt. Virgil. libr. 2. Georg.

An mare quod ſupra memorem? Quodque alluit infra?
Anne lacus tantos?

Sed maxime nobilis videtur Etruriæ præ aliis *Lacus Traſimenus*, ſive, ut aliis placet, *Traſumenus*, ab urbe nobili proxima, *Lago di Perugia* vulgariter audit, quem mirum Coſmographos præteriiſſe, quum ſit nobiliſſimus, *piſcium optimorum capiura, etiam brumali tempore*, quod nullus alius in Italia lacus præſtat, ut Campanus deſcribit: præterea etiam clade ab Hannibale accepta, qui Flaminium Conſulem cæcidit; fuit autem ea ſtrages in planitie inter Mevium, & Gietum jacente, quam Sanguinetæ rivus, ex Mevio monte manans, interſecat, & in Traſimenum conditur. Ille habet ab ortu villam inſtar oppidi, Tuorum dictam, ab occaſu fauces, quibus clauſus fuerat Flaminius, a meridie Traſimenum: non ita procul locus eſt, ut caſtrametatus fuerat Hannibal, quæ vallis Romana dicitur. Eſt & Oſſaria vicus, ab oſſium multitudine, verſus Cortonam, a Traſimeno tribus paſſuum millibus, ut Guilielmus Philander prodit ex Hiſtoricis ad Vitruvii libr. 10. cap. 11. Conſulendi autem ſunt Polybius libr. 3. T. Liv. 3. Decad. libr. 2. Plutarch. in Hannibale. Auctor de Vir. Illuſtrib. cap. 42. Lactant. libr. 2. cap. 17. Jul. Frontin. libr. 2. Stratag. cap. 5. D. Auguſtin. libr. 3. Civ. Dei cap. 19. *Viginti quinque millia Romanorum cæſa, ſex millia capta*. Paul. Oroſius libr. 4. cap. 15. nihil amplius. Julius Obſequens libr. de Prodigiis cap. 31. *Romani ad Traſimenum lacum cruento prælio victi*. Cornelius Nepos, ſeu verius Æmilius Probus: *C. Flaminium Conſulem apud Traſimenum cum exercitu inſidiis circumventum occidit*. Sed hoc mirandum, tantum fuiſſe pugnæ ardorem, ut cum maximus fuerit terræ motus, *nec Pœni ſenſerint, nec Romani*. Plin. libr. 2. cap. 84. meminit idem libr. 15. cap. 18. *Non Trebia, non Traſimenus, non Cannæ*. Illud quoque de eodem lacu portentoſum prodidit idem Plinius libr. 2. cap. 107. *totum arſiſſe*. Strabo libr. 5. pag. 157. operoſe deſcribit: Silius Italicus libr. 4. Punicor.

Namque ego ſum, celſis quem cinctum montibus ambit
Tmolo miſſa manus, ſtagnis Traſimenus opacis.

Et libr. 5. Punicor.

. . . . intremuere lacus, corpuſque refugit

Con-

Contractis Trasimenus aquis.

Idem libr. 8. in fine, & alibi ſæpe. In hoc lacu ſunt tres Inſulæ: *major*, *minor*, contiguæ ſibi ad ſeptentrionem: hæc fertilis, iſta inculta, deſertaque: & *pulvenſis;* quarum mentio in Archinis Ludovici Imperatoris.

Succedit *Lacus Aprilis* in Scoti Itinerario, Vernacule, *Fangoſa palude* audit, vel ut aliis placet, *Lago di Caſtiglione*. Hieronym. Bellarmatus in Tabula Tuſcana. Non deſunt, qui eum cum *Lacu Orbitello* confundant, inter quos Dominicus Niger, & Flavius Blondus in Italia Illuſtrata pag. 50. uterque male; nam *Orbitellus*, ſive *Orbitellius lacus*, ab oppido vicino nomen habet, quod prope promontorium Argentarium: & *Aprilis* cognominetur *a Prile amne*, qui in eum influat. *Marinus lacus*, a qualitate aquæ, ad radices Argentarii montis, ab oppido vicino nomen ſortitur: idem etiam *ſalsus* audit, & a Græcis λιμνοθάλαττα, quaſi dicas *paludem æquoream:* hodie *Lago d' Orbitello*, in mare ſe exonerat, recipitque viciſſim ab æſtu marino aquas, unde illi ab ea communione ſalſedo, quæ raro in lacubus.

Lacus Vadimonis celebratiſſimus eſt, quia olim Romanos ab Etruſcis dividebat. T. Liv. 1. Decad. libr. 9. ad eum Etruſcorum res fractæ, ut ibidem narrat Livius fuſiſsime. Sunt in eo *inſulæ fluctuantes*. C. Plin. libr. 2. cap. 95. L. Senecæ locus corruptiſsimus erat, priuſquam Hermolaus Barbarus, & Matthæus Fortunatus correxiſſent libr. 3. Natur. Quæſtion. cap. 25. *Alia in Vadimonis lacum vehitur*. Ingens eſt diſceptatio, ubi nam loci fuerit? nonnulli inter Sutrium & Nepe collocant, ut Blondo videtur: nonnulli contendunt, monti Roſeo fuiſſe ſubjectum, unde vocari *Lago di Monte Roſſo;* ſed tollit nodum, aut ſolvit Plinius Junior, qui prope Amærina prædia ad Tiberim ponit libr. 8. Epiſt. 20. *Exegerat proſocer meus, ut Amerina prædia ſua inſpicerem: hac perambulanti mihi oſtenditur ſubjacens lacus, nomine Vadimonis*. Vide cetera lectu digniſſima. Erat itaque in agro Baſſano inter duo illa Caſtella, quæ nunc *Orta & Galeſe* dicuntur. Jacobus Dalecampius in locum laudatum Plinii ſenioris. (1)

Baccbani lacus notus eſt ex Itinerario Scoti, quod falso adſcribitur Antonino. Eſt in planitie aperta prope ſilvam latrociniis olim infamem, decimoſexto lapide a Roma, ſtatione ſcilicet veredariorum ſecunda. Corruptiſsimus aër, & mortifer toti illi tractui, unde incolis proverbium *Oſteria di Baccano*. *Ciminius Lacus*, a ſilva quoque vicina, & via publica nomen videtur ſortitus. Pomponius Sabinus circa Sutrium locat: peſsime a quibusdam cum Vadimone confunditur, ut notat Fabricius: ab Itinerarii auctore Scoto *Lacus Elbii* eſt vocatus, Leandro Alberto obſervante. Nicolaus Erythræus J.C. in Ind. Virgil. putat eſſe *Lago di Roſſillon;* ſed errat; ille enim eſt, qui vulgo *Lago di Viterbo* ab urbe vicina dicitur. Meminit Strabo Amaſianus libr. 5. pag. 157. Λιμνή τε Κιμινία περὶ Οὐολσινίους. *Lacus Ciminius apud Volſinios*. Sil. Ital.

(1) Videndus C. V. Juſtus Fontaninus in Antiquitatibus Hortæ l. 1. c. 5.

Digitized by Google

Ital. libr. 8. proxime infra laudandus. Servius in libr. 7. Æneid. v. 696. *Et lacus, & mons hoc nomine appellatur. Sane hoc fabula habet. Aliquando Hercules ad hos populos venit, qui cum a singulis provocaretur ad ostendendam virtutem, defixisse dicitur vectem ferreum, quo exercebatur, qui cum terræ esset affixus, & a nullo potuisset auferri, eum rogatus sustulit, unde immensa vis aquæ secuta est, quæ Ciminium lacum fecit.* Ipse Virgilius:

Et Cimini cum monte lacum.

Sabatius lacus a Strabone loco laudato memoratur: & a Silio Italico libr. 8.

. . . . . *Sabatia quique*
Stagna tenent, Ciminique lacum.

Hunc ab oppido vicino *Lago di Bracciano* volunt esse: & ab Anguillarum copia *Lago d' Anguillara.*

Bulsinus Lacus. Ita enim clarissimi Historici Græci, Agathias Smyrnæus Scholasticus, & Procopius Cæsariensis nuncupant. L. Columellæ est *Vulsiniensis.* C. Plinio libr. 26. cap. 22. *Volsinienſis*, *Lapidicinis* nobilitatus, *Lago di Bolsena* vulgo, ab antiquissimæ & nobilissimæ civitatis vicinæ ruderibus. Insula in hoc parva, in qua obiit Regina Amalesiunta. Anonymus scriptor de Bello Gothorum, qui penes me est, libr. 1. MS. *Secreto cum mimicis Reginæ conspirans* Theodatus, *eam cæpit, captamque in Vulsini lacus insulam relegavit, nec multo post per filios agnatosque eorum, quos regina in seditione filii occidi fecerat, ut ipsa interficeretur permisit.* Insula hodie celebre monasterium est.

Tyrrhenus lacus, sive *Averni* licet ad Campaniam spectet, tamen quia supra libr. 1. hoc opere docuimus, etiam in Campania quasdam fuisse Etruscorum Colonias, hic suum locum habebit. Dio Coccejan. libr. 48. pag. 443. copiose narrat, quem vide. Hunc lacum *Avernalem* etiam Poëtæ vocant, juxta Cumas teterrimo odore, sed salubribus & medicatis aquis. Poëtæ Græci aliis laudati. Alb. Tibull. libr. 3. Eleg. 5.

Nos tenet Etruscis manat quæ fontibus unda,
Unda sub æstivum non adeunda canem.
Nunc autem sacris Bajarum maxima lymphis,
Cum se purpureo vere remittit humus.

Ex quibus palam est, *Bajas Etruscum fontem* dici, ubi antrum Sibyllæ. Viri eruditi ex Virgilii libr. 6. Æneid. Ludovic. de la Cerda. Claudian. libr. 2. de Raptu:

Tunc & pestiferi patatum limen Averni
Innocuæ transistis aves.

Hinc aditus putabatur ad Inferos patere, ut operosissime describit Silius Italicus libr. 12. non longe a principio:

Hinc vicina palus, fama est Acherontis ad undas
Pandere iter, cæcas stagnante voragine fauces
Laxat, & horrendos operit telluris hiatus.

Digitized by Google

Petron. in Civilibus:

Eſt locus exciſo penitus demerſus hiatu,
Parthenopen inter, magneque Dicarchidos arva
Concita (1) *perfuſus aqua.*

T. Lucret. libr. 6. in Edit. Oberti Giphanii:

Is (2) *lacus eſt Cumas apud, & Veſuvi per montis*
Oppleti calidis ubi fumant fontibus auctus.

At in vetuſtis exemplaribus omnia corrupta. Janus Parrhaſius legit convenientius:

Hic locus eſt Cumas apud Etruſcos per montes.

Demum prætermittendi non videntur lacus, *Focenſis*, & *Bientinæ*; quorum primùm ſuperius commemoravimus, parum ab altero diſtantem.

Etruria inter Italicas provincias quo loco ponatur: & provinciarum nundinatio. Obiter Italia vetus deſcripta, & nova illuſtrata.

CAP. VII.

UT locus Etruriæ inter provincias Romanas Italicas cognoſcatur, opera pretium erit Italiæ totius diviſiones varias hic adferri. Ac primum quidquid placuerit C. Sempronio in opere illo ſuppoſitio *de Diviſione Italiæ*, vel M. Catoni libello, aut verius fragmento *de Originibus*, miſſum facio, vel quia fabulis ſunt vicina: vel quia a Joanne Annio conficta, & in bonarum literarum dedecus excogitata: vel denique quia temporibus florentis Reipublicæ Romanæ non conveniunt, ſed ab omni eruditionis politioris cultu abhorrent. Ego vero de Etruria, in formam provinciæ redactam acturus, varias ejus diverſis ſeculis, & a variis auctoribus diviſiones proditas reperio. Prima erit antiquiſſimo ſtatui accommoda Claudii Ptolomæi, qui non in provincias, ſed in populos Italiam partitur, numeratque quadraginta quinque hoc ordine.

1. *Maſſilienſes*. Qui & *Lamones* ab Herculis filio Lamone appellati, quos inter Ligures & Gallos collocat Juſtinus, in *campis Lapideis*, ſive *Lapidariis*, ut alii vocant, vulgo *Crau*, ſi Cluſio, & Poldo fides adhibenda. Sed & tractus ille *Stunica* audit. Marius Niger. Ipſique populi *Ayli*. Turpinus in vita Caroli Magni.

2. *Tuſcos*, qui & *Pelaſgi*, & *Tyrrheni*, & *Raſeni*, & *Raſenni*, & *Comari*, quin & *Marſi*, auctore Iſidoro: *Umbri* etiam, ſive vernacule, ut nonnullis placuiſſe video, *Saleumbroni*.

3. *La-*

(1) Alii legunt *Cocyti*. (2) Alii edit. *Qualis apud Cumas locus eſt montesque Veſevum.*

Digitized by

3. *Latinos*, qui & *Latinienſes*, a Tiberi uſque ad Circejos, atque inde uſque ad Lyrim fluvium. *Heſperii* iidem a Virgilio libr. 7. Æneid. dicti. Vernacule regio, *Campagna di Roma*, & ab aliis *Maremma*.

4. *Campanos*, qui & *Camponi* Joſiæ Simlero: hodie vulgo *Terra di Lavoro*.

5. *Picentinos*, qui & *Peicentes* Verrio Flacco, iidem *Pentapolitani* in Synodo 6. habita ſub Conſtantino Magno, ut refert Rhegino Abbas. Regio olim *Firmiana*, Blondo auctore: nunc *Marca d' Ancona*.

6. *Lucanos*. Hos cum Bruttiis confundit Juſtinus libr. 23. & vere eadem gens erat.

7. *Bruttios*. Hi in Codice Theodoſiano perpetuo *Brittii* audiunt, olim Siculi cognominati, teſtibus Euſtathio, Stephano, Theocriti Scholiaſte: & regio ipſa *Brittania* Polyb. libr. 11. & a nonnullis Geographis *Sicilia cis Pharum*.

8. *Magnæ Græciæ gentes*. Harum omnium ſedes erant inter Bruttios, & Salentinos,

9. *Salentinos*. Iidem *Sallantini*, ſed & *Salantini* in numiſmatis, ut obſervat Hubertus Goltzius; olim *Dolates*. Regio hodie, *Terra di Otranto*.

10. *Appulos*. Qui *Pediculi*, & *Meſſapi*. Feſtus.

11. *Peucetios*. Iſti Stephano ſunt πευκετιαντες, *Peucetiantes*, & ἀυδάνιοι, *Audanii* Straboni, Oënotriis vicini. Regio *Terra di Bari*.

12. *Daunios*. Sunt iidem cum *Calabris*, ut docet Iſacius Tzetzes in Lycophronem.

13. *Frentanos*. Qui & *Ferentani* in Aprutio locantur, ſuntque iidem cum *Samnitibus*.

14. *Pelignos*. Nomen aliud populus non habet, ſed Regio *Valva* eſt. Hercules Ciofanius in deſcriptione Sulmonenſis urbis.

15. *Marrucinos*. Incertum qui hi fuerint.

16. *Picenos*. Iidem cum *Picentinis*, quos numero 5. ſuperius confule.

17. *Senones*, quos in Piceno ponit Polybius libr. 2. circa Flaminiam Strabo: atque horum regio *Albanorum Terra*, Suida auctore, eſt.

18. *Venetos*, qui antiquis Scriptoribus *Heneti*, quaſi ἀινετοὶ, *Laudabiles*. Jornandes libr. de Reb. Get. cap. 52. Sed & *Euganei*, & *Cyantes*, ſi credimus Roberto Cænali, & a recentioribus *Treviſani* dicuntur. Regio vero *Tarviſium*, ſive *Tarviſinum*. Caſſiodor. libr. 10. Epiſt. 27. hodie *Marca Treviſana*.

19. *Carnos*. Qui olim *Tauriſci*, & a C. Plinio *Norici* in Alpibus, ſive *Inalpini*. Vernacule Regio *Krainer* eſt, literarum metatheſi: Joachimi Vadian.

20. *Iſtros*. Iſti dicebantur *Japydii*, Plinio teſte, terminantque Italiam verſus Dalmatiam.

21. *Gallos Bojos*, qui *in tractu Mediolanenſi* locabantur; ſed ubinam loci, incertum.

22. *Cenomanos*, qui *Bergomates* cenſentur. De his Joan. Chryſoſtomus Zanthus Bergomas libros tres edidit ad Petrum Bembum, quos & *Orobios* putat dictos. Meminit Jul. Obſequens Prodig. cap 49.

23. *Becunos*. Hermolaus Barbarus putat eſſe *Focunates*, Alpium incolas ex Plinio. Contermini ſunt Tridento, & regionem exiſtimat Simlerus dici *Vallem Suis*, quæ D. Bartholomæi vocatur; at *Comitatum Fulciniaci* facit Pignonius. Ipſi viderint.

24. *Inſubres*. Plerique *Mediolanenſes* interpretantur, inter quos Scudus. Ἰνσύβροι, *Inſubri* ſunt Ptolomæo. Ἰνσόβαρες, *Inſobares* Stephano; ſed *Padi accolæ*: quidquid ſit, certe ſunt Galliæ Ciſalpinæ populi. Quos Gallos fuiſſe commemorat Bonaventura Caſtilioneus libr. *De Inſubrum antiquis ſedibus*.

25. *Salaſſos*. Gentem Alpinam vocat Suetonius in Auguſto cap. 21. qui & *Lai* Polybio, Inſubribus ſubjecti: diciturque regio *Val d' Oſta*, ut refert Scudus.

26. *Taurinos*. Iidem putantur eſſe *Aquenſes*, & *Tauriſci*, ſive, ut nunc loquimur, *Pedemontani*.

27. *Libycos*. Hi etiam ſunt *Lebni*, atque *Libni*, Galliæ Ciſalpinæ populi in agro Vercellenſi.

28. *Centrones*. Forte *Acitanones* ſunt Plinii, *Centrones* apud Cæſarem. Hos in Graiis Alpibus collocat liber Notitiarum: vernacule *Tarantaiſe*, auctoribus Blaſio Vigenereo, & Marliano. Mejerum, Dinæum, & Sigebertum laudat diſcordes ſuper hoc Ortelius.

29. *Lepontios*. Quos Strabo *Rhaticam gentem facit*: alii eosdem cum *Helvetiis* contendunt. Summa Alpium inhabitant juga, ait Scudus: apudque eos Rheni ſunt fontes. Cæſar libr. 4. de Bello Gallico non longe a principio. Sunt & *Lepontii Viberi*, qui Rhodani fontem accolunt: C. Plinius. Regio *Lenontina Vallis*. Habitant inter Sedunenſem & Curienſem Dioeceſes. Raymondus Marlianus. Quidam male *Sarmatas* fuiſſe volunt.

30. *Caturiges*. Et Græcis καθύριγες, *Catoriges*, & hi Alpium accolæ: paululum voce variata hodie *Charges* oppidum habent. Simlerus, & Vigenerius.

31. *Seguſianos*, ſive *Secuſianos* certum eſt eſſe gentem Gallicam, & quidem in Lugdunenſi locat unanimis conſenſus, vernacule *Lionnois*. At Villonovanus Regionem eorum vult eſſe *La Breſſe*. Savinlianus vero vocari contendit *Foreſieus*.

32. *Neruſios*. Et hi Alpes incolunt.

33. *Surios*. Hi etiam *Suriates*. Plinio in Umbria.

34. *Vendeontios*. Nuſquam apud alium auctorem hic populus; quare exiſtimo mendum eſſe in Codice Ptolomæi, & fortaſſis legendum foret *Venebentos*, aut *Venebentios*, qui & ipſi variante nomine appellati *Benebenti*, ſcilicet *Beneventi* incolæ, quæ Pelignorum in Samnio oppidum nobile, & ducatus Pontificiæ ditionis, olim *Argiripa* cognomi-

na-

Digitized by Google

natâ, ut eſt apud Suidam, & Georgium Cedrenum, neſcio, an recte; ſed & *Concordia Colonia* audit apud Julium Frontinum. Stephano certo Βενεβεντὸς καὶ μαλοεντὸς: *Beneventum & Maleventum* Plinio.

35. *Gallie togate gentes*. Quibusdam eſt *Gallia Citerior*, inter quos eſt Appianus: aliis vocatur *Gallia Subalpina*. C. Plin. libr. 16. cap. 11. A quibusdam, ſed ignaris Antiquitatis *Gallia Ciſpadana*, quondam *Bionora* dicebatur: poſtea *Felſina*: demum *Aurelia*, atque *Æmilia*. Sed ut hæc nugatoria Annio impuranda ſunt, ita intelligimus totam hanc regionem uno nomine *Longobardiam* dictam, inter Alpes ſcilicet, & Rubiconem fluvium. Vibius Sequeſter. Hic hodie *Runcone* & *Piſatello* vernacule, *Limes* inter *Auſonia arva & Gallica*, ut loquitur M. Lucan. libr. 1. v. 214.

36. *Umbros*, qui Græcis Ὄμβροι, *Ombri*. Inter Padum, & Picentinos collocantur ab idoneis auctoribus. *Tribus Sappinia* T. Livio 4. Decad. libr. 1.

37. *Sabinos*, a Sabo dictos, qui & *Senini*. Sed & hos *Umbros* primitus vocatos docet Dionyſius Halicarnaſſeus libr. 2. pag. 112. Vide noſtram deſcriptionem.

38. *Æquicolas*, qui Græcis Αἴκλοι. Diodor. Sicul. libr. 14. in fine. Iidem *Æqui*, ideſt Αἶκλοι. Æquiculani ſunt Plinio. In antiqua Inſcriptione vocantur *Æcani*: vernacule a quibusdam *Beneventani*.

39. *Marſos*. Et montes in Italia, ſive in Tuſcia hoc nomine: Moderat. Columella libr. 6. & populus, præter Geographos Virgilius libr. 2. Georg. v. 167. forte *Abellinates* Plinii ſunt, ſive *Avellinates*, ut in Codicibus M. Lucani. Sunt nonnulli, qui circa Apuliam eos collocent, cum revera in Aprutio ſint, & *Protropi* dicti ad Etruriam ſpectent.

40. *Prætutios*. Vicini ſunt Picentinis, de quibus carmen Eliſii Calentii laudat Abrahamus Ortelius.

41. *Veſtinios*. Qui Grecis Βεστῖνοι auctoritate Suidæ in Campania communior locat conſenſus, in qua regione & urbs celebris eo nomine. T. Liv. 1. Decad. libr. 8. pag. 145. Non longe Phaletnis diſtat.

42. *Caracenos*. Horum metropolis *Carra*, & putantur a vitis eruditis iidem cum *Beebunis*, ſeu *Becunis*, de quibus ſupra num. 23.

43. *Samnites*. Iſti ſunt *Squinci*, *Sabelli*, & Σάουνιται Græcis. Inter Picenum, Campaniam, & Apuliam ſedes habebant. Eutrop. libr. 2. Vernacule regio vocatur *Val Beneventana*, ut prodiderunt Baptiſta Caraffa, & Collenutius.

44. *Hirpinos*. Iſti quoque in Samnio cenſentur, quare *Samnites* habendi.

45. *Calabros*. Hi variante appellatione *Daunii*, & *Japyges*, & *Salentini* audiunt. Tzetzes Chiliad. 1. num. 27. *Auſones* faciunt ex Catonis Originibus, neſcio quam recte: & puto proprie inter Campanos & Volscos *Auruncorum*, hoc eſt *Auſonum*, ſedem juxta mare olim finiſſe,

ut

ut ſcribit Iſacius Tzetzes in Lycophronem, & Servius ad libr. 7. Æneid. qua regione *Calabri* non potuerunt eſſe, quos fortaſsis liber Notitiarum vocat *Saltum Carminianenſem*. Verum hæc alias forte plenius.

At enim diſtributio hæc incongrua videtur, quod multæ gentes nobiles, populique in Italia celebratiſſimi omittantur, ut *Ligures*, *Rheti*, aliique. Nonnullæ vero gentes ignobiles intruſæ, ut ex ipſa enumeratione liquido evincitur: aliæ etiam repetitæ, & quaſi diverſæ eſſent, diſparibus in locis enumeratæ, ut conſtat ex num. 5. num. 16. num. 17. num. 40. Quædam denique, quæ fuerunt ditionis Italicæ, neque ſub Italiæ nomine comprehendebantur, pro Italicis ponuntur, ut num. 1. num. 31. Certe enim Geographorum omnium veterum, recentiumque conſenſus, *Maſſilienſes*, *& Seguſianos* in Gallis collocat.

Altera eſt Italicarum Provinciarum diviſio, ſequiori ævo, Ivonis Carnotenſis MS. ex Bibliotheca Auguſtiſsimi Magnæ Britanniæ Regis. Opus inſcribitur *De Undecim Regionibus: In Italia, inquit, ſeptemdecim ſunt provinciæ.*

1. *Campania, in qua Capua.*
2. *Tuſcia cum Umbria.*
3. *Æmilia.*
4. *Flaminia, in qua Ravenna.*
5. *Picenium.* Lege *Picenum.*
6. *Liguria, in qua Mediolanum.* Dubito an recte. Niſi ævo priſco,
7. *Cum Hiſtris, in qua Aquileja.*
8. *Alpes Scatiæ.* Lege, *Coctiæ*, vel *Cottiæ.*
9. *Samnium.*
10. *Apulia.*
11. *Calabria, in qua Tarentus.*
12. *Brutia cum Lucania.*
13. *Rhetia prima.*
14. *Rhetia ſecunda.*
15. *Sicilia.*
16. *Sardinia, Corſica.*
17. *Alpes Graje, vel Græcæ.*

Exactior hiſce convenientiorque inſtitutæ noſtræ deſcriptioni diviſio illa Italiæ, cujus Auguſtum auctorem faciunt, & ſequitur C. Plinius libr. 3. cap. 5. & ſequentibus quatuordecim. Ita ſe ea habet.

1. *Latium vetus, novumque, & Campania.*
2. *Picentes.*
3. *Lucani, Bruttii, Salentini, Appuli.*
4. *Frentani, Marrucini, Peligni, Marſi, Veſtini, Samnites, & Sabini.*
5. *Picenum.*
6. *Umbri.*
7. *Etruria.*
8. *Gallia Ciſpadana.*

9. *Li-*

Digitized by

9. *Ligures*.
10. *Venetia, Carni, Japydes, Iſtrique*.
11. *Gallia Tranſpadana*.

Ferunt etiam, Antoninum Auguſtum in ſedecim provincias partitum Italiam; ſed nugamentum eſt, aut Annii Viterbienſis, aut alicujus alterius imperiti, cum neque ſtatui Romano, qualis tum erat, reſpondeat: neque provinciarum enumeratio ullius probabilis auctoris teſtimonio innitatur; quare conſulto erit illa omittenda.

Strabo Amaſianus, diligentiſſimus Scriptor, Italiam in octo regiones diviſit.

1. *Venetia*.
2. *Liguria*,
3. *Picenum*.
4. *Lucania*.
5. *Tuſcia*.
6. *Roma*, ſive *Latium*.
7. *Campania*.
8. *Apulia*.

Poſt Auguſtum centum annis aut præter propter, non nihil Re Romana mutata, ſub Hadriano Cæſare, alia provinciarum Italicarum diſtributio ab eodem deſcripta proditur a Sexto Ruffo *in Breviario*, quæ quidem meo judicio perfectior eſt, cum non modo eas comprehendat provincias, quæ inter Alpes, & mare Siculum interjacent, ſed etiam nobiliores Inſulas, quas conſtat etiam veteri Republica in numerum Italicarum provinciarum repoſitas. Illi igitur ſeptemdecim ſunt provinciæ hoc ordine. Prius Alberti Leandri deſcriptio ponatur, quæ novemdecim habet regiones, atque ita enumerandæ ſunt.

1. *Liguria, ora Genuenſis* hodie Italis.
2. *Etruria*, quæ eſt *Tuſcia*. Vide infra noſtram ejus deſcriptionem.
3. *Umbria*, quæ vernacule, *Ducatus Spoletinus*, Pontifici Maximo ſubjecta.
4. *Latium*. Quæ hodie *Campania Romana*.
5. *Campania Felix*. Vide Ptolomæi enumerationem, ſuperius a me explicatam.
6. *Lucania*. Hodie vulgo *Baſilicata*, Regiæ dictionis, ſub Regno Neapolitano.
7. *Brutia*. nunc *Inferior Calabria*.
8. *Magna Græcia*. Vulgo *Calabria ſuperior*.
9. *Salentini*. Quæ Regio vernacule *Terra Hydruntica*, etiam ſub Regno Neapolitano.
10. *Apulia Peucetia*. Hodie ab Italis vulgariter *Terra Bariana* cognominata.
11. *Apulia Daunia*. Quæ alio nomine audit *Apulia plana*.
12. *Samnites*, quorum ſedes *Aprutium*.

13. *Pi-*

Digitized by Google

13. *Picenum*. Appellatione moderna neſcio unde ceſſit, *Anconitana Marca*, forte ab urbe primaria.

14. *Flaminia*. Quæ *Romanula* hodie, & paululum corrupta appellatione *Romandiola*.

15. *Æmilia*. Quæ *Longobardia Ciſpadana*.

16. *Gallia Tranſpadana*, ſive *Longobardia* Tranſpadana.

17. *Venetia*. Vulgo *Tarviſina Marca*.

18. *Forum Julii*, quod & nomen hodie retinet, vocaturque alio etiam nomine *Patria*.

19. *Iſtria*. Nomen ſervat antiquum.

Ita quidem Leander Albertus Bononienſis, Dominicanæ familiæ vir doctus, & diligens. Ita etiam Sextus Ruffus in libello nuper laudato.

1. *Venetia, & Iſtria*.
2. *Æmilia*.
3. *Liguria*.
4. *Flaminia, & Picenum*.
5. *Tuſcia, & Umbria*.
6. *Picenum Suburbicarium*.
7. *Campania*.
8. *Sicilia Inſula*.
9. *Apulia, & Calabria*.
10. *Samnium & Bruttii*.
11. *Alpes Cottiæ*.
12. *Rhetia prima*.
13. *Rhetia ſecunda*.
14. *Samnii pars*.
15. *Valeria*.
16. *Inſula Sardinia*.
17. *Inſula Corſica*.

Eſt etiam Conſtantini Magni diviſio quædam Italiæ, a Zoſimo libr. 2. Hiſtor. poſita: quæ quia ab aliis allatis nonnihil differt, etiam apponetur; ille enim Auguſtus non ſolum Imperium innovaſſe eſt viſus, verum etiam ſingulas ejus partes. Ex hac enumeratione reperiuntur provinciæ ſeptemdecim, exemplo ſcilicet Hadriani, qui ducentis pæne annis præceſſerat. Ita ergo ſe habent.

1. *Venetia, & Iſtria*.
2. *Æmilia*.
3. *Liguria*.
4. *Flaminia, & Picenum Annonarium*.
5. *Tuſcia, & Umbria*.
6. *Picenum ſuburbicarium*.
7. *Campania*.
8. *Sicilia*.
9. *Apulia, & Calabria*.
10. *Lu-*

Digitized by Google

10. *Lucaniæ, & Bruttii.*
11. *Alpes Cottiæ.*
12. *Rhætia prima.*
13. *Rhætia ſecunda.*
14. *Samnium.*
15. *Valeria.*
16. *Sardinia.*
17. *Corſica.*

Prima, ſecunda, tertia, quarta, *Conſulares* erant, ſub *Vicario Italiæ:* quinta, ſexta, ſeptima, octava, etiam *Conſulares*, ſub *Vicario Urbis Romæ:* nona, & decima *Correctoriales* ſub eodem: undecima, duodecima, decima tertia *Præſidiales*, ſub *Vicario Italiæ*: reliquæ, quæ ſuperſunt, quatuor *Præſidiales*, ſub *Vicario Urbis Romæ*.. Ut autem illud obiter annotem, provinciæ in multiplici differentia ſtante Romano Imperio fuiſſe deprehenduntur, ut eruditiſſime diſcuſſum ab Andrea Tiraquello ad Alexandri Neapolitani libr. 2. Genial. Dier. cap. 17. Hoc tantum addiderim, corruptis moribus invaluiſſe, ut quæ olim ſorte rectoribus obvenirent provinciæ, invaleſcente luxu pretiis cederent, & veluti emerentur, licitantibus patriciis. Cujus turpitudinis origo fortaſſis ad Veſpaſianum Auguſtum referri poterit. Sueton. in eo cap. 16. *Nec candidatis quidem honores, reiſve tam innoxiis, quam nocentibus abſolutiones venditare cunctatus eſt.* Quod vetitum diſces ex præcedenti capite.

Eſt & Italia diviſa a Paulo Varnefrido Aquilejenſi, cognomento Diacono libr. 2. de Geſt. Longobard. cap. 14. & octo ſequentibus: numeratæque in illa octodecim provinciæ hac ſerie.

1. *Venetia cum Iſtria, & Foro Julii.*
2. *Liguria*. In qua *Mediolanum* & *Ticinus*. Antiquiſſimam eam Liguriam fuiſſe oportet.
3. *Rhætia prima.*
4. *Rhætia ſecunda. In quibus proprie Rheti habitabant.*
5. *Alpes Cottiæ, ubi Dertona, Aquæ calidæ, Monaſterium, Bobium, Genua, & Saona.*
6. *Tuſcia. Hæc habet circium verſus Aureliam ab oriente. In hac ſunt Peruſium, Lacus Clitorius, Spoletumque. Roma etiam, quæ totius Mundi caput extitit, in hac provincia eſt conſtituta.* Pudendus lapſus; nam in Latio Romam conditam vel pueruli Grammaticorum non ignorant.
7. *Campania, in qua Capua, Neapolis, Salernus.*
8. *Lucania. In qua Peſtus, & Lanius* (corrupte, ut puto pro *Lamos*, quod Plinio Frentanorum eſt oppidum) *Caſſianum, Conſentia, Rhegiumque*. Addendum certe *Julium*, ad diſcrimen alterius Rhegii in Gallia togata. Iſtud certe in Bruttiis collocat Strabo libr. 6. atque Φοιβιὰ, *Phœbia* dictam, & Coloniam ab Auguſto factam. *Aſchevaz*

Digitized by Google

olim dicebatur, docuit ex Flavio Josepho Gabriel Barrius: & ejus incolæ *Taurocini* ex Probo Grammatico in vita Virgilii; sed & *Neptunia*, & *Posidonia* etiam vocata. Dionys. Halicarnassæus.

9. *Alpes Apenninæ. In qua civitates Ferronius, sive Ferronianus.* Nugæ: nulla ejus appellationis civitas in Italia. Forte corrigendum *Feronia*: sed illa non in Alpibus Apenninis, sed in Tuscia erat, ut dicetur: & *Montepellium*: forte legendum *Monte-Feretrum*; sed & illud in Piceno. Procopius libr. 2. Gothor. in Luitprandi Historia *Mons Feratus* audit: & denique *oppidum Leonis* idem a quibusdam dicitur. *Bobium*, pergit Varnefridus, *& Urbinum, nec non oppidum, quod Verona dicitur.* Et de Bobio Platina in Vita S. Columbani: & Geographi. Sequitur apud eundem: *Alpes Cottias Victorini historia provinciam appellat*; sed lege; & corrige *Victoris historia*; intelligitur autem Sextus Aurelius Victor, de quo vetus Inscriptio, & Ammianus Marcellinus.

10. *Æmilia. Hæc locupletibus urbibus decoratur, Parma, Placentia, Rhegio, Bononia, Cornelii Foro, cujus castrum Imolas appellatur.*

11. *Flaminia ad Hadriaticum. In qua nobilissima urbium Ravenna, & quinque aliæ civitates, unde Pentapolis dicta.*

12. *Picenus. Usque ad fluvium Piscarium, in qua sunt civitates Firmus*, φίρμων Procopio, φίρμον Straboni. *Colonia Augusta Firma*, ex nummo Galbæ. Hubertus Goltzius. *Firmanorum Castellum* Plinio. *Asculus*, Ἄσκλος est Stephano. Ἄσκλον Ptolomæo. *Asculum caput gentis* L. Floro libr. 1. cap. 19. qui natura munitissimum oppidum in Apulia locat, idemque sociali bello eversum narrat libr. 3. cap. 18. *Pinnus*, Πίννα, seu Penna est aliis, & in Vestinis ponitur. Franciscus Pamphilus ait hodie vocari *Penna di S. Giovanni. Et vetustate consumpta Hadria.* Unde mare Hadriaticum.

13. *Valeria. Cui Nursia annexa, & ejus pars Etruria dicta est, habet urbes Tiburim*, quam in Latio pleraque auctorum pars locat. Πολυστέφανον audit apud Stephanum: & quæ via Tiburtina a Vitruvio celebratur libr. 8. cap. 3. in eundem. Cæsar Casareanus *Taurinam* ait vocari. *Carsilis*, cujus forte accolæ *Carsuli* Tacito in Umbria: aut *Carsulani*, aut *Carsitani*, sed in agro Prænestino. Macrob. libr. 3. Saturnal. cap. 18. *Rbeate*; & hoc in Umbria, sive in Sabinis a Geographis. *Furconam*, sive *Furconium*, Platina auctore in Paschali 2. *Amiternum*, vulgo *Pescara*, ut vult Laurentius Ananiensis: in Samio locatur a T. Livio 1. Decad. libr. 10. in Sabinis a Plinio. Ex eo diruto *Aquila* crevit. Baptista Fontejus in Cæsia familia. Addit Varnefridus, *Regionem Marsorum, & Fucinum Lacum.*

14. *Samnium. In qua sunt urbes Theate*, sive *Teate*, in Marrucinis, ut placet Ptolomæo: vel Apulorum, ut est in Livio 1. Decad. libr. 8. vulgo *Civita* dicitur, affirmante Michaële Ritio. *Ausidina*, vel *Ausidena* in Samnio, ut apud Livium 1. Decad. libr. 10. aut in Caracænis Ptolomæo auctore. *Hisernia, & caput regionis jam dirutum Samnium.*

15. *Apu-*

Digitized by

15. *Apulia, aßociata Calabria, in qua eſt Salentina regio.* Eadem fere, quæ ſuperiores Principum diviſiones. *In hac ſunt urbes opulentæ, Luceria*, ſive *Leucheuria*: Λευχερία ex Polybio libr. 3. Stephano eſt, & in Apulia Daunia locatur. Plinius *Neuceria* dicitur a Suetonio, & vulgariter *Nuceria*: conſulendi Geographi. *Sepontum*, ſive *Sipontum*; ſive *Sipuntum*, ut in Pomponii Melæ Codicibus: a Græcis Σηπιᾶς *Sepias*, & Σηπᾶς, *Sepas* audit, & aliiſque Σιπᾶς, ut Stephano. M. Lucano libr. 5. v. 374. A nonnullis exiſtimatur *Sediſa*, olim Colonia Romana, hodie *Manfredonia* in Apulia Daunia, Paulo Jovio teſte. *Canuſium*, eſt ad Aufidi ripas in Apulia etiam Daunia. Errat Leander Albertus, qui cenſet, idem eſſe cum Cannis, ſtrage Romana vico nobili, cum ut diverſorum meminerint, Plutarchus in Hannibale, Livius, Plinius, & alii: adde Procopium, qui diſerte Canuſium Cannis ait diſtare vigintiquinque ſtadiis. *Agerentiam*. Corruptus eſt locus, ut ſuſpicor. *Brunduſium*. Varia hujus appellatio, nam & *Brinduſium*, & *Brudiſium*, & *Brenideſium*, & ab Græcis *Brenteſium*, hoc eſt Βρεντέσιον, & in Numiſmatis *Bryndiſium*, in veteribus lapidibus *Bronuteſion* legitur: denique *Brenda* brevitatis cauſa, teſte Feſto libr. 2. qua civitate nihil nobilius in Romana hiſtoria. *Tarentum*, quod olim Oëbalia dicta, Servio teſte, & ad Ovidium obſervat Jo: Scopas; ſed & *Taras* a conditore, ſecundum quorumdam ſententiam. Marciani Heracliotæ v. 348. Statii libr. 1. Silv. 1. in fine. M. Lucan. libr. 5. v. 377. ab aliis vero *Phalantias*, a conditore altero, ſive reſtauratore forſitan, ut Interpretes Horatii, In Magna Græcia locatur, & ab Æliano libr. de ordin. acieb. & Suida in Sicilia; quare liquet hanc Italiæ partem Siciliam etiam vocatam. Addit Paulus, *aptam mercimoniis Hydruntem*. Hæc ſive *Hydrus*, ſive *Hydruntum*, ſive *Hydrentum* civitas nobiliſſima. Vide Ferdinandum Pinciarum in Caſtigat. in Plinium.

16. *Sicilia Inſula.*

17. *Corſica, a duce ſuo Corſo.*

18. *Sardinia, A Sarde, Herculis filio.*

Raphaël Volaterranus poſt varias Italiæ diviſiones, ex Antonino, ſive Auctore Itineratii, & Strabone, tandem Fiſci Apoſtolici diviſionem libr. 4. adfert ex Sacro Codice, quem vocat, qui Sebaſtiano Munſtero libr. ..., eſt Rota Papalis, ſecundum eam ſunt duodecim Italiæ, non tam provinciæ, quam partes.

1. *Marka Treviſa, in qua Venetiæ.*
2. *Iſtria, cui Forojulenſes annectuntur.*
3. *Longobardia*, ſive *Gallia Tranſpadana.*
4. *Liguria.*
5. *Romandiola*, ſive *Gallia Ciſalpina.*
6. *Ducatus Spoletinus*, ſive *Umbria.*
7. *Aprutium*, ſive *Samnium.*
8. *Campania*, ſive *Latium.*

9. *Terra laboris*, ſive *Leboria*.
10. *Calabria*, ſive *Lucania*.
11. *Apulia*.
12. *Terra Hydruntina*, ſive *Salentini*.

Ea eſt Flavii Blondi Forolienſis, viri diligentis, & docti libr. ...

1. *Liguria*.
2. *Etruria*.
3. *Latium, ſeu Campania maritima*.
4. *Umbria, vel Ducatus Spoletinus*.
5. *Picenum, aut Anconitana Marka*.
6. *Romandiola, olim Flaminia*.
7. *Æmilia*.
8. *Gallia Ciſalpina, quæ & Longobardia*.
9. *Venetia*.
10. *Italia Tranſpadana, quæ nunc Marka Treviſana, vel Aquilejenſis, vel Foro Julienſis*.
11. *Iſtria*.
12. *Samnium*.
13. *Terra Laboris, ſive Campania vetus*.
14. *Lucania*.
15. *Apulia*.
16. *Salentini, ſive Terra Hydruntina*.
17. *Calabria*.
18. *Bruttii*.

Atque hæc quidem de Italiæ totius, ſingularumque in ea Provinciarum enumeratione, & diviſione ex ſcriptoribus vetuſtis, recentibuſque, quantum inſtituto operi idoneum fuit, dixiſſe ſufficiat. Supereſt, ut de Etruria ipſa dicatur, quam unicus Codex ſacer Romanus omittit: alii vel ſeptimam, vel ſecundam faciunt, quod non de tempore, quo ſuperata eſt, intelligi velim; ultima enim omnium Italicarum Provinciarum ditioni Romanæ acceſſit, ut ex capite proxime ſequenti liquet; ſed de ſitu, & poſitu ipſius regionis accipiendum, quippe littus oramque Tyrrheni maris ſequentibus, primo Liguria, mox Etruria occurrit.

Etruria diviſa olim in populos, aut urbes, numero quidem, pro temporum conditione, varias, ſex-decem, quindecim, octodecem: verius tamen in duodecem, & quæ illæ fuerint.

CAP. VIII.

UT certiſſimum, omniumque Scriptorum conſenſu receptum, Etruriam illam nobilem in Dynaſtias quasdam, ſive populos antiquitus diviſam; ita quænam illæ urbes fuerint, quibus nominibus, aut quo numero, in tam alta antiquitate, ut certo affirmare temerarium judico, ita curioſius explorare glorioſum. Nonnulli ſex tantum Civitates in hac Oligarchia ponunt, quod ſentit M. Cicero libr. 1. de Divinat. *Etruria de Cœlo tacta ſcientiſſime animadvertit, eademque interpretatur, quid quibuſque oſtendatur monſtris, atque portentis; quo circa bene apud majores noſtros, Senatus, tum cum florebat imperium, decrevit, ut de principum filiis, ſex, ſingulis Etruriæ populis in diſciplinam traderentur*. Sed eandem inſtituti veteris hiſtoriam recenſens Valer. Maxim. numerum auget, & decem urbes facit libr. 1. cap. 1. in limine: *Tantum autem ſtudium antiquis, non ſolum obſervande, ſed etiam amplificande religionis fuit, ut e florentiſſima, tum & opulentiſſima civitate, decem principum filii Senatuſconſulto ſingulis Etruriæ populis, percipiende ſacrorum diſcipline gratia, traderentur*. Alii permagni etiam nominis auctores numerum hunc valde auxerunt, uſque adeo, ut quindecem urbes cenſuerint imperium hoc inter ſe legitimum partitas: adeoque etiam quindecim eas urbes numerant, nominantque, uti paulo infra dicetur, & fidem facit vetuſtiſſimi marmoris pulchertima Inſcriptio, quæ Vultinii etiam hodie viſitur.(1)

L. CANNVLEIVS
IN. ITALIA. VOLSINIENSIVM. PATRIAE. SVAE. ITEM. FERENT. ET. TIBVRTIVM
ITEM. COLONI. ITALICENSIS. IN. PROV. RAETICA. PRAET. ETRVR. XV
POPVLORVM. SACERDOTI. CAENINENSIVM. M. HELVIVS. M. F. CLEMENS
ARNENSI. DOMO. CARTAGINE. PRAEF. EQ. ALAE. PRIMAE. CANNANEFATVM
PRAESIDI. SANCTISSIMO. ET. RARISSIMO. CVRAM. AGENTE. L. ACONIO
CALLISTO. TRIB. MIL. LEG. XIIII. GEM. SEV.

Con-

(1) Apud Gruter. pag. 385. num. 1.

Digitized by Google

Conſtat ex hoc fragmento, ea ſaltem tempeſtate in Etruria quindecem fuiſſe populos, octodecem vero conſtituit Plutarchus in Vita Marii pag. 136. Οἱ δ' ἐμβαλόντες εὐθὺς ἐκράτουν τῆς χώρας ὅσην τὸ παλαιὸν οἱ Τυῤῥηνοὶ κατεῖχον, ἀπὸ τῶν Ἄλπεων ἐπ' ἀμφοτέρας καθήκουσαν τὰς θαλάττας, ὡς καὶ τὄνομα μαρτυρεῖ τοῖς λόγοις, τὴν μὲν γὰρ βόρειον θάλασσαν, Ἀδρίαν καλοῦσιν, ἀπὸ Τυῤῥηνικῆς πόλεως Ἀδρίας, τὴν δὲ πρὸς Νότον κεκλιμένην, ἅπαντες, Τυῤῥηνικὸν πέλαγος: πᾶσα δ' ἐστὶ δενδρόφυτος ἄυτη, καὶ βέμμασιν ἔυβοτος, καὶ κατάῤῥυτος ποταμοῖς, καὶ πόλεις εἶχεν ὀκτωκαίδεκα καλὰς καὶ μεγάλας, καὶ κατεσκευασμένας πρός τε χρηματισμὸν ἐργαστικῶς, καὶ πρὸς δίαιταν πανηγυρικῶς, ἃς οἱ Γάλλαται τοὺς Τυῤῥηνοὺς ἐκβαλόντες, αὐτοὶ κατέχον. *Galli primo impetu totam occupant regionem, quam Tuſci ab Alpibus ad Superum, Inferumque mare pertinentem, quondam tenuerant: nomina ſunt argumento, quorum alterum ad Aquilonem vergens Hadriaticum, ab Hadria, Tuſcorum colonia, alterum ad meridiem ſpectans, communi vocabulo gentis Tuſcum vocant: arboribus regio omnis, paſcuiſque læta, atque irrigua fluminibus, incolebatur urbibus octodenis inſignibus & amplis, ad rem induſtria parandam, & ad luxum vitæ pariter comparatis: has Galli, ejectis Tuſcis, ipſi inſedere.* Quam ego gravem controverſiam ita componendam cenſeo, ut e duodecim illis primariis civitatibus, ſex fuerint dignitate eminentiores, ac prærogativa quadam ceteris prælatæ; quare Cicero ſex optimatum filios in ſex præcipuas e duodecim Tuſciæ civitates amandatos ſcribit. Qui vero quindecim nominant Etruriæ urbes, illi ad Etruriam, in formam provinciæ a Romanis redactam, intelligi debent; aliam enim victores Romani gentibus devictis formam regiminis imponebant, quam libero ſtatu populi poſſidebant. Dum vero decem urbes laudat in Etruria Valerius, puto eum memoria lapſum. Denique octodecim civitates pulchras, & magnas in Etruria Plutarchus extollit, latiſſime nomen ejus regionis uſurpat, pro Tranſpadana ſcilicet, atque Tranſtiberina, Ciſtiberinaque provinciis, quibus Tuſci, eo ævo, quo Galli Italiam irruperunt, dominabantur: atque id verum eſſe, Servii verba paulo infra laudanda docebunt. Revera tamen concors eſt, veraque ſententia, duodecim fuiſſe Etruriæ populos, civitatibus eorum a Tarchonte Tyrrheni præfecto extructis. Dionyſ. Halicarn. libr. 3. pag. 195. probat duodecim faſces Conſuli Romano conceſſos a numero urbium Etruriæ, his verbis: Ὡς δὲ τίνες ἱστοροῦσι, καὶ τοὺς δώδεκα πελέκεις ἐκόμισαν αὐτῷ, λαβόντες ἐξ ἑκάστης πόλεως ἕνα, Τυῤῥηνῶν γὰρ ἔθος ἐδόκει, ἑκάστῳ τῶν κατὰ πόλιν βασιλέων ἕνα προηγεῖσθαι ῥαβδοφόρον, ἅμα τῇ δέσμῃ τῶν ῥάβδων πέλεκυν φέρουσα, ἐπὶ δὲ κοινῇ γίνοιτο τῶν δώδεκα πόλεων στρατιὰ, τοὺς δώδεκα πελέκεις ἑνὶ παραδίδοσθαι τῷ λαβόντι τὴν αὐτοκράτορα ἀρχήν. *Sunt qui prodant allatas ei etiam duodecim ſecures, ſingulas a ſingulis populis miſſas; Etruſcorum enim mos fuiſſe videtur, quamque civitatem unum Regi ſuo lictorem addere, qui cum virgarum faſce ſecurim illi præferret; quoties vero communis duodecim populorum eſſet expeditio, duodecim ſecures ei traderentur, cujus eſſet imperium in exercitum.* Eadem ante illum T. Livius 1. Decad. libr. 1. *Jura dedit* Romulus

mulus, *quæ ita ſancta generi hominum agreſti fore ratus, ſi ſe ipſe venerabilem imperii inſignibus feciſſet, cum cetero habitu ſe auguſtiorem, tum maxime lictoribus duodecim ſumptis fecit. Alii a numero avium, quæ augurio regnum portenderant, eum ſecutum numerum putant. Me haud pœnitet eorum ſententiæ eſſe, quibus & apparitores, & hoc genus ab Etruſcis finitimis, unde ſella curulis, unde toga prætexta ſumpta eſt, numerum quoque ipſum dictum placet, & ita habuiſſe Etruſcos, quod ex duodecim populis communiter creato Rege, ſingulos ſinguli populi lictores dederint.* Leviſſimus error in utriuſque ſcriptoris loco hæſit; nam in Dionyſio πανὴ ϛρατὶα, pro ϛρατέα: & apud Livium *numerum quoque ipſum dictum placet:* ſed omnino eſt reſcribendum: *numerum quoque ipſum ductum placet.* Sed pergo porro.

Duodecim haſce civitates frequentiſſime probati ſcriptores nominaverunt. Feſt. libr. 18. in voce *Tages;* ubi ſic ille: *Tages nomine Genii filius, Jovis nepos, puer, dicitur diſciplinam aruſpicii dediſſe duodecim populis Etruriæ.* Vide, quæ ſunt dicta hoc opere libr. 3. cap. 1. L. Flor. libr 1. Hiſt. Rom. cap. 5. *Duodecim namque Tuſciæ populos frequentibus armis ſubjecit.* L. Junius Brutus apud Halicarnaſſ. libr. 6. pag. 399. Ἀλλὰ Τυῤῥηνίαν ἅπασαν ἐϛ δώδεκα νενεμημένην ἡγεμονίας, καὶ πολλῇ μὲν ἴῃ καὶ ἀ γῆν, πολλῇ δὲ τὴν κατὰ θάλασσαν δυναϛέὰ περιϛιάζουσαν, τίνες ἦσαν οἱ συγκαταλῆσάμενοι, καὶ ποιήσαντες ἑαυτὴν ὑμῖν ὑπήκοον. *Univerſam Etruriam in duodecim diviſam ducatus, terra marique præpotentem, quis vobiſcum edomuit, veſtroque ſubjecit imperio?* Et rurſus idem auctor libr. 9. pag. 577. Τυῤῥηνῶν γὰρ ἀι μὴ μετασχοῦσαι τῆς εἰρήνης ἑνδεκα πόλεις, ἀγορὰν ποιησάμεναι κοινὴν, κατηγόρουν τῶν Οὐιεντανῶν ἔθνους, ὅτι τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον οὐ μετὰ κοινῆς γνώμης κατελύσαντο. *Nam Etruſcorum undecim populi, qui pacis factæ non erant participes, coacto gentis concilio Vejentes accuſabant, quod inconſultis ceteris pacem cum Romanis feciſſent.* Sive ut fidelius meliuſque Lapo vertas: *quod ignaris reliquis bellum cum Romanis diſſolviſſent.*

Urbes haſce duodecim dixi Tyrrheni fratrem, filium, cognatum, aut præfectum, ut libro ſecundo hujus operis ſupra oſtendi, Tarchontem ædificaſſe, quod probatur diſertis verbis Strabonis Amaſiani libr. 5. Geograph. pag. 152. Τὴν χώραν ἀπ' ἑαυτοῦ Τυῤῥηνίαν ἐκάλεσε, καὶ δώδεκα πόλεις ἔκτισεν, διαίσῃν ἐπισήσας Ταρκώνα. *Regionem a ſuo nomine Tyrrheniam nuncupavit, & duodecim urbes condidit, præfecto rei Tarconte.* Hæc licet ex adductis ſint manifeſtiſsima, tamen optimi Servii verba apponam ad libr. 2. Æneid. pag. 237. *Propter duodecim populos Tuſciæ, duodecim enim Lucumones, qui Reges ſunt lingua Tuſcorum, habebant.* Idem pæne repetit ad illud libr. 10. Æneid. v. 585.

Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni,
Ipſa caput populis.

Manua tres habuit populi tribus, quæ & in quaternas curias dividebantur, & ſingulis ſinguli Lucumones imperabant, quos in tota Tuſcia duodecim fuiſſe manifeſtum eſt, ex quibus unus omnibus imperat. Hi autem totius

tius Tuſciæ diviſas habebant quaſi præfecturas, ſed omnium populorum principatum Mantua poſſidebat, unde eſt: Ipſa caput populis. *Ergo Virgilius miſcet veterem & novam Etruriam, ut utriuſque principatum patriæ ſuæ aſſignet; quum alioquin Mantua ad hæc auxilia pertinere non debeat, quod Æneas nulla a Tranſpadanis auxilia poſtulaverit; cum omnis exercitus adverſum Mezentium uno loco conſederit, & propterea putetur poëta in favorem patriæ ſuæ ſic locutus, ut de hac ſola trans Padum pro Æneæ adverſum Mezentium auxilia faciat veniſſe, & quod nec populorum nomina, nec Lucumonum retulerit*. Ex quibus liquido conſtat, Virgilium inter duodecim Tuſciæ civitates Mantuam collocaſſe, cum nihilominus ea ſit longe ultra fines Etruriæ noſtræ. Unde conjicere licet, triplicem fuiſſe veterem Etruriam, quam male Virgilius cum nova confundit: unam Tranſpadanam, ubi Mantua ſit, & Hadria: alteram inter Maçram & Tiberim: tertiam cis Tiberim in Campania & Latio, ubi & totidem fortaſſe fuerint dynaſtiæ. Denique ad illud libr. 11. Æneid. in limine. pag. 618.

Telaque trunca viri, & biſſex thoraca petitum,
Perfoſſumque locis.

Duodecim vulneribus appetitum, quia, ut ſupra diximus, totius Tuſciæ populus in duodecim partes fuit, ut: Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni, *qui ſingulis Lucumonibus parebant*. Videtur aliquid deeſſe, & fortaſsis fuerit ſupplendum: *totius Tuſciæ populus in duodecem partes diviſus fuit*.

Ut igitur indubitatum eſt, duodecim urbes potentiſsimas in Etruria olim a Tyrrheno Lydo fundatas; ita quænam illæ fuerint, valde eſt perplexum. Blondus Flavius in Italia illuſtrata has enumerat.

1. *Lunam*.
2. *Piſas*.
3. *Populoniam*.
4. *Volaterras*.
5. *Agyllam*.
6. *Faſulas*.
7. *Ruſellas*.
8. *Aretium*.
9. *Peruſiam*.
10. *Cluſium*.
11. *Faleriam*.
12. *Vulſinios*.

Quæ nomina, præterquamquod barbare ab eo proferuntur, ſunt certe non omnia inter duodecim civitates numeranda; & tamen Leander Alberti in deſcriptione Italiæ pag. 26. ad verbum ea ipſa, in quibus turpiter lapſus fuerat Blondus, retulit, nec judicium ſuum ullatenus interpoſuit: diverſaque extat primæ civitatis ſcriptio, quippe non *Lunam*, ſed *Lucam* a quibusdam legi video, quod Roberto Dalingtono

An-

Anglo placuiſſe videri non debet mirum, qui ſuo ſtylo ſacræ gentis mores perſtrinxit.

Alexander etiam ab Alexandro libr. 3. Genial. Dier. cap. ult. aliam adfert nomenclaturam, quæ inibi videatur. Ego autem omiſsis aliorum ſententiis, cenſuerim, has urbes duodecim fuiſſe.

1. *Vejos*.
2. *Tarquinios*.
3. *Falerios*.
4. *Vetuloniam*.
5. *Populoniam*.
6. *Corythum*.
7. *Volſinios*.
8. *Cære*.
9. *Clauſium*.
10. *Faſulas*.
11. *Lucam*.
12. *Lunam*.

Piſas, & Volaterras in his non collocavi, uti nec *Mantuam, Hadriam*, nec *Fidenas, Arretium*, nec *Cortonam*; quod Piſæ a Græcis prius conditæ fuerint, quam in Italiam Lydi venerint. Quod ad *Volaterras* ſpectat, prius extructas conſtat ab ipſis indigenis ad reprimendos pyratarum motus, quam appulerit Tyrrhenus, & ſuis locis oſtendetur libro ſequenti. *Hadria* vero, *Mantua*, & *Fidenæ* extra limites ſunt noſtræ Etruriæ primæ, ſed illæ in Latio, hæ in Gallia Ciſalpina. *Cortonam* vero, & *Arretium* videri poſſet non ſine injuria excludi; ſed facit *Corythi* vicinia, ut credamus, utramque civitatem poſterioribus ſeculis conditam, ac forte verum ſit ex ruinis, ac ruderibus Corythi eas ſurrexiſſe, ut ſuis locis clarum erit. Multa hîc Vincentius Borghinius opere de Etruria, & ejus civitatibus, ſed ad rem nihil. Denique illud obſervatu dignum pro temporum varietate, varium etiam fuiſſe Etruſcarum urbium ſtatum, imperii limitem, ac regendi normam; ideoque aliquas urbes funditus interiiſſe, alias ex ipſarum ruderibus enatas, nonnullas etiam poſcente rerum gerendarum occaſione iis in locis ſtructas, quæ opportuna vel propulsandis injuriis, vel inferendis habebantur.

Plures fuiſſe olim, ut in Etruria, ita tota in Italia urbes, quam nunc ſint: & Etruriæ quidem ſupra centum, quæ vel interierint, vel alienæ ſint ditionis.

CAP. IX.

ASſidua bella, populorumque externorum in Italiam irrumpentium frequentia, ipſaque rerum humanarum viciſſitudo effecerunt, ne in gente potentiſſima, totiuſque quondam Orbis terrarum domina non dicam civitates ſupereſſent, ſed ne nomina quidem nuda, aut locorum ſitus, ex quibus antiquus ille ſplendor aliquos ſaltem ſui radios prodere poſſit. Argumento ſunt urbes, quæ in Italia prioribus ſeculis mille centum nonaginta ſeptem numerabantur. Claud. Ælian. libr. 9. Var. Hiſtor. cap. 16. Καὶ ὅτι πόλεις ἔφασαν τὴν Ἰταλίαν πάλαι οὐδὲ καὶ ἑπτὰ καὶ ἑκατὸν πρὸς ταῖς χιλίαις. *Ad hæc ajunt veterum memoria mille centum & nonaginta ſeptem urbibus Italiam præditam, atque ornatam fuiſſe.* Mirabilis certe ea tempeſtate, & ſupra quam credi poſſet, numeroſa Italiæ incolarum frequentia, cum noſtra ætate trecentæ, nec amplius, inveniantur civitates, ut notat Itinerarii Italiæ auctor anonymus, & ut plurimum alii numerum augeant, non excedunt trecentas ſexaginta. Quod de tota Italia ille, nos de Etruria jure affirmare poſſumus, in qua urbes ego deletas centum & amplius oſtenſurus, triplicem eam conſtituere debeo: primam cis Tiberim, in qua Tuſcorum Coloniæ:

1. *Cumæ.*
2. *Nola.*
3. *Capuæ.*
4. *Volſci.*
5. *Capena.*
6. *Lucus Capenus.*
7. *Fidenæ.*
8. *Medulia.*
9. *Puteoli.*
10. *Pompeii.*
11. *Marcina.*

Ejusdem Etruriæ potentia etiam trans Apenninum protenſa, ubi & urbes fortaſſe duodecim fuerint ab Etruſcis & conditæ, & habitatæ. Has obſervavi:

1. *Sirmionem.*

2. *Me-*

Digitized by Google

2. *Mediolanum.*
3. *Ravennam.*
4. *Mantuam.*
5. *Cupræ fanum.*
6. *Regium Lepidi.*
7. *Parmam.*
8. *Mutinam.*
9. *Bononiam.*
10. *Brixiam.*
11. *Atriam*, ſive *Hadriam.*

Denique inter Tibridem, & Macram has urbes olim florentes ab Etruſcis poſſeſſas, nunc, majori ſaltem parte, ſubverſas notare licet.

1. *Janiculum.*
2. *Portum Romanum.*
3. *Pyrgos.*
4. *Graviſcas.*
5. *Alſium.*
6. *Regis Villam.*
7. *Volscos.*
8. *Amitinam.*
9. *Veſentina.*
10. *Troßulos.*
11. *Thermas Tauri.*
12. *Febianum.*
13. *Ad ſtatuas coloſſas.*
14. *Triturritam.*
15. *Cortuoſam.*
16. *Contenebram.*
17. *Oënam.*
18. *Polimartium.*
19. *Manturanum.*
20. *Larthenianum.*
21. *Portum Piſanum.*
22. *Coſſam*, ſive *Coſam.*
23. *Fregenas.*
24. *Solonium.*
25. *Feroniæ Lucum.*
26. *Ruſſellam.*
27. *Tuſcanetum.*
28. *Nepe.*
29. *Centumcellas.*
30. *Feſcennium.*
31. *Caſtrum Inui.*
32. *Turrenam.*

33. *Mœoniam.*
34. *Saturniam coloniam.*
35. *Cruſtimium.*
36. *Caletram.*
37. *Aruntes veteres.*
38. *Statones.*
39. *Ad Herculem.*
40. *Adbarnabam.*
41. *Flavianum.*
42. *Novempagos.*
43. *Lucinæ fanum.*
44. *Troilium.*
45. *Voltumnæ fanum.*
46. *Forum Claudii.*
47. *Forum Caſſii.*
48. *Forum Aurelii.*
49. *Ferentium.*
50. *Aras Mutias.*
51. *Bleram.*
52. *Ocricolam.*
53. *Sutrium.*
54. *Syrentium.*
55. *Phalarim.*
56. *Bondeliam.*
57. *Beracellum.*
58. *Manliana.*
59. *Tifernum Tiberinum.*
60. *Veletem.*
61. *Sudertum.*
62. *Foſſas Papirianas.*
63. *Ebam.*
64. *Suanam.*
65. *Vicum Elbii.*
66. *Artenam.*
67. *Lucum Albionarum.*
68. *Tyrum.*
69. *Forum Claudii.*
70. *Hortanum.*
71. *Herbanum.*
72. *Galleſium.*
73. *Tiguliam.*
74. *Vejos.*
75. *Tarquinios.*
76. *Falerios.*

77. Ce-

Digitized by Google

77. *Cære*, ſive *Agyllam*.
78. *Populonium*.
79. *Vetuloniam*.
80. *Fæſulas*.
81. *Cluſium*.
82. *Corythum*.
83. *Vulſinios*.
84. *Lunam*.

Erunt iſtarum urbium antiquitates, bella, populi, & ſitus eruendi; ſed potius eſt, ac prius, ut duodecim populos illuſtremus.

Veii, una e duodecim Etruriæ urbibus, cum Romulo bella ſuſcepit: a Camillo anno Urbis 358. decennio obſeſſa, expugnata: Romæ vicina: rupi impoſita: pæne ſedes eo ſuas Romani tranſtuleram: augures ibi locati, figlinæque artifices: ager Vejens: vini ignobilis ferax, & gemmarum.

CAP. X.

VEjos antiquiſſimam, ac potentiſſimam fuiſſe Etruſcorum civitatem, bella cum Romanis ab ipſo urbis exordio, & primis pæne incunabulis, uſque ad annum *trecenteſimum quinquageſimum octavum* loquuntur: tum etiam nominis Etymologia, nam *Veja* Oſci ſeu Etruſci plauſtra vocabant, in quibus Vejentes primùm ante Urbem Conditam habitaſſe volunt. Feſt. Pomp. libr. ult. exemplo Scytharum, qui, ut Herodotus ſcribit libr. 1. ſe ſuaque plauſtris erant ſoliti circumferre. Q. Horat. libr. 3. od. 24.

Campeſtres melius Scythæ
Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos
Vivunt.

Iſtius populi præclarus animus, qui Πρῶτοι Τυῤῥηνῶν χώρων κεκτημένοι πολλὴν, καὶ μεγάλην πόλιν ἔχοντες, ἀρχὴν ἐποιήσαντο πολέμου. Ait Plutarchus in Romulo pag. 33. *Primi Etruſcorum amplum agrum, & magnam urbem incolentes, principium belli fecerunt*. Erat in fatis Romanis *quadriga fictilis*. Servius Maurus ad libr. 7. Æneid. pag. 457. *Septem ſunt paria, quæ imperium Romanum tenent, acus matris Deum, quadriga fictilis, Vejentorum cineres, Oreſtis ſceptrum, Priamine, Ilione, Palladium, ancilia*. Hanc vero hiſtoriam de fatali quadriga repete ex Plutarcho

in

Digitized by Google

in Publicola pag. 103. Maximum ſane momentum in ea urbe, vel pacanda, vel ſuperanda, quæ unica ob opulentiam, & viciniam Romanæ magnitudini obſtare poſſe videbatur. Vellejus Patercul. libr. 1. Hiſtoriar. *Aliter firmare urbem novam, tam vicinis Vejentibus, aliiſque Etruſcis, ac Sabinis, cum imbelli ac paſtorali manu vix potuerit.* Dura hæc rudimenta ob vicinam nimium Vejentum virtutem ipſa Roma inſinuat apud Claudianum libr. de Bello Gildonico:

Quid mihi ſeptenos montes, turbamque dediſtis,
Quæ parvo non poſſet alî? felicior eſſem
Anguſtis opibus, mallem tolerare Sabinos,
Et Vejos.

Ad ejus imitationem Sidon. Apollinar. Carm. 7. in limine:

Me Rutulus, Vejens, pariterque Aruncus, & Æqui,
Hernicus, & Volscens premeret,

Poſt Romulum deinde varia fortuna diu certarunt, donec diu poſt expulsos Reges anno U. C. 329. ut recte Henricus Glareanus ſupputat, Æmilius Mamercinus in Vejentes ſit dictator creatus, qui uſque adeo eorum res attrivit, ut inducias in viginti annos petere fuerint coacti. Fl. Eutrop. libr. 1. Valer. libr. 5. cap. 5 tit. 2. anno 348. Bellum iis iterum, poſt finitas inducias indictum; præter hiſtoricos M. Cicero libr. 1. de Divinat. Demum a Furio Camillo circumſeſſi decennio toto, hiemante tum primum ſub pellibus milite, capti ſunt, & expugnati, tanta militum, ſenatuſque alacritate, ut nulla unquam glorioſior contigiſſe victoria videretur. Auctor Viror. Illuſtr. cap. 23. C. Plin. libr. 3. cap. 17. in fine. T. Livius libr. 5. 1. Decad. longiſſima narratione obſidionem, ac expugnationem exequitur, ut & Plutarchus in Camillo pag. 129. & pag. 144. quem non exſcribo. Valer. Maxim. libr. 1. cap. 6. tit. 3. & libri ejusdem cap. 8. tit. 3. & libr. 4. cap. 1. tit. 2. Fallitur vero Lapus, Plutarchi interpres, uti & Amiotus, qui perperam in optimi Scriptoris Codice legerant Οὐενετανὸς, reddiderantque *Oënetanos*, cum Οὐηιεντανὸυς legendum ſit, *Vejentanos*, quos Joannes Zonaras Tom. 3. Annal. vocat Οὐιεντους, *Vejentes*, recte Herman. Cruſerius, & Guilielm. Xylander obſervarunt.

Hac urbe exciſa, Juno Romam religioſe translata, ut narrant hiſtorici, & Lactant. Firmian. libr. 2. cap. 8. uſque adeo nec religioſæ res, ne dicam mœnia victores ſupereſſe paterentur. D. Auguſt. libr. 3. Civit. Dei cap. 17. Situs tamen amœnitas, ædificiorumque magnitudo effecerunt, ut Romani eo cuperent ſedes ſuas transferre, quod conſilium omine centurionis intermiſſum narrat Valerius Maximus libr. 1. cap. 5. in limine, & alludunt Poëtæ. M. Lucan. libr. 5. in principio.

Si fortuna ferat, rerum nos ſumma ſequetur,
Imperiumque comes, Tarpeja ſede peruſta
Gallorum facibus, Vejoſque habitante Camillo,
Illic Roma fuit, non unquam perdidit ordo

Muta-

Digitized by Google

Mutato ſua jura ſolo.

Incertus apud C. Suetonium Nerone cap. 39.

Roma domus fiet, Vejos migrate Quirites,
Si non & Vejos occupat iſta domus.

Tam pertinax vero odium in devictam urbem, & tam immanis populi Romani furor exarſit, ut una cum opibus ereptis finiendam tam præclaræ civitatis memoriam ambiverint. Recte L. Flor. libr. 1. cap. 12. Hiſtor. Rom. *Ea denique viſa eſt prædæ magnitudo, ut ejus decima Apollini Pythio mitterentur, univerſuſque populus Romanus ad direptionem urbis vocaretur. Hoc tunc Vejentes fuere, nunc fuiſſe quis meminit? quæ reliquiæ, quodve veſtigium? Laborat Annalium fides, ut Vejos fuiſſe credamus.* M. Lucan. libr. 7. Pharſal. v. 392.

. . . . . tunc omne Latinum
Fabula nomen erit, Gabios, Vejoſque, Coramque
Pulvere vix tectæ poterunt monſtrare ruinæ.

Vigeſimo tantum lapide Roma diſtabat, adeoque omnium Etruſcarum urbium viciniſſima. Dionyſ. Halicarnaſſ. libr. 9. pag. 585. Καὶ ἐκστρατεύσαντες νυκτὸς, ἐπῆραν ἐπὶ τὴν Οὐεϊντικὴν πόλιν ἐγγυτάτω σφίσι τῶν Τυῤῥηνίδων πόλεων κειμένην. *Noctu motis caſtris Vejos petiit, quæ civitatum Etruſcarum erat ſibi proxima.* De exercitu loquitur, qui Janiculum occupaverat, cui Romæ parti maxime vicinos Vejos fuiſſe contendit: eaque res terribiliora cum iis bella faciebat, quod non obſcure indicat Silius Italicus libr. 7. Punicor.

Vejentum populi violata pace negabant
Acceptare jugum, & vicino Marte furebant.
Ad portas bellum, Conſulque ciebat ad arma.

Magnitudine eam Athenis parem civitatem facit Dionyſius, & rupi præruptæ impoſitam, quod eo mirabilius mihi videtur, quo tradit Livius 1. Decad. libr. 5. non ſcalis, ſed cuniculo acto peractam expugnationem; ſed forte non erat rupi præruptæ impoſita, at potius monti foſſili: ſic itaque Halicarnaſſeus libr. 2. pag. 116. Τρίτος αὐτῷ συνέστη πόλεμος πρὸς ἔθνους Τυῤῥηνικῶν τὴν μέγιστον τότε πόλιν, ἣ καθέστηκε μὲν Οὐειοὶ, ἀπέχει δὲ τῆς Ῥώμης ἀμφὶ τοὺς ἑκατὸν σταδίους. κεῖται δ' ἐφ' ὑψηλῆς συκπέλου καὶ περιῤῥῶγος, μέγεθος ἔχουσα ὅσον Ἀθῆναι. *Tertium bellum geſſit cum Veiis Etruſcorum urbe tunc temporis potentiſſima, diſtante centeſimo circiter ſtadio; eſt autem Athenis non minor, fundata in excelſo, & undique prærupto ſcopulo.* Hæc ille. Tantam autem, & tam opulentam urbem ita delevere, & inducto aratro ſubvertere, ut intra mœnia paſcua eſſent. Sext. Propert. libr. 4. Eleg. 10.

Et Veiî veteres, & vos tum regna fuiſtis,
Et veſtro poſita eſt aurea ſella foro.
Nunc intra muros paſtoris buccina lenti
Cantat, & in veſtris aſſibus arva metunt.
Forte ſuper portæ dum Vejus aſtitit arcem.

Error

Error manifeſtus in ultimo verſu, quem ſic expunge:

Forte ſuper portæ dux Vejens adſtitit arcem.

Latini enim *Vejentes*, non *Veii* pro populo uſurpant, ipſe Propertius paulo ante ibidem loci: *Vejentis cæde Tolumni*. Nævius in Lupo: *Vejens ſalutat Regem*, apud Feſtum libr. 16. in voce *redhoſtire*.

Etſi urbem funditus exciderunt, devaſtaruntque Romani, tamen augurum ſedem eo in agro eſſe voluerunt. Feſt. Pomp. libr. 13. in voce *Oſcum: Sed eodem etiam nomine appellatur locus in agro Vejenti, quo frui ſoliti proeuntur Romani augures.*

Figlina quoque hic nobilis, ut patet de quadrigis fictilibus, quæ Romano Imperio fatales, ut ſupra hoc capite dictum, & clare Feſtus libr. 17. in voce *Ratumena: Fictilium quadrigarum, quæ erant in faſtigio Jovis templi, quas faciendas locaverant Romani Vejenti cuidam artis figulinæ prudenti, quæ bello ſunt reciperatæ.*

Ferax frugum ager, cum tamen vinum omnino eſſet ignobile. Fallitur ergo Helenius Acron ad Q. Horatii libr. 2. Sat. 3. *Vejentana eſt civitas Campaniæ, in qua naſcitur peſſimum vinum*. Errat toto cœlo vetus Grammaticus, ad eundem locum, Porphyrio, & ipſe interpres vetus: *Peſſimum vinum in Vejento naſcitur;* ſed corrigendus omnino eſt locus, *in Vejentano naſcitur*. Cornutus interpres A. Perſii ad Satyr. 5. v. 147. *Vinum in Vejento oppido natum*; ſed & ipſe reſtituendus, *in Vejentano oppido natum*. Nam nec Vejentum ullibi oppidum in Campania apud Hiſtoricos, aut Coſmographos. Neque minus ineptus eſt Joannes Britannicus, qui *Vejos oppidum Latii* facit ad eundem Perſii locum. Vinum iſtud *rubellum* erat. Marcellus Empiricus cap. 29. C. Plin. libr. 14. cap. 1. L. Moderat. Columella libr. 3. cap. 2. A. Perſius loco jam laudato:

Cœna ſit in tranſtro, Vejentanumque rubellum
Exhalet vapida læſum pice feſſilis obba.

Horat. loco etiam laudato:

Qui Vejentanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla.

M. Martial. libr. 1. Epigr. 104.

Et Vejentani bibitur fex craſſa rubelli.

Et libr. 2. Epigr. 53.

Liber eris cœnare foris ſi, Maxime, nolis
Vejentana tuam ſi domat uva ſitim.

Et libr. 3. Epigr. 49.

Vejentana mihi miſces, tu Maſſica potas.

Gemma etiam hoc in agro reperiebatur, quæ Vejentana inde dicebatur. Iſidor. libr. 16. Etymologiar. cap. 11. *Vejentana, Italica gemma eſt a Vejentibus reperta, nigra facie, albis intermicantibus notis.* Quæ ille, ut pæne ſolet, a C. Plinio eſt mutuatus libr. ult. cap. 10. *Vejentana Italica gemma eſt, Veiis reperta, nigram materiam diſtinguente limite albo.*

Men-

Digitized by Google

Mentio frequentiſſima apud Julium Obſequentem libr. de Prodigiis capp. 8. 11. 12. 18. 19. 40. 48. 66. 71. 90.

Denique corruptus Anaſtaſius in S. Silveſtro pag. 25. *Via Claudia, territorio Vegentano*, ſed legendum eſt, *territorio Vejentano*.

Reges Etruriæ frequentius in hac urbe ſedes ſuas habuiſſe docui variis in locis libr. 2. hoc opere ſupra. Optimatum autem Romanorum villas eo in territorio fuiſſe, oſtendam hoc ipſo libro infra.

Tarquinii una e XII. Etruriæ urbibus: Reges Tarquinii inde profecti: variis cladibus Romanos affecit: trecentos milites bello captos immolavit, quare & ipſa deleta: ſitus, & potentia: vivaria cervorum, caprearum, & ovium ferarum: plaſtice hic inventa, & auguria.

CAP. VII.

TArquinienſes populos enumerat C. Plinius libr. 3. cap. 5. Urbem vero collocat Stephanus Ταρκυνία πόλις Τυῤῥηνίδος, *Tarquinia urbs Etruriæ*. A Tarchonte præfecto, vel fratre Tyrrheni, & poſtea Etruriæ Rege nomen habet. Strabo libr. 5. Geograph. pag. 152. Κλήρῳ Λυδὸν μὲν κατέσχε, τὸν δὲ Τυῤῥηνὸν τὸν πλέω συςείλας λαὸν, ἐξέςειλεν. ἐλθὼν δὲ τὴν χώραν ἀφ' ἑαυτῦ Τυῤῥηνίαν ἐκάλεσε, κ) δώδεκα πόλεις ἔκτισεν, ὀκτωκὴν ἐπικήσας Τάρκωνα, ἀφ' οὗ Ταρκυνία ἡ πόλις. Latine ita ſonant: *Sorte Lydum retinuit, alterum Tyrrhenum cum majore populi parte amandavit. Is cum in Italiam veniſſet, regionem a ſuo nomine Tyrrheniam nuncupavit, & duodecim urbes condidit, præfecto rei Tarchonte, a quo Tarquiniis urbi nomen eſt.* Ab iſta Romam venerunt *Tarquinii Reges*, Demaratho Corinthio exule ibi fortunarum ſuarum ſedem collocante, & liberis ſuis nomina Etruſca imponente, ut ex Plutarchi & Livii narrationibus clariſſimum eſt. Meminit Jul. Obſequ. libr. de Prodig. cap. 4. *Patre apud Tarquinios defuncto*. Meſſalla Corvinus libello de Auguſti progenie: *Priſcus Tarquinius Tarquiniis Etruriæ profectus, exinde regnum occupat*. Dionyſ. Halicarnaſſ. libr. 3. pag. 184. Ὤχετο πλέων ἐκ τῆς Κορίνθου, ἔχων δὲ φίλους πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς Τυῤῥηνῶν διὰ τὰς συνεχεῖς ἐπιμιξίας, μάλιςα δ' ἐν Ταρκυνίοις, πόλει μεγάλῃ καὶ εὐδαίμονι, ποτὲ δυσῃ, οἴκόν τε αὐτόθι κατασκευάζεται, καὶ γυναῖκα ἐπιφανῆ κατὰ γένος ἄγεται: γενομένων δ' αὐτῷ δυοῖν παίδων, Τυῤῥηνικὰ θέμενος αὐτοῖς ὀνόματα, τῷ μὲν Ἄρρητα

Ἥροντα τῷ δὲ λυκόμωνα, καὶ παιδεύσας ἀμφοτέρους Ἑλληνικήν τε καὶ Τυῤῥηνικὴν παιδείαν. *Corintho abiit: cumque ob continua commercia multos bonos amicos haberet in Etruria, præſertim Tarquiniis, magna & felice olim urbe, domicilium in ea ſtatuit, & nobilem genere uxorem ducit, ex qua duobus ſuſceptis liberis, Etruſca nomina indidit, alteri Arruntis, alteri Lucumonis, utrumque inſtituit Græcis, atque Etruſcis diſciplinis.* Atque hoc ſenſu intelligendus Livius 1. Decad. libr. 2. *Porſenna tum Regem eſſe Romæ, tum Etruſcæ gentis Regem, amplum Tuſcis ratus, Romam infeſto exercitu venit.* Vide fugam Tarquiniorum apud Scriptores Romanos, & auxilia Porſennæ.

Hæc urbs & Romanis maxime obſtitit, & potentiſsima fuit, cujus res magnifice, & glorioſe geſtas, unaque cum Vejentibus crebra contra Romanos inita fœdera Hiſtorici narrant, quos vide: unum hoc tantum eſt memorabile, Romanos *captivos milites immolarunt* Tarquinienſes, ait T. Livius 1. Decad. libr. 7. *qua fœditate ſupplicii ignominia populi Romani inſignior fuit.* Sed & pœnæ ab iisdem repoſtæ ſimili ſupplicii parique enormitate, uti narratur eodem libro a Livio: *In Tarquinienſes acerbe ſævitum, multis mortalibus in acie cæſis, ex ingenti captivorum numero trecenti quinquaginta octo delecti, nobiliſſimus quiſque, qui Romam mitteretur, vulgus aliud trucidatum: nec populus in eos, qui miſſi Romam erant, mitior fuit, medio in foro omnes virgis cæſi, ac ſecuri percuſſi ſunt: id pro immolatis in foro Tarquinienſium Romanis pœnæ boſtibus redditum.* Id ſane ſupplicium ab heroicis petitum temporibus conſuetum irrogari apud pleraſque gentes. L. Flor. libr. 2. cap. 5. *Legatos quippe noſtros, ob ea, quæ deliquerant, jure agentes, nec gladio quidem, ſed ut victimas ſecuri percutiunt.* Sed multo frequentius apud Romanos. C. Sueton. Auguſto cap. 15. *Scribunt quidam, trecentos ex dediticiis electos utriuſque ordinis ad aram divo Julio extructam idibus Martiis, boſtiarum more mactatos.* Valer. Maxim. libr. 2. cap 2. tit. 5. L. Seneca libr. 1. de Clementia cap. 9. *Poſtquam terra, marique pax parta eſt, non occidere conſtituit, ſed immolare.* Et eodem libro cap. 11. *Poſt fractas in Sicilia claſſes, & ſuas & alienas, poſt Peruſinas aras, & proſcriptiones.* Ita Poëtæ ſunt intelligendi, ut multis docui ad Claudianum libr. 2. in Ruffin.

. . . . *dabitur tibi debita pridem*
Victima, promiſſis longe placabere ſacris.

Et libr. de Bello Gildon.

Agnoſcatque ſuum, trahitur dum victima, fratrem.

Et de 4. Conſul. Honorii:

. . . *hæc ultor tribuit, necis auctor uterque*
Labitur, Auguſtus par victima mitigat umbras.

Et ex eo Sidon. Apollinar. Carm. 2. v. 298.

Paretur, juſſum ſubiit jam transfuga letum,
Atque peregrino cecidit tua victima ferro.

Et

Et Carm. 3. v. 502.

. . . Neutrum maclare valebis,
Si jubeas utrumque mori.

Et Carm. 7. v. 360.

Aëtium placidus maclavit femivir amens.

P. Virgil. libr. 12. Æneid. notat Servius:

. . . . Pallas, te hoc vulnere Pallas
Immolat.

M. Lucan. libr. 10. v. 420.

Illam maclandi dimittere Cæsaris horam;
Servatur pœnas in aperta luce daturus.

Sil. Italic. libr. 10. Punicor.

Nam sic Annibalem juvat intraviſſe catenas
Fœderis injuſti pretium, ſic victima prorſus
Digna cadat Decius.

Valer. Flaccus libr. 2. Argonaut.

Dixerat hæc, tacituſque dolos, dirumque vŏlutat
Corde nefas, clauſum, ut thalamis, ſomnoque gravatum
Immolet.

Non omiſerim anno Urbis 358. eodem, quo Veii expugnati, Tarquinienſes deprædatos agrum Romanorum, lacumque Albanum excreviſſe, narrat (1) Julius Obſequens libr de Prodig. cap. 18. Stabat certe ea urbs Coſſ. M. Valerio Levino II. M. Claudio Metello IIII. nam eo anno 554. *Tarquiniis porcus cum ore humano genitus;* ut idem refert cap. 37. Veriſimile eſt igitur eam non, uti Vejos, deletam: nominaturque multo ſerius ab eodem cap. 103. anno ſcilicet 650. Coſſ. C. Mario, & C. Flacco: *In Tarquinienſi lactis rivi terra ſcaturiente exorti*. Nec dici poſſet de agro tantum ibi Tarquinienſi verba fieri, urbem fuiſſe everſam; ſiquidem apud eundem cap. 105. eodem anno *fax ardens Tarquiniis late viſa*. Quo ergo tempore tam clara civitatis memoria interierit, aut aratrum inductum ſit, apud Hiſtoricos non deprehendi. Plura infra hoc libro, ubi de Tarchonio urbe.

Sita erat in Etruria maritima, quod argumento liquido conſtat ex narratione Halicarnaſſei ſupra; neque enim commercium cum Corinthiis habere potuiſſe videbatur, niſi opportuno ad mare ſitu. Antonius Maſſa ejus veſtigia hodie *in agro Cornetano* extare contendit. Leander Alberti quindecim millibus paſſuum Viterbo collocat, vernacule *Tarquene* appellant, iisdem auctoribus.

Nobiliſsima hæc urbs, non tantum quod a Tarchonte, duodecim civitatum conditore, nomen accepit: nec quod acria diutinaque cum Romanis bella geſſerit, Græcorumque commercio opulentiſsima Reges

(1) Hæc deſumpta ſunt non ex ipſo Julio Obſequente ſed ex ſupplemento Lycoſtenis, qui ea ſumpſit ex Livio Dec. 1. libr. 5. Ex ejusdem Lycoſtenis ſupplemento pariter deſumpta, quæ ex cap. 37. Obſequentis hic adducuntur.

Digitized by Google

Romanis dederit; ſed quod *Augurii origo* huic debeatur; *Tages* enim in *agro Tarquinienſi* ortus, ut Cicero habet libr. 2. de Divinat. & dixi libr. 3. hoc opere cap. 1.

Plaſticen etiam hinc Romanis communicatam docet Plinius libr. 35. cap. 12. & dictum eſt libr. 3. hoc opere cap. 77.

Denique in hoc agro oves feræ, cervi, & capreæ leporariis includebantur, aſſervabanturque. M. Varro libr. 3. Rei Ruſt. cap. 12. *Nam neque ſolum lepores eo includuntur ſilva in jugero agelli, aut duobus, ſed etiam cervi, & capreæ in jugeribus multis. Q. Fulvius Lippinus dicitur habere in Tarquinienſi ſepta jugera quadraginta, in quo ſunt incluſa non ſolum ea, quæ dixi, ſed etiam oves feræ*. Vide ſupra libr. 3. hoc opere, nec jam repeto, ſed ad alia pergo.

Faleria una e XII. Etruriæ urbibus, cujus populi Faliſci Junonem colebant: a Græco Alæſo orti, bello clari, opibus nobiles, victi deletique: non ibi, ubi hodie Mons Flasconis, ſed multis millibus inde: Hirpi.æ ibi familiæ mirum: Æqui dicti: leges Romanis dederunt, victimaſque, farcimina, & linum, & præſepium uſum.

CAP. XII.

PHaleria, ſive *Faleria*, una e duodecim nobiliſsimis urbibus. Jul. Obſeq. libr. de Prodigiis cap. 31. *Faleriis cœlum findi viſum*. Hanc quidam aſſeruere non eſſe gentem Etruſcam, ſed peculiari ſuo idiomate utentem, aliamque ab ea. Auctor Strabo Amaſianus libr. 5. Geograph. pag. 156. Ἔνιοι δ' οἱ Τυῤῥηνὸς φασὶ τοὺς Φαλερίους, ἀλλὰ Φαλίσκους ἴδιόν τινος ἔθνος καὶ τοὺς Φαλίσκους πόλιν ἰδιόγλωσσον, οἱ δὲ διαπῶ συμβαλλόμενον λέγουσιν, ἐπὶ τῇ Φλαμινίᾳ ὁδῷ κείμενον μεταξὺ Ὀκρικλῶν καὶ Ῥώμης. *Sunt qui Falerios negant eſſe Tyrrhenos, ſed Faliſcos gentem eſſe peculiarem dicant, urbemque eodem nomine peculiari lingua utentem: alii conjectant, Faliſcam urbem ſitam eſſe in Flaminia inter Ocriculum, & Romam*. Locum corruptum ita ſanamus: Οἱ δ' ἄλλον Φαλίσκων λέγουσιν; nam Æquos Faliſcos dictos infra dicemus: deinde pro Ὀκρικλῶν, lege Ὀκρίκλαν, claro ſenſu, ut hoc libro infra docebo.(1)

Cur autem Faleriam non eſſe Etruſcam urbem plerique crederent, hæ

(1) Ita jampridem emendaverat etiam Hermolaus Barbarus & ex eo poſtea Iſaacus Caſaubonus.

hæ rationes perſuadebant; quod lingua Faliſca ſpecies quædam eſſet, & dialectus Etruſcæ, ut dictum libr. 1. cap. 21. hoc opere. Deinde quod Junonem impenſius, ſacraque Argivorum, contra quam Tuſci faciebant, coluerint, ut libr. 1. ſupra cap. 17. hoc opere demonſtratum. Item quod eſſet Græcorum opus. Stephan. libr. de Urbib. *Φαλίσκος πόλις Ἰταλίας ἄποικος ἀργείων. Phaliſci urbs Italiæ, Colonia Argivorum;* eam enim Alælius Rex condidit, ut ex Ovidio, & aliis probavi libr. 2. hoc opere cap. 31.

Superat tamen unius Græculi fidem, atque auctoritatem, in rebus peregrinis balbutientis, Latinorum omnium conſenſus, qui Faliſcos in Etruriæ gentibus annumerant: neque ulla pæne ab Etruſcis mota in Romanos arma, niſi ſociis auxiliaribuſque Faliſcis, ut de Vejentum, Capenatum, Tarquinienſiumque rebus geſtis ex Livio paſſim liquet: denique ſitus ipſe, de quo paulo poſt, in Etruria fuiſſe convincit.

Urbs ipſa inexpugnabilis, gens valida, & armorum ſciens, ut libr. 5. Decad. 1. Livius deſcribit; & Plutarchus in Camillo pag. 133. *Λαβὼν δυνάμιν ὁ Κάμιλλος ἐς τὴν Φαλίσκων ἐνέβαλε, καὶ πόλιν ἐρυμνὴν, καὶ κατεσκευασμένην πᾶσιν ἐς πολεμον καλῶς, Φαλερίους ἐπολιόρκει: Camillus exercitu conſcripto movit in Faliſcos, urbemque munitam, atque omnibus ad bellum neceſſariis inſtructam, circumſedit Falerios.* Meminit idem in Gracchorum vita pag. 836. argumento claro non tum, neque eo ævo deletam illam urbem, quo obſeſſa eſt.

In hac obſidione nobile illud Romani Camilli facinus memoratur. Ludimagiſter nobiles pueros, veluti unicum ſuperandæ urbis præſidium, in caſtra Romana eduxit: quem Camillus, ne dolo, ac non potius virtute viciſſe videretur, nudatum, plagiſque confectum in urbem remiſit, Anno U. C. 359. ut recte Stephanus Pighius obſervat, & narrat L. Florus libr. 1. Hiſt. Rom. cap. 12. T. Liv. 1. Decad. libr. 5. & eandem rem copioſe narrat libr. 2. Decad. 5. *Non per inſidias, aut nocturna prælia, aut ſimulatam fugam, improviſoſque ad incautum boſtem reditus, nec ut aſtu magis, quam ut vera virtute gloriarentur, bella majores geſſiſſe, &c. eadem fide indicatum Pyrrho Regi medicum vitæ ejus inſidiantem, eadem Faliſcis traditum vinctum proditorem liberorum Regis.* Plutarchus loco jam laudato. Joann. Zonar. Tom. 2. Annal. pag. 32. & pag. 65. Polyænus libr. 8. Stratagem. pag. 553. Varus, vetus Poëta libr. 2. apud Priſcianum.

Claudian. libr. de Bello Gildon.

. . . . . *ductoſque Camillus*
Trans muros pueros obſeſſæ reddidit urbi.

De ſitu ejus gravis eſt controverſia, uti ex verbis Strabonis ſupra laudatis liquet (1). Vejentibus ſane fuiſſe Falerios conterminos, & cis Ciminiam ſilvam, duo Livii loca probant, adducta ab Antonio Maſſa Ga-

(1) Plures tamen eruditi cenſent, Faleriam eſſe urbem Etruriæ nunc *Gallefe* dictam, ad Tiberim inter urbem Caſtellanam, & Hortam. Alii opinantur fuiſſe Faliſcorum urbem, ubi nunc Civitas Caſtellana; ut Cluverius pag 540. & Holſtenius in notis pag. 57. & 59. Videndus C. V. Fontaninus de Antiquitatibus Hortæ libr. 1. cap. 4. pag. 80.

Digitized by Google

Galeſio J. C. libro de Origine & rebus geſtis Faliſcorum; unde error manifeſtus recentium arguitur, qui trans Ciminiam ſilvam prope Vulſinium lacum eam civitatem collocant, ubi hodie eſt *Mons Flaſco*.

Memorabile eſt, quod de *Hirpiis*, ſeu Apollinis ſacro apud Faliſcos narratur: & non repeto hic dictum libro hoc ſupra cap. 4.

Idem hic populus *Æqui* dicti, ob æquitatem ſcilicet eximie apud illos cultam, legeſque Romanis traditas, quas in duodecim tabulas retulerunt, ut habes ex Servio, aliiſque probatum libr. 3. hoc opere cap. 85. Αἰνανὸς Æcanos vocat imperite Lapus initio vitæ Camilli Plutarchi. Jul. Obſeq. capp. 11. 13. 14. 17. 18. Caſaubon. ad libr. 5. Strab.

Campi patentes, & uberi paſtu, unde victimas foliti Romani petere, quas ob candorem eximie probabant. C. Plin. libr. 2. cap. 103. *In Faliſco omnis aqua pota candidos boves facit*. Ita Ovid. libr. 3. Faſtor.

Ducuntur niveæ populo plaudente juvencæ,
Quos aluit campis herba Faliſca tuis.

Et libr. 4. Faſtor.

Colla rudes operum præbent ferienda juvenci,
Quos aluit campis herba Faliſca ſuis.

Et libr. 3. de Ponto Eleg. 8.

Agnaque tam lactens, quam gramine paſta Faliſco,
Victima Tarpejos inficit alba focos.

Linum hic probatiſſimum creſcere creditum. Gratius, Vetus Poëta, Auguſto coætaneus, in Cynegetico in ipſo limine:

At contra noſtris imbelliа lina Faliſcis.

Sil. Italic. libr. 4. Punicor.

Induoſque ſimul gentilia lina Faliſcos.

Nec ad venationum ſolummodo retia, ſed ad veſtes, quæ κυνάσια libr. 5. Oraculor. Sibyllinor. pag. 316. ſive κύνασις audit.

Ab iisdem *farciminum* ulus, quæ inde Faliſca dicebantur, ad Romanos migraſſe, docui ſupra hoc opere libr. 3.

Idem quoque præſepium æſtivalium Romanis fuere auctores, ut libr. 3. hoc opere obſervo; magna enim apud eos paſcendorum boum cura, campique idonei paſtui.

In litore Etruſco inter lacum Aprilem & Populonium fuit urbecula Faleſia dicta, ut in Itinerarii Antonini Andreæ Schoti pag. 115. qui notat in Itinerario Rutilii libr. 1. corruptè vocari Faleriam:

Laſſatum cohibet vicina Faleria curſum,
Quamvis vix medium Phœbus haberet iter.

Sed corrigendum:

Laxatum cohibet vicina Faleſia curſum.

Sequitur paucis interjectis:

Egreſſi villam petimus, lutoque vagamur:
Stagna placent ſepto deliciоſa vado.

Lude-

Digitized by Google

Ludere laſcivos inter vivaria piſces
Gurgitis immenſi laxior unda ſinit.

In primo verſu mendum hæſit, etiam contra quantitatem; ſed repone:

Egreſſi villam petimus lucoque vagamur.

Vetulonia, una e XII. Etruriæ urbibus, & populi Vetuloniatæ: penitus intercidit, ac ne ſitus quidem, aut locus ruinæ certus: faſces magiſtratuum invenerunt, ut & ſecures, curulem, prætexſtam, & tubam.

CAP. XIII.

Vetulonia, ſive ut in Codice Ptolomæi ἠετυλώνιον, *Vetulonium*, quin una e primis fuerit Etruriæ urbibus, negari non poteſt. Dionyſ. Halicarnaſſ. libr. 3. pag. 189. Τυῤῥηνοὶ δὲ συμμαχίαν ἀποστελεῖν ὡμολόγησαν, ἧς ἂν αὐτοὶ δεηθῶσιν, οὐχ' ἅπαντες ἐπὶ τῇ αὐτῇ γενόμενοι γνώμῃ, ἀλλὰ πέντε πόλεις μόναι Κλουσῖνοί τε καὶ Ἀρρητῖνοι, καὶ Οὐλετέρναι, οἱ Ῥουσελλῖνοίτε, καὶ ἔτι πρὸς τούτοις Οὐετυλωνιᾶται. *Etruſci ſubmiſſuros ſe reſponderunt, quantum opus eſſet auxiliorum, non tamen reſponſum eſt hoc de communi omnium ſententia, ſed a quinque tantum civitatibus: hi fuere Cluſini, Aretini, Volaterrani, Ruſſellani, Vetulonienſes.* Hos memorat etiam C. Plinius libr. 3. cap. 5. eædem urbes ordine inverſo, aut mutato reperiuntur: *Ruſellani, Arretini, Cluſini, Vetulonienſes, Volaterrani.* Conditam eam non eſt dubium, cum aliæ undecim ſunt ſtructæ, a Tarchonte, Tyrrheni præfecto, & poſtea Etruriæ Rege, quidquid Annii ſectatores comminiſcantur, & in his Æneas Gallettus libr. 2. Univerſal. Hiſtor.

Terrarum, cultumque docens cæleſtis Ogyges,
Italiæ Tuſcas pelago deſcendit ad oras,
Pergama tetrapolis Vetulonia condit.

Nulla ſane ea illuſtrior in Etruria, quæ invenit faſces Magiſtratuum, & ſecures, lictoreſque, ut ſupra hoc opere libr. 3. cap. 24. docui, ſellamque curulem vehendis Magiſtratibus, & juri dicundo, ut eod. libr. cap. 27. & prætextam, ut ibid. cap. 31. denique & tubam æneam bellicis uſibus adaptavit, eodem libr. cap. 67. multis reperies probatum: & ſufficit hic unius Silii Italici locus e libr. 8. Punicor.

Mæoniæque decus quondam Vetulonia gentis,
Biſſenos hæc prima dedit præcedere faſces,

Et

Digitized by Google

Et junxit totidem tacito terrore ſecures:
Et princeps Tyrio veſtem prætexuit oſtro:
Hæc altas eboris decoravit honore curules:
Hæc eadem pugnas accendere protulit ære.

Rara ejus apud veteres Scriptores mentio, puto, quod ante Romanam potentiam conciderit, rerum ita volvente conditione. Hermolaus Barbarus putat *Orbitellum* hodie eſſe, aut, ut alii legunt, *Urvitellum*. Leander Alberti nomen hodiernum facere contendit *Selvam Vetlettam*, aut *Vetuliam;* viderint ipſi. Nec de ſitu quidquam certi conſtituere poſſum in tanta vetuſtatis caligine. Nonnulli locum deſertum volunt eſſe, tribus a mari millibus paſſuum, inter Populoniam, & Piſas. Nugatur Petrus Marſus, nec quidquam novi, quo ſuam probet ſententiam, adducit. (1)

Populonia, una e XII. Etruriæ urbibus, Volaterranorum Colonia: res claras terra marique geſſit: Syllanis temporibus deleta: non ad oſtium Umbronis ſita: portu opportuna: Epiſcopatu clara, qui Maſſam translatus: Sancti.

CAP. XIV.

Populonia, ut apud Latinos Scriptores effertur, Itinerarium Scoti, ſeu Antonini Auguſti, Livium, Virgilium, Rutilium, Melamque libr. 2. cap. 4. Græcis Ποπλώνιον, *Populonium*, Straboni, Stephano, Ptolomæo dictum, una fuit e duodecim Etruriæ civitatibus, auctore Diodoro Siculo libr. 5. Bibliothec. pag. 294. qui eam cumulatiſſime laudat, quem adi. Præclarum de ea etiam apud C. Plinium teſtimonium libr. 3. cap. 5. *Populonium Etruſcorum quondam tantum in hoc litore*: tantam vult urbis illius fuiſſe vetuſtatem, ut cum ea floreret, nullum aliud eſſet propugnaculum toto ei litori impoſitum, nullus alius portus. Idem etiam auctor *Jovis ſimulachrum in urbe Populonia*, ſive ut in aliis editionibus *Populonio*, *ex unis*, conſpiciebatur, *tot ævis incorruptum* libr. 14. cap. 1. in principio. Ste-

(1) Phil. Cluverius libr. 2. pag. 472. collocat Vetulonii urbem circa paludem calidarum aquarum, quam *le Caldane* vocant ex Plin. libr. 2. cap. 103. & fluviolum Corniam: aitque extare etiam hodie, inter Populonii ruinas & Turrim S. Vincentii III. millibus paſſuum a mari, inſignes urbis antiquæ reliquias, vulgari vocabulo *Vetulia* dictas, & ſilvam juxta ſeu circum ſitam *Vetletta*. Inde emendat Tabulam Itinerariam: *Vadis Volaterris X. Populonio X.* ſic: Vadis Volterranis XIII. Vetulonis XX. Populonio X. nam hodieque inter Vada & Populonium XXX. fermè computantur millia: inter Populonii vero, & Vetuloniorum veſtigia decem circiter.

Digitized by Google

Stephan. libr. de Urbib. Ποπλώνιον πόλις Τυῤῥηνῶν, τὸ ἐθνικὸν Ποπλώνιος. *Populonium urbs Etruſcorum*, cujus populi *gentiles Populonii*. Meminit etiam ad Dionyſii Periegeſin Euſtathius.

Quomodo floruerit, & ut Syllanis temporibus obſeſſa, delctaque: ejus quoque ſitus amœnitatem & navale deſcribit pulcherrime Strabo Amaſian. libr. 5. pag. 154. Τὸ δὲ Ποπλώνιον ἐπ' ἄκρας ὑψηλῆς ἵδρυται κατερῥωγυίας εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ χερρόνησιζούσης πολιορκίαν καὶ αὐτὸ δεδεγμένον περὶ τοὺς αὐτοὺς καιρούς, τὸ μὲν οὖν πολίχνιον πᾶν ἔρημον ἐστὶ πλὴν τῶν ἱερῶν καὶ τῶν κατοικιῶν ὀλίγων, τὸ δ' ἐπίνειον ἀγκεῖται βέλτιον, πρὸς τῇ ῥίζῃ τοῦ ὄρους λιμένιον ἔχον, καὶ νεωσοίκους. διὸ καὶ δοκεῖ μοι μόνη τῶν Τυῤῥηνίδων τῶν παλαιῶν αὕτη πόλεων ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ ἱδρύσθαι: αἴτιον δ' ἐστὶ, τὸ τῆς χώρας ἁλίμενον, διόπερ πανταχόθεν ἔφευγον δυτίσται τὴν θάλατταν, ἢ προσέβαλλον τὰ ἐρύματα πρὸς αὐτοῖς, ὥστε μὴ λάφυρον ἕτοιμον ἐκκεῖσθαι τοῖς ἐπιπλέουσιν, ἐστὶ δὲ καὶ θυννοσκοπεῖον ὑπὸ τῇ ἄκρᾳ. *Populonium ſitum eſt in promontorio ſublimi, quod præruptum in mare exit, ac peninſulam efficit. Id quoque oppidum ſub idem tempus* (Syllanæ proſcriptionis) *obſidionem pertulit, nunc deſertum plane eſt, ſi templa, & domos paucas demſeris. Navale melius frequentatur ad radices montium, lacu non magno præditum, & domos recipiendis navibus habens. Itaque mihi ſola de omnibus Etruſcis urbibus vetuſtis hæc ad mare ipſum condita fuiſſe videtur, cum conditores omnibus modis mare fugerent, quod importuoſa ea eſſet regio, aut propugnacula ſaltem adjicerent, ne prædationibus appellentium eſſent expoſiti. Eſt & ſpecula in promontorio, unde thynni obſervantur.* Eadem pæne Plinius, ſupra laudatus.

Portus opportunitatem, cum alii multi, tum T. Livius loquitur 3. Decad libr. 10. ad finem. *Claudium Conſulem profectum tandem ab urbe inter portus Coſſanum Lauretanumque atrox vis tempeſtatis oborta in metum ingentem adduxit. Populonios inde cum pervenißet, ſtetiſſetque ibi, dum reliquum tempeſtatis exſæviret, Ilvam inſulam, & ab Ilva Corſicam, a Corſica in Sardiniam trajecit.* Strabo loco laudato viciniam Ilvæ & Corſicæ etiam deſcribit, quo factum autumo, ut ferro abundare Populonienſes crederentur, ob Ilvæ ſcilicet viciniam; ſic enim idem T. Livius 3. Decad. libr. 8. in fine. *Etruriæ primum populi, pro ſuis quiſque facultatibus Conſulem adjuturos polliciti, Cærites frumentum ſociis navalibus, commeatumque omnis generis, Populonienſes ferrum, Tarquinienſes lintea in vela, Volaterrani armamenta navium & frumentum, Arretini triginta millia ſcutorum, galeas totidem, pila, gæſa, haſtas longas, millium quinquaginta, ſummam pari cujuſque generis expleturos: ſecures, rutra, falces, alveolos, molas, quantum in quadraginta longas naves opus eſſet, tritici centum & viginti millia modium, in viaticum decurionibus remigibuſque collocaturos: Peruſini, Cluſini, Ruſellani, abietem in fabricandas naves, & frumenti magnum numerum: abiete ex publicis ſilvis eſt uſus.*

Coloniam eam a Volaterranis deductam, Ivo Carnotenſis MS. libr. de Undecim Europæ regionis, fidem facit: *Populonia Colonia Volaterranorum, a Rege Propertio deducta, portu commoda, & florens opibus.*

Digitized by Google

Eadem omnino ante illum Servius Maurus in libr. 10. Æneid. pag. 582. *Populonia, civitas Tuſciæ, matrem autem eorum, qui venerant, patriam dixit, ut alibi*, inſignem, quem mater Aritia miſit. *Quidam Populoniam poſt duodecim populos in Etruria conſtitutos, populum ex inſula Corſica in Italiam veniſſe; & condidiſſe dicunt. Alii Populoniam Volaterranorum Coloniam tradunt. Alii Volaterranos eripuiſſe Corſis Populoniam dicunt*. Utcumque ſe res habet, illud certe in confeſſo eſt, opulentam, & potentem fuiſſe urbem; uſque adeo ut Æneæ auxilia ſubmiſiſſe tradat Virgilius loco jam laudato:

Una torvus Abas; huic totum inſignibus armis
Agmen; & aurato fulgebat Apolline puppis,
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli juvenes.

Varias hæc novercantis fortunæ viciſſitudines experta, qua ratione in rebus Etruſcorum cum Romanis, uti ceteri Etruriæ populi, nuſquam a Livio aut Halicarnaſſeo nominetur, non facile dixerim. Syllana proſcriptione, uti a Strabone jam citato diſcimus, funditus everſa eſt, relictis ædibus tantum ſacris, & pauculis caſis; reparata tamen poſtea: & cum Bernardus, Caroli Magni nepos, in Italia rerum potiretur, a Nicea patricio Conſtantinopolitano, Imperatoris præfecto, denuo direpta, ſoloque æquata. Raphaël Mapphæus Volaterranus libr. 5. Commentarior. pag. 123. Et truculentiam alterius rurſus devaſtationis habes apud M. Ant. Sabellicum Ennead. 8. libr. 6. pag. 543. Juxta illud littus etiam; ac pæne in ipſo portus oſtio, Baſilius Genſericum Vandalorum Regem profligavit, ut Flavius Blondus ſcripſit; qui tamen erat, eam ad Umbronis oſtium ponens, uti Chartæ Geographicæ, & res ipſa probant. Quæ Zacharias Zachius Volaterranus de ejus laude apud Leandrum Alberti Italiæ Deſcript. pag. 31. memorat, conſuli poſſunt. Hodie certe præter nomen, & oppidulum paſtorale, nihil omnino reſtat: quod minus mirum; nam & ſub Theodoſio Seniore jam emarcuerat ejus gloria, dirutis ſcilicet ædificiis, uti liquet ex Rutilio Numatiano urbis ſub eo præfecto libr. i. Itinerar. ubi verſus hi cultiſſimi leguntur:

Proxima ſecurum referat Populonia littus,
Qua naturalem ducit in arva ſinum.
Non illic poſitas extollit in æthera moles,
Lumine nocturno conſpicienda Pharos.
Sed ſpeculam valide rupis ſortita vetuſtas,
Qua fluctus domitos arduus urget apex.
Caſtellum geminos hominum fundavit in uſus,
Præſidium terris, indiciumque fretis.
Agnoſci nequeunt ævi monimenta prioris,
Grandia conſumpſit mœnia tempus edax.

Sola

Digitized by Google

Sola manent interceptis veſtigia muris,
Ruderibus latis tecta ſepulta jacent.
Non indignemur, mortalia corpora ſolvi:
Cernimus exemplis oppida poſſe mori.

Epiſcopatus titulo inſignis manſit, donec Epiſcopo ſuo nefarie interempto, ſedes Maſſam fuit translata: quæ & ipſa quoque urbs, olim ſub Senenſi principatu, nunc vero Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis ditioni parens. Iſtos ego igitur Epiſcopos Populoniæ deprehendi.

Aſellum. In Decreto Symmachi Papæ circa annum 498. ut in Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ apparet pag. 578.

Paulum. Anaſtaſius Bibliothecar. in Nicolao primo pag. 324. & pag. 326. Ejusdem etiam meminit Guilielmus Bibliothecarius in Hadriano 2. pag. 342. & pag. 344. eum miſſum ad fidem Bulgaris annuntiandam, idem ſcribit, circa annum 884.

Sancti quoque non pauci hanc civitatem illuſtrarunt; aliquos adſcribam, qui memorabiliores ſunt.

S. Regulus, qui ſub Totila martyrium paſſus, Martyrologium Romanum, & Venerabilis Beda 1. Septembr.

Septembris Regulus tenet, orditurque Kalendas,
Regulus Antiſtes ſibi qui caput enſe peremptum
Portavit binis Chriſto ſtadiis faciente,
Cujus relliquias nunc urbs Lucenſis adorat.

S. Cerbonius Epiſcopus, & Confeſſor. Sigibert. Chronico. anno 536. D. Gregor. libr. 3. Dialogor. cap. 11. Martyrolog. Roman. 10. Octobr.

Corythus, una e 12. Etruriæ urbibus, Regum ſedes: funditus interiit: ex ejus ruderibus crevit Cortona, & fortaſſis Arretium.

CAP. XV.

CCorythum civitatem, monti ejusdem nominis impoſitam, vetuſtiſſimam fuiſſe, vel ex eo apparet, quod Regum diu ante res Romanas fuerit domicilium, atque adeo diruta ante potentiam Romanam, ut nulla ejus in ullo Etruſcorum cum Romanis bello reperiatur. Vera illa tamen de ea eſſe convincit Servii Honorati auctoritas ad libr. 3. Æneid. v. 170. *Quidam autem de Coryto hanc fabulam tradunt. Dardanus cum equeſtri prælio ab Aboriginibus pulsus galeam perdidiſſet, propter quam reſiſtens, & in audaciam ſuos reducens, victoriam adeptus eſt: tum propter rem feliciter geſtam, oppidum, ubi galeam amiſerat, condidit, cui Coryto nomen indidit, eo quod Græce Coris galea dicitur, vel Corythum montem, in quo Corythus Tuſciæ Rex ſepultus eſt.* Si a Dardano conditam Corythum verum aſſeritur, erit profecto Troja illa cantatiſſima antiquior, quod non caret inſigni gloria. Idem Servius ad libr. 10. Æneid. pag. 610. *Corythus eſt & civitas Tuſciæ, & mons.* Et rurſus ad libr. 3. Æneid. pag. 270. *Profectus de Corytho civitate Tuſciæ.* Apud eundem corrupta hæc dictio ad libr. 1. Æneid. pag. 196. *Corynthum Tuſciæ civitatem;* ſed tu repone fidenter: *Corythum Tuſciæ civitatem.* Et libr. 7. Æneid. pag. 458. *Oppidum & mons dicti a Rege Corinthi.* Scribendum erat, *a Rege Corythi.* Errat etiam vetus Scholiaſtes Juvenalis ad v. 64. Satyr. 8. qui montem eum *in Achaja* locat, cum ſit *in Etruria.* Halicarnaſſ. libr. 1. pag. 12. Ita Poëtæ intelligendi. Juvenal. loco laudato:

. . . . . *venale pecus Corythi poſteritas.*

Sil. Italic. libr. 4. Punicor.

Lydorum in populos, ſedemque ab origine priſci
Sacratam Corythi.

Et libr. 5. Punicor.

. . . . . *Corythi nunc dirnat arcem.*

Virgil. libr. 3. Æneid.

. . . . . *Corythum, terraſque require*
Auſonias.

Et libr. 9. Æneid.

. . . *extremas Corythi penetravit ad urbes.*

Et libr. 10. Æneid.

Vene-

Digitized by Google

Venerat antiquis Corythi de finibus Acron
Grajus homo.

Et libr. 7. Æneid.

. . illum Corythi Tyrrhena a ſede profectum.

Rutilius Numatian. libr. 1. Itiner. ad finem:

Per Corythi populos arva beata regit.

Plura reperies de urbe hac, & Rege ſupra hoc opere a me dicta libr. 2. cap. 10. nam ab iſta Regum Etruſcorum ſtemma ſecundum appellationem ſortitum eſt. Et forte Cortona ex ejus ruinis crevit, uti ſuo loco videbitur, ut etiam & Arretium.

Vulſinii, una e 12. Etruriæ urbibus: caput olim totius gentis, factis, & opibus nobilis: a monſtro depopulata: igni cœleſti exarſit: patria Sejani: a ſervis ſuis, & libertis pæne oppreſſa: molas invenit: Epiſcopatus.

CAP. XVI.

Volſinii, ut in veteri lapide, ſupra laudato cap. 8. hujus libri, vel *Vulſinii*, ut frequentior habet uſus, una fuit ex celebratis Etruriæ duodecim civitatibus. Straboni inter illas Οὐλσίνιον appellatur libr. 5. pag. 156. hodie *Bolſena*, paulatim veteri detorto nomine audit: & viſitur tenuis vicus in itinere Romano, ad radices prærupti montis, non longe a lacu ſui nominis. Nobilitatem & opulentiam gentis colligere licet ex T. Livio, non uno loco, maxime vero 1. Decad. libr. 10. ſed & libr. 9. ejusdem Decadis poſt impetratas quadraginta annorum inducias, urbem expugnatam prodit. Verba non appono. Victoriæ remoram faciebat ſitus; nam ad prærupti montis radices poſita, lacu & ſilva inacceſſa, diu ab obſidentium injuria tuta fuit. D. Juvenal. Satyr. 3. v. 191.

Aut poſitis nemoroſa inter juga Volſiniis, aut
Simplicibus Gabiis.

Et tum primum Vertumnus, ſive Vortunus, Etruſcorum Deus, ac Rex, Romam eſt transiatus, ut docui libr. 1. hoc opere ſupra cap. 15. & libr. 2. cap. 6. Sext. Propert. libr. 4. Eleg. 2.

Tuſcus ego, & Tuſcis orior, nec pœnitet inter
Prælia, Volſcinos deſerviſſe focos.

Quam multæ, deleta ea urbe, *ſtatuæ* Deorum ſint Romam tranſlatæ, ex Plinio docui libr. 3. ſupra hoc opere cap. 76. & Plinius ex Herrodoto vetuſto ſcriptore.

Deam

Deam *Nortiam*, ſive *Nurtiam*, ab Volſinienſibus præcipuo honore cultam, invenies libr. 1. ſupra hoc opere cap. 15.

Molas inibi *inventas* & Plinius auctor prodit, & ego probavi libr. 3. cap. 68. ſupra hoc opere, quem locum vide.

Depopulatam hanc urbem *ſubeunte Volta monſtro, evocatumque* id prodigii *a Porſena Rege* C. Plinius eſt auctor libr. 2. cap. 53.

Atque duplex quidem ejus hæc fuit everſio, ſemel a Romanis victoribus, iterum a monſtro: tertia quoque ruina non levior obtigit, & deſcribitur ab eodem Plinio libr. 2. cap. 52. *A Saturni ea ſidere proficiſci ſubtilius iſta conſectati putant, ſicut cremantia a Marte, qualiter cum Volſinii oppidum Tuſcorum opulentiſſimum totum concrematum eſt fulmine.* Q. Flor. Tertullian. libr. de Pallio cap. 2. *Ex hujuſcemodi nubilo & Tuſcia Volſinios priſtinos deuſta.* Et in Apologet. cap. 40. *Sed nec Tuſcia atque Campania de Chriſtianis querebantur, cum Volſinios de cælo, & Pompejos de ſuo monte profudit ignis.* Ubi perperam Franciſcus Zephyrus vocat *Volſinium*, cum Latini ſcriptores *Volſinios* tantum efferant. Quæ clades incidit in Conſulatu C. Valerii, & M. Herennii, Anno ſcilicet U. C. 661. ut Joachimus Camerarius notat, & narrat Julius Obſequens libr. de Prodigiis cap. 112. *Vulſiniis prima luce flamma emicare viſa, cum in unum coiſſet, os flammæ ferrugineum oſtendit, cælum viſum deſcendere, cujus hiatu vortices flammæ apparuerunt.*

Denique gravem jacturam paſſa eſt hæc civitas, ſervis, & libertinis arma in dominos & patronos capientibus, quod bellum eleganter, licet non ſuis verbis, narrat Paulus Oroſius libr. 4. cap. 5. *Tunc etiam Vulſinienſes, Etruſcorum florentiſſimi, luxuria pene perierunt; nam cum licentia in conſuetudinem prorogata, ſervos ſuos paſſim liberos faserent, conviviis allegarent, conjugiis honeſtarent, libertini in partem poteſtatis recepti, plenitudinem per ſcelus uſurpare meditati ſunt, & liberati ſervitutis jugo, ambitu dominationis arſerunt, & quos dominos ſubditi æquanimiter dilexerant, eos jam liberi, quos dominos fuiſſe meminerant, execrati ſunt. Itaque conſpirantes in facinus libertini, quorum tanta manus fuit, ut ſine controverſia auſo potirentur, correptam urbem ſuo tantum generi vindicant: patrimonia, conjugiaque dominorum ſibi per ſcelus uſurpant: extorres dominos procul abigunt, qui miſeri, exules egenteſque Romam deferuntur, ubi oſtentata miſeria, querelaque defleta, per Romanorum ſeveritatem & vindicati ſunt, & reſtituti.* Sed quibus conſulibus, quo duce id actum, ut altum apud illum eſt ſilentium, ita graviſſima eſt apud alios controverſia. Rem exiſtimo parum compertam; ideoque libidinem ſervorum, ſuppreſſo ducis Romani ultoris nomine, exaggerat M. Valerius Maximus libr. 9. cap. 1. in Externis num. 2. *Quæ etiam Volſinienſium urbem gravibus & erubeſcendis cladibus implicarunt. Erat opulenta, erat moribus & legibus ornata: Etruria caput habebatur; ſed poſtquam luxuria prolapſa eſt, in profundum injuriarum & turpitudinis decidit, ut ſervorum ſe, inſolentiſſimæ dominationi ſubjecerit, qui pri-*

mum

mum admodum pauci ſenatorium ordinem intrare auſi, mox univerſam Rempublicam occuparunt: teſtamenta ad arbitrium ſuum ſcribi jubebant: convivia, cœtuſque ingenuorum fieri vetabant: filias dominorum in matrimonium ducebant: poſtremo lege ſanxerunt, ut ſtupra ſua in viduis pariter ac nuptis impunita eſſent: ac ne qua virgo ingenua nuberet, cujus caſtitatem non ante ex numero ipſorum aliquis delibaſſet. Conſules ſane eo anno fuiſſe feruntur M. Valerius Maximus, Q. Mamilius Vitulus. Expeditionis ſuſceptæ ducem volunt quidam eſſe Fabium Gurgitem. L. Flor. libr. 1. cap. 21. *Volſinii opulentiſſimi Etruſcorum, implorantes opem adverſus ſervos quondam ſuos, qui libertatem a dominis datam in ipſos erexerant, translataque in ſe Republica dominabantur; ſed hi quoque, duce Fabio Gurgite, pœnas dederunt.* L. Florum ſequitur Julius Obſequens libr. de Prodig. cap. 27. (1) *Secutum eſt quoque libertinorum Volcienſium* (legendum eſt omnino ex auctoribus jam adductis, *Volſinienſium*) *adverſus dominos conſpirantium nefandum ſcelus, qui tamen mox, Fabio Gurgite duce, pœnas dederunt.* Mendum eſſe in utroque ſcriptore ſuſpicor; nam Fabium hunc in obſidione interemptum, eſt apud Joannem Zonaram Tom. 3. Annalium: & Miſſum cum imperio *Decium Murænam* plerique exiſtimavere. Raphaël Mapphæus Volaterr. libr. 5. pag. 139. Commentarior. ſed erravit ille, ut opinor, qui Decio Muranæ hoc opus demandatum vult; cum potius *Decium Murem* dicere expeditionis caput debuit. Auctor Viror. Illuſtr. cap. 36. *Volſinii, Etruriæ nobile oppidum, luxuria pene perierunt; nam cum ſervos temere manumitterent, dein in curiam legerent, conſenſu eorum oppreſſi, cum multa indigna paterentur, clam Romam profecti, auxilium petierunt: miſſus Decius Mus, mox libertinos omnes ſuperavit, in carcere necavit, aut dominis in ſervitutem reſtituit.* Sed neque ſana huic fides, & facile exiſtimaverim, memoria omnes, quos hactenus laudavi, lapſos, maxime adductus narratione Joannis Zonaræ, qui Fabium, ut dixi, conſulem ante captam urbem interfectum tradit: ac deinde eum conſulem, qui obſeſſam expugnaverit, everteritque, libertinos diriſſimis cruciatibus enecaverit, non nominat. Neque vero crediderim, Fabium illum, ab eo nominatum conſulem, eo anno fuiſſe; cum, ut ſuperius oſtendi, alii duo conſules reperiantur. Quid ergo? in tanta caligine, & pugnantia ſcriptorum, veriſimilior videtur fides Capitolinarum Tabularum, in quibus *M. Fulvius Conſul* Anno U.C. 489. *de Volſinienſibus triumphum egit.* Quæ opinio certior eſt, veriorque.

Nobilitata inſuper ortu Sejani, qui omnia apud Tiberium Principem poterat. C. Tacit. libr. 4. Annal. in limine. *Genitus Vulſiniis* Sejanus *patre Sejo Strabone equite Romano.* Turpe mendum in veteri Scholiaſte D. Juvenalis ad v. 76. Satyr. 10. *Fortunam vult intelligi Poëta, quæ apud Nyrtiam colitur, unde fuit Sejanus.* Lapſus eſt, inquam, puden-

(1) Iste Lycoſtenes qui ſupplevit Julium Obſequentem.

dendus; nam nihil de Fortuna Satyricus, sed de *Nyrtia*, sive *Nurtia*, *Vulsinienſium Dea;* ut ex Tertulliano oſtendi libr. 1. ſupra hoc opere cap. 15. Deinde quod dicat Sejanum Nyrtia oriundum, caret auctore: neque vero ullus locus eo nomine apud Geographos; ergo vult Juvenalis, parum abfuiſſe, ſi Dea ſua municeps Nurtia faviſſet, quin ipſe Auguſtus fuiſſet renunciatus a Romanis; ait enim:

. . . . . idem populus, ſi Nurtia Tuſco
Faviſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus
Principis, hac ipſa Sejanum diceret hora
Auguſtum.

Denique meminit Julius Obſequens libr. de Prodigiis cap. 39. *Vulſiniis lacus ſanguine manavit*. Et rurſus cap. 3. *Vulſiniis Luna nova decidit, & non niſi hora tertia poſtero die comparuit*. Eſt & reſcriptum Valentiniani A. L. 61. C. Theod. de Decurionibus. *Urbis Vulſinienſis principales. &c.*

Celebris præterea hæc urbs Epiſcopi ſede, licet hodie eo careat honore, ut *in notitia Epiſcopatuum* habetur apud Aubertum Miræum libr. 4. Invenio tamen in decreto S. Symmachi Papæ circam Annum Domini 499. ſubſcripſiſſe, Gaudentium quendam Volſinenſem Epiſcopum, ſic

Gaudentius Volſinenſis.

Et ſtatim poſt

Item Gaudentius Epiſcopus Volſinienſis
pro Projectitio Epiſcopo Foronovano.

Core,

Digitized by Google

Cære, ſive Agylla, una e 12. *Etruriæ urbibus, opibus & fama nobilis, Regum Etruſcorum ſedes: Cærites populi ejus, Gallos, qui Romam cœperant, præda exuerunt: Præfecturæ jus habebant: eorum tabulæ: aquæ ſalubritate præcipuæ: exularunt ibi Tarquinii Regis filii.*

CAP. XVII.

CÆre, ſive *Agylla*, aut, ut apud Lycophronem in Caſſandra habetur, Ἀγγύλλα, hodie *Cervetere*, paululum corrupto veteri nomine, Græcorum indubie fuit colonia, adeoque inter primas duodecim Etruriæ urbes habenda, uti inter omnes veteres modernoſque Scriptores conſtat. Stephan. libr. de Urbib. Καιρὴ πόλις Τυρρηνίας, τὸ ἐθνικὸν Καιρητανὸς, ἔιρηται ἐν τῷ περὶ ἀγγύλλης, aut ut aliis Ἀγύλλης. *Cære urbs Etruriæ, gentile vero Cæretanus, olim ſane Agylla audiebat.* C. Plin. libr. 3. cap. 5. *Ceretanus amnis, & ipſum Cære, intus millibus paſſuum quatuor, Agylla a Pelaſgis conditoribus dictum.* Originem his verbis, & ſitum deſcribit, dum quatuor paſſuum millibus a mari diſtare aſſerit, ita tamen, ut a præternavigantibus poſſet videri, ut ex Rutilio Numatiano, paulo infra laudando, conſtat. *Inter Coſſam & Romam* locum quendam *Cerejas* Scotus, ſive Antoninus in Itinerario locat; ſed revera Cære legendum eſſe & Topographia oſtendit, & MS. Codex, quem Carolus Sigonius vidit: nec vero ullus locus, eo nomine *Cerejas*, in Tuſcia reperitur. Rutil. itaque Numatianus Urbi præfectus libr. 1. Itiner.

Jam Cæretanos oſtentat navita fines,
Ævo depoſuit nomen Agylla vetus.

Videtur itaque *Agylla* vocata, cum primum a Pelaſgis condita eſſet: poſtea advenientibus Lydis reſtaurata nomen *Cæretis* a caſu quodam accepiſſe, quippe diu ante Mæonum in Italiam adventum, urbs erat & ab Aboriginibus poſſidebatur. Halicarnaſſ. libr. 1. pag. 16. Καὶ πόλεις πολλὰς τὰς μὲν ὑποχαίους καὶ πρότερον ὑπὸ τῶν Σικελῶν τὰς δ' αὐτοὶ κατασκευάσαντες ᾤκουν οἱ Πελασγοὶ κοινῇ μετὰ τῶν Ἀβοριγίνων, ὧν ἐστὶν ἥτε Καιρητανῶν πόλις Ἄγυλλα δὲ τότε καλουμένη. *In his multa oppida, partim ante ab hoſtibus Siculis habitata, partim a ſe condita tenuerunt indiviſa gentes ſocie Pelaſgi & Aborigines, ex quibus ſunt Cære, dictum Agylla illa*

Digitized by Google

ſeculo. Jacobus Dalechampius, vir doctus, in hoc tamen vehementiſſime errat, & Strabonem longe veraciſſimum, & rerum geographicarum callentiſſimum, imperitiæ, Hermolaum Barbarum erroris inſimulavit, in hæc verba: *Prope id in ſaxoſi montis tumulo ad quatuor millia paſſuum manent ruinæ Agyllæ. Strabo imperite cum Cære Agyllam confundit. Ptolemæo Alſium, quod Agyllam eſſe quidam volunt, Pyrgis vicinum, & maritimum eſt, Cære mediterraneum prope Faleriam*. Hæc ille, vituperandus ſane, quod tot claris ſcriptoribus audeat contradicere; nam & Plinius & Servius, & Numatianus, & Strabo conſentiunt, unam eandemque urbem Cære & Agyllam. Julius Solinus Polyhiſtor. cap. 2. Agyllam a Pelaſgis conditam refert. Servius quidem ad libr. 8. Æneid. pag. 522. ex Ygino, ſive Higino liberto Auguſti libr. de Urbibus Italicis: *Agylla, civitas eſt Tuſciæ, a conditore Agella appellata, cui ex inſcientia Romana aliudeſt nomen inditum; nam cum Romani eumtes per Tuſciam interrogarent Agyllinos, quæ diceretur civitas; illi, utpote Greci, quid audirent ignorantes, & optimum ducentes, ſi prius eos ſalutarennt, dixerunt,* Καλῶς, *quam ſalutationem Romani nomen civitatis eſſe putaverunt, & detracta aſpiratione, eam Cære nominaverunt, ut dixit Hyginus de Urbibus Italicis*. Idem rurſus ad eundem librum pag. 516. VRBIS AGYLLINAE SEDES, *quæ nunc Cære dicitur:* & paucis interjectis: *Sane hanc Agyllinam quidam a Pelaſgo conditam dicunt, alii a Telegono, alii a Tyrrheno Teleſi filio*. Porro hiſtoriam mutati nominis longe aliter narrat Strabo, ut mox dicetur; ſed parum ſane intereſt.

Regum Etruſcorum hic ſedes. Feſt. Pompejus libr. 13. In *Oſcillum Latinus Rex quod prælio, quod ei fuit adverſus Mezentium Cæritum Regem muſquam apparuerit*. Vide libr. 2. ſupra hoc opere cap. 37. T. Liv. 1. Decad. libr. 1. *Inde Turnus, Rutilique diffiſi rebus, ad florentes Etruſcorum opes, Mezentiumque eorum Regem confugiunt, qui Cære opulento tum oppido imperitans*. Virgil. libr. 7. Æneid.

Ducit Agyllina nequicquam ex urbe ſecutos
Mille viros.

Et libr. 8. ſitum, quem nos antea attigimus, egregie inſinuat:

Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto
Urbis Agyllinæ ſedes, ubi Lydia quondam
Gens bello præclara, jugis inſedit Etruſcis.
Hanc multos florentem annos rex deinde ſuperbo
Imperio, & ſævis tenuit Mezentius armis.

Virtutem hujus commendat Idem libr. 12. Æneid.

Troes, Agyllinique, & picti Arcades armis.

Locus eſt Strabonis libr. 5. pag. 152. lectu digniſſimus, quem apponam. Περὶ μὲν τῆς ἐπιφανείας τῶν Τυῤῥηνῶν ταῦτα, καὶ ὅτι τὰ τοῖς Καιρετανοῖς πραχθέντα, καὶ γὰρ τοὺς ἱλόντας τὴν Ῥώμην Γαλάτας κατεπολέμησαν, ἐπιῶσιν ἐπιθέμενοι κατὰ Σαβίνους, καὶ ἅπερ ἑκάτων ἕλαβον Ῥωμαίων ἐκεῖνοι λάφυρα, Ἀκαιλίας ἀφέλαν-

τo,

Digitized by Google

το, πρὸς δὲ τούτοις, τοὺς καταφυγόντας παρ' αυτὸς ἐκ τῆς Ῥώμης ἔσωσαν καὶ τὸ ἀθάνατον πῦρ, καὶ τὰς τῆς Ἑστίας ἱερείας. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι διὰ τοὺς τότε φόβους διαπεπτωκότας τὴν πόλιν, οὐχ' ἱκανῶς ἀπομνημονεύουσι τὴν χάριν αὐτοῖς δοῦσι. πολιτείαν γὰρ δόντες, οὐκ ἐνέγραψαν εἰς τοὺς πολίτας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μὴ μετέχοντας τῆς ἰσοτιμίας, εἰς τὰς δέλτους ἐξώριζον τὰς Καιρετανῶν. παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησιν ἐνδοκίμησεν ἡ πόλις αὕτη, διὰ τε ἀνδρίαν καὶ δικαιοσύνην. τῶν τε γὰρ ληστηρίων ἀπέσχετο, καὶ πεδυναμένη πλεῖστον, καὶ Πυθοῖ τ' Ἀγυλλαίων καλούμενον ἀνέθηκε θησαυρόν. Ἄγυλλα γὰρ ἐλογίζετο τὸ πρότερον, ἡ νῦν Καίρεα (vel ut in alio Henrici Schrimgeri codice Καίρη, ſive Καῖρε(1)) καὶ λέγεται Πελασγῶν κτίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας ἀφιγμένων τῶν δὲ Λυδῶν ὅτε περ Τυῤῥηνοὶ μετωνομάσθησαν ἐπικρατευσάντων τοῖς Ἀγυλλαίοις, προσιὼν τῷ τείχει τις ἐπυνθάνετο τοὔνομα τῆς πόλεως. τῶν δ' ἀπὸ τοῦ τείχους Θετταλῶν τινὸς ἀντὶ τοῦ ἀποπνίγεσθαι προσαγορεύσαντος αὐτὸν χαῖρε, δεξάμενοι τὸν οἰωνὸν οἱ Τυῤῥηνοὶ τοῦτον ἄλλοσε τὴν πόλιν μετωνόμασαν, ἡ δὲ οὕτω λαμπρὰ καὶ ἐπιφανὴς πόλις ἴχνη σώζει μόνον, ξυνοδεῖ δ' αὐτῆς μᾶλλον τὰ πλησίον θερμὰ, ἃ καλοῦσι Καιρετανὰ, διὰ τοὺς φοιτῶντας θεραπείας χάριν: quæ Latinis ita poſſunt reddi. *Hæc de Etruſcorum claritate, quibus adiici poteſt Ceretanorum facinus; hi etenim Gallos, qui Romam ceperant, debellaverunt, adorti eos in Sabinis, invitiſque eam extorſerunt praedam, quam illi volentibus Romanis abſtulerant. Preterea Romanos, qui Cære confugerant, & æternum ignem, ac Virgines Veſtales conſervaverunt: ac videntur mihi Romani propter eos, qui tum urbem male adminiſtrabant, non ſatis memores accepti beneficii ſe exhibuiſſe; cum enim eis jus civitatis darent, inter cives tamen nomina eorum non retulerunt: quin & alios, qui æquali jure cum civibus reliquis non fruerentur, in Cæritum tabulas rejiciebant. Sed apud Græcos urbs ea nobilitata fuit ob juſtitiam, & fortitudinem; nam & abſtinuit latrociniis, quamquam poſſet plurimum, & apud Delphos donarium, quod Agyllinorum theſaurus vocatur, conſecravit. Olim enim Agylla uſurpabatur, quæ nunc Cære, ferturque condita a Pelaſgis, qui e Theſſalia venerant, quos cum Lydi, qui Tyrrheni ſunt dicti, bello petiiſſent, acceſſiſſe quendam ad murum, & quod nomen eſſet urbis, interrogaſſe: & cum Theſſalorum quidam de muro loco reſponſi eum ſalvere juſſiſſet (Χαῖρε id Græce dicitur) omen accepiſſe Tyrrhenos, atque urbi captæ nomen Cære feciſſe. Hodie urbis tam ſplendidæ quondam & claræ tantum reſtant rudera: magis frequentantur ab hominibus thermæ vicinæ Ceretanæ, propter eos, qui valetudinis cauſa eo commeant.* Hæc ille.

Singula percurram. Ac primum apud nullum alium, quod ſciam, legitur, Gallos Brenno duce Romæ victores, præda a Cæretanis exutos, niſi apud hunc noſtrum. Camillum omnes pæne hiſtorici eos inſecutum, fugaſſeque, ac ſpolia captæ urbis retuliſſe ajunt: unicus eſt C. Suetonius in Tiberio cap. 3. qui contradicat: *Druſus, boſtium duce Draſo cominus trucidato, ſibi poſteriſque ſuis cognomen invenit. Traditur*

(1) Non ſolum in Codice Schrimgeri, ſed in aliis MSS. legitur Καῖρε. In Steph. habetur & Καῖρα, & Κάιρη; Verum Caſaubonus putat poſſe vulgatam lectionem defendi, quum ſolent Strabo hac forma ſimilia efferre, ſic Theate paulo infra dicit Τεανεάν.

etiam Propretore ex provincia Gallia retuliſſe aurum, Senonibus olim in obſidione Capitolii datum: nec, ut fama, extortum a Camillo. Ambiguum ſane eſt, a quo duce, aut ubi Galli Senones fuerint ſuperati, niſi & pluries, & pluribus in locis eos fugatos dicamus: quod & verum eſt; ſemel quippe ad Anienem, duce Manlio; iterum in Pontino agro, a Valerio Corvino, Tribuno Militum: tertio ad Vadimonis lacum in Etruria a P. Cornelio Dolabella Conſule: denique quarto in Sabinis a Cæretanis veriſimile eſt, illos profligatos, eo ipſo tempore reliquiis omnibus per totam Italiam ſparſis, deletiſque, quo bellum Tarentinis fuit indictum. Fl. Eutrop. libr. 2.

Quod Cæretani ſacra populi Romani, ac Virgines Veſtales bello Gallico in urbem ſuam receperint, narrant pleniſſime Livius 1. Decad. libr. 5. L. Florus libr. 1. cap. 13. Valer. Max. libr. 1. cap. 1. num. 10. hoc tantum diſcrimine, quod Livius hominem illum plebejum, qui plauſtro ſacra vexerit, *L. Albinum* vocet, Florus *L. Albinium*, Valerius vero *L. Alvanium*; ſed parum intereſt, dummodo conſtet, ſumma veneratione ea a Cæretanis tractata, uſque adeo, ut inde *Cæremoniæ* nomen ſuum acceperint, ut docui libr. 3. ſupra hoc opere cap. 5.

De Cæritum tabulis a Strabonis narratione diſcrepant alii. Aſcon. Pædian. in Divinat. in C. Verrem: *Regendis moribus civitatis Cenſores quinto quoque anno creari ſolebant: hi prorſus cives ſic notabant, ut qui Senator eſſet, ejiceretur Senatu: qui eques Romanus, bi equum publicum perderet: qui plebejus, in Cæritum tabulas referretur, & erarius fieret, ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ, ſed ad hoc eſſet civis tantum, tantummodo, ut pro capite ſuo tributi nomine æra præberet*. A. Gell. libr. 16. cap. 13. *Primos autem municipes ſine ſuffragii jure Cærites eſſe accepimus, conceſſumque illis, ut civitatis Romanæ honorem quidem caperent, ſed negotiis tamen, atque oneribus vacarent, pro ſacris bello Gallico receptis, cuſtoditiſque: hinc tabulæ Cærites appellatæ, viceverſa, in quas Cenſores referri jubebant, quos notæ cauſa ſuffragiis privabant*. Eadem etiam apud T. Livium loco laudato.

De latrociniis, & pyratica Etruſcorum dixi ſupra hoc opere libr. 3. cap. 84. Et de donariis, Delphicoque theſauro, abunde ipſe idem Strabo libr. 9. & ego in Antiquit. Roman. libr. 2. cap. 2.

Denique aquarum ſalubritate ager iſte nobilitabatur, ut habes multis a me diſcuſſum libr. 1. hoc opere cap. 13.

Municipium inter omnes Italicas civitates hanc primum fuiſſe, ex A. Gellii verbis, ſupra hoc capite laudatis, diſcimus. *Præfecturam* etiam habuiſſe docemur ex Feſto Pompejo libr. 14. in voce *Præfecturæ*. Nunc res cum Romanis geſtas videamus. Tarquinienſibus igitur adjuncti, prædari agrum populi Romani non ſunt veriti, donec T. Manlio Dictatore dicto, & A. Cornelio Coſſo Magiſtro equitum, bellum iis indictum: qui ſtatim legatis ad Senatum miſſis, erroris veniam impetravere, & pacem firmam, ſola ſacrorum bello Gallico conſervatorum com-

commemoratione, ut narrat Livius 1. Decad. libr. 7. Quam potenter tamen Romanis reſtiterint inſequentibus bellis, & quantus illius populi fuerit ſplendor, colligi poteſt ex uno Dionyſ. Halicarnaſſei loco, & inſigni encomio libr. 3. pag. 193. Καὶ ὡς ἔδει αὐτὴν ἔτι βλάπτειν εἶχεν, ἐπὶ τὴν Καιρητανῶν πόλιν ἦγε τὴν δυνάμιν, ἣ πρότερον μὲν Ἀγύλλα ἐκάλειτο, Πελασγῶν αὐτὴν κατοικούντων, ὑπὸ δὲ Τυῤῥηνοῖς γενομένη Καίρητα μετωνομάθη, ἐυδαίμων δ' ἦν, ὡ καὶ τις ἄλλη ἐν Τυῤῥηνίᾳ πόλεων, καὶ πολυάνθρωπος. *Quibus cum nullum amplius dare dammum poſſet, ad Cære duxit exercitum, quæ olim dum a Pelaſgis teneretur, Agylla dicta eſt, poſt ſub Etruſcis Cæretis nomen accepit: urbs erat viris & opibus florens, ſi qua alia.* Vide ea, quæ ſequuntur.

Reipublicæ etiam honore videbatur gloriari, teſtante vetuſſima Inſcriptione. (1)

IMP. CAESARI
DIVI. F. AVGVSTO
PONTIF. MAXIM

S. P. Q. CAERES

Sed & municipium legitur in veruſtiſſimo marmore, apud Illuſtriſſ. Cardinalem Maphæum Romæ. (2)

VESBINVS. AVG. L. PHETRIVM. AVGVSTALIBVS
MVNICIPI. CAERITVM. LOCO. ACCEPTO. A. REP
SVA. INPENSA. OMNI. EXORNATVM. DONVM. DEDIT. &c.

Nondum adhuc ſub regibus amicitiam populi Romani coluerat, nam eo in exilium filii Tarquinii Superbi abiere. T. Liv. 1. Decad. libr. 1, in fine: *Tarquinio clauſæ portæ, indictumque exilium: liberatorem urbis læta caſtra excepere: exactique inde liberi Regis, duo patrem ſecuti ſunt, qui exulatum Cære in Etruſcos ierunt.*

Frequens mentio apud Julium Obſequentem libr. de Prodigiis cap. 31. *Cære aquæ, ſanguine mixtæ fluxerunt.* Et rurſus cap. 39. *Cære vultur in ædem Jovis volavit.* cap. 41. *Cære porcus biceps natus eſt.* cap. 66. *Apud Cærites anguis in oppido jubatus, aureis maculis ſparſus apparuit.* Cap. 73. *Cære porcus humanis pedibus, & manibus natus.* Cap. 88. *Cære ſanguine humano pluit.* Cap. 110. *Cære lacte pluit. Perna* ejus in pretio. Martial. libr. 13. Epigr. 54. & *Vinum*. Idem libr. 13. Epigr. 124. Alii male de Hiſpaniæ populis intelligunt.

Clu-

(1) Apud Grut. pag. 227. num. 4. (2) Apud eundem pag. 214. Vide & pag. 215. & pag. 485. num. 5.

Cluſium, una e XII. Etruriæ urbibus: cives Cluſini veteres, & novi: Regum Etruſcorum ſedes: a Gallis Senonibus obſeſſum: Labyrintho clarum, & Porſennæ ſepulchro: Epiſcopatus, & Ducatus: Sanctis inclytum: aquæ ejus medicatæ.

CAP. XVIII.

Cluſium, ſive Κλύσιον apud Procopium, olim dictum *Camarſolis*. Ant. Sabellic. Ænead. 4. libr. 7. pag. 831. una fuit omni procul dubio e duodecim Etruriæ civitatibus, conveniunt moderni omnes in hoc ſcriptores; ſed quare Antonin. Coccius Sabellicus *Camarſolim* (1) vocet, ego haud facile dixerim. Certe T. Livius 1. Decad. libr. 10. unde ſua ille hauſit, *Camartem* appellat his verbis: *Vere inde primo relicta ſecunda legione, ad Cluſium, quod Camars olim appellabant, propoſitoque caſtris L. Scipione Prorætore, Romam ipſe ad conſultandum de bello rediit*. Error, niſi fallor, in Codice Pauli Oroſii hæſit libr. 2. cap. 19. *Igitur Galli Senones, duce Brenno, exercitu copioſo & robuſto nimis, cum urbem Cluſini, quæ nunc Tuſcia dicitur, obſiderent*. Ubi locorum, aut apud quem auctorem hoc lectum, auditumve, *Tuſciam* vocatam *Cluſium?* Itaque legendum arbitror, *urbem Cluſium*, aut ſane *urbem Cluſii*, ut Virgilius libr. 1. Æneid *urbem* dixit *Patavi*, pro *Patavium:* alterum mendum tollere non poſſum, errorem indicaſſe contentus. Nec minor lapſus Servii Mauri Honorati, doctiſſimi alioquin Grammatici, qui ad libr. 10. Æneid. pag. 582. *Cluſium autem eſt oppidum*, inquit, *juxta Maſſicum, quod in Etruria condidit Cluſius Tyrrheni filius, ſive Telemachus Ulyſſis*. Quod originem ejus ad tempora Tyrrheni auctoris duodecim civitatum referat, probe & callenter facit: quod *juxta Maſſicum* notiſſimum Campaniæ montem collocet, imperite, & contradictorie, cum in *Etruria conditum* ipſe fateatur, niſi forte & Maſſicus alter in Etruria mons, quod non memini. Idem ſane ad eundem librum pag. 607. *Cluſium* interpretatur Tuſciæ *civitatem*. Tempore adventus Æneæ in Italiam Maſſicum Regem cum ſuis in Turnum miſit, ut liquet ex libr. 2. hoc opere cap. 40. & Virgilius libro & loco laudatis proxime ſupra:

Maſſicus ærata princeps ſecat æquora Tigri,
Sub quo mille manus juvenum, qui mœnia Cluſi,
Quique urbem liquere Coſas.

Sed

(1) Errori Sabellici occaſionem videtur dediſſe unionem vocum *Camars* & *olim* in textu Livii.

Digitized by Google

Sed & Oſinius etiam Rex inde Trojanis auxiliaturus advenit, dixi libr. 2. ſupra hoc opere cap. 41. & Virgilius etiam laudato loco:

Qua Rex Cluſinis advectus Oſinius aris.

C. Plinius libr. 3. cap. 5. *Cluſinos novos & Cluſinos veteres* memorat, ſequiori ævo *Cluſinienſes* dicti. Anaſtaſ. Bibliothecar. in D. Zacharia pag. 189. Nihil bonæ frugis adfert Vincentius Borghinus opuſculo de Etruria, & Etruriæ civitatibus; ſed tantum longiſſimis verborum vernaculorum excurſibus lectori meras offundit tenebras. Eos inter principes Etruriæ populos recenſet Dionyſius Halicarnaſſeus libr. 3. pag. 189. quem locum, ſupra in Vetulonia adductum, non repeto. Tu, lector ipſe adi.

Non tantum eo ſeculo, quo Trojani in Italiam appulerunt, Regum erat Cluſium ſedes, ſed & diu ante, ut ex eorum Regum nomenclatura, qui libro 2. a me recenſentur ſupra hoc opere; ſed etiam ex memorabili Porſennæ Regis facto, ut eodem libro habetur cap. 50. & ſepulchro, ſive Labyrintho magnificentiſſimo, ut deſcribunt M. Varro ex quo Cajus Plinius, & ex iis repetit Ant. Coccius Sabellicus Ennead. 1. libr. 6. pag. 115. ut clarum ſit, quingentis annis Regiam hanc civitatem toti Etruriæ, veluti caput impoſitum, & vere metropolim.

Clariſsima hæc urbs Gallorum Senonum obſidione, L. Flor. libr. 1. Hiſtor. Roman. cap. 13. *Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita &c. Cluſium obſidebant.* Et paulo poſt: *converſis igitur a Cluſio.* Diodorus Siculus, & Polybius, qui mihi non ſunt ad manum, videantur. Meminit Plutarchus in Numa pag. 68. Ἔτυχον μὲν οἱ βάρβαροι Κλουσίνους πολιορκοῦντες. *Cum obſiderent Cluſinos barbari.* Et deſcribit pleniſsime idem in Camillo pag. 136. Οἱ δὲ Γαλάται πρὸς πόλιν τότε Τυρρηνίδα Κλούσιον στρατεύσαντες ἐπολιόρκουν. *Galli Cluſium tunc Etruriæ urbem admotis copiis obſidebant.* Et paulo poſt, reſpondens Brennus Dux legatis Romanorum, urbis celebritatem oſtendit: Ἀδικοῦσιν ἡμᾶς Κλουσῖνοι, γῆν καὶ χώραν ὀλίγην μὲν γεωργεῖν δυνάμενοι, πολλὴν δὲ κατέχειν ἀξιοῦντες, καὶ μὴ μεταδιδόντες ἡμῖν ξένοις οὖσι καὶ πολλοῖς, καὶ πένησι. *Injuria afficiunt nos Cluſini, qui ſolum & agrum latius affectant poſſidere, quam colere valeant, neque advenis nobis, qui multi ſumus, & inopes partem concedunt finium.* Eadem T. Livius 1. Dec. libr. 5. & hiſtorici omnes. Certe hæc Romanorum ad Gallos obſidentes, petentibus Cluſinis obſeſsis auxilium, legatio, ita Gallorum animos efferavit, ut Cluſio relicto, Romam recta tetenderint, nec primus deſtiterint, quin ſenes jugulaverint, juvenes obſeſſos, pecunia accepta, lance appenſa liberos fecerint. Potentiam ejus urbis Livius non obſcure indicat 1. Dec. libr. 2. *Porſenna infeſto agmine Romam venit: non unquam alias ante tantus terror ſenatum invaſit, adeo valida tum res Cluſina erat.* Silius Italic. libr. 5. Punicor.

Hinc Cluſina petat.

Et

Digitized by Google

Et libr. 10. Punicor.

Ut ſceptra exegit, confeſtim ingentia bella
Cluſina venere domo.

Et libr. 8. Punicor.

. . . antiquus Romanis mœnibus horror
Cluſinum vulgus, cum, Porſena magne, jubebas
Nequicquam pulſos Romæ imperitare ſuperbos.

Quare tamquam bellaci populo antiquum & frugalem victum attribuit Martialis libr. 13. Epigr. 8.

Imbue plebejas Cluſinis pultibus ollas,
Ut ſatur in vacuis dulcia muſtâ bibas.

Prope Cluſium Syllana proſcriptio formata eſt, ſuperato videlicet a Pompejo Carbonis exercitu, ut ex Plutarchi in Sylla verbis oſtendit Raphaël Mapphæus Volaterranus libr. 5. Commentarior. pag. 134. & Vell. Patercul. libr. 2. Hiſtor. Rom. *Paulo ante quam Sylla ad Sacriportum dimicaret, magnificis prœliis partium ejus viri hoſtium exercitus fuderant, duo Servilii apud Cluſium, Metellus Pius apud Faventiam, M. Lucullus circa Fidentiam.* Hanc etiam Syllanarum partium ad Cluſium oppidum, ſive Glavim amnem victoriam Frecalphus Lexonienſis deſcribit. Atque hæc ſunt pæne, quæ antiquitus de memorabili hujus urbis opulentia, fortunaque ante Romam, & cum ipſis Romanis obiter adnotabam: & ſcio alios plura obſervaſſe. Adde aquas hic ſalubritate inclytas fuiſſe. Helen. Acro ad Q. Horatii libr. 1. Epiſt. 15.

Qui caput, & ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis.

Fracto Imperio Romano in Italia ſub Longobardis Regibus *Ducatus* titulo cohoneſtata; nam apud Anaſtaſium Bibliothecarium in S. Zacharia, qui electus eſt circa annum 742. ſic legitur: *Rex* Luitprandus *miſit in ejus obſequium Agiprandum, Ducem Cluſinum, nepotem ſuum:* in alio Codice habetur *Aldeprandum*, ſed parum intereſt.

Mentio apud Julium Obſequentem libr. de Prodig. cap. 118. *In Etruria Cluſii, materfamilias vivum ſerpentem peperit, qui juſſu aruſpicum in profluentem dejectus, averſa aqua natavit.* Et ſtatim Syllana, ut dixi, victoria, ac mox proſcriptio eſt ſequuta.

Epiſcopatus titulo etiamnum hodie gaudet, & reperitur *Theodoſius Epiſcopus Cluſinus* circa annum ſalutis 676. ut ex veteri libr. MS. de rebus Etruſcorum conſtat, qui apud Reverendiſsimum D. Raphaëlem Roncionium Archipresbyterum Piſanum aſſervatur: & circa annum 1198. Innocentius tertius Pontifex ſcribit *Epiſcopo Clugienſi* in Decreto Gregorii cap. 9. de Conſtitution. ſed corrige *Epiſcopo Cluſienſi;* barbare enim *Clugienſi*, pro *Cluſienſi*, ut ſupra hic notavi, uſurpabatur.

Denique Aureliani temporibus, ut ſcribunt Surius Tom. 4. Uſuardus in Martyrologio ad diem tertium Julii, glorioſo certamine Cluſii ſunt perfuncti:

D. Ire-

Digitized by Google

D. Irenæus Diaconus.

D. Muſtiola Matrona.

Fæſulæ, una e XII. Etruriæ urbibus: claræ Gothorum ſtrage: augurum Romanorum ſedes: conjurationis Catilinariæ arx: a Florentinis dirutæ: familiæ nobiliores Florentiam traductæ: Epiſcopatu, & Sanctis ſuis inclytæ.

CAP. XIX.

FÆſulæ, ſive Φαισῦλαι, una e primis Etruriæ duodecim civitatibus, ab una Pleiadum Atlantis filia ducto nomine, ut Volaterrano placet. Certe potentiſsima fuit, & antiquiſsima civitas, uſque adeo, ut Joannes Cajus in libello de Propriis Libellis, & Jovianus Pontanus putent ex ejus ruinis natam Florentiam: quod longe eſt falſiſsimum; nam mille annis ante Fæſulas everſas, ut infra probabitur, Florentia condita fuerat. Eam certe omnes recentiores, Alexander ab Alexandro, Flav. Blondus, Leander Alberti, Raphaël Volaterranus, & alii inter duodecim urbes collocant. Et Latinis quidem ſcriptoribus eſt, non Feſulæ, ſed Fæſulæ. Vetus marmor. (1)

A. BAEBIVS
C. F. SCAP
CLEMES
FAES
MIL. LEG. XXII.
AN. LX
STIP. XXIII
H. S. E
CRESCENS. L.
F. C

Adverto tamen in Deſiderii Longobardorum Regis edicto illo ſuppoſititio, & ab Annio Viterbienſi impudenter ficto, *Feſulas* appellari. Vide edictum illud egregium apud Manutium in Orthographia pag. 318.

Suarum hic rerum arcem, & veluti unicum præſidium L. Sergius Cati-

(1) Apud Gruter. pag. 533. num. 5.

Digitized by Google

Catilina conſtituerat. C. Saluſt. in Conjurat. *Neque tamen Catilinæ furor minuebatur, ſed in dies plura agitare, arma per Italiam locis opportunis parare, pecuniam, aut amicorum fide ſumptam mutuam* (melius in Cypriani Popinæ editione, *mutuo*) *Fæſulas, ad Manlium quendam portare, qui poſtea princeps fuit belli faciundi*. Hic eſt ille Manlius Fæſulanus, qui in Orationibus Catilinariis acerbius taxatur: quæ quidem Orationes a MS. meo Codice non M. Tullio Ciceroni, ſed Portio Latroni adſcribuntur. Viderint docti; ego ad Fæſulas redeo. Saluſt. paulo poſt: *Igitur C. Manlium Feſulas dimiſit*. Et rurſus: *L. Senius Senator in Senatu literas recitavit, quas Feſulis allatas ſibi dicebat*. Denique in eadem hiſtoria: *Cum Catilina in agrum Feſulanum cum exercitu veniſſet*. Concors Appianus Alexandrinus libr. 2. Bellor. Civil. pag. 429. Catilina, inquit, *dimiſit*, Περιέπεμπεν ἐς Φαισύλας τῆς Τυῤῥηνίας Γάϊον Μάλλιον, *Feſulas Etruriæ Cajum Mallium*. Et paucis interjectis: Τάτε χρήματα προύπεμπεν ἐς Φαισύλας, καὶ τοῖς συνωμόταις ἐνταλάμενος κτεῖναι Κικέρωνα. *Pecunias Feſulas præmiſit, & Ciceronem occidere mandavit conjuratis*. Plutarchum miror, alioquin diligentiſsimum, Fæſularum mentionem omiſiſſe, ſiquidem nude in Cicerone pag. 868. Catilina πρὸς τὸν Μάλλιον ἐχώρει, *ad Mallium contendit*. Quem Latini *C. Manlium Feſulanum* vocant, Græci *Mallium*.

Hæc quidem ad priſcam claritudinem; ſub Honorio vero Imperatore non minor ejus urbis aut fama, aut opulentia, quippe quæ ad debellandum Rhadagaſium, Gothorum Regem, non parum momenti contulerit. Paul. Oroſ. libr. 7. cap. 37. *Concedunntur quidem adverſus immaniſſimum illum hoſtem Rhadagaiſum aliorum hoſtium cum copiis ſuis inclinati ad auxilium animi. Adſunt Uldin & Sarus, Hunnorum & Gothorum duces præſidio Romanorum; ſed non ſimis Deus rem potentiæ ſuæ virtutem hominum, & maxime hoſtium videri. Conterritum divinitus Rhadagaiſum, in Fæſulanos montes cogit, ejuſque, ſecundum eos, qui parciſſime referunt, ducenta millia hominum, inopum conſilii & cibi, in arido & aſpero montis jugo, urgente undique timore concludit: agminaque, quibus anguſta dudum videbatur Italia, latendi ſpe in unum ac parvum verticem trudit. Quid multis morer? Non diſpoſita in bellum acies fuit: non furor timorque incerta pugnæ prætulit: non cædes acta: non ſanguis effuſus eſt: non poſtremo, quod felicitatis loco deputari ſolet, damna pugnæ eventu compenſata victoriæ, edentibus, bibentibus, ludentibuſque noſtris, tanti illi, tamque immanes hoſtes, eſurientes & ſitientes, languenteſque confecti ſunt. Parum hoc eſt, niſi captum, & vinctum, ſubjugatumque ſciant, quem timuere Romani, illumque idololatram ſuum, cujus ſacrificia magis ſe pertimeſcere, quam arma fingebant, ſine prælio victum, ac vinctum ſub jugo, cateniſque deſpiciant. Igitur Rex Rhadagaiſus ſolus ſpem fugæ ſumens, clam ſuos deſeruit, atque in noſtros incidit, a quibus captus, ac pauliſper retentus, deinde interfectus eſt*. Sed quo Duce Romanarum copiarum tam glorioſa parta eſt victoria? Cur ſilet Oroſius? Cur itidem

dem D. Auguſtinus libr. 5. Civit. Dei cap. 23. cum addidiſſet, centum millia Gothorum, nullo Romano vulnerato occubuiſſe, Rhadagaiſum cum filiis captum & necatum, auctorem tantæ rei tacuit? Infra expedietur. Ac ſane conſtat, eum in Italiam veniſſe imperantibus Arcadio, & Honorio, ut ex Aurelii Caſsiodori Chronico his verbis patet: *COSS. Stilico & Aurelianus. His Conſulibus Gothi Alarico & Rhadagaiſo Regibus ingrediuntur Italiam*. Quin imo *a Stilicone* cædes iſta, & cruenta internecio Gothorum ad Fæſulas patrata Joan. Magnus Olai frater libr. 15. Hiſtor. Gothor. Sueonumque cap. 17. *Rhadagaſius in Pannoniis a majori Gothorum parte Rex deſignatur, cum Alaricus a ceteris Gothis etiam in Regem eligeretur*. Et paulo poſt: *Rhadagaiſus non modo maximis Gothorum copiis, ſed etiam Hunnis & Vandalis ad ducenta millia ſibi conjunctis, per Venetianos ſaltus in Italiam populabundus ingreditur. At Stilico, qui ſummæ rei præerat, cognito illius adventu, obviam procedit, conſilia boſtium explorat, & ad illud omni conatu intendit, ut incautum opprimat, aſſecutus eum in Etruriæ montibus, atque ad iniquum congrediendi locum per inſidias perductum, gravi bello adoritur, uſus ſingulari fortitudine illorum Gothorum, qui adhuc duce Saro imperio Romano militabant. Compulsus igitur per eos in montem Fæſulanum Rhadagaſius, inops conſilii, ac cibi, urgente undique timore concluditur, agminaque, quibus antea anguſta videbatur Italia, latendi ſpe, in unum ac parvum montis verticem truduntur*. Quæ ſequuntur deinde ſunt ex Paulo Oroſio ad verbum tranſcripta. Quam expeditionem cultiſsimis verſibus expreſſit Cl. Claudianus libr. 1. de Laudib. Stilicon.

. . . quis enim Myos in plauſtra feroces
Reppulit? aut ſæva Propontı cæde tumentes
Baſtarnas una potuit delere ruina?

Corruptum locum, ex MS. meo Bongarſiano, & hiſtoria reſtitue:

. . . . ſæva Promoti cæde tumentes.

Sequitur deinde:

Tu neque veſano raptas venalia curru
Funera, nec vanam corpus meditaris in unum
Sævitiam, turmas equitum peditumque catervas,
Hoſtileſque globos tumulo proſternis amici.
Inferiis gens tota datur, nec Mulciber auctor
Mendacis clypei, fabricataque vatibus arma
Conatus invenere tuos, tot barbara ſolus
Millia, jampridem miſeram vaſtantia Thracen
Finibus exiguæ vallis concluſa tenebas.
Non te terriſonus ſtridor venientis Alani,
Non vaga Hunnorum feritas, non falce Gelonus,
Non arcu pepulere Getæ, non Sarmata conto.

Elegantem locum librarii inſcitia depravavit; ſed in verſu nono MS. meus Bongarſianus ad hiſtoriam appoſitiſsime reſpexit; nam non in

Digitized by Google

valle, ſed Fæſulano monte victus Rhadagaſus; itaque ſic habet:

Finibus exigui montis concluſa tenebas.

In penultimo verſu etiam mendum latet, & repugnat verſus ratio; itaque putabam legendum *Thymorum feritas*, ex Julio Solino Polyhiſtor. cap. 16. ſed revera ratio ſuadet *Chunnorum feritas*. D. Auſon. Epigr. 1.

Sauromatas Chunnoſque truces.

In aliis Codicibus Auſonii erat, *Conoſque truces:* Joannes Schoppa mutaverat in *Cimbros:* Mariangelus *Cuneos* repererat, qui populus cum nunquam extaret, merito *Chunos* repoſuere. Ammian. Marcellin. libr. 31. Iterum Auſon. Eidyll. 8.

Sauromates ſibi junxerat agmina Chunni.

Sidon. Apollinar. libr. 8. Epiſt.

Iſtis Veſtrogothis viget patronis
Vicinoſque premit ſubinde Chunnos.

Et Carm. 5. v. 475.

Neurus, Chunus, Geta, Dacus, Alanus.

Idem Carm. 7. v. 323.

Curſu Herulus, Chunnus jaculis.

Stiliconem, uti plerique faciunt, hujus victoriæ ducem ita extollit lapis vetus Romæ in ædibus Capranicorum. (1)

FL. STILICHONI. V. C

FLAVIO. STILICHONI. INLVSTRISSIMO. VIRO MAGISTRO. EQVITVM. PEDITVMQVE COMITI. DOMESTICORVM. TRIBVNO. PRAETORIANO ET. AB. INEVNTE. AETATE. PER. GRADVS. CLARISSIMAE. MILITIAE. AD. COLVMEN. GLORIAE. SEMPITERNAE. ET. REGIAE. ADFINITATIS. EVECTO PROGENERO. DIVI. THEODOSI. COMITI. DIVI THEODOSI. AVGVSTI, IN. OMNIBVS. BELLIS ADQVE. VICTORIIS. ET. AB. EO. IN. ADFINITATEM REGIAM. COOPTATO. ITEMQVE. SOCERO. D. N HONORII. AVGVSTI. AFRICA. CONSILIIS. EIVS ET. PROVISIONE. LIBERATA. EX. S. C

Eſt & alius Lapis ſupra portam Portuenſem Romæ, in quo mentio ejusdem honorifica (2). De eodem Stilicone intelligenda etiam marmoris Romani Inſcriptio, licet eraſum ſit nomen; nam damnatorum ſtatuæ deiiciebantur, tituli delebantur, ac nomina faſtis publicis eradc-

(1) Apud Gruter. pag. 412, num. 3. (2) Apud eundem pag. 165. num. 1.

Digitized by Google

debantur: ſicuti pariter in ſuperiori, quem non exſcripſimus, Stilichonis nomina & Macrobii pœneeraſa. Sic ergo lapis alter (1).

VIRO. BISCONSVLI. ORDINARIO
MAGISTRO. VTRIVSQVE. MILITIAE
ET. STABVLI. SACRI. ADQVE
OB. INEVNTE. AETATE. PER
GRADVS. CLARISSIMAE
MILITIAE. AD. COLVMEN. REGIAE
ADFINITATIS. EVECTO. SOCIO
BELLORVM. OMNIVM
ET. VICTORIAM. ADFINI
ETIAM. DIVI. THEODOSI. AVGVSTI
ITEMQVE. SOCERO
DOMNI. NOSTRI. HONORI. AVGVSTI
POPVLVS. ROMANVS
PRO. SINGVLARI. EIVS
CIRCA. SE. AMORE
ADQVE. PROVIDENTIA
STATVAM. EX. AERE. ARGENTOQVE
IN. ROSTRIS. AD. MEMORIAM
GLORIAE. SEMPITERNAE
CONLOCANDAM. DECREVIT

EXEQVENTE. FL. PISIDIO. ROMVLO

V. C. PRAEF. VRBIS

Sed ecce cauſas odii, quia filium Eucherium ethnica imbutum ſuperſtitione in Chriſtianorum odium alebat, ideo a Chriſtianis male audiebat. Paul. Oroſ. libr. 7. cap. 37. *Stilico occidentis tutor imperii, immemor collatorum beneficiorum, immemor affinitatis, nam ſocer extabat Honorii, regnum & ipſe Eucherio filio affectans, ingentia Reip. intulit mala.* Eadem D. Auguſtinus libr. laudatis, & Sozomen. libr. 8. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 25. quare affectati Imperii pœnas dedit, cum filio ſuo Eucherio & Serena uxore, a militibus interfectus Ravennæ, ut ex eodem liquet Sozomeno libr. 9. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 4. Eaque de cauſa *prædo publicus cum filio, & ſatellitibus* audit in conſtitutione Honorii Aug. l. 21. & l. 22. C. Theodoſ. de bonis proſcriptorum, ſeu damnatorum.

At

(1) Apud Gruter. pag. 412. num. 4.

At infenſus Chriſtianis, potuiſſet charus videri ethnicis; ſed & illi quoque eum acerbiſſimis lacerant convitiis, & maxime Zoſimus ſcriptor, ſi quis alius, mendax, ac gentilitatis profanæ oſtentator. Ratio eſt, quod libros omnes Sibyllinos igne conſumpſerit. Verſus pulcherrimos Rutilii Numatiani ex libr. 2. Itinerarii adſcribam:

Quo magis eſt facinus diri Stiliconis acerbum,
Proditor arcani qui fuit imperii.
Romano generi dum nititur eſſe ſuperſtes,
Crudelis ſummis miſcuit ima furor.
Dumque timet quidquid ſe faceret ipſe timeri,
Immiſit Latiæ barbara tela neci.
Viſceribus nudis armatum condidit boſtem
Illatæ cladis liberiore dolo.
Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat.
Et captiva, prius, quam caperetur, erat.
Nec tantum Geticis graßatus proditor armis
Ante Sibyllinæ fata cremavit opis.
Odimus Altheam conſumpti fumere torris,
Niſæum crinem flere putantur aves.
At Stilico æterni fatalia pignora libri,
Et plenas voluit precipitare colus.
Omnia Tartarei ceſſent tormenta Neronis,
Conſumat Stygios triſtior umbra lacus
Hic immortalem, mortalem perculit ille,
Hic mundi matrem perculit, ille ſuam.

Hæc de Stilicone. Ad Fæſulas redeo: quas *Coloniam* fuiſſe auctor eſt M. Cicero in Mureniana, a L. Sylla deductam putat Onuphrius Panvinius in Imperio Romano pag. 84. Meminit & L. Florus libr. 1. Hiſtor. Roman. cap. 11. *Idem tunc Fæſulæ, quod Taphræ* (1) *nuper*. Ejus etiam in bello ſociali honorata mentio apud eundem libr. 3. cap. 18. *Ecce Ocriculum, ecce Grumentum, ecce Fæſulæ, Carſeoli reſeratæ*. Jul. Obſequens libr. de Prodigiis cap. 109. *Fæſulis ſanguine terra manavit*. Et cap. 111. *Fæſulis ingens multitudo inter ſepulchra, lugubri veſte, pallida facie, interdiu gregatim ambulare viſa*. Et cap. 113. *Fæſulis fremitus terræ auditus*.

Augures Romani hic habitabant; manavit ab his etenim ad Romanos augurandi ſcientia. Dixi libr. 3. ſupra hoc opere cap. 2. Horum ergo ſacerdotum præcipuum fuit Fæſulis domicilium. Angelus Politianus Epiſtola ad Petrum Medicem. Petrus Marſus ad Silium Italicum libr. 8. Punicor.

Affuit & ſacris interpres fulminis alis
Fæſula.

Hæc civitas tam clara fuit, ut Dantes Poëta, & Joannes Villanus, uter-

(1) Recentiores editiones habent *Cære*.

Digitized by Google

uterque Florentini, Fæſulanos putaverint Florentiæ auctores. Vide Nicolaum Machiavellum libr. 2. Hiſtor. Florent. Utcumque ſit, ſane illud in confeſſo eſt, bis mille paſſibus ab invicem diſtare, mutuoque ita ob viciniam odio arſiſſe, ut ipſo die S. Romuli anno ſalutis milleſimo decimo Fæſulas Florentini everterint, nobiliſſimaſque familias, exemplo Romæ & Albæ, in civitatem ſuam tranſtulerint.

Tam præclaræ urbis non extaret veſtigium, niſi in nomine Epiſcopatus priſcus honor reſtaret. Extat Innocentii 3. Pontificis *ad Epiſcopos Florentinum & Fæſulanum* reſcriptum cap. 8. de Donation. in Decreto, & anno Sal. 1480. Gulielmus Becchius Florentinus, Generalis Ordinis D. Auguſtini, Fæſularum Epiſcopus, complura ſcripſit, ut refert Antonius Poſſevinus in Apparatu Sacro pag. 608. Epiſcopatus celebris; nam ſub Sergio 2. Anno 844. reperitur, *Donatus Epiſcopus Eccleſiæ Feſulanæ*. Anaſtaſ. pag. 251. Clarus etiam ſcriptis fuit *Taurellus Fola*. Idem Poſſev. pag. 264. Habet & ſanctos ſuos, inſigni religione colendos: præ aliis iſti ſunt in Martyrologio Romano.

S. Alexander, Epiſcopus & Martyr, cujus geſta Franciſcus Cattanus Epiſcop. Fæſul. edidit.

S. Romulus, Epiſcopus & Martyr, a D. Petro eo miſſus, ſub Domitiano necatus, cujus acta idem Franciſcus Cattanus vulgavit.

Luna

Digitized by Google

Luna, una e XII. Etruriæ urbibus, portu nobilis, ad Macram fluvium valli toti nomen dedit: aruſpicum ſedes: caſeo, ac vino, ac marmore inclyta: Epiſcopatus inde Sergionam translatus: patria Sancti Eutychiani.

CAP. XX.

LUna, ſive Λύνη, licet Ptolomæus Λύνη, καὶ σελήνης ἄκρον, *Lunam, & Lunæ promontorium* diſtinguat, aut *civitas Lunæ*, ut habet Anaſtaſius Bibliothecarius in S. Eutychiano, prima ac præcipua Etruriæ antiquæ civitas erat. C. Plin. libr. 3. cap. 5. *Primum Etruriæ oppidum Luna, portu nobile*. Infeliciſſime Joan. Annius Viterbienſis comminiſcitur Latine *Lunam* dici, Græce *Selenem*, Etruſco idiomate *Cariaram*; *Car* enim eſſe *urbem*, & *Jaram* ſignificare *Lunam*; quaſi ergo idem ſit ac ſi dicas *Urbem Lunæ*; ſed vana & inſulsa omnia. Ad Macræ flu. ii oſtium M. Lucan. Pharſal. libr. 2. v. 426.

. . . . nullaſque vado qui Macra moratus
Almos, vitiæ procurrit in æquora Lunæ.

Eam deſcribit Strabo Amaſianus libr. 5. Geogr. pag. 153. Τῆς δὲ Τυρρηνίας μῆκος μὲν τὸ μέγιστον εἶναι φασὶ τὴν παραλίαν ἀπὸ Λύνης μέχρι Ὠσείου διοχιλίων πού καὶ πεντακοσίων σταδίων. *Etruriæ longitudo maxima traditur per litus a Luna ad Oſtia mille quingenta ſtadia*. Τούτων δὲ ἡ μὲν Λύνα πόλις ἐστὶ καὶ λιμήν, καλοῦσι οἱ δ' Ἕλληνες Σελήνης λιμένα, καὶ πόλιν, ἡ μὲν οὖν πόλις οὐ μεγάλη, ὁ δὲ λιμὴν μέγιστός τε καὶ κάλλιστος, ἐν αὐτῷ περιέχων πλείους λιμένας, ἀγχιβαθεῖς πάντας, οἵτε ἂν γένοιτο τὸ ὁρμητήριον θαλαττοκρατησάντων ἀνθρώπων, τοσούτης μὲν θαλάττης τοσοῦτον δὲ χρόνον, περικλείεται δ' ὁ λιμὴν ὄρεσιν ὑψηλοῖς, ἀφ' ὧν τὰ τελάγη κατοπτεύεται, καὶ ἡ Σαρδὼν, καὶ τῆς ἠιόνος ἑκατέρωθεν πολὺ μέρος. μέταλλα δὲ λίθου λευκοῦ τε καὶ ποικίλου γλαυκίζοντος, τοσαῦτ' ἐστὶ καὶ τηλικαῦτα μονολίθους ἐκδιδόντα πλάκας καὶ στήλας, ὥστε τὰ πλεῖστα τῶν ἐκτρεπτῶν ἔργων τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐντεῦθεν ἔχειν τὴν χορηγίαν, καὶ γὰρ ἐνεξάγωγος ἐστὶν ἡ λίθος, τῶν μετάλλων ὑπερκειμένων τῆς θαλάττης πλησίον, ἐκ δὲ τῆς θαλάττης διαδεχομένου τοῦ Τίβριδος τὴν καμιδὴν, καὶ τὴν ξυλείαν τὴν εἰς τὰς οἰκοδομὰς, σκευάτων εὐθυτάτων καὶ εὐμηκεστάτων, ἡ Τυρρηνία χορηγεῖ τὴν πλείστην τῷ ποταμῷ κατάγουσαν ἐκ τῶν ὀρῶν εὐθύς. Quæ ſic Latinis verbis reddi poſſunt: *Ergo Luna urbs & portus: Græci vocant Portum Lunæ: urbs quidem non magna, ſed portus maximus juxta ac pulcherrimus, plures includens portus, omnes prope litus profundos: quale omnino convenit eſſe receptaculum hominum, qui*

tanti

Digitized by Google

tanti maris tanto tempore dominium obtinuerunt. Cingitur portus montibus altis, unde maria cerni possunt, & Sardinia, & litoris utrinque magna pars: fodiuntur ibi lapides albi, & diversicolores ad cæruleum vergente specie, magno numero, & mole, ut etiam columnæ, ac grandes tabulæ unico constantes lapide inde excindantur. Itaque pleraque egregiorum operum, quæ Romæ, & aliis in locis, ac urbibus visuntur, materiam habent inde petitam; facile enim lapis avehi inde potest, cum fodinæ mari e propinquo immineant, atque a mari Tiberis excipiat. Ligna quoque, & ædificia, & longissimos atque rectissimos asseres Etruria copiosissime suppeditat, fluminibus statim a montibus devehentibus. Hæc ille. Nos singula percurremus, ac primum Etruriæ dimensionem longissimam a Tibride ad Macram, ubi Luna sita est (1) Geographi omnes testantur, & nos supra expedivimus. Portum vero esse, indicant Scriptores. Servius Maurus ad libr. 10. Æneid. pag. 581. quem locum vide libr. 5. infra hoc opere cap. 2. A. Persius Satyr. 6. principio:

. . . . mihi nunc Ligus ora
Intepet, hibernatque meum mare, qua latus ingens
Dant scopuli, & multa litus se valle receptat,
Lunai portum est operæ cognoscere, cives.

Ultimum versum mutuatus est a Q. Ennio libr. 1. Annalium, ut Priscianus & Probus Grammatici notant. Pseudocornutus ad locum Persii laudatum: *Eum dicit Persius apud Ligurium fuisse, in loco, ubi portus naturali flexu curvatus, fluctus in se recipit, qui propter curvationem portus Lunæ vocatur: cujus etiam Ennius in principio Annalium suorum meminit hoc versu, quem etiam Persius carminibus suis junxit, & refert ab Ennio ablatum.* Sil. Italic. libr. 8. Punicor.

Tunc quos a niveis exegit Luna metallis,
Insignis portu, quo non spatiosior alter
Innumeras cæpisse rates, & claudere pontum.

Portum hunc hodie *Golfo di Spezia*, aut *Porto di Lerice* putant viri docti appellari: quod si verum est, non fuit urbi ipsi vicinus. Deinde additur a Strabone imperium maris penes Tuscos fuisse olim; probavi libr. 3. supra hoc opere cap. 84. De marmoribus Lunensibus, quæ alba, & diversicoloria habet Strabo, plerique meminere. Servius Maurus ad libr. 8. Æneid. pag. 530. Candentis limine Phœbi. *In templo Apollinis, in palatio de solido marmore effecto, quod allatum est de portu Lunæ, qui in confinio est Liguriæ & Tusciæ, ideo ait candentis.* C. Plin. libr. 36. Nat. Histor. cap. 5. *Omnes autem tantum candido marmore usi sunt e Paro insula, quem lapidem cæpere Lychniten appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur, ut auctor est Varro: multis postea candidioribus repertis, nuper etiam in Lunensium lapidicinis.* Idem eod. libr.

(1) Luna sita erat in Etrusca ripa fluminis Macræ, ubi antiquitatum vestigia adhuc supersunt, ut testatur Holstenius in Annotationibus ad Italiam Antiquam Cluverii ad pag. 453. & præcipue ad pag. 455. sequutus Plinium, & Ptolomæum contra Melam, & Strabonem, quos Cluverius defendit.

cap. 6. Ex Cornelio Nepote, qui Mamurram ait in ædibus habuiſſe *columnas ſolidas e Caryſtio aut Lunenſi*. Et eod. libr. cap. 18. ex M. Varrone, qui *Lunenſem ſilicem ſerra ſecari* tradit. C. Sueton. in Nerone cap. 50. *In eo monimento ſolium Porphyretici marmoris ſuperſtante Lunenſi ara circumſeptum eſt lapide Thaſio*. Joann. Britannicus ad Juvenal. Sat. 3. v. 257. errat, qui *ſaxa Liguſtica* marmor Lunenſe exponit: & turpius lapſus videtur Vetus Scholiaſtes ibidem, qui *Liguſticam nomen Inſulæ* vocat, cum ſint montes Liguriæ circa Genuam, & Luna ſit Etruriæ urbs. Ambitioſe, ut ſolet, Rutil. Numatian. libr. 2. Itiner.

Advebimur celeri candentia mœnia paſſu,
Nominis eſt auctor ſole coruſca ſoror.
Indigenis ſuperat ridentia lilia ſaxis,
Et lævi radiat picta nitore ſilex.
Dives marmoribus tellus, quæ luce coloris
Provocat intactas luxurioſa nives.

Nonnus Dionyſiac. libr. 5. v. 161.

Τῇ μὲν ξανθὸς Ἴασπις ἐπέτρεχε, τῇ δὲ σελήνῃ
Εἶχε λίθον παλίλευκον.

Sed corrige πάλλευκον:

Hac parte flavus Jaſpis incurrebat, illa Lunæ
Habuit lapidem totum candidum.

Meminit Julius Obſequens libr. de Prodig. cap. 81. *Lunæ Androgynus natus, præcepto aruſpicum in mare deportatus: tanta fuit Lunenſibus peſtilentia, ut jacentibus in publicum paſſim cadaveribus, qui funerarent, defuerint*. Et cap. 86. *Lunæ terra quatuor jugerum ſpatio in profundum abiit, & mox de caverna lacum reddidit*. Et cap. 103. *Lunæ ſanguine pluit*. Pap. Stat. libr. 4. Sil. 4.

Anne metallifera repetit jam mœnia Lunæ?
Tyrrhenaſque domos?

Vino Lunenſi præcipuam nobilitatem attribuit Plinius libr. 14. cap. 6. *Etruriæ palmam habet Luna, Liguriæ Gemua*.

Hæc augurum etiam, ac aruſpicum, portentorumque interpretum ſedes erat. M. Lucan. libr. 1. Pharſal. v. 586.

Hæc propter placuit Tuſcos de more vetuſto
Acciri vates, quorum qui maximus ævo
Arruns incoluit deſertæ mœnia Lunæ,
Fulminis edoctus motus, venaſque calentes
Fibrarum, & motus errantis in aëre pennæ.

Hic etiam navale erat Romanorum, ut eſt ſæpe apud Livium: unus ſatis erit locus 4. Decad. libr. 4. *M. Porcius conſul, poſtquam eſt abrogata Oppia lex, extemplo viginti quinque navibus longis, quarum quinque ſociorum erant, ad Lunæ portum profectus, eodem exercitu convenire juſſo, & edicto per oram maritimam miſſo, navibus omnis generis contractis, a Luna proficiſcens, edixit, ut ad portum Pyrenæi ſequerentur*. Quare in-

inducor, ut de eo Claudianum loqui putem libr. de Bello Gildon.

. . . . . præcipuos electa pube maniplos
Disponit, portuque rates instaurat Etrusco.

Caseus etiam Lunensis præcipue laudatus. M. Martialis libr. 13. Epigr. 30. qui locus est a multis observatus:

Caseus Etruscæ signatus imagine Lunæ
Præstabit pueris prandia mille tuis.

Eam ob causam *a casei pressura*, scilicet τυροπολία nomen Tyrrheniæ inditum notat non obscure Joan. Tzetzes Histor. Chiliad. 8. cap. 235.

Εἴτ' ἂν ἀπὸ τῦ γάλακτος ὅπερ τυροποιῦμεν.
Sive etiam a lacte, quo caseum facimus.

Hæc quidem de prisca claritudine sint dicta; nam maris diu fuisse dominam ex Strabone supra didicimus: quando autem diruta fuerit, quæ Neronis ævo a Lucano deserta dicitur, non satis constat. Illud interim verum est, sub Longobardis Regibus claram adhuc, & bello aptam fuisse. Paul. Varnefrid. libr. 4. Gest. Longob. cap. 47. *Igitur Rothari Rex Romanorum civitates ab urbe Tusciæ Lunense, universas, quæ in litore maris sitæ sunt, usque ad Francorum fines cœpit.* Et circa annum salutis 718. quidam Petasius, dolis Romanum imperium usurpare ausus, *Minturnenses, atque Lunenses in sacramentum adegit.* Anastasius Bibliothecar. in D. Gregorio 2. Tu locum vide.

Etsi urbs interiit, nec quicquam præter amphitheatri reliquias extet, manet tamen nomen in regione vicina, quæ ab ea *Lunigiana* appellatur, quæque aliqua ex parte hæreditario jure paret *familiæ Malaspinarum, nobili & veteri*, ait Raphaël Volaterran. libr. 4. Commentar. pag. 81. Fanurius Campan. MS. libr. 2. de Illustr. Ital. Fam. ex Blasio Fantolinio Raventino: *Regio Lunigiana, quæ* Valdimagra *a Dante poëta Florentino vocatur, est sub dominio Illustrissimæ familiæ Malespinorum.* Eleutherius Hincinden in Ephemeridibus apud eundem Fanutium Campanum libr. 3. cap. 7. *Malaspinorum illustris progenies plurima castra in Etruria possidet, & præcipue in regione Lunensi, citra & ultra Macram; ista enim familia, nobilis & vetusta, fuit multum privilegiata ab Othone primo, & Othone secundo Imperatoribus: & ex ea multi viri officiosi, eruditissimi, ac generosi sub utraque tempore magna cum laude prodiere: & orta est a Roma.* Quod ultimum etiam Ricordanus Malespina, licet in multis fabulosus, testatur. Eorundem vero Malaspinarum principatus extra Etruriam commemoratur. Jo: Solinus MS. libr. de Mirabilibus mundi pag. 78. *Marchiones Montisferrati acceperunt dominium Bobii anno Domini* 896. *& postea tenuere ipsum Domini familiæ Malespinarum.*

Remanet etiam memoria in Episcopis, qui multis annis ibi sederunt, usque ad Nicolaum 5. Pontificem, qui Thomas Lucanus antea vocatus, Sergiona, seu Sarzana oriundus, eo sedem transtulit, uti libr. 6. infra hoc opere dicetur. Episcopos autem Lunenses continuata serie enumerare non possum; aliquos tamen apponam. Apud D. Gregorium

rium libr. 4. Epiſt. 5. relat. Gratiano cap. 10. Diſt. 50. invenitur:

Venantius, Lunenſis Epiſcopus Anno 601.

Et in Actis MSS. Archiepiſcopatus Piſani, & Agnelli Hiſtorici Annalibus etiam Manuſcriptis reperiuntur Epiſcopi Lunenſes.

Severus, Anno 676.

Eleutherius, eodem Anno.

Andreas, Anno 1126.

Gualterottus, Anno 1185.

Guido, Anno 1254.

Bernabus, Anno 1365.

Divum etiam ſuum tutelarem Luna habuit *D. Euthychianum*, qui ſub Numeriano Imperatore, poſtquam manu ſua trecentos quadraginta duos martyres ſepeliſſet, & ipſe coronam martyrii meruit. Optatus Milevitan. libr. 2. Contra Parm. D. Auguſtinus Epiſt. 165. Euſeb. Cæſarienſis libr. 2. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 26. coliturque ejus memoria 6. Eid. Decembres, ut Beda, Uſuardus, & Ado Viennenſis produnt.

Erat de Luca hic dicendum, quia & ipſa inter duodecim urbes principes Etruriæ; ſed commodior erit ejus illuſtratio libro ſequenti, ubi de Antiquis, ac hodie florentibus Etruriæ civitatibus agam; ſola enim illa antiquitatem ſuam præſenti felicitate oſtentat, aut ſuperat.

Etruriæ urbs Janiculum, Romæ, Tibride interjecto, oppoſitum: ſedes Caſtrorum Porſennæ: ſeceſſus plebis, ac poſtea Senatus.

CAP. XXI.

ALias nunc Etruriæ urbes recenſebo, ac veluti tenebris immerſas eruam, quæ licet non tantæ potentiæ, non minoris tamen fuerunt famæ. Principem locum tenet *Janiculum*, a C. Plinio libr. 3. cap. 5. appellata *Antipolis*, quod e regione Romæ ſita, ut videtur, fluvio tantum Tibride interjecto. Origo gentis Romanæ non multum a principio: *Cum adoleviſſet, non contentum patrio Regno, cum magna claſſe in Italiam devenisſe, occupatoque monte, urbem ibidem conſtituiſſe, eamque ex ſuo nomine Janiculum cogno-*

Digitized by Google

minaße. Sunt, qui produnt a Romulo urbe etiam incluſam, ſed ad Ancum Martium id refert Dionyſius Halicarnaſſeus libr. 3. pag. 183. *Ἐτάχθη δὲ καὶ τὸ καλούμενον Ἰανίκολον, ὄρος ὑψηλὸν ἐπέκεινα τοῦ Τιβέρεως ποταμοῦ κείμενον, καὶ φρουρὰν ἱκανὴν ἐν ἑαυτῷ κατέστησεν. Muro cinxit & Janiculum, montem excelsum, trans Tiberim ſitum, collocavitque in eo preſidium.* Eadem Meſſalla Corvinus libr. de Progenie Auguſti. Auctor de Vir. Illuſtrib. cap. 4. *Viginti tantum ſtadiis* Roma diſtare idem ſcribit libr. 9. pag. 572. atque inde venientes ab Etruria totam Romam cerni docet libr. 3. pag. 184. Eadem & *Æneja* vocata, forte quod Æneas ibi conſederit; idem eſt auctor libr. 1. pag. 59. Certe inter Romæ montes ſeptem & *Janicularis* ponitur auctore Servio Honorato ad libr. 6. Æneid. pag. 442. *Bene urbem Romam dicit, ſeptem incluſiſſe montes, & medium tenuit; nam grandis eſt inde dubitatio, & alii dicunt, breves ſeptem colliculos a Romulo incluſos, qui tamen aliis nominibus appellabantur: alii volunt hos ipſos, qui nunc ſunt, a Romulo incluſos, ideſt, Palatinum, Aventinum, Quirinalem, Cœlium, Viminalem, Æſquilinum, & Janicularem.* Idem ad libr. 8. Æneid. pag. 509. *Janus in Janiculo habitavit.* C. Verrius, & M. Varro aliter. Jan. Parraſ. Epiſt. 57. Draco Corcyræus libr. de Lapid. apud Athenæum libr. 16. Dipnoſophiſt. pag. 692. *Ἀπὸ τούτου καὶ τὸν Ἴανιν ποταμὸν, καὶ τὸ ὄρος Ἰανὸν ὀνομάζεσθαι κατασκευάσαι ἐπὶ τῷ ὄρει. Janum flumen, Janumque montem ab eo fuiſſe cognominatum, quod in eo ille tum monte habitaverit.* Ex his puto, non leviter lapſum Dionyſium Halicarnaſſeum, qui loco ſupra laudato, urbem hanc *Ænejam* primo, ac deinde tractu temporis *Janiculum* cenſuit vocatum; nam prima ejus denominatio ex his probatiſſimis auctoribus a Jano: poſtea multis ſeculis interjectis, nomen, forte ſub Trojanorum in Italiam appulsum, variatum, Virgilius confirmat libr. 8. Æneid. ubi Janiculum tum dirutum docet:

Hæc duo præterea diſjectis oppida muris
Relliquias, veterumque vides monimenta virorum:
Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem,
Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Hanc tamquam munitiſſimum propugnaculum Rex Porſenna, Tarquinios reducturus, inſedit. T. Livius 2. Dec. libr. 2. Dionyſ. Halicarnaſſ. libr. 5. pag. 294. & præter Hiſtoricos Poëtæ. Sil. Ital. libr. 10. Punicor.

Multa adeo nequicquam auſi, preſſitque tyrannus
Janiculum incumbens.

Cl. Claudian. libr. 1. in Eutrop.

Hoc mihi Janiculo poſitis Etruria caſtris
Profuit, & fluvio tantum Porſenna remotus.

Sidon. Apollinar. Carm. 5.

. . . . . *Porſenna Superbum*
Tarquinium impingens, complevit milite Janiculum.

Sc-

Digitized by Google

Seceſſit eo plebs tumultuaria. C. Plin. libr. 16. cap. 10. *Q. Hortenſius dictator, cum plebs ſeceſſiſſet in Janiculum, legem in Eſculeto tulit, ut quod ea juſſiſſet, omnes Quirites teneret.* Sed quæ illius ſeditionis cauſa? L. Florus unicus, quod ſciam, libr. 1. Hiſtor. Rom. cap. 25. *Matrimoniorum dignitate duce Canulejo*, hanc diſcordiam exarſiſſe vult: alii omnes *ob æs alienum* ſeceſſum hunc contigiſſe, ac Hortenſio dictatore compoſitum tradunt, anno Urbis 467.

Sub initia bellorum civilium, Senatores iram Octaviani devitantes, in Janiculum, veluti ſedem quietam tutamque, ſe receperunt. Dio Coccejan. libr. 47. pag. 320.

Denique crudeliter inibi certatum contra Cinnam teſtatur C. Tacitus libr. 3. Hiſtoriar. quem locum vide.

Etruriæ urbs Portus Romanus, a Claudio Imperatore condita: Epiſcopatus titulo ornata: & Sanctis tutelaribus inclyta.

CAP. XXII.

IN ripa Tibridis, quæ Latium alluit, urbs eſt Oſtia, Scriptorum omnium commemoratione celebris, qua Etruriam ſpectat, urbs altera, quam *Portum Romanum* dicunt, a Claudio Cæſare extructum, ut obſervat Raphaël Mapphæus Volaterranus libr. 5. Commentarior. pag. 124. C. Sueton. in Claudio cap. 20. *Portum Oſtiæ exſtruxit, circumducto dextra ſiniſtraque brachio, & ad introitum profundo jam ſolo mole objecta, quam, quo facilius fundaret, navem ante demerſit, qua magnus obeliſcus ex Ægypto fuerat advectus, congeſtiſque pilis ſuperpoſuit tutiſſimam turrim, in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes curſum navigia dirigerent.* Præclara etiam ejus mentio apud Procopium Cæſarienſem libr. 1. Gothicor. Locum Suetonii ſuſpectum habeo; nam Claudius, non *Oſtiam*, ſed *Portum Romanum* reſtauravit, aut condidit; quare putem legendum: *Portum Oſtii extruxit*. Eſt enim ibi Tibridis Oſtium, quo mari miſcetur. Corrûptus etiam in eadem dictione Rutilius Numatianus libr. 1. Itinerar.

Pande, precor, geminum palata Caſtore pontum,
Temperet æquoream dux Cytherea viam.

Quis geminus ille pontus? Nugæ, portum ſi legamus, de Romano, & Oſtienſi intelligetur; igitur reſtitue, & lege:

Pande, precor, geminum placato Caſtore portum.

Civitatis gloria celebratam eam fuiſſe, & locus Anaſtaſii Bibliothecarii in Leone 3. pag. 189. indicat, *Hippolyti Martyris in civitate Portuenſi veſtes*, & Epiſcopatus, qui etiamnum hodie Præſules magna dignatione habet: quorum hi ex hiſtoriis noti. 1. *Geor-*

Digitized by Google

1. *Georgius*, Portuenſis Epiſcopus ſubſcripſit Decreto Gregorii Papæ Junioris, in hæc verba. *Georgius Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Portuenſis, huic conſtituto a nobis promulgato ſſ.*

2. *Rodoaldus*, Portuenſis Epiſcopus cap. 4. Cauſa 31. Quæſt. 2. in Decreto Gratiani. *Portuenſis* Epiſcopus Apoſt. ſed. leg. cap. 1. de locato, & conducto, Decreto Gregorii: idque ſub Clemente 3.

3. *Formoſus*, Portuenſis Epiſcopus, Bulgarorum Apoſtolus a Nicolao 1. deſtinatus. Gulielmus Bibliothecar. in Hadriano 2. pag. 331. *magnæ ſanctitatis*. Anaſt. Biblioth. in Nicolao 1. pag. 324. Bulgaros ad fidem convertit, Gulielm. Bibliothecar. in Hadriano 2. pag. 344.

Nec minus eſt urbs hæc illuſtris ſuorum Præſulum ſanctitate, aliorumque plurium Martyrum encomiis nobilitata, ut in Martyrologio Romano.

Ab hac vero urbe & *via Portuenſis* nomen accepit, & *porta Portuenſis* in Tranſliberinis partibus. Feſt. Pomp. libr. 12. *Navalis porta a vicinia navalium dicta*. Eandem vero eam fuiſſe cum Portuenſi, nec ulli dubium eſſe poteſt, & docet Onufrius Panvinius in Roma pag. 110. Celebris eſt & hæc via Cæſaris hortis, qui illam ſecundum Tiberim contingebant.

Etruriæ urbs Pyrgi, a Pharo ſic dicta, penitus periit: non eſt Civitas Vetus: Tuſciæ olim metropolis: piſcoſo litore: colonia Rom. pater Neronis Imp. ibi obiit.

CAP. XXIII.

INter veteres Etruriæ civitates *Pyrgos* jure ponunt. C. Plinius libr. 3. cap. 5. *Graviſcæ, Caſtrum novum, Pyrgi*. Ptolomæo Πῦργοι ſunt. Strabo Amaſianus libr. 5. Geogr. pag. 156. Ἀπὸ δὲ τῶν Κοσσῶν ἐς Ὠϛίαν παραπλέουσι πολίχνια ἐϛὶ Γραυίσκαι, καὶ Πῦργοι, καὶ Ἄλσιον, καὶ Φρεγήνια. *A Coſſa prætervigantibus Oſtiam, oppida occurrunt, Graviſcæ, Pyrgi, Alſium, & Fregenæ*. Paululum ordine variato a Ptolomæo ponuntur: Κόσσαι, Γραυίσκαι, Κάϛρα νέα, Πῦργοι, καὶ Ἄλσιον. *Coſſæ, Graviſcæ, Caſtrum novum, Pyrgi, & Alſium*. Servius Maurus Honoratus ad illud Virgilii libr. 10. Æneid. pag. 583. Et

Digitized by Google

Et Pyrgi veteres.

Hoc Caſtellum nobiliſſimum fuit eo tempore, quo Tuſci pyraticam exercuerunt. nam illic metropolis fuit: quod poſtea expugnatum a Dionyſio Siciliæ tyranno dicitur, de qua Lucilius:

Scorta Pyrgentia.

Ecce præclarum teſtimonium Antiquitatis. De Pyratica autem Etruſcorum vide libr. 3. ſupra hoc opere cap. 84. Rutil. Numatian. libr. 1. Itinerar.

Alſia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt,
Nunc villæ grandes, oppida parva prius.

Piſcoſum certe hoc litus. Elegans eſt locus apud Athenæum libr. 6. Dipnoſophiſt. pag. 224. Ἐπεισῆλθον οὖν ἡμῖν παῖδες πλῆθος ὅσον ἰχθύων φέροντες, θαλασσίων λιμναίων τε ἐπὶ πινάκων ἀργυρῶν, ὡς θαυμάσαι μετὰ τῆς πλούτου, καὶ τὴν πολυτελείαν· μονωυχί γὰρ καὶ τὰς Νηρηίδας ὀψωνήκει, καί τις τῶν παρασίτων, καὶ κολάκων ἔφη, τὸν Ποσειδῶ πέμπειν τῷ Νεπτωνίῳ ἡμῶν τοὺς ἰχθῦς. ὁ δὲ διὰ τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἴσον ἴσῳ τὸν ἰχθῦν πωλέντων, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐξ Ἀντίου κεκομίσθαι ἑτέρους δὲ ἐκ Ταρακίνων, καὶ τῶν κατὰντικρὺ νήσων Ποντίων, ἄλλους δ' ἐκ Πύργων, πόλις δ' ἄυτη Τυῤῥηνική. Quæ Latine ita ſonant: *Ingreſſi poſtea pueri piſces attulerunt, dii boni, quam multos, marinos, ac lacuſtres in lancibus argenteis, admirantibus nobis & copiam, & impenſam, quandoquidem vel ipſas propemodum Nereidas obſonatus erat. Ut non abſurde paraſitus, adulatorve quiſpiam dixerit, maris Deum Neptunio noſtro piſces miſiſſe, non tantum ob eos, quos pari pecunia Romæ vendunt. Sed quoniam ex Antio advecti quidam fuiſſent, alii e Tarracina, & inſulis Pontiis, e regione ſitis, quidam e Pyrgis, eſt autem ipſa Etruriæ urbs.* Sunt qui volunt, eam urbem eſſe, quæ hodie Pontificis navale *Civitas Vetus* dicitur; ſed eam ſententiam, & ſitus ipſe ſatis refellit, & Auctorum, quos laudavi, loca: & Joſephus Caſtalio docte probat, *Civitatem Veterem* eandem eſſe cum *Centumcellis*, uti infra expediam hoc libro. Certius eſt, penitus urbem hanc interiiſſe, & nomen in territorio tantum conſervari, & appellatione eccleſiæ oppidi *S. Marinella*; nam ea eccleſia. *S. Maria de territorio Purgano* vocatur, *Pyrgorum* in *Purgorum* deflexa voce, quod ſæpe contigit, & multis exemplis Critici probant, quæ nihil opus hic recenſere (1).

Coloniam huc traductam fuiſſe ſatis conſtat, facitque eam Onuphrius Panvinius in Imperio Romano numero 64. De qua T. Livius 4. Decad. libr. 6. P. Scipione Naſica, M. Acilio Glabrione COSS. *Senatus decrevit, Colonias maritimas vacationem rei navalis non habere: Oſtia, Fregenæ, Caſtrum novum, Pyrgi, Antium, Tarracinæ, Minturnæ, Sinueſſaque.* Quam deductionem miror impenſius omiſiſſe Velleium Paterculum, cum alias pæne omnes commemoraſſet.

Nomen indubie a Turre, ſive Pharo accepit: atque ita intelligendum

(1) Cluver. Ital. Antiq. libr. 2. pag. 496. Pyrgos collocat ad Caſtrum S. Severæ: in Caſtro autem vulgo *S. Marinella* Punicum agnoſcit.

Digitized by Google

dum esse censeo locum D. Juvenalis Satyr. 12. v. 76. licet Vetus Scholiastes ad Portum Trajani, & Joannes Britannicus ad Portum Romanum referant. Ita ille:

Tandem intrat positas inclusa per æquora moles,
Tyrrhenamque Pharon, porrectaque brachia rursum
Quæ pelago occurrunt medio, longeque relinquunt
Italiam.

D. Paulinus, Nolæ Episcopus, ad Cytherium:

Ac inde navi promovendus longius,
Intraret ut portum Phari.

M. Martial. libr. 12. Epigr. 2. meminit:

Quæ modo litoreos ibatis carmina Pyrgos,
Ite sacra, jam non pulverulenta via est.

Celebratur hæc urbs morte patris Neronis. Sueton. in eo cap. 5. *Majestatis quoque, & adulteriorum, incestique cum sorore Lepida, sub excessu Tiberii reus, mutatione temporum evasit: decessitque Pyrgis morbo æquæ intercutis.*

Etruriæ urbs Graviscæ, & ipsa litoralis: colonia ab Augusto deducta: ab aëris pestilentia nomen sortitur: coralio nobilis, & vino: sub adventum Æneæ, & bello Punico secundo florebat.

CAP. XXIV.

IN Etruriæ maritimo tractu *Graviscas* urbem fuisse, Scriptores, superiori capite laudati, probant; sed portu tamen carebat, nam totum illud mare *importuosum* appellat Plinius. Nomen ei ab aëris pestilenti contagio, quæ incolas gravi incommodo afficiebat; docui enim libr. 1. supra hoc opere cap. 12. mediterranea Etruriæ loca salubria esse: contra vero ad litus spectantia pestifero quondam afflatu noxia habitantibus. Idem M. Cato confirmat apud Servium Maurum Honoratum ad illud libr. 10. Æneid. pag. 583.

intempestæque Graviscæ.

Graviscarum oppidum alii intempestum dicunt, ventis & tempestatibus carens, quod nulla potest ratione contingere. Intempestas ergo Graviscas accipiamus pestilentes, & secundum Plinium in Naturali historia, & Catonem in Originibus, ut intempestas intelligas sine temperie; idest tranquillitate; nam, ut ait Cato, ideo Graviscæ dictæ sunt, quod grávem aërem sustineant. Quidquid sit, certe constat, florentem fuisse, sub Æneæ ac

Digitized by Google

Trojanorum in Italiam adventum, civitatem, ex loco Virgilii, proxime laudato, nec minus bello Punico secundo turmas Senatui adjutrices, ait Silius Italicus libr. 8. Punicor.

. . . . . *veteres misere Graviscæ.*

Coloniæ honorem ei concessum loquuntur T. Livius 4. Decad. libr. 10. P. Cornelio Cethego, M. Bæbio Tamphilo COSS. *Colonia Graviscæ deducta est in agrum Etruscum, Tarquiniensibus quondam captum, trina jugera agri data. Triumviri deduxerunt C. Calsurnius Piso, P. Claudius Pulcher, & C. Terentius Ister.* Jul. Frontin. libr. de Coloniis Rom. in tempore nonnihil variat: *Colonia Graviscæ ab Augusto deduci jussa est, nam ager in absoluto tenebatur: postea Imperator Tiberius Cæsar, jugerationis modum servandi causa, lapidibus immensis Reipublicæ loca assignavit.* C. Vell. Patercul. libr. 1. Hist. Rom. *Bononia deducta colonia adhuc annos ferme ducentos septem, & post quadriennium Pisaurum, & Potentia: interjecto que triennio Aquileja, & Graviscæ: & post quadriennium Luca.* Cetera prona; at quæ nam hæc *Potentia?* Mendum est, & corrigendum omnino, me duce, *Pollentia;* est enim Liguriæ urbs, Geographis, & Poëtis, Silio Italico, Aurelio Prudentio libr. 2. in Symmachum:

. . . *Pollentinos texerunt ossibus agros.*

Celebris victoria de Alarico Stylichonis. Cl. Claudianus sæpe meminit: unus e Bello Getico ad finem locus sufficiet:

O celebranda mihi cunctis Pollentia sectis,
O meritum nomen felicibus apta triumphis,
Virtutis fatale solum, memorabile bustum
Barbariæ.

Ad Graviscas redeo, quæ ævo sequiori desertæ, & incolis viduatæ, sub Theodosio scilicet Augusto; ita enim Rutilius Numatianus libr. 1. Itiner. post Minionis ostium:

Inde Graviscarum, fastigia rara videmus,
Quas premit æstivæ sæpe paludis odor.
Sed nemorosa viret densis vicinia lucis,
Pineaque extremis fluctuat unda fretis.

Denique vino generoso, & coralio Graviscæ commendantur, auctore Plinio libr. 14. cap. 6. *Mox ab intimo sinu maris Adriana: ab infero autem Latinienſia, Graviscana, Statonienſia.* De coralio Plinius libr. 36. cap. 12. ait retibus mari in *Graviscarum litore extrahi* in *mari frutex* est, extra *ad lapidis soliditatem* devenit. D. Basilius in Exam. hom. 7. Hercules Ciofanius ad libr. 4. Metamorphos. pag. 91. Claudian. de Nupt. Hon. & Mariæ:

Mergit se subito, vellitque Coralia Clotho,
Vimen erat, dum stagna subit, processerat undis,
Gemma fuit.

Ubi loci plura dixi. Metrodorus apud Julium Solinum γυψλον, sive

γυ-

γοργύλιον vocat. Sidonius Apollinaris Carm. 11. v. 110.

Lactea puniceo ſinuantur colla corallo.

Penitus interiit hodie, nec ullum, aut mœnium, aut nominis memoria ſupereſt. Fallitur Dominicus Niger, qui Montem Altum putat dici: fallitur, inquam, ex diſtantia inter illas, & Coſſam, ut clare ex Strabonis verbis loco laudato liquet (1).

Etruriæ urbs Alsium, & ipſa Colonia Romana: litoralis: Regum Etruſcorum quondam ſedes: a Græcis condita.

CAP. XXV.

IN eodem maris Tyrrheni, ſive Inferi tractu fuit *Alſium*, urbs celebris. Ptolomæus, Plinius, Strabo, & Rutilius cap. 23. ſupra proxime hoc libro laudati. At quam antiqua ſit, & quoties principes mutaverit, diſerte Dionyſius Halicarnaſſeus libr. 1. pag. 16. Ὤκουν δὲ Πελασγοὶ κοινῇ μετὰ τῶν Ἀβορίγινων, ὧν ἐστὶν ἥτε Καιρητανῶν πόλις, Ἀγύλλα δὲ τότε καλουμένη, καὶ Πίσα, καὶ Σατορνία, καὶ Ἄλσιον, καὶ ἄλλαι τινὲς, ἃς ὕστερον χρόνον ὑπὸ Τυρρηνῶν ἁφῃρέθησαν. *Oppida tenuerunt communia ſociæ gentes Pelaſgi, & Aborigines; ex quibus ſunt Cære, dictum Agylla eo ſeculo, Piſa, Saturnia, Alſium, & quædam aliæ, quæ poſt ab Etruſcis ſunt occupatæ.* Ex his manifeſtum eſt, diu ante Tyrrheni in Etruriam adventum, urbem hanc a Græcis, ſive Pelaſgis conditam, ſedemque fuiſſe Regis Alæſi, ſive Halæſi, ut docui abunde libr. 2. ſupra hoc opere cap. 31. & confirmat Silius Italicus libr. 8. Punicor. qui contra Hannibalem inde auxilia Romanis miſſa innuit:

Nec non Argolico dilectum nomen Alæſo
Alſium.

Coloniam faciunt numero 47. T. Liv. 3. Dec. libr. 7. *Colonis maritimis vacatio obſervata non eſt, Oſtienſis, Alſienſis, Antias, Anxuras, Minturnenſis, Sinveſſanus, & Senenſis.* C. Vellejus Patercul. libr. 1. *Et initio primi belli Punici Firmum & Caſtrum colonis occupata, & poſt annum Æſernia, poſtque viginti duos annos* (in aliis editionibus *poſtque ſeptemdecem annos*) *Æſulum & Alſium.*

Hodie penitus interiit, nec quicquam præter vicum exiguum ſupereſt. Antonius Maſſa Galeſius putat eſſe *S. Severa*, cui aſſentitur Dominicus Niger; at Fulvius Urſinus in notis ad Ciceronis Miloniam,

(1) Cluver. Ital. Antiq. libr. 2. pag. 484. locat Graviſcas ad duo circiter milliaria a læva Martæ fluminis ripa, fluvium] Minionem verſus.

nam, ex lapide vetuſto, probat *Cære* eſſe: idque Leander Alberti confirmat; ſed falſam illam opinionem oſtendunt, quæ de Cære ſupra hoc libro a me ſunt tradita (1).

Pompeii magni, & Virginii Rufi, & Pompejæ Celerinæ, Socrus Plinii Junioris, hic villas fuiſſe, infra hoc libro docebo.

Etruriæ urbs Regisvilla, Malæotti Regia: penitus interiit.

CAP. XXVI.

PAululum a litore maris Inferi ſecedentibus occurrit locus, & antiquitate, & amplitudine memorabilis, *Regiſvilla* nomine, a Malæotto Etruriæ Rege condita, & appellationem ſortita. Strabo Amaſian. libr. 5. pag. 156. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τόπος ἐστὶ, καλούμενος Ῥηγισύιλλα. ἱστορῆται δὲ γενεσθαι τοῦτο βασίλειον Μαλαιώτου Πελασγοῦ, ὃν φάσι δυναστεύσαντα ἐν τοῖς τόποις μετὰ τῶν συνοίκων Πελασγῶν, ἀπελθεῖν ἐνθένδε εἰς Ἀθήνας. *Inter hæc* (ſcilicet in Etruria litorali, inter Portum Romanum & Coſſam, in agro Volaterrano) *eſt Regiſvilla, quam olim narrant fuiſſe Regiam Malæoti Pelaſgi, qui cum imperaſſet iis locis cohabitantibus Pelaſgis, inde Athenas migraverit*. Sic ex MS. Henrici Schrimgeri J. C. Scoti eruditiſſimi: antea corruptiſſime in omnibus exemplaribus Ῥέγνιύλλα. In maritimo ſive Antonini Aug. ſive Scoti Anonymi Itinerario, *Regæ* inveniuntur Portus, ac poſitio navium, ſic enim ille ab urbe Arelatum:

A Portu Auguſti Pyrgos poſit. M. P. XXXVIII. Portus hic Auguſti eſt Portus Romanus, de quo ſupra.
A Pyrgis Panapionem. poſit. M. P. III. Panapio in Itineraria tabula Pentingeri eſt *Punicum*. Uterque locus corruptus.
A Panapione Caſtrum novum. poſit. M. P. VII.
A Caſtro novo Centumcellas. poſit. M. P. V.
A Centumcellis Algas. poſit. M. P. III.
Ab Algis Rapinium. poſit. M. P. III.
A Rapinio Graviſcas. poſit. M. P. VI.
A Graviſcis Maltanum. poſit. M. P. III. In Itinerarii tabula eſt *Murta* fluvius.
A Maltano Quintianum. poſit. M. P. III. Quintianum penitus intercidit, & nec nomen, nec portus extat.

A Quin-

(1) Cluverius libr. 2. pag. 497. ſtatuit Alſium ubi nunc Palo.

Digitized by Google

A Quintiano Regas. posit. M. P. VI. Forte legendum fuerit *Regisvillam*, nisi quod ea ex loco Strabonis videtur non in litore.

A Regis Arnine fluvius habet. posit. M. P. IIII. Tabula Peutingeri pro *Arnine* offert *Armenta*, forte is sit, qui *Pescia* hodierna voce audit.

Ab Arnine Portum Herculis. posit. M. P. XXV. Nomen retinet.

A Portu Herculis in Cetarias Domitianas. posit. M. P. III. Itinerarii tabulæ hunc locum non nominant, sed videtur esse sub Argentario monte, vel ad Lacum salsum; alioquin enim reliquum ibi litus importuosum, eo saltem tractu.

A Domitianis Almina fluvius. posit. M. P. IX. In tabula Itinerarii *Albinia* vocatur, hodie vero *Albegna*.

Ab Almina Portum Telamonis, fluvium Umbronis, Lacu Aprile posit. M. P. XVIII. Vulgo *Prille lago*.

Ab lacu Aprile in Alma flumen habet. posit. M. P. XVIII.

Ab Alma flumine Scabros, Portus. M. P. VI. Vernacule *Scantino*.

A Scabris Falesiam, Portus. M. P. XVIII. Prope Silvam Vetuloniam hic fuit locus.

A Falesia Populonium, Portus M. P. XIII. Periit Populonii portus, saltem nomine mutato, hodie *Porto Baratto*.

A Populonio Vada. Portus. M. P. XXX.

A Vadis Portum Pisanum. M. P. XVIII.

A Portu Pisano Pisas fluvius. M. P. IX. Portus Pisanus hodie interiit, & nec nomen, nec ædificia restant.

Ex qua litoralis Tusciæ descriptione, clare liquet *Regisvillam* aliam esse non potuisse, quam *Regas* Itinerarii: & miror, altum esse apud Italos tam præclari monimenti silentium. Sed pergo.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ urbs Troßuli in interiori regione, non procul Vulſiniis: equeſtri ordini Romæ dedit initium: hodie penitus periit.

CAP. XXVII.

A Maritimo tractu recedo in mediterranea pauliſper, ubi ſe offert *Troßuli* urbs celebratiſſima, ſive *Troßulum*, novem millibus paſſuum a Vulſiniis diſſitum, hodie plane dirutum, ut nullum ſuperſit veſtigium(1). Capta ab equitibus Romanis, nullo pedeſtris exercitus adhibito adjumento; quare exinde nomen in equeſtrem ordinem migravit, ut *Troßuli*, ſive *Truſuli* equites vocarentur. Feſt. Pomp. libr. 18. *Troßuli equites dicti, quod oppidum Tuſcorum Troßulum ſine opera peditum ceperint*. Equites tum primum cepiſſe habes libr. 3. ſupra hoc opere cap. 23. & teſtatur M. Varronis fragmentum in Satyra Seſqui-Ulyſſe apud Nonium cap. 1. n. 240. *Nunc emunt Troßuli nardo nitidi vulgo talento Attico equum*. Sed ille Grammaticus videtur interpretari *Troßulos* quaſi *fortes*, aut *toroſulos*, ignarus forſan hiſtoriæ, ut ſæpe. Erratum etiam a Pſeudocornuto, ſive Valerio Probo in A. Perſii Satyr. 1. v. 94. nam cum Satyricus dixit:

. . . . . *unde iſtud dedecus? in quo*
Troſſulus exultat tibi per ſubſellia lævis.

Subjungit Scholiaſtes: *Troſſulos equites Romanos dicit, qui impudentiſſime exultant. Troßulum autem oppidum fuit Etruriæ non longe a Volſcis: hoc equites Romani ſine peditibus expugnaverunt, Numio quodam Duce: unde equites Romani Troſſuli dicti ſunt, aut toroſi adoleſcentes. Troſſulus ideſt brevis, & compactæ naturæ poteſt & ſic intelligi: ita, inquit, exultant, ſine reſpectu honeſtatis, ac ſi Troſſulum cepiſſent*. Dum autem ait oppidum non longe a Volscis, non caret inſigni mendo, ut admonebam; Volsci enim in Latio, ut pueri ſciunt, cum Troſſuli ſint in Etruria. Quare corrigendum: *Troſſulum autem oppidum fuit Etruriæ, non longe a Vulſiniis*. Auctor correctionis C. Plinius libr. 33. cap. 2. apud quem hæc appoſite leguntur: *Quinetiam ipſum equitum nomen ſæpe variatum eſt, in his quoque, qui ad equitatum trahebantur. Celeres ſub Romulo regibuſque appellati ſunt: deinde Flexumenes, poſtea Troſſuli, cum oppidum in Tuſcis citra Volſinios paſſuum novem millibus, ſine ullo pedi-*

(1) Cluverius libr. 2. pag. 562. cenſuit Troſſulum fuiſſe ubi nunc *Montefiaſcone*; ſed Holſtenius ad eum ſic notat: *Fallitur, nam duobus m. p. a Monte Fiaſcone adhuc veſtigia nomenque ſuperſunt hujus oppidi vulgo* Troſſo *& vicina foſſa* il Vado di Troſſo. Ideoque nihil apud Plinium mutandum in numero millierium qui exactè etiam nunc quadrat.

Digitized by Google

peditum adjumento cepiſſent ejus vocabuli, idque duravit ultra C. Gracchum. In MSS. diverſiſſima eſt lectio, & forte convenientior: *Oppidum Vulſiniorum hoc nomine;* & poſtea: *ejus vocabuli vis duravit* (1). Male ergo Nonius Marcellus, ſupra proxime laudatus *Troſſulos* equites *a toris* quaſi *toroſulos* putavit; cum locus Varronis, ab eo ipſo adductus, de equite, non de forti, aut toroſulo ſit intelligendus; ſic enim locus ille cum alio eſt conjungendus: *Itaque tum equum mordacem & calcitronem horridus miles virque vitabat, nunc emunt Troßuli, nardo nitidi, vulgo, talento Attico, equum.* Ita hæc duo fragmenta, ex Feſto & Nonio conjuncta, probant abunde, non a fortitudine, ſed ab urbe Etruſca equites Troſſulos vocatos. Scio etiam Toroſulos, ſive Troſſulos a L. Seneca derideri Epiſt. 76. & Epiſt. 87. Philoxeni gloſſas laudavit eruditiſſimus Theodorus Marcilius ad Perſii locum laudatum, quem vide.

Interiit omnis ejus memoria; dicit tamen Leander Alberti, hodie nomen ſervari in exiguo vico, cujus deſcriptionem apud alios non reperi: uti nec quando ſit expugnatum, aut quam ob cauſam bellum ei indictum. Vetus Perſii Scholiaſtes *a Numio Duce* eam expeditionem ſuſceptam, & urbem oppugnatam docet; ſed quis ille? quæratur.

Etruriæ urbs Thermæ Tauri in mediterraneis non longe a mari ad viam Ciminiam: & balnea Diis conſecrata.

CAP. XXVIII.

AQuarum ſalubrium commendatio urbem in Via Aurelia fecit, quæ prius *Balnea Stygiana*, & *Vicus Stygianus* vocata, non longe a litore maris Inferi (2) viginti octo millibus paſſuum Roma, ut ex Antonini, ſive Scoti Itinerario liquet. Hæc eadem urbs poſterioribus ſeculis *Tauri Thermæ* audiebat. Non longe Centumcellis male quidam locant, ad viam Ciminiam, licet nullum hodie iis in locis extet veſtigium, quantum ex Geographis recentioribus colligere licet. Deſcribit tamen operoſe Rutilius Numatianus libr. 1. Itinerarii:

Noſſe

(1) Hunc Plinii locum ita, ut emendat Dempſterus, legit Cluverius Ital. Antiq. l. 2. pag. 561.
(2) Cluverius libr. 2. pag. 486. Aquas Tauri collocat non procul a litore, qua Tolfam itur a Centumcellis ad ſecundum miliare, ubi aquæ calidæ, cum antiquarum ſtructurarum reliquiis extant: refertque Tabula Geographica Aquas Tauri VII. miliaribus diſtare a Caſtro Novo, quorum IIII. numerat inter Centumcellas & Caſtrum novum, & III. inter Centumcellas & Aquas Tauri.

Noſſe juvat Tauri dictas de nomine Thermas,
Nec mora difficilis millibus ire tribus.
Non illic guſtu latices vitiantur amaro,
Limphaque fumifico ſulfure tincta calet.
Purus odor, molliſque ſapor dubitare lavantem
Cogit, quæ melius parte petantur aquæ
Credere ſi dignum fama.

Vide cetera. Nullus Geographorum, aut Hiſtoricorum, quod ſciam, hujus irbis, aut Thermarum meminit, præter hunc ſolum Rutilium (1). Igitur hic addo, Thermas in alicujus Dei honorem erigi ſolitas, ac numini alicui ſolere olim conſecrari; cujus cauſam inveſtigat Ariſtoteles Problem. cap. 24. Piſander apud Athenæum. Vide Andream Baccium libr. 6. de Thermis pag 421. Notiſſima ſunt, quæ fodentibus Ægeriæ, Muſarum, Jovis Ammonis, Jovis Dodonæi, Herculis, Mercurii, Bacchi, aliorumque Deorum dicuntur. Peridonee C. Plin. libr. 31. cap 2. *Tepidæ egelideque auxilia morborum conferentes, & e cunctis animalium, hominum tantum cauſa erumpentes, augent numerum Deorum nominibus variis; urbeſque condunt, ſicut Puteolos in Campania, Statyellas in Liguria, Sextias in Narbonenſi provincia.* Thermas item Tauri in Etruria eodem modo conditas ſuſpicari licet. Sic in Sicilia *Apollo Thermites* cultus, & in Thermis Albulænis. SACRVM. D. M. IGIAE. In Calderianis M. IVNONI: in Cluſinis AESCVLAPIO: in Latinis vero IVTVRNÆ: in Averno PLVTONI donaria affigebantur. Item & lacus celebri alicui Deo dedicati, ut lacus Cumarum Sibyllæ, Cutiliæ Saturno, alii aliis.

Quin & fontibus thermiſque donaria dicata ſuſpenſaque non minus, quam in aliorum Deorum fanis, clare probant C. Suetonius in Tiber. cap. 14. C. Plin. Junior libr. 8. Epiſt. 8. Claudian. Epigr. de Aponis balneis:

Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi,
Tunc veteres baſtæ Regia dona micant.

Quando autem hæc urbs condita, aut quo auctore, quando itidem everſa ſit, deprehendere adhuc non potui.

Etru-

(1) Meminit harum aquarum Tabula Peutingeriana, ut notat Martyrolog. Roman. undecimo Kal Januarias Greg. Magnus Dial. libr. 4. cap. 55. Plin. libr. 3. cap. 5. De his aquis Scribonium Largum cap. 146. intelligendum conſentiunt viri docti apud Holſten. in Ital. Antiq. Cluver. ad pag. 486. Aquas Ferratas vocat, ut vocabant Fontes Acidulos.

Digitized by Google

Etruriæ urbs Coſſa, ſive Coſa: Regum ſedes: Jovem colebat: deſerta, muribus cives fugantibus: clara opibus, & fortitudine: colonia, & municipium: interiit penitus.

CAP. XXIX.

INter celebratiſſimas Etruriæ florentis Urbes habetur *Coſſa*, ſive *Coſa*, ſive *Conſa*, ſeu *Copſa*, ut apud Priſcianum infra dicam. Strabo Amaſian. libr. 5. Geogr. pag. 156. Μετὰ δὲ Ποπλώνιον Κόσσαι πόλις, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ἐπὶ δ' ἐν κόλπῳ βουνὸς ὑψηλὸς, ἐφ' ᾧ τὸ κτίσμα. *Poſt Populonium urbs eſt Coſſæ, paulum ſupra mare, ſita in ſublimi colle, qui in ſinu jacet*. Ex quibus conſtat, non fuiſſe portum, ſed tantum in litore, non procul a portu ſitam. Totum hunc tractum ita Pomponius Mela recenſet libr. 2. de ſitu Orbis, cap. 4. *Oſtia citra Tiberim in hoc latere ſunt: ultra, Pyrgi, Anio, Caſtrum novum, Graviſcæ, Coſſa, Telamon, Populonia, Cecina, Piſæ, Etruſca & loca, & nomina, dein Luna*. Eodem pæne ordine C. Plin. libr. 3. cap. 5. *Vada Volaterrana, fluvius Cecinna, Populonium, Etruſcorum quondam hoc tantum in litore. Hinc amnes Priſtæ, mox Umbro navigiorum capax, & ab eo tractus Umbriæ portuſque Telamon, Coſſa Volcientium, a populo Romano deducta, Graviſcæ, Caſtrum novum, Pyrgi, Cæretanus amnis, & ipſum Cære intus millibus paſſuum quatuor, Agylla a Pelaſgis conditoribus dictum, Altium, Fregenæ*. Errat Stephanus Byzantinus libr. de Urbibus, ubi hæc. Κόσσα πόλις Οἰνώτρων, ἐν τῷ μεσογείῳ, οἱ πολῖται, Κοσσανοί. *Coſſa urbs Oenotriorum in mediterraneis: cives ejus, ſive incolæ Coſſani*. Nec in Oënotria, ideſt Latio, eſt Coſſa, ſed in Tuſcia: nec in mediterraneis, cum ſit prope Populonium, ſupra Portum Herculis, atque adeo clare a navigantibus cernatur; ut liquet ex Rutilii Numatiani Itinerario libr. 1. qui eam ſuo ſeculo jam deſertam, civibuſque viduatam ſic ſcribit:

Cernimus antiquas nullo cuſtode ruinas,
Et deſolatæ mœnia fœda Coſæ.
Ridiculam cladis pudet inter ſeria cauſam
Promere, ſed riſum diſſimulare piget.
Dicuntur cives quondam migrare coacti
Muribus infeſtos deſeruiſſe lares.
Credere maluerim pygmææ damna cohortis,
Et conjuratos in ſua bella grues.

Digitized by Google

Defertam non miror Coſſam, non magis quam alias & opulentas, & nobiles Etruriæ urbes; ſed quod fugati ſint a muribus incolæ ejus, præter Rutilium, nemo Scriptorum, quod ſciam, prodidit. Non eſt tamen illud omnino incredibile; nam auctor eſt Theophraſtus, non Varro, ut memoria lapſus cenſuit Simon Majolus Dier. Canicular. Colloq. 7. & lapſus memoria Raphaël Volaterranus libr. 5. pag. 139. qui ait, Plinium ſcripſiſſe, *Deletam Coſſam a muribus. Ex Gyaro, Cycladum inſula, incolas a muribus fugatos*, referente Plinio libr. 8. cap. 29. idemque repetit Plinius ex eodem Theophraſto libr. Περὶ ἀζώων φαινομένων τῶν ζώων, eodem libr. cap. 57. Sed & idem in Troade libr. 10. cap. 65. commemorat eveniſſe: *Plurimi* mures *ita ad Troadem provenerunt, & jam inde fugaverunt incolas*. Par omnino eſt Elymnio Chalcidenſium apud Heraclidem Ponticum narratio libr. de Politiis: Κατῳκισαν δὲ καὶ κλεωνὰς Χαλκιδεῖς οἱ ἐν τῷ Ἄθῳ ἐξαναστάντες ἐξ Ἐλυμνίου, ὡς μὲν μυθολογοῦσι, ὑπὸ μυῶν, ὅτι τάτ' ἀλλὰ κατήθιον αὐτῶν καὶ τὸν σίδηρον. Latine ita ſonant: *Chalcidenſes præter alias urbes, quidam eorum etiam Cleonas in Atho monte condiderunt, videlicet qui Elymnio a muribus, ut fabula eorum habet, pulſi ſunt, cum non ſolum alias eorum res, ſed & ferrum quoque arroderent*. Certe Atto, Moguntinorum Archiepiſcopus, non in continenti modo a muribus eſt miſerrime infeſtatus, ſed & inſula etiam Rheni, quæ hodie oſtenditur viatoribus. Sifridus Presbyter libr. 1. Epitomes Anno 923. Non diſſimilia narrant Uvernerus in Faſciculo ſub Nicolao 2. & Joannes Nauclerus ad Annum Domini 1071. & de Heliogabalo Baptiſta Platina in Urbano 1. Hæc quidem parerga nobis: propius eſt, quod a Cl. Æliano ſcribitur libr. 17. Hiſtor. Animal. cap. 38. *De patriis ſedibus*. Verba ſunt Latina, nam Græca mihi non ad manum: *Quosdam Italiæ populos fuiſſe incurſione murium depulſos, mediam quoque regionem ob multitudinem murium ab omni cultore fuiſſe derelictam, vaſtantibus omnia muribus*. In his Italiæ populis veriſimile eſt Coſſanos fuiſſe. Sed redeo.

Coſſa ſub adventum Æneæ in Italiam, potentia, & robore inter Etruſcas urbes celebris, uſque adeo ut Maſſici, Regis Etruriæ, domicilium, auxilia Æneæ in Turnum ſubmiſerit. Virgil. libr. 10. Æneid.

Maſſicus ærata princeps ſecat æquora Tygri
Sub quo mille manus juvenum, qui mœnia Cluſi,
Quique urbem liquere Coſas.

Servius Maurus ibidem: *Coſas, civitas Tuſciæ, quæ numero dicitur ſingulari ſecundum Salluſtium, unde apparet hunc Coſas uſurpative dixiſſe.* Et rurſus ad eundem librum pag. 606. *Oſinius, ipſe eſt, quem ſupra Maſſicum dixit. Ergo, ut diximus ſupra, Oſinius proprium eſt, Maſſicus appellativum, licet poſſit fieri, ut duo nomina unius ſint, ut Numa Pompilius, Alexander Paris, Numanus Romulus. Alii volunt, non eundem eſſe Maſſicum, quem Oſinium; nam duas civitates ſupra commemorat, Cluſium, & Coſam: & tradunt, potuiſſe fieri, ut hic Oſinius Rex quidem unius de*

memo-

Digitized by Google

memoratis fuerit civitatibus, ſed ſub imperio Maſſici egerit. Corruptus C. Taciti Codex libr. 2. Annal. ubi Agrippæ Poſthumi ſervus, nomine Clemens, domino per ſcelus interempto, *ad majora, & magis præcipitia converſus, furatus cineres, vectuſque Coram, Etruriæ promontorium, ignotis locis ſe ſe abdit, donec crinem barbamque promitteret*. Ita hunc locum legit Valerianus Pierius libr. 32. Hierogliphicor. pag. 326. & notat *Coram* eſſe *Etruriæ promontorium*: quod tamen in Etruria nuſquam reperio. Corrigendum erat igitur, & legendum: vectuſque Coſam, Etruriæ promontorium. Quam correctionem idoneam probant initio capitis adducta Strabonis verba. Nec quicquam addo: & hic recte J. Lipſius: perperam M. Antonius Muretus, qui *Coram*, in *Coſam* inutat, addens, *Coſam* eſſe *promontorium, quod olim Telamon, hodie mons Argentarius* vocetur; ſunt illa quippe diverſiſſima, ut ex Geographis apparet, & hoc libro ſupra oſtendi.

Religioſe hic Jupiter *Vicillinus* colebatur. Julius Obſequens libr. de Prodig. cap. 35. (1) *Navium longarum ſpecies in flumine Tarracinæ, quæ tamen nullæ erant, viſæ in Jovis Vicillini templo, quod eſt in agro Coſſano, arma concrepuerunt*. Locus, ab interpunctione fœdatus, ſic reſtituatur: *Navium longarum ſpecies, in flumine Tarracinæ, quæ tamen ullæ erant, viſæ, in Jovis Vicillini templo, &c.* Sed quis ſit *Jupiter Vicillinus?* Inveſtigatione eſt non indignum. Ego alia procuro.

Coſſa, Coloniæ Romanæ, ac municipii honore cohoneſtata: & *municipii* quidem *Coſſani* mentio habetur apud Ciceronem 5. Verrina. Deducta autem fuit Colonia anno Urbis Conditæ 481. Vell. Patercul. libr. 1. Hiſt. Rom. *Coſſam & Peſtum ab hinc annos fere trecentos Fabio Dorſone, & Claudio Canina COSS.* Unde Plinius l. 3. cap. 5. *Coſſa Volcientium a Populo Romano deducta*. L. Florus epitomaſtes Livianus ad libr. 14. *Coloniæ deductæ ſunt Poſidonia & Conſa*. Ubi loci *Conſa* eſt conſtanter in omnibus editionibus, pro *Coſſa*: non æque, ut videri poſſet, recte; nam in nummo Nervæ Aug. apud Hubertum Goltzium eſt COL. IVL. COSSA. T. Livius 3. Decad. libr 2. *Coſſanis poſtulantibus, ut ſibi colonorum numerus augeretur, mille adſcribi juſſi, dum ne quis in eorum numero eſſet, qui poſt L. Cornelium & T. Sempronium COSS. hoſtis fuiſſet*. Auctorem hujus deducendæ Coloniæ facit Titum Quintium Flaminium Plutarchus in ejus vita in principio: Διὸ καὶ τετραμένων ἀποίκων εἰς δύο πόλεις, Ἀρμάντε καὶ Κόνσαν, ἄρχων καὶ δικιστὴς ἥρεθη. *Quare in duas urbes Coloniis deducendis, Arniam, & Conſam, triumvir eſt creatus*. Hæc eſt conſtans in omnibus excuſis lectio; & tamen nec *Arnia*, nec *Conſa* uſquam apud Geographos. Igitur corrige: Εἰς δύο πόλεις Ναρνίαν καὶ Κόσσαν. *In duas urbes, Narniam, & Coſſam*. Video tamen quosdam etiam melioris notæ Antiquarios, *Coſſam*, & *Conſam* indifferenter effer-

 re:

(1) Hic locus non eſt Julii Obſequentis, ſed ex ſupplementis, quos compilavit Conradus Lycoſthenes ex Livio aliiſque. Hæc autem verba deſumpta ſunt ex Livio libr. 24. circa finem. In nonnullis Livii editionibus habetur *Jovis Vicilini*: forte, Jovis Vici alicujus præſidis.

Digitized by Google

re: inter quos eſt Onufrius Panvinius in Imperio Romano pag. 65. quin imo Priſcianus *Copſam* habet: & nonnulli *Coſſanos*, ſive *Compſanos* accipiunt populos eosdem a C. Plinio memoratos libr. 3. cap. 11.

Denique & bello Punico ſecundo, & bello civili clarum admodum nomen Coſſa habet. De priori T. Livius 3. Decad. libr. 3. in principio: *Hannibal accitus in Hirpinos a Statio, pollicente ſe Coſſam traditurum, Coſſanus erat Trebius, nobilis inter ſuos, ſed premebat eum Coſſanorum factio, familiæ per gratiam Romanorum potentis. Poſt famam Cannenſis pugnæ, vulgatumque Trebii ſermonibus adventum Hannibalis, cum Coſſani urbe exceſſiſſent, ſine certamine tradita urbs Pœno, & præſidium acceptum eſt.* De poſtremo Vell. Patercul. libr. 2. Hiſt. Rom. *Minatius Magius legionem in Hirpinis conſcripſit, Herculaneum ſimul cum T. Didio cœpit, Pompejus cum L. Sylla oppugnavit, & Coſam occupavit.* Hodie ne rudereta quidem extant, ſed & nomen, & mœnia funditus interiere: putant (1) tamen viri eruditi, aliquid ſupereſſe vetuſtatis; nam Dominicus Niger *Lancedoniam* ex illius ruinis natam vult: Leander Alberti *Alſidoniam*, Onuphrius *Orbitellum*, quod libr. 6. diſcutiam infra hoc opere.

Etruriæ urbs Fregenæ, non Fregellæ: & ipſa Colonia Romana, non omnino litoralis: hodie interiit.

CAP. XXX.

A Mari paululum recedentibus occurrit, potentia & antiquitate luſtris, urbs *Fregenæ*: non ut barbare quidam Codices corrupti præferunt, *Fregellæ*; nam iſtæ in Samnio ſunt, hæ vero in Etruria. Strabo libr. 5. pag. 156. Ἀπὸ δὲ τῶν Πύργων εἰς ὀκτάκοσιοι εξ ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τό Ἄλσιον, καὶ ἡ Φρηγηνία. *A Pyrgis ad Oſtiam Stadia ſunt ducenta ſexaginta, interjacent Alſium & Fregenæ.* Eadem ex Plinii loco libr. 3. cap. 5. toties laudato oſtenditur. Æneæ ſubmiſit auxilia. Sil. Italic. libr. 8. Punicor.

Nec non Argolico dilectum nomen Haleſo
Alſium, & obſeſſæ campo ſqualente Fregellæ.

Quæ lectio eſt ineptiſſima; itaque repone:

obſeſſæ campo ſqualente Fregenæ.

Coloniam etiam fuiſſe Romanam clarius eſt, quam ut dici debeat. L. Florus epitomaſtes libr. 19. *Coloniæ deductæ ſunt Fregenæ, & in agro Salentino Brunduſium.* Ipſe Livius 4. Decad. libr. 6. *Senatus decrevit, Colo-*

(1) Holſtenius in Notis ad Cluverium pag. 479. qui putavit Coſſam fuiſſe, ubi poſtea Anſedonia, deſignat ſinum, in quo Herculis portus: huic enim collis proxime immineat, in quo olim Coſa civitas ſita fuit, cujus veſtigia maxima apparent, eſtque locus hic diverſus a Lanſedonia, a qua m. p. diſtat.

Digitized by Google

Colonias maritimas vacationem rei navalis non habere, ut ſunt Oſtia, Fregenæ, Caſtrum novum, Pyrgi. Concors etiam Vellejus Paterculus libr. 1. *Initium primi belli Punici Firmum & Caſtrum colonis occupata, & poſt annum Æſernia, poſtque viginti duos Æſulum, & Alſium, Fregenæque poſt biennium*: In impreſſis Codibus vitioſe legitur *Frægelleque*, Gentiles ſunt *Fregenſes*, ut diſtinguantur a Latii aut Samnii populis, qui *Fregellani* paſsim audiunt; ſed & *Freginates* a Plinio videntur dici libr. 3. cap. 5. *Fruſinates, Ferentinates, Fregénates, Fabraterni veteres, Fabraterni novi, Ficolenſes, Fregellani.* Urbem hanc quondam *Pergen* vocatam, ſunt qui tradant: ego auctores idoneos non vidi; ſit itaque penes eos, qui hæc afferunt, fides.

Urbs penitus diruta eſt, nec ubi fuerit, certo ſciri poteſt. Leander credit hodie oppidulum eſſe, vocarique *Palo*. Flavius Blondus contra contendit eſſe *Brachianum*, qui Ducatus eſt hodie Illuſtriſsimæ familiæ Urſinæ, & Ducem habet omni felicitate dignum, ut virtute præditum D. Paulum Jordanem Urſinum, arcta ſanguinis propinquitate Sereniſſ. Magn. Etr. Duci conjunctum.

Etruriæ urbs Centumcellæ, portu a Trajano Aug. refecto, & nomine impoſito: inclyta, forte Civitas Vetus: a Saracenis diruta: a Gothis poſſeſſa, per Narſetem recuperata: Epiſcopatus honore cohoneſtata.

CAP. XXXI.

URbem in Etruria veterem ſatis conſtat fuiſſe jam olim *Centumcellas*; ſed quo nomine ante Hadriani tempora vocaretur, nullus auctorum, quod certo ſciam, expedivit: & puto, primus Antoninus, ſive Scotus Anonymus in Itinerario eam hac voce compellavit. De ea C. Plinius eodem pæne ſeculo libr. 6. Epiſt. 31. ubi *Trajani villam ibi fuiſſe* ſcribit, & nos infra hoc libro probabimus. Nugatur, ac errat Flavius Blondus libr. 5. Commentar. Urbanor. *Centumcellæ, quarum meminit Plinius in quadam Epiſtola: Hadrianus, inquit, princeps, centum judiciibus totidem cellas ædificavit, ad audiendas præſente ſe cauſas inſtitutas.* Primo falsum eſt, quicquam Plinium de Hadriano Auguſto Centumcellis agente ſcribere, ſed de Trajano: deinde nihil tale de cellis illis commentitiis eo loci, jam proxime ſupra a me laudato, continetur. Portum hunc ingenioſiſſime deſcribit Rutil. Numatian. libr. 1. Itiner.

Ad

Ad Centumcellas forti defleximus Auſtro,
Tranquilla puppes in ſtatione ſedent.
Molibus æquoreum concluditur Amphitheatrum,
Anguſtoſque aditus inſula facta tegit.
Attollit geminas turres, biſidoque meatu,
Faucibus arctatis pandit utrumque latus.
Nec poſſiſſe ſatis laxo navalia portu,
Ne vaga vel tutas ventilet aura rates.
Interior medias ſinus invitatus in ædes,
Inſtabilem fixis æra neſcit aquis.
Qualis in Euboicis captiva natatibus unda
Suſtinet alterno brachia lenta ſono.

Meminit & D. Paulinus Nolanus Carm. de Naufragio ad Cytherium pag. 526:

Sic iſte Chriſto blandiente molliter,
Emenſus aſperum mare,
Longinquiorem portum ab Urbe adlabitur,
Cui Centumcellis nomen eſt:
Ac inde navi promovendus longius,
Intraret ut portum Phari.

Rutilii deſcriptio deſumpta eſt ex C. Plinii Junioris verbis loco citato: *Sed mihi, ut gravitas cognitionum, conſilii honor, ſuavitas ſimplicitaſque convictus, ita locus ipſe perjucundus fuit. Villa pulcherrima cingitur viridiſſimis agris, imminet litori, cujus in ſinu quam maximus portus, velut amphitheatrum; hujus ſiniſtrum brachium firmiſſimo opere munitum eſt, dextrum elaboratur. In ore portus inſula adſurgit, quæ illatum vento mare objacens frangat, tutumque ab utroque latere decurſum navibus præſtet. Aſſurgit autem arte viſenda, ingentia ſaxa latiſſima navis provehit: contra hæc alia ſuper alia dejecta, ipſo pondere manent, ac ſenſim, veluti quodam aggere, conſtruuntur. Eminet jam, & apparet ſaxeum dorſum, impactoſque fluctus in immenſum elidit, ac tollit. Vaſtus illic fragor, cavumque circa mare, ſaxis deinde pilæ adjiciuntur, quæ procedente tempore etiam inſulam imitentur: Habebit hic portus etiam nomen auctoris, eritque vel maxime ſalutaris; nam per longiſſimum ſpatium litus importuoſum hoc receptaculo utetur.* Ex quibus liquet, portum hunc vocatum *Trajani*, & ne Ptolemæus decipiat, qui poſt Populonium Portum Trajani locat, nam idem ille Trajanus Auguſtus *Anconitanum portum* mirifice refecit, Centumcellenſem de novo a fundamentis extruxit, hunc ſupero mari iſtum infero ornamentum futurum; quare uterque nomine Trajani, venit, & ſibi invicem linea veluti parallela reſpondent, ut jure *poſt Populonium* Ptolemæus *Portum Trajani* repoſuerit, non jam Anconitanum intelligens.

Celebratur hæc urbs mora & incolatu Commodi Auguſti. Æl. Lamprid. in eo, non multum poſt principium: *Auſpicium crudelitatis*

apud

Digitized by Google

apud Centumcellas dedit anno ætatis duodecimo; nam cum tepidius forte lotus eßet, balneatorem in fornacem conjici juſſit, quando pædagogo, cui hoc juſſum fuerat, vervecina pellis in fornace conſumpta eſt. Ad quem locum Joann. Baptiſta Egnatius vaniſſima ignorantia fabulam Blondi repetit.

Ajunt, D. Auguſtino, libros de Trinitate inibi meditanti, puerum viſum, qui cochleari mare exhauriret, & in ſcrobem exiguum immitteret. Simon Majolus Dieb. Caniculär. Colloq. 23.

A Gothis tempore Juſtiniani Imperatoris fuit occupata, ut fuſe deſcribit Procopius Cæſarienſis libr. 2. de Bello Gothico. Πόλιν ἐπιθαλασσίαν λόγου πολλῦ ἀξίαν Κεντουκέλλας ὄνομα. *Urbem maritimam, longo ſermone dignam, Centocellas nomine.* Et paucis interjectis: Ἔστι δὲ ἡ πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, ἐν τοῖς Ῥώμης πρὸς ἑσπέραν ἐν Τύσκοις κειμένη. *Eſt autem urbs magna, & populoſa, Romæ ad occidentem ſita in Tuſcis.* Sed Barbaros inde expulit Narſes Eunuchus patricius. Joan. Magnus Ypſalenſis libr. 14. Hiſtor. Gothor. Svenonumque cap. 18. *Nec Narſes poſt captam urbem in otio fuit, ſed ſolerti boſtium inſectatione, primo Portuenſem urbem illis ademit, inde Centumcellas, & alia loca Urbi finitima.* Fuit autem Narſes Χαρτοφύλαξ, ſive σκρινάριος, ut cum Suida conſentit Etymologici Magni Auctor: poſtea *Cubicularius*, ut habet Georgius Cedrenus: ac demum ad patriciatus honorem ſubvectus. Paul. Varnefrid. libr. 2. de Geſt. Longobardor. capp. 2. & 3. idque ob res glorioſe in Gothos geſtas, ut Hiſtoria eſt Miſcella Pauli Diaconi, & Joann. Aventini libr. 3. Annal. Bojor. pag. 199. Wingartenſis in Chronico pag. 217. *Totila Rex Gothorum Romam occupavit: hunc Narſes patricius, miſſus a Juſtino Minore, auxilio Longobardorum, interfecit.* Idem probat Inſcriptio, lapidibus pontis via Salaria inciſa, quam reperies in Commentariis meis ad Corippum libr. 3. de Laudib. Juſtini Minoris num. 6.

Armiger interea domini veſtigia luſtrans
Eminet excelsus ſuper omnia vertice Narſes
Agmina, & Auguſtam cultu præfulgurat aulam,
Comptus ceſarie.

Et libr. 4. num. ult.

Nec non enſipotens, membrorum robore conſtans,
Aſpectu mitis, non a gravitate benignus
Adſtabat Narſes.

Ad Centumcellas redeo: quas Saraceni funditus deleverunt, tempore Bernardi, Caroli Magni nepotis, ut hiſtoriæ ſequioris exequuntur Scriptores, & in his Fl. Blondus libr. 12. Hiſtoriar.

Hodie *Cincellas* vocant, ait Leander Alberti, & putatur *Urbs Vetus*, poſt cladem ſcilicet Saracenorum reparata, ac navale Pontificis Maximi: vocatumque prius *Caſtrum vetus*, ut oſtendit Inſcriptio Pii 2. Pontificis Maximi: idque probat variis rationibus Joſephus Caſtalio in

Ruti-

Digitized by Google

Rutilium, cui adſtipulatur Collenutius (1). Alii tamen Civitatem Veterem volunt *Pyrgos* eſſe: in quibus Antonius Sabellicus 1. Decad. libr. 3. in principio, dum narrat, Sabbam, Maurorum ducem, portum in Tyrrheno litore oppreſſiſſe, qui Civitatis Veteris dicebatur, ſubdit: *Non deſunt, qui Centumcellenſem vocent, ab oppido, quod proximo loco Hadrianus Imperator, opere, & judiciis, ut Plinii teſtantur Epiſtolæ, inſtruxit. Auderem ego affirmare, Pyrgos veteres hos fuiſſe, quod & recens nomen urbis, quam Veterem dicunt, arguere videtur: Pyrgenſemque portum appellarem.* Eodem errore turpiter lapſus eſt, quo prius impegiſſe Blondum & Egnatium ſupra hoc capite eſt demonſtratum.

Meminit Anaſtaſius Bibliothecarius in Leone 4. *Multis cum lacbrimis, infinitiſque orationibus, Dominum, rerum omnium conditorem, deprecabatur aſſidue, ut in dono gratiæ ſuæ dignaretur oſtendere, quo in loco pro ſalute & liberatione crebro dicti Chriſtiani populi, Centumcellenſis Civitas mutari potuiſſet.* Quod de Saracenis, eam urbem occupantibus, eſt intelligendum; ipſe enim Anaſtaſius in Leonis ejusdem vita pag. 289. *Præſul magnificus tota animi devotione peregit, ne Chriſtianus populus amplius in Centumcellenſi Caſtro ab hoſtibus deperiret, ſicuti ſæpe fieri ſolebat; nam per quadraginta annos muris diruta, & habitatore proprio deſtituta manebat, moreque beſtiarum, relictis ſedibus propriis ob timorem Saracenorum, ut uſque jam factum fuerat, per opaca ſilvarum, monteſque incognitos, ſua domicilia populus, qui relictus ab eis fuerat, dedicavit. In quibus etiam præ timore inimicorum, diebus ac noctibus, nec ſoporem oculis, nec ullam, juxta humanam conſuetudinem, quietem vel modicam habere poterat.* Sed ſuis apud Deum precibus Sanctiſſimus Pontifex hanc ab ea civitate peſtem eſt amolitus: & *Leopolim* novam urbem, duodecimo *a Centumcellis urbe* milliario, *conducto Centumcellenſis urbis populo*, erexit. Idem Bibliothecar. pag. 290.

Epiſcopalis ſedes antiquiſſima, & translata ea Civitatem Veterem, neſcio quando, nec quo auctore. Certe enim Centumcellenſes Epiſcopi non raro in Conciliis, & alibi leguntur. Ac primum Decretis Symmachi Papæ circa Annum 500. ſubſcripſit:

Molenſis, Centumcellenſis Epiſcopus.

Et Pelagius Papa ſcribit in Decreto Gratiani cap. 15. Diſtinct. 63.

Laurentio, Centumcellenſi Epiſcopo.

Ex

(1) Holſtenius in notis ad Cluverium ad pag. 482. Sic ait: Cincelle *ſunt loca plane diverſa. Diſtat enim* Cincelle a Civita Vecchia 7. *p. m. & amplius. Sed Cluverius non obſervavit Centumcellas a Saracenis deſtructas, poſtea a Leone III. in colle iſto conditas, ubi nunc tota in ruinis jacent. Deſertum autem ſuis novum hoc oppidum, civibus ad Veterem Civitatem reverſis. Atque inde haud dubie Centumcellenſi portui Civitatis Veteris nomen inditum. Rem totam accurate narrat Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Leonis III. ſed paulo antequam a Saracenis deſtrueretur meminit Hadrianus I. Pontifex Civitatis Centumcellenſis cum portu Epiſt. 65. Cod. Carol. pag. 230.*

Digitized by Google

Ex quo capite non obſcure patet, præſidium ibi ætate illa fuiſſe, portui tuendo, *devotiſſimorum militum, qui illic in Centumcellenſi civitate conſiſtunt*. Plura libr. 6. hujus operis infra, ubi de Civitate Veteri.

Etruriæ Urbs Caſtrum Inui, a Pane ſic dicta, cum prius Caſtrum Novum vocaretur: in litore ſita, portu tamen carens.

CAP. XXXII.

EX Peutingeri tabula, & Antonini Aug. ſive Scoti Anonymi Itinerario ſupra a me laudato, conſtat *Caſtrum Novum* Etruriæ eſſe civitatem, in litore quidem poſitam, ſed tamen ſine portu. Ptolemæus Κάστρον νέον, *Caſtrum novum*. Servius Maurus Honoratus ad libr. 6. Æneid. pag. 441. Caſtrum hoc, neſcio cur *Novum* eo ſeculo appellarint: certe a Pane, qui *Inus* vocabatur, *Caſtrum Inui* eſt dictum (1). Igitur Servius: CASTRVM INVI *una eſt in Italia civitas, Caſtrum Novum dicitur: de hac autem ait, Caſtrum Inui, ideſt Panos, qui illic colitur. Inus autem Latine appellatur, Græce* Πὰν: *item* Ἐφύαλτης *Græce, Latine Incubo: idem Faunus, idem Fatuus, Fatuellus. Dicitur autem Inus, ab ineundo paſſim cum omnibus animalibus, unde & Incubo dicitur. Caſtrum autem Civitas eſt; nam caſtra numero plurali dicimus, licet legerimus in Plauto, Caſtrum Pœnarum*. Locus corruptus eſt a librarii manu, ſed facilis correctio; ſic enim legendum: *Inuus autem Latine appellatur*, non *Inus*. Et poſt *Ianuus ab ineundo*, non ut prius habebatur *Inus*. Nec minus depravatus eſt codex libelli de Orig. Gent. Rom. *Hunc Faunum, plerique Silvanum a ſilvis, Junium Deum, quidam etiam Pana vel Pan eſſe dixerunt*. Corrige omnino, & lege: *Silvanum a ſilvis, Inuum Deum*. T. Livius 1. Decad. libr. 1. *Pana Romani poſt Inuum vocarunt*. Virgilius loco laudato:

Pometios Caſtrumque Inui.

Geographi meminerunt in litoralis Etruriæ deſcriptione. Pompon. Mela libr. 2. cap. 4. *Pyrgi, Anio, Caſtrum Novum, Graviſcæ, Coſſa, Populonia, Cecina, Telamon, Piſæ*. C. Plinius libr. 3. cap. 5. non longe a principio, Italiæ latitudinem *a Caſtro Novo ad Hadriaticum mare ad Alſium, ad Tyrrhenum* metitur; quod ſi verum eſt, non eſt dubium,

(1) Cluver. libr. 2. Ital. Antiq. pag. 488. notat, Virgilium hoc loco tantum enumerare priſci Latii oppida, adeoque Servium non recte interpretatum Caſtrum Inui pro Caſtro Novo Etruriæ: & Servio, Rutilioque anſam erroris dediſſe, quod hoc tractu apud Cære oppidum Silvanus coleretur, qui idem erat ac Inus: fuiſſe vero Caſtrum Novum a Livio libr. 36. inter Colonias, quæ immunitatem a re navali non habuiſſent, commemoratum: & in Latino litore ſub Romanis etiam imperatoribus oppidum, nomine Caſtrum, extitiſſe inter Ardeam & Antium.

Digitized by Google

quin duæ ſint eo nomine urbes, una ad ſuperum mare, altera ad inferum, de qua nos. A Geographis ergo *Caſtrum Novum*, a Poëtis *Caſtrum Inui*, quod Inus, ſive Pan, paſtorum Deus, inibi coleretur, ut operoſe deſcribit Rutilius Numatianus libr. 1. Itiner.

Stringimus abſumptum fluctuque & tempore Caſtrum,
Index ſemiruti porta vetuſta loci.
Præſidet exigui formatus imagine ſaxi,
Qui paſtorali nomina fronte gerit.
Multa licet priſcum nomen deleverit ætas;
Hoc Inui Caſtrum fama fuiſſe putat.
Seu Pan Tyrrhenis mutavit Menala ſilvis,
Sive ſinus patrios incola Faunus init.
Dum renovat largo mortalia ſemina fœtu,
Fingitur in Venerem pronior eſſe Deus.

Hodie penitus interiit, nec ubi fuerit loci, aut quando diruta, altum eſt, quod ſciam, apud auctores graviores ſilentium: atque ut hoc perplexum eſt, ita illud exploratiſſimum cuilibet, eam inter Pyrgos, & Centumcellas eo fuiſſe inferi maris tractu, quem importuoſum vocat Plinius Junior libr. 6. Epiſt. 30. in fine. Quare aliqui exiſtimarunt *ex Tarquiniæ urbis ruinis* hanc ſurrexiſſe, ut Jacobus Dalechampius ad Plinium loco laudato. Alii exiſtimant, hodie *Cornetum eſſe*, ubi olim *Caſtrum novum* extiterit, ad Martæ fluvii oſtium, in edito colle. Ita ſentit Nicolaus Erythræus in Indice Virgiliano, & Flav. Blondus in Italia Illuſtrata.

Celebris eſt hæc ortu *Gregorii* V. Pontificis Maximi, & *Georgio* Epiſcopo, qui ſymphoniam Eccleſiaſticam reformavit; ſed plura libr. 6. hoc opere infra expediam.

Etru-

(1) Cluver. Ital. Antiq. lib. 2. pag. 488. hujus Caſtri Novi veſtigia obſervaſſe tradit his verbis: *Millia a Centumcellis IIII. verſus Tiberim progreſſi occurrunt ingentia hodieque antiqui caſtelli veſtigia, fluctibus marinis tota obruta, ita uti non niſi tranquillo mari conſpiciantur.* Holſtenius in Notis addit, Caſtrum Novum fuiſſe, ubi nunc *S. Martinella*.

Etruriæ urbs Mœonia, antiquitate nobiliſſima: ſedes Mœonum, ſeu Lydorum: hodie interiit penitus.

CAP. XXXIII.

INter civitates Etruriæ, temporum injuria, aut barbarorum ſævitia funditus deletas, *Mœonia* poteſt jure memorari: cujus memoria ita interiit, ut ubi locorum, quave regionis parte fuerit, ſit penitus inexploratum. Eſt veſtigium in appellatione ſaltem; nam *Planum Mœani*, hodie *la Pianura di Meana*, non longe Vulſiniis. D. Anſelmus ibi religioſe colitur; ideo fuiſſe inter vetuſtiſſimas, nomen ſatis arguit; nam Tyrrheno Duce Mœones, ſeu Meones, ut habet Strabo, aut Lydi in Italiam deſcenderunt; quare Etruſci Mœonum nomine veniunt, ut in Oraculo illo libr. 8. Æneid.

. . . . . *o Mœoniæ dilecta juventus.*

Uti ergo Tarchonti imperavit Tyrrhenus, duodecim principes civitates condere; ita credibile eſt, populo ipſi ſedem conſtitutam aliquam, quæ communi gentis vocabulo *Mœonia* ſit appellata, non in litore maris, ut opinor, ſed in continenti, & mediterraneis Etruriæ. Sil. Italicus libr. 4. Punicor.

Ergo agitur raptis præceps exercitus armis
Lydorum in populos, ſedemque ab origine priſci
Sacratam Corythi, junctoſque a ſanguine avorum
Mœonios Italis permixta ſtirpe colonos.

Et libr. 6. Punicor.

Atque inferre pedem, & Tyrrhenas ſternere valles
Cædibus, & ripas fluviorum exire Latino
Sanguine fas fuerit, Tarpejum aſcendere montem,
Muriſque aſpirare veto: quater inde coruſcum
Contorſit dextra fulmen, quo tota reluxit
Mœonidum tellus.

Et libr. 10. Punicor.

Ille ope Mœonia, & populo ſuccinctus Etruſco
Certabat pulſos per bella reponere Reges.

Nomine autem Mœonum populi varii veniebant apud Geographos, Phryges, Bithyni, Jones, Galatæ, Lydi, Pitidæ: alios omitto; unus erit ſatis Claudianus, atque omnium mihi inſtar, libr. 2. in Eutropium:

Tot populi quondam priſcum cognomen & unum

Digitized by Google

Appellata Phryges, ſed quid non longa valebit
Permutare dies? dicti poſt Mœona Regem
Mœones.

Etruriæ urbs Blera in Mediterraneis: Epiſcopatus olim celebris: hodie penitus interiit: ejus incolæ Blerani, ſive Blerati.

CAP. XXXIV.

IN mediterraneis Etruriæ *Blera* erat urbs celebris, nec certo tamen aut loco, aut auctore: aliam ejusdem nominis habet Antonini, ſive Scoti Anonymi Itinerarium inter Beneventum, & Tarentum, quamquam in aliis Codicibus non *Blera* ibi, ſed *Plera* legatur. Ptolemæo eſt Βλήρα. Strabo libr. 5. pag. 156. Πρὸς δὲ τέυτοις πολίχνια συχναὶ, Βληράτα, ἢ Φερεντινὸν, ἢ Φαλέριον, ἢ Φαλίσκαν, ἢ Νήπιτα, καὶ Στατωνία, καὶ ἄλλαι πλέιαι. Suſpectus locus; nam cum omnes ſingulari efferat, non eſt credibile, hanc unam voluiſſe plurali memoraſſe; ideo forte Βλήρατα ſcripſerat, ut in Codice Henrici Schrimgeri: *Tum crebra oppida, Blera, Ferentinumque, & Faleria, & Faliſca* (has tamen unam eandemque eſſe civitatem & nos ſupra oſtendimus, & diſerte Plutarchus, & Livius docent) *Nepet, Statonia, & alia plura.* Hanc Luitprandus, Longobardorum Rex, per vim a Romano Ducatu eripuit, atque divulſit. Anaſtaſ. Bibliothecar. in S. Zacharia in principio. *Pro eo ab eodem Rege ablatæ ſunt a ducatu Romano civitates quatuor, ideſt Ameria, Hortas, Polimartium, & Blera.* Locus eſt depravatus, ut ſæpe in illo auctore. Putarim legendum *Horta*, ut ſit eadem cum *Hortano* urbe, de qua infra. Quæ conjectura confirmatur ex ejusdem verbis in eodem paulo poſt: *Itineris longitudo per circuitum finium reipublicæ eundi uſque ad Bleranam civitatem, per partes Sutrinæ civitatis, per fines Longobardorum Tuſciæ, quia de propinquo erat, ideſt per Caſtrum Viterbium ipſe miſſus Regis Grimoaldus beatiſſimum Pontificem perduxit uſque ad Bleranam civitatem.*

Crudeliſſime hæc urbs a Deſiderio, ultimo Longobardorum Rege habita. Idem in S. Hadriano: *Nominatus Deſiderius Longobardorum Rex, ſuperbiæ & jactantiæ faſtu levatus, qua hora præfatas civitates Exarchatus Ravennatium abſtulit, confeſtim direxit multitudinem exercitus, & occupare fecit fines civitatum, ideſt Senogallienſis, Montefereti, Urbini, Eugubii, & ceterarum civitatum Romanorum: plura homicidia, & depræda tiones, atque incendia in ipſis finibus perpetrantes. Nam in civitatem Bleranam dirigens generalem exercitum partium Tuſciæ, dum*

ipſi

Digitized by

ipſi Blerani in fiducia pacis ad recolligendas ſegetes, generaliter cum mulieribus, & filiis, atque familiis egrederentur, irruerunt repente ſuper eos ipſi Longobardi, & cunctos primates, quanti utiliter in eadem civitate erant, interfecerunt. Ultima verba indubie ſunt librarii inſcitia corrupta, neque ullus eſt ſenſus. Sic tamen facilis eſt correctio: *Cunctos primates, qui utiles in eadem civitate erant;* ut ſit ſenſus, Longobardos ſæviſſe in omnes, qui arma ferre poſſent, imbelli vero ſexui ac pueris peperciſſe.

Hujus incolæ ſunt *Blerati*, ideſt Βλερᾶτοι apud Strabonem, vel *Blerani*, auctore Plinio libr. 3. cap 5. *De cetero Arretini Veteres, Arretini Fidentes, Arretini Julienſes, Amitinenſes, Aquenſes cognomine Taurini, Blerani, Cortonenſes, Capenates, Cluſini novi, Cluſini veteres*. Corruptus codex Anaſtaſii Bibliothecarii in D. Gregorio 2. pag. 100. de Tiberio Petaſio, qui per fraudem quasdam Etruriæ civitates occupavit: *Leviores quoque decipiens, ut Mantuarianenſes, Lunenſes, atque Bledani ei ſacramenta præſtitiſſent*. Sed leve mendum, & legendum: *Mantuarianens, Blerani, atque Lunenſes*, facili ſequela.

Epiſcopatus hic ſedes, & plerique præſules magni hic nominis. Ac primum in Decreto Anaſtaſii Papæ vitioſe ſcriptum reperio:

Maximus, Blenarus Epiſcopus.

Pro quo certo ſubſtituendum.

Maximus, Bleranus Epiſcopus.

In Decreto Symmachi Papæ, ut eſt in Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ pag. 576. Idem etiam ſubſcribit: *Maximus Bleranus*. Et in Conſtitutis Papæ Gregorii Junioris, in eodem Codice etiam, ſubſcribit.

Joannes, Bleranus Epiſcopus.

Rurſuſque in eodem Codice Decretis Gregorii Papæ ſubſcripſit pag. 613.

Joannes, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Blerane.

Hodie *Bieda*, ſive, ut alii placet, *Bleda*, & nominis, & oppidi veſtigia retinet, Roberto Cenali, ac Volaterrano auctoribus. Unde oriundus erat Rainerius, Creſcentii filius, qui Canonicus Regularis Lateranenſis, Monachus Cluniacenſis, ac S. Laurentii extra muros Abbas, Cardinalis a Gregorio VII. creatus eſt, ut Alfonſus Ciacconius Tom. 1. pag. 337. teſtatur; poſtea Pontifex Maximus electus anno milleſimo nonageſimo nono, dictuſque *Paſchalis* ſecundus. Male illum Franciſcus Joannetus Flaminia oriundum: ac alii Romanum credidere, ut arguit Ant. Maſſa Galeſius libr. de Geſtis Faliſcorum ad finem.

Eiu-

Etruriæ urbs Polimartium prope Bleram: Epiſcopatus.

CAP. XXXV.

INter eas Civitates, quæ turbinem Longobardici belli ſuſtinuerunt, & in fide Eccleſiæ Romanæ ſubſtiterunt, *Polimartium* recenſetur: ſive *Polimatrium*, ut in Conciliis ſacris ſcribitur: aut denique *Polymartium*, hodie *Bomartio*, ut in ſuo theſauro teſtatur Abrahamus Ortelius, Paul. Varnefridus libr. 4. de Geſt. Longobardor. cap. 8. *Hac etiam tempeſtate Romanus Patricius, & Exarchus Ravennæ, Romam properavit, qui dum Ravennam revertitur, recepit civitates, quæ a Longobardis tenebantur, quarum iſta ſunt nomina: Sutrium, Polimartium, Horta, Tudertum, Ameria, Perufia, Luceolis, & alias quasdam civitates.* Anaſtaſ. Bibliothecar. in D. Zacharia. *Pro eo ab eodem Rege ablatæ ſunt a Romano Ducatu civitates quatuor, ideſt Ameria, Hortas, Polimartium, & Blera.* Pro *Hortas*, in ora erat libri adnotatum *Ortas* ſed revera *Horta* legendum eſt, ſive *Hortanum*, ut infra dicam hoc libro.

Epiſcopi hic ſedes, nam Decretis Gregorii Papæ ſubſcribit,

Majorinus, Polimartii Epiſcopus.

Hodie ſub Balneoregienſi conſiſtit Epiſcopo. Hinc ortus Romanus Pontifex *Sabinianus*, qui circa annum 604. electus eſt. Fl. Blondus in Italia Illuſtrata, Anaſtaſius Bibliothecarius: *Sabinianus, natione Tuſcus, de civitate Ulera*, ſed ſcripſerat ille *Blera;* facilis enim B. in V. permutatio, ut Quintilianus docet libr. 1. cap. 4. Inſtitut. & exemplis confirmat eruditiſſ. Petrus Victorius, libr. 14. Variar. Lection. cap. 3. Et in veteri Lapide apud Clariſſ. D. Petrum Roncionium, Metropolitanæ Piſanæ Canonicum, & Juris Cæſarei profeſſorem doctiſſ.

BENE. BALEAS. QVI
ME. SALVTAS.

Et in ponte Salariæ Viæ, tertio ab Urbe Roma lapide, & alia exempla paſſim:

Quam bene curvati directa eſt ſemita pontis.

Certe illum, non ut Blondus Polimartio, ſed Blera oriundum facit Alfonſus Ciacconus Tom. 1. *Sabinianus, Boni filius, Bleranus Tuſcus;* ſed penes eos ſit fides: ego te ad Antonii Maſſæ Galeſii J.C. librum ablego de rebus Faliſcorum, cujus diligentiæ patria non parum debet.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ civitas Manturanum, in eodem cum Blera & Polimartio tractu: in Patrimonio D. Petri continebatur: Episcopatus.

CAP. XXXVI.

IN eodem hoc tractu, in via Flaminia, est *Manturanum*, antiquæ nobilitatis civitas, ut Ant. Massa scriptione de Rebus Faliscorum disseruit. Meminit in Gregorio II. pag. 100. Anastasius Bibliothecar. *Igitur Exarcho Romæ morante, venit in partibus Tusciæ in Castrum Mantuarianense quidam seductor, nomine Tiberius, cui cognomen erat Petasius, qui sibi Regnum Romani Imperii usurpare conabatur.* In quibusdam Codicibus erat Manturianense: in aliis vero rectius, & historicæ fidei convenientius *Maturanense*. Hæc civitas, una cum multis aliis, Patrimonium D. Petri dicta, cessitque Pontifici Romano donante Constantino, ut scribit auctor Paleæ in Decreto Gratiani cap. 14. Dist. 96. sive concessione Luitprandi, Longobardorum Regis: seu denique longa possessione, quam circa annum Domini 817. Ludovicus primus Imperator confirmavit, ut ex Pacto palam est cap. 30. Dist. 63. *Ego Ludovicus Imperator Augustus statuo, & concedo per hoc Pactum confirmationis nostræ tibi Beato Petro Principi Apostolorum, & per te Vicario tuo, domino Paschali, Pontifici, & universali Papæ, & successoribus ejus in perpetuum, sicut a prædecessoribus nostris usque nunc in vestra potestate, & ditione tenuistis, & disposuistis Romanam civitatem cum ducatu suo, & suburbanis atque viculis omnibus, & territoriis ejus montanis, & maritimis litoribus, & portubus, seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis, ac villis in Tusciæ partibus.* Huc usque Pactum Imperatoris: in quo MS. in Bibliotheca Vaticana civitates hæ numerantur: *Portus, Centumcellæ, Cære, Manturanum, Blera, Sutrium, Nepa, Castellum, Gallesium, Orta, Polimartium, Ameria, Tuder, & Perusium cum tribus Insulis.* Atque hanc Ludovici confirmationem Henricus Secundus Imperator comprobavit Benedicto nono, ut sit mirum, in historiis quemquam adeo excutire, ut audeat Sanctissimi Domini Pontificis Romani legitimam possessionem, tot Imperatorum pactis comprobatam, vellicare, aut usurpationem appellare. Sed quid non hæretica improbitas hoc infelici seculo possit? Ego ad alia pergo.

Hodie dubito, an quicquam restet. Certe altum video apud Geographos modernos ea de re silentium: nec constat, quando, aut a quo Pontifice jus acquisierit Episcopatus, aut quando sedes alio translata; reperio tamen in Decreto Gregorii Papæ:

Op-

Opportunum, Manturanenſem Epiſcopum.
Et in Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ, pag. 612. *Opportunus, gratia Dei Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Manturanenſis, huic conſtituto, a nobis promulgato.* Male ibi legebatur *Maturianenſis:* & indoctus quidam ad oram libri notarat *Minturnenſis.*

Etruriæ urbs Horta, ſive Hortanum, aut Ortana, ſive Birtona: & ipſa in Patrimonio Divi Petri comprehenſa: a D. Leone Pont. IV. reparata.

CAP. XXXVII.

IN eadem donatione Conſtantini Auguſti, & aliorum Imperatorum confirmatione *Horta* ſive *Orta*, aut *Hortanum* urbs comprehendebatur, ut ex ſuperiori capite abunde eſt probatum. Et ne quis erret, *Hortinæ claſſes* Virgilio in libr. 7. Æneid. in Latio ſunt populi: ut & *Hortenſes* populi in Latio, & alii ejusdem nominis in Umbria, putanturque a quibusdam *Urbinates*. Anaſtaſ. in Benedicto III. *Conceptum habentes conſilium cum aliis quibusdam Romam egreſſi nobilium, ideſt Gregorio, Chriſtophoroque magiſtris militum, obviam quaſi Imperatoris Legatis profecti ſunt: Hortamque properantibus urbem, fidelitatis ſacramentum, quod fecerant almifico Benedicto, parvi pendentes obliviſcenteſque, electo damnato ſe conjunxerunt.* Hanc civitatem Luitprandus, Longobardorum Rex, Romanæ exemit dictioni. Idem Anaſtaſius in S. Zacharia pag. 107. *Ab eodem Rege ablatæ ſunt a Romano Ducatu civitates quatuor, ideſt Ameria, Horta, Polimartium, & Clera.*

Hanc urbem, longa collapſam vetuſtate, D. Leo IIII. Pontifex reſtauravit. Idem Anaſtaſius in eo pag. 283. *Hortanæ, & Amerinæ, valde antiquarum civitatum, quarum muri ac portæ præ nimia vetuſtate temporum uſque ad ſolum ceciderant, & funditus deſtitutæ manebant, quas modo fures, modo latrones ingredi patentibus aditis, nullo reſiſtente cuſtode, facilius ingrediebantur, ipſe adeo ſolertiſſimus Præſul, tantam civitatum prædictarum noſcens incuriam, eas, quas prætitulavimus civitates, hortatu ſuo, ac ſtudio, muris novis, portiſque, prioribus minime diſſimilibus, ad priſtinum locum, ſtatumque, gratia corroboratas divina, reduxit. In quibus modo civitatibus exaratis, cives, & ab inimicorum inſidiis melius ſecuri inhabitant, & fures ac latrones, ac dictum eſt, clauſis muris ac portis, nullum damnum, furtum, tam noctibus, quamque diebus de cetero vale-*

Digitized by Google

valebunt inferre. Locus fœdiſſime corruptus, ac pene dixerim, depoſitus; nam quid illud *ingredi*, ac *ingrediebantur*? Et illa quid aut ſenſus probabilis, aut Latini ſermonis ſonant, *furtum tam noctibus, quamque diebus de cetero*? Optandum ſane foret, eum Scriptorem aliquis eruditorum reſtitueret ſibi; nam cum octava Synodus, actione 1. ut eſt in Decreto Gratiani cap. 2. Diſt. 64. eum *Latinæ Græcæque linguæ peritum* vocet, non eſt alius uſpiam ſcriptor, qui majoribus, aut pluribus, aut minus tolerandis ſcateat mendis: neſcio, an ævi vitio, an librarii incuria contigerit. Sed ad Hortanum revertor.

Antiquiſſimam urbem appellavit modo Anaſtaſius, & confirmat T. Livius, qui eam Ortonam vocat 1. Decad. libr. 3. *Minutius contra Sabinos profectus, non invenit hoſtem: Horatius, cum jam Æqui, Corbione interfecto præſidio, Ortonam etiam cœpiſſent, in Algido pugnat*. Ubi Livius non Hortanum, ſed Ortonam nominat. Floruiſſe ævo Plinii videri poſſet; nam in Nomenclatura urbium Etruſcarum libr. 3. cap. 5. *Feſulæ, Ferentinum, Feſcennia, Hortanum, Herbanum, Nepet, Novem pagi, Præfectura Claudia*. Magna ejus Antiquitas; nam in Romana Synodo ſub Zacharia Papa anno 749.

Theodorus, Ortenſis Epiſcopus habetur, ut in Epiſtolis S. Bonifacii extat Epiſt. 134. Tom. 8. Biblioth. SS. Patrum.

Eandem eam eſſe cenſent cum Βιρτῶνα, *Birtona*, cujus apud Dionyſium Halicarnaſſeum libr. 10. mentio; ſed illa non in Etruria, verum in Latio. Ubi autem loci Hortanum fuerit, aut quando jus civitatis amiſerit, aut quomodo hodie vocetur, non liquet (1).

Etruriæ urbs Herbanum: penitus interiit: putatur Oropitum, & Urbs Vetus vocari: Epiſcopatus.

CAP. XXXVIII.

INter florentes olim Etruriæ priſcæ urbes reponunt *Herbanum*. C. Plin. libr. 3. cap. 5. ſic eas enumerat: *Fluentini, præfluenti Arno appoſiti, Fæſulæ, Ferentinum, Feſcennia, Hortanum, Herbanum, Nepet, Novempagi, Præfectura Claudia, Foro Clodii, Piſtorium*. Ex his liquet, in mediterraneis fuiſſe; nam urbes maritimas antea enumeraverat. Putant viri docti eſſe *Oropitum* in Itinerario Antonini Auguſti, ſive Scoti Anonymi. Modernis cenſetur *Orvieto*, aliis *Urbs Vetus*, ut Abrahamo Ortelio viſum; ſed non facile aſſentior, quippe hanc urbem penitus pe-

 riiſſe

(1) Qui plura de hac urbe deſiderat, videre poteſt C. V. Juſti Fontanini Libros duos de Antiquitate Hortæ, editos Romæ 1708.

riiſſe, Urbem Veterem fuiſſe olim Centumcellas, ſuperius hoc loco probatum. Sunt etiam, qui *Urbeventum* exiſtimant a Procopio Cæſarienſi libr. 2. Belli Gothic. vocari: aut, ut in aliis editionibus, *Urbeventanum*: quod vero propius eſt; atque ita, nec *Orvietum* eſſe, ratio convincit; nam Orvietanus Epiſcopus alius eſt, ut libr. 6. infra hoc opere dicetur. Corrigendus iterum Anaſtaſius Bibliothecarius in Leone III. pag. 189. *Eccleſiam vero Beati Pauli Apoſtoli, quæ vocatur Conventus, ſitam in territorio Orbetano, infra fines Suanenſes, & Cluſinenſes, ſeu Tuſcianenſes, atque Caſtritana, quæ pro nimia vetuſtate jam immarcuerat, atque in ea pecudes refugium faciebant, nec non & ex ea reliquiæ ablatæ fuerant, idem Sanctiſſimus præſul Pontifex mundari præcepit, & omnia ſarcta tecta ipſius in porticibus noviter reſtauravit.* Legendum eſt: *ſitam in territorio Orbevetano;* facilis enim intermediæ ſyllabæ omiſſio. Et paucis interjectis lege: *quæ præ nimia vetuſtate jam emarcuerat.* Epiſcopatus hic ſedes, ſed neſcio quando, aut a quo inſtituta: quo, aut quando alio translata, niſi Leandro Alberti aſſentiamur, qui *Orvieto* hodie *Hurbeventanum* putat eſſe, ſive *Herbanum*, aut *Harbanum*; atque ita communes erunt utrique urbi præſules. Certe Gregorius Papa ſcribit cap. 1. de Clerico ægrotante vel debilitato, in Decreto,

Candido, Epiſcopo Urbevetano.

Et quia viri docti animadverterant, *Oropitum* eſſe *Herbanum* Plinii, in Itinerarii tabula, ideo Annius Myrſilum Lesbium ſuppoſuit, apud quem in Libello Spurio *de Origine Tyrrhenorum* urbem nominat *Oropiten*.

Etruriæ urbs Turrena, ſive Tyrrhena, aut forte Tyrſena, in mediterraneis: hodie interiit.

CAP. XXXIX.

IN mediterraneis Etruriæ ad ripas Tibridis erat *Turrena*, a turribus forte nomen ſortita: ſive, ut aliis placet, *Tyrrhena*, a gente Lydia, quæ cum Tyrrheno duce, ut ſæpiſſime adnotatum, in Italiam deſcendit: eadem forte & *Tyrſena*; nam *Tyrrheni*, *Turrenique*, ac *Tyrſeni* idem valent, ut libr. 1. ſupra hoc opere cap. 3. obſervatum. Male Leander Alberti in Etruria pag. 74. & iterum pag. 79. *Turrenam Mæoniam* appellat, quaſi eadem ſit civitas, cum duæ ſint urbes, ut ſupra hoc libro patet. *Lycabantem* quendam memorant Poëtæ, qui inter nautas fuerit Tyrrhenos, a Baccho in Delphinos mutatos. P. Ovid. libr. 3. Metamorph. fab. 8.

Non tamen hanc ſacro violari pondere pinum
Perpetiar, dixi, pars hic mihi maxima juris,

Inque

Inque aditu obſiſto, furit audaciſſimus omni
De numero Lycabas, Tuſca qui pulſus ab urbe
Exilium dira pœnam pro cæde luebat.

Cato ille ſpurius, urbem hanc *Turrenam Auguſtalem* appellat, mare cœlo miſcens: ac deinde *Surenam* ait eſſe. Leander Alberti *Burniam* contendit ex ejus ruderetis extructam. Utcumque ſit, certe conſtat, ut eo ſeculo conditas urbes alias pleraſque, ita hanc penitus exciſam, ſeu barbararum gentium injuria, totam Italiam truculentiſſime vaſtantium, ſeu temporis longa & carioſa, ut ita dixerim, ſenectute.

Etruriæ urbs Larthenianum: Regum ſedes: ab ea vicus Romæ nomen habuit: hodie nulla ejus veſtigia extant.

CAP. XL.

ANtiquæ Etruriæ & *Larthenianum* urbs, olim, ut videri poſſet, Metropolis apud Antiquarios reperitur, & in hoc quidem Mediterraneo tractu; adamuſſim tamen, ubi loci ea fuerit, nemo hactenus expedivit. Nomen indubie habet a *Larthibus, tertii ſtemmatis principibus*, ut libr. 1. hoc opere ſupra cap. 12. docui. Celebritatem hujus urbis loquitur *Vicus* Romæ *Larthenianus*, vel quod Larthenianum dimitteret, vel quod Lartheniani incolæ eam urbis partem incolendam, ſub fœdus Romanorum & Etruſcorum, ſuſceperint: quod de Vico Tuſco alibi hoc opere eſt oſtenſum.

Fabius ille Pictor ſuppoſititius *Enianum* prius vocatam tradit; ſed mihi nugæ fidem non faciunt. Hodie volunt *Martheniano* appellari Leander & Annius, ſed nullo idoneo auctore, & ſimiles amant labra lactucas. Nonnullis eſt *Pomiana*: aliis eſt *Civita Caſtellana*: neque deſunt, qui *Vejos* audeant aſſeverare olim dictam; ſed, ut reor, imperitiſſime; nam prior Lartheniani fuit auctoritas & appellatio, quam Vejorum: & non fuiſſe *Vejos* egregie probat Antonius Maſſa Galletius libr. de Rebus Faliſcorum. Videtur certe præcipua quædam, ac dignitate prima fuiſſe, ut *a Larthibus Larthenianum*, velut in Galliis *Borboniam*, urbem celebrem, a Principibus Borboniis vocatam hiſtoriæ produnt.

Etruriæ urbs Nepe, ſeu Nepet, Cives Nepetes, ac Nepeſini: Municipium, ac Colonia, & Reſpublica, Ducatus: præclara ejus geſta, ac opes eximiæ: Epiſcopatus: Inſignia Scorpius.

CAP. XLI.

IN Mediterraneo Etruriæ tractu Plinius libr. 3. cap. 5. *Nepe* ponit, uti & Strabo libr. 5. pag. 156. Βληράται, καὶ Φερεντινὸν, καὶ Φαλέριον, καὶ Φαλίσκιον, καὶ Νέπιτα, καὶ Στατωνία, καὶ ἄλλαι πλείους. *Blerates, & Ferentinum, & Falerium, & Faliſca, & Nepet, & Statonia, & plereque aliæ.* Magna in hoc nomine apud Scriptores varietas, & neſcio an major in ullo alio. Latinis eſt *Nepe*, ſed & *Nepet*, interdum *Nepete*: Græcis Νέπιτος, ut Πραίνεστος: denique & Νέσπετος, *Nepetos*, & *Neſpetos*; ſed ultimæ duæ appellationes ſunt corruptæ: & Priſcianus Cæſarienſis docet, *Nepet* eſſe germanam ſcriptionem; nihilominus tamen eadem eſt in lapidibus diſcrepantia; nam in uno (1).

HERENNIAE. C. F. IVSTAE
M. APISTIVS. M. F. PAL. SABINVS. DVVMVIR
VEIOS. IIIIVIR. NEPETE
VXXORI. SANCTISSIMAE
ET. PIENTISSIMAE. ET
DE. SE. OPTIME. MERITAE
TESTAMENTO. FIERI
IVSSIT

Eſt & aliud fragmentum marmoris candidiſsimi Romæ in ædibus Goritianis prope forum Trajani, ſed mutilum, & mancum (2).

.....SERGIO. PAVLO. II. COS
.....RIB. V. SEDEM. EXTRVCTO. TRIBVNALI
.....RIO. MILITES... INFRA. SCRIPTI. FECERVNT

.....ITE. COS. SEX. BOLANIVS. QVINTIANVS. TAR
.....TVS. PATAV. M. TINTORIVS. KALENDINVS. CAPVS

.... A.

(1) Apud Grut. pag. 359. num. 1. (2) Apud eundem pag. 170. num. 1.

Digitized by Google

A. BONON.
NE. COS.
FIDENT.
P. FABIVS. SATVRNALIVS. PATAVIO
Q. ROMANIVS. CHARITO. MEDIOL
M. BRITTIVS. SECVNDVS. NEPE
STRATO. BFRVA

Nominis ratio deſumpta videtur ab inſigniis, in quibus *Scorpius, qui Nepa dicitur:* Plautus apud Feſtum libr. 11. Cicero libr. 5. de Finib. bonor. & malor. apud Nonium Marcellum cap. 2. num. 592. quod ſi verum eſt, falſum neceſſario oportet eſſe, quod habetur apud Stephanum libr. de Urbibus ex libr. 13. Dionyſii Halicarnaſſei: Νέσπετος, πόλις Ἰταλίας. Διονύσιος τρισκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας, τὸ ἐθνικὸν, Νεσπεσῖνος. *Neſpetos, urbs Italiæ. Dionyſius decimo tertio* (interiit hodie, magna rei literariæ jactura) *Romanæ antiquitatis. Gentile eſt Neſpeſinus.* Sed corrigendum; certo enim ſcripſerat Stephanus Νέπετος, *Nepetus*. Nec minus errat Fl. Blondus in Etruria Illuſtrata pag. 59. qui *Nepeſum* civitatem appellat. Epitaphium, paulo infra apponendum, videatur: & Anaſtaſius Bibliothecarius in S. Silveſtro pag. 22. *Sub civitate Nepeſina.*

Nepet fuit municipium tertii generis. Feſt. Pomp. libr. 11. in *Municipium. Tertio cum id genus hominum definitur, qui ad civitatem Romanam ita venerunt, uti municipia eſſent ſua cujuſque civitatis & Coloniæ, ut Tiburtes, Prænestini, Piſani, Arpinates, Nolani, Bononienſes, Placentini, Nepeſini, Sutrini, Lucenſes.* Vetuſta Inſcriptio (1).

NESTORI
AVG. NEPETE
HIC. LVDOS. FECIT
ET. DEDICATIONE
STATVAE. PATRONI
QVAM. IPSE. POSVIT
ET. CLVPEI. SVI. ITERVM
MVNICIPIBVS. NEPESINIS
EPVLVM. DEDIT

Jus etiam Coloniæ obtinuit, deductis eo anno Urbis Conditæ 381. Vell. Patercul. libr. 1. Hiſt. Rom. *Poſt ſeptem annos, quam Galli Urbem ceperunt, Sutrium deducta Colonia eſt: & poſt annum, Setina: novemque interjectis annis, Nepet.* Jul. Frontin. libr. de Coloniis. *Colonia Nepenſis, alias Nepis, eadem lege ſervatur.* (In quibusdam aliis editionibus habetur, *ſeratur*) *qua agri Faliſcorum.* Obiter T. Livius 3. Decad. libr. 7. *Triginta tum Coloniæ populi Romani erant, ex his duodecim cum omnium legationes Romæ eſſent, negaverunt: Conſulibus, eſſe, unde mili-*

(1) Apud Gruter. pag. 441. num. 7.

milites pecuniamque darent. Ea fuerunt Ardea, Nepet, Sutrium, Circeii, Alba, Carſeoli, Sueſſa, Sora, Setia, Cales, Narnia, Interamna.

Honorem etiam Reipublicæ eam habuiſſe, ex verbis Feſti Pompeii, ſatis ſupra adductis, patet. Accedit vetus marmor, quod etiamnum hodie in Foro Nepeſino videtur(1).

D. N. GALERI
O. MAXIMI
NO. NOB
CAES
PRINCIPI. IVV
R. P. NEPESINO
RVM

Sed & Ducatus titulo inſignem fuiſſe, declinante Romano Imperio, ſub Exarchatu reperio, ducemque ejus *Totonem* nominari apud Anaſtaſium Bibliothecarium in Stephano IIII. ubi memorabile ejus facinus recenſet: *At vero Paulus Papa in ægritudine poſitus, cum nondum adhuc ſpiritum exalaret, illico Toto quidam Dux, Nepeſinæ civitatis dudum habitator, cum ſuis germanis Conſtantino, Paſſino, & Paſchale aggregantes, tum ex eadem Nepeſina, tumque ex aliis Tuſciæ civitatibus, multitudinem exercitus, atque catervam ruſticorum, ingredienteſque per portam Beati Pancratii in hanc Romanam urbem, atque in domo antedicti Totonis armati aſſiſtentes, elegerunt ibidem ſubito Conſtantinum fratrem Totonis, laicum exiſtentem, quem cum armis plurimi eorum loricis induti latrocinantes in Lateranenſe Patriarchium introduxerunt.* Vide narrationem ibidem continuatam, & ſucceſſum. *Toconem* vocat Marianus Scotus libr. 3. Chron. ad annum 767.

Cives hujus ſive incolæ Procopio libr. 3. Belli Gothic. ſunt *Nepetes*; Latinis vero omnibus, quod ſciam, quocumque ſeculo *Nepeſini*. Male in Codice Stephani antea laudati Νεπεσῖνοι, *Neſpeſini*: corrigendum Νεπεσῖνοι, *Nepeſini*. Tit. Livius 1. Decad. libr. 5. *In agro primum Nepeſino cum Phaliſcis & Capenatibus ſigna conſert* Furius Camillus dictator factus. Vetus Inſcriptio in ejusdem civitatis foro(2).

IMP. CAESARI.
L. SEPTIMIO. SEVERO
PERTINACI. AVG
PONTIF. MAXIM
TRIB. POT. II
IMP. IIII. COS. II
P. P
NEPESINI. OPTIMO

FOR-

(1) Apud Gruter. pag. 280. num. 5. (2) Apud eundem pag. 261. n. 3.

Digitized by Google

FORTISSIMOQVE. PRIN
CIPI. SVO. DEVOTI

Quanta, & quam glorioſa ejus urbis, florentibus Etruſcorum rebus, fuerit potentia, ex multis Scriptorum veterum teſtimoniis liquet. Ac primum quidem Camillus recens Dictator creatus in Nepeſino agro oppoſitas reperit hoſtium vires. Liv. loco jam proxime ſupra laudato. Et Etruſci eo monimento uſi adverſus Romanorum potentiam. Idem libr. 6. 1. Decad. Et in auctores deditionis ſecuri animadvertitur. Ex eodem loco. Sed & 1. Decad. libr. 10. *Ab Sutrio, & Nepet, & Faleriis legati auctores, concilia Etruriæ populorum de petenda pace baberi, totam belli molem in Samnium averterunt.* Et 3. Decad. libr. 9. *Itaque nihil prius referre conſules paſſi, decreverunt, ut conſules magiſtratus, denoſque principes, Nepet, Sutrio, Ardea, Calibus, Alba, Carſeolis, Sora, Sueſſa, Setia, Circeis, Narnia, Interamna (ea namque Coloniæ in ea cauſa erant) Romam excirent.* Celebrem hujus expugnationem deſcribit ex vetuſta hiſtoria M. Antonius Coccius Sabellicus Enead. 4. libr. 1. pag. 662. Egregiam etiam operam Æneæ & Trojanis præſtitit. Sil. Italic. libr. 8. Punicor.

Hos juxta Nepeſina cohors.

Epiſcopalis hic ſedes, antiqua ſane, & nobilis, cujus hos præſides, qui ſequuntur, obſervavi. Ac primum circa annum Salutis 464. Decretis Hilarî Papæ ſubſcripſit

Projectius, Nepeſinus Epiſcopus.

Et circa annum 500. Decretis Symmachi Papæ ſubſcripſit

Felix, Nepeſinus Epiſcopus.

Idemque alteri ejusdem Papæ decreto ſubſcripſit, ut eſt in Codice Canonum Eccleſ. Romanæ pag. 577. Et circa ann. Sal. 716. Decretis Gregorii II. ſubſcribit, ut in eodem Codice habetur pagg. 607. 613.

Georgius, Nepæ Epiſcopus.

Anno etiam 772. obiit, cum ſubſcripſiſſet anno 761. Conſtituto Pauli Papæ,

Joannes, Nepenſis Epiſcopus.

Cujus epitaphium, licet eo ævo conveniens, ac barbarum, adſcribam, ut hodie legitur marmori inciſum in Monaſterio S. Sabæ Romæ:

Hoc humata jacent Joannis membra ſepulchro,
Qui Nepe fuerat præſul in urbe quidem.
Ne nepa ſæva ſibi noceat, ſuccurre Redemptor,
Et quæ commiſit crimina . . . . . .

Nem-

Nempe loco ſancto voluit ſepelirier juſto,
Quo per hos ſanctos inveniat requiem.

Extenſum per Θ. P. Q. F. V. *conexa.*
Chriſti annum monſtrant, quo tranſiit iſte ſacerdos.
Obiit in pace II. KL. *Nov.*

Denique in Orientem miſſus ad Photii conatus inhibendos

Stephanus, Nepeſinus Epiſcopus,

Cujus celebre nomen in Synodo octava, Actione 1. ut habetur cap. 2. Diſt. 63. Decreto Gratiani: & meminit Gulielmus Bibliothecarius in Hadriano II. pag. 332. & rurſus pag. 337.

Hodie nomen ea civitas retinet, licet ſplendorem priſtinum amiſerit.

Etruriæ urbs Galleſium, & ipſa in mediterraneo tractu: deleta hodie: condita a Gallis, aut Halæſo: Epiſcopatus.

CAP. XLII.

IN eo tractu Tuſciæ, qui longe a mari recedit, ultra Nepet, inter Tiberim & Hortanum, non procul Faleriis antiquis, *Galleſium* erat, Tibride interjecto, duobus millibus paſſuum a Sabinis diſſita. Ortum habuit a conditoribus Gallis, qui pleraſque alias in Italia urbes ſub initia Romæ invaleſcentis condiderunt; quare *Galleſium* videri poterat appellatum, quaſi *Gallorum urbs*. Sed parum probabilis eſt ea conjectura, quandoquidem numquam in Etruriam penetrarant Galli, ut urbes condere poſſent; nam poſt Urbem captam penitus ſunt deleti, ut ex hiſtoriis liquet, & nos hoc opere oſtendimus. Non tamen negaverim, veriſimile eſſe, Gallos Urbe capta victores, antequam à Camillo funderentur, potuiſſe aliquod munimentum & propugnaculum excitare; ſed ſilent Scriptores. Antonius Maſſa J.C. hinc oriundus; libr. de Rebus Faliſcorum, *Galeſium* putat a Græco *Aleſo* conditam, de quo nos plene libr. 2. ſupra hoc opere cap. 31. atque ita G. literam a poſteris facile additam, ut pro *Haleſana*, aut *Aleſana* civitate, Galeſana ſubſtituatur. Argumentum validum a ſitu; nam *Pomarii* tolles ſunt in eo tractu, quos memorat Ovidius:

Cum mihi pomiferis conjux foret orta Faliſcis,
Mœnia contigimus victa, Camille, tibi.

Gran-

Digitized by Google

Grande moræ pretium, ritus cognoſcere quamvis
Difficilis clivis huc via præbet iter.

Hæc una eſt ex civitatibus, quas *Patrimonium Petri* appellant: donavitque Conſtantinus Imperator D. Silveſtro Pontifici, & donationem eam alii Imperatores confirmaverunt, maxime Ludovicus primus, ut clarum eſt ex cap. 30. Diſtinct. 63. in Decreto Gratiani. In cujus Privilegio MS. in Biliotheca Vaticana numerantur civitates quatuordecim, cum tribus inſulis, ſcilicet: *Portus Centumcellæ, Cære, Manturanum, Blera, Sutrium, Nepa, Caſtellum, Galleſium, Orta, Polimartium, Ameria, Tuder, & Peruſium*. Extant & originis illius annolæ non obſcura veſtigia in fonte, manu cavato canali defluente, qui *Halſatus* audit. Aëris ſalubritatem, camporum feracitatem, loci ipſius inexpugnabilem ſitum, pluribus, libro toties laudato, Antonius Maſſa extollit.

Epiſcopi ſedem hic fuiſſe, certo affirmare poſſum; ſed quando, aut quo auctore alio ſit translata, non facile expedierim; nili ab Alexandro IIII. Pontifice factum dicamus, qui eam *Caſtellanæ* conjunxit. Illud certe liquet, Concilio Romæ habito ſub Martino I. Pontifice anno 863. ſubſcripſiſſe

Dominicum, Galleſii Epiſcopum.

Sed poſtquam Epiſcopalis honor ereptus eſt, Comitatus titulus conceſſus a Joanne XXIII. & Alexandro VI. Pontificibus. Jacobus Papienſis Cardinalis Commentariorum libr. 5.

Celebris hæc urbs Sanctis ſuis, licet nulla ſit illorum Martyrologio Romano mentio; at anno 1154. ab Hadriano IIII. in Divorum numerum eſt relatus, & Galleſii cultus 8. Auguſti

D. Famianus, Colonienſis.

Nec minus religioſe colitur

D. Gratilianus Martyr.

Etruriæ urbs Statonia: olim Præfectura: incolæ Statones, & Statonienſes: vino generoſo nobilis: hodie interiit: forte Scarlino: Lapidicinæ, ac inſula fluctuans.

CAP. XLIII.

MEditerraneas urbes quasdam Etruriæ enumerans Strabo libr. 5. pag. 156. *Statoniam* ponit. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ πόλεις πρὸς ταῖς ἐρημίναις, Ἀρήτιόν τε, καὶ Περυσία, καὶ Οὐλσίνιον, καὶ Σύτριον, πρὸς δὲ ταύταις πολίχνια συχνὰ, Βλήρατε, καὶ Φερεντινὸν, καὶ Φαλέριον, καὶ Φαλίσκων, καὶ Νέπιτα, καὶ Στατωνία, καὶ ἄλλαι πλείους. *At in mediterraneis, præter dictas jam urbes, ſunt Aretium, & Peruſia, & Vulſinium, & Sutrium: & præter has pleraque oppida, Blera, & Ferentinum, & Faleria, & Faliſca, & Nepet, & Statonia, & plures aliæ urbes.* C. Plinius itidem libr. 3. cap. 5. *Suanenſes, Saturnini, qui antea Aurinini vocabantur, Sudertani, Statones, Tarquinienſes, Tuſcanienſes, Vetulonienſes, Vejentani, Veſentini, Volaterrani, cognomine Etruſci, Volſinienſes.* Facit hic ille, quod geographis & hiſtoricis eſt ſolemne, ut pro urbibus populos incolas ponat: ita ſciunt omnes, Suanam, Saturniam, Tarquinios, Vetuloniam, Vejos, Volaterras, & Volſinios urbes, rerum geſtarum gloria & opulentia, fuiſſe inſignes; cum tamen Plinius gentes ipſas, ſeu populos tantum, non etiam civitates recenſeat: idemque de Statonibus intelligendum, qui & populus Etruriæ, & urbs olim celebris.

Unde nomen ſortita ſit, aut quando condita, aut quo auctore, non deprehendi. Illud tamen obſervavi, fuiſſe Præfecturam. Quid ſit autem Præfectura, videatur Wolfgangus Lazius libb. de Rep. Rom. Sic autem M. Pollio Vitruvius libr. 2. Architect. cap. 7. *Sunt autem lapidicinæ complures in finibus Tarquinienſium, quæ dicuntur Aniciana, colore quidem quemadmodum Albana, quarum officinæ ſunt maximæ circa lacum Vulſinienſem, item Præfecturæ Statonienſi.* Ex quibus verbis non tantum conſtat, Statoniam Præfecturæ honore decoratam; ſed etiam & lapidicinas habuiſſe, & (1) non longe a lacu Vulſinienſi diſitam, ab altera forſan lacus parte, qua Tyrus urbs fuerat, inundatione lacus deleta, ut infra hoc libro dicetur. Lapides autem ſic loco laudato pergit Vitruvius deſcribere: *Ea autem habent infinitas virtutes; neque*

(1) Cluverius libr. 2. Ital. Antiq. pag. 519. Statoniam, pluribus argumentis innixus, collocat, ubi fuit poſtea *Caſtrum*, Civitas ab Innocentio X. dirua: & Lacum Statonienſem eſſe nunc *Lago Mezano* dictum.

Digitized by Google

neque enim his gelicidiorum tempeſtas, neque tactus ignis poteſt nocere, ſed ſunt firmæ, & ad vetuſtatem ideo permanentes, quod parum habent e naturæ mixtione aeris & ignis, humoris autem temperatè, plurimumque terreni, ita ſpiſſis compactionibus ſolidatæ, neque a tempeſtatibus, neque ab ignis vehementia nocentur. Eadem ex illo C. Plinius libr 36. cap. 22. ad finem: *Tiburtini* lapides *ad reliqua fortes, vapore diſſiliunt: nigri ſilices optimi, quibusdam in locis & rubentes, nonnunquam vero & albi, ſicut in Tarquinienſi Anicianis lapidicinis circa lacum Volſinienſem: & in Statonienſi ſunt, quibus ne ignis quidem nocet. Iidem & in monumenta ſcalpti, contra vetuſtatem quoque incorrupti permanent.* Hæc eſt vulgata lectio, ſed parum ſincera, ex Vitruvio, unde ille ſua hauſit. Corrigenda interpunctio ſic: *Circa lacum Volſinienſem, & in Statonienſi, ſunt quibus ne ignis quidem nocet.* Clarum ex præcedentibus. Male etiam in MS. Foxienſi erat in *Stratonienſi*; apertiſsimum enim, de Etruria eum loqui.

Memorabilis hæc urbs agro ſuo, in quo inſulæ quædam ſunt fluctuantes, quod & in Scotia eſſe Hector Boëthius, eloquentiſsimus Hiſtoricus, teſtatur, & Poëtæ de Delo fingunt. L. Seneca libr. 3. Natural. Quæſtion. cap. 25. *Sic evenit, ut in quibusdam ſtagnis ne lapides quidem peſſum eant, de ſolidis & duris loquor; ſunt enim multi pumicoſi & leves, ex quibus quæ conſtant inſulæ, in Lydia natant, Theophraſtus eſt auctor. Ipſe ad Putilias natantem inſulam vidi; alia in Vadimonis lacu vehitur, aliâ in lacu Statonienſi.* Sic vulgatæ editiones, & firmant ſuffragio ſuo viri docti; at ego malim *Statonienſes*, quam *Stationenſes* dicere. De inſula hac fluctuante C. Plin. libr. 2. cap. 95. *Quædam inſulæ ſemper fluctuant, ſicut in agro Cæcubo, & eodem Reatino, Mutienſi, & Statonienſi*: in ora libri erat *Stationenſi*; uti etiam in quibusdam M. Varronis de Re Ruſtica Codicibus, ſed parum ad præſens intereſt.

Denique Statonam illuſtrat ager, generoſi vini ferax; ita enim C. Plinius libr. 14. cap. 6. In mediterraneo vero Ceſenatia, ac Mæcenatiana: in Veronenſi item Rhætica, Falernis tantum poſthabita a Virgilio: mox ab intimo ſinu maris Hadriana, ab infero autem Latinienſia, Graviſcana, Statonienſia.

Hodie penitus interiit, nec, niſi ex verbis Vitruvii liqueret, ubi Etruriæ fuiſſet, ſciremus; nullum enim aut nominis, aut ædificiorum ſupereſt veſtigium: putat tamen eruditiſsimus Italorum Volaterranus Raphaël Mapphæus, *Scarlino* hodie vocari l. 5. in principio.

Etruriæ urbs Sutrium, rebus geſtis & opibus clara: Colonia Romana, cognomento Julia; ſed & municipium: cives Sutrini: Epiſcopatus & Archiepiſcopatus.

CAP. XLIV.

MEmorati Scriptores ſuperioris Capitis initio, Strabo & Plinius, Sutrium inter Etruſcas urbes recenſuerunt: nomen hodie vetuſtatis index retinet, vocaturque *Sutri*. Nobilitatem videtur innuere, & fortunæ varietatem Stephanus libr. de Urbibus. Σούτριον, πόλις ἡ πρότερον Τυρρηνῶν, ὕστερον δὲ Ῥωμαίων, τὸ ἐθνικὸν, Σουτρινὸς. *Sutrium urbs, primum quidem Etruſcorum, ac deinde Romanorum, gentile vero Sutrinus*. Plutarchus in Camillo pag. 147. Εὐδαίμονα καὶ πλουσίαν πόλιν. *Felicem & opulentam urbem* eo ſeculo nominat: & vere tunc erat, quod vix rudereta hodie loquuntur. Petrus Marſus ad libr. 8. Silii Italici: *Sutrium adhuc retinet nomen, oppidum vetuſtiſſimum: diſtat ab Urbe viginti quatuor millibus paſſuum*. An vera hæc dimenſio, neſcio: & puto quinquaginta ſex potius diſtare; ſic enim ab incolis, regionum gnaris, accepi.

Fuit Colonia Romana, anno U. C. deducta, ut ex Tabulis Capitolinis & Chronologis omnibus conſtat, 371. Vell. Patercul. libr. 1. *Poſt ſeptem annos, quam Galli urbem cæperunt, Sutrium deducta Colonia eſt, & poſt annum Setia*. C. Plin. libr. 3. cap. 5. *Tuſciæ Coloniæ, Ruſſellana, Senenſis, Sutrina*. Jul. Frontin. libr. de Coloniis Rom. *Colonia. Sutrium ab oppidanis eſt deducta, ante limites contra orientalem rectiuram dirigebantur. Poſtea ex omni latere ſunt extenuati: & licet omnes agri ad modum jugerationis ſint aſſignati; tamen pro parte naturam loci ſequuti artifices, agros cenſuerunt, ideſt fecerunt gammatos & ſcammatos, riparum & coronarum naturam, & juga collium ſunt emenſi: terminos autem pro parte lapideos poſuerunt, alios vero ligneos, qui ſacricales pali appellantur*. Locus varie eſt corruptus, nam pro *gannatos*, ſubſtitue *gammatos: qui diſtant a ſe* P. CCCC. P. D. P. DC. P. DCC. P. DCCC. P. DCCCC. P. ∞. P. ∞OC. *ceterum pro natura loci deſignatum eſt in ripis*. Legendum omnino videtur, quod & ipſum in ora libri erat adnotatum, *ſacrificales pali*; nam ad terminos lapideos ligneoſque ſacrificia ruſtici facere ſoliti: de qua re videndi ſunt Arnobius libr. 1. Contra Gentes. Minutius Felix in Octavio. Clemens Alexandrinus libr. 7. Stromaton, & in Protreptico. Luc. Apulejus libr. 1. Apolog. & libr. 1. Floridor. Ammianus Marcellinus libr. 18. Paulus J. C. libr. 5. Receptar. Sententiar. tit. 22. Siculus Flaccus libr. de Condictionib. agror.

Sed

Digitized by Google

Sed & Poëtæ. P. Ovidius libr. 2. Faſtor. Tibullus libr. 1. Eleg. 1. & Eleg. 8. Sext. Propertius libr. 1. Eleg. 4. P. Virgilius libr. 12. Æneid. ad finem: & ex illo Papinius Statius libr. 5. Thebaid. v. 569. L. Seneca in Hippolyto Act. 2. ſc. 1. D. Juvenalis Satyr. 16. Aurel. Prudent. libr. 2. in Symmachum:

. . . . . vel lapis illic
Si ſtetit antiquus, quem cingere ſuevérat error
Faſciolis.

T. Lucretius libr. 5.

. . . . . Velatum ſæpe videri
Vertier ad lapidem.

Aurel. Olympius Nemeſianus Ecloga 1. Et conſule Antiquitates noſtras Romanas libr. 4. cap. 6.

Sub te ruris amor, ſub te reverentia juſti
Floruit, ambiguos ſignavit Terminus agros.

Sed Coloniæ Sutrinæ mentio in marmore Sutrino (1), in quo COLONIA IVLIA SVTRIN. Sed cur Julia? Cum diu ante Julium, Republica ſtante, ſit deducta? Forte, quod lapſam reparaverit, aut novos eo colonos deduxerit, quod illo ævo ſolemne. Eſt & vetus lapis (2).

T. VALERIO. T. F
VEL. VICTORI
DECVRIONI. SVTRI
II. VIR. I. D. ITERVM
QVINQVENNALI
CVRATORI. PECVNIAE
PVBLICAE. PONTIFICI
PATVLCIA. EXOCHE
CONIVNX
FECIT

Et alia apud Onufrium Imp. Rom. pag. 56. (3)

Q. FLAVIVS. Q. F.
POLLINVS
PONT. COL.
SVTRINAE

Sed municipium eam facit Feſtus libr. 11. in voce *Municipium*, idque tertii generis, quod ſcilicet ſuo jure, ſuiſque legibus viveret, ut ſunt *Tiburtes, Prænestini, Piſani, Arpinates, Nolani, Bononienſes, Placentini, Nepeſini, & Lucenſes:* quæ omnes urbes ejusdem erant conditionis.

(1) Apud Gruter. pag. 502. num. 1. (2) Apud eundem pag. 481. num. 6. (3) Apud eundem pag. 305. num. 10.

Digitized by Google

nis. Magna profecto ejus claritas, ſi ullius alterius; nam *pecuniam militemque* ſenatui dare recuſat apud T. Livium libr. 7. Decad. 3. & ab eodem 3. Decad. libr. 9. *Colonia opulentiſſima* audit: uti & 1. Decad. libr. 10. & *clauſtra Etruriæ, dum ab Etruſcis obſidetur*, appellatur 1. Decad. libr. 9. Denique uno eodemque die ab Etruſcis & Romanis capta, duce [1] Camillo, tanta feſtinatione milite eo deducto, ut in proverbium ierit, de re valde feſtinata, *ire Sutrium*. Notavit Hadrianus Turnebus libr. 8. Adverſarior. cap. 11. & hiſtorici deſcribunt hanc rapto exercitu feſtinationem, Livius 1. Decad. libr. 6. & Plutarchus operoſe in Camillo pag. 147. & Feſt. Pomp. libr. 17. *Sutrium quaſi eant, utique in proverbium abiit, ex hac cauſa. Gallico quondam tumultu edictum eſt, legiones Sutrii ut præſto eſſent cum cibo ſuo: quod uſurpari cœptum eſt in iis, qui ſuis rebus opibuſque officii id præſtarent, quibus deberent. Plautus: Sed facito, dum merula per verſus, quod cantat colas, cum ſuo cuique facito veniant, quaſi eant Sutrium.* Ita Plauti apud eum verba ſunt concepta; ſed longe aliter in editionibus vulgatis; eſt autem locus in Caſina Act. 3. ſc. 1. ubi talis eſt lectio.

Sed facito, dum memineris, verſus, quos cantat Colax, cum cibo,
Tum quique facito uti veniant, quaſi eant Sutrium.

Nihil hic de merula, in MS. quem laudat Turnebus, loco proxime ſupra laudato, quem vide:

Sed facito dum Mœoni aper verſus, quos contat colas.

Mœoniam enim *Etruriam* vult intelligi, quæ a Mœonibus ideſt Lydis primum poſſeſſa, nomen gentis inde accepit. Sed pergo porro.

Sutrii nobilitatem loquitur libr. 8. Punicorum Silius Italicus, dum eam auxilia Senatui bello Hannibalico ſubmiſiſſe ait:

Quique tuos Flavina focos, Sabatia quique
Stagna tenent, Ciminique lacum, qui Sutria tecta
Haud procul.

Longobardis poſtea Italiam occupantibus, & hæc non levem calamitatis partem ſenſit; nam, cum eam Longobardi cœpiſſent, Romanus Patricius, & Ravennæ Exarchus eam recepit: qua etiam in ſorte fuerunt *Polimartium, Horta, Tudertum, Ameria, Peruſia, Luceolis*; ut narrat Paulus Varnefridus libr. 4. de Geſtis Longobardor. cap. 8. Et multis poſt annis *Luitprandus*, ſive *Liutprandus*, Longobardorum Rex, *Caſtra Æmiliæ, Foronianum, & Montem Bellium, Buxeta, & Perſiceta, Bononiam, & Pentapolim, Auximumque invaſit: pari quoque modo tunc & Sutrium pervaſit; ſed poſt aliquot dies iterum Romanis redditum eſt.* Ut habetur apud eundem Varnefridum libr. 6. cap. 49. Eadem in Scriptoribus ævi ſequioris, inter quos Anaſtaſius Bibliothecar. in S. Zacharia Papa pag. 109. (2)

Hinc oriundus, qui *ſub Turcio Aproniano, Urbis Præfecto*, ut teſtatur

[1] Elogium M. Furii Camilli dictatoris extat Florentiæ in antiquo marmore apud Nobb. ex Riccardorum familia, in quo hæc habentur: ETRVSCIS. AD. SVTRIVM. DEVICTIS. Rainer. Clar. 6. num. 43. (2) Edition. Moguntinæ ann. 1602. in 4. per Joannem Albinum.

Digitized by Google

ſtatur vetus Inſcriptio apud Manutium in Orthographia pag. 760. & Gulielm. Philander ad Vitruvii libr. 10. cap. 10. *Lapide os contuſus, ſpiritum Deo reddidit* 23. Junii

D. Felix Presbyter, & Martyr.

Epiſcopatus titulo nobilis: cui cum laude & ſanctitate præfuerunt primum, decretis HilariiPapæ ſubſcribens,

Euſebius, Sutrinus Epiſcopus.

Et decretis Felicis Papæ itidem ſubſcribit.

Conſtantius, Sutrinus Epiſcopus.

Et inter eos patres, qui Symmachi Papæ decreta probarunt, reperitur.

Mercurius, Sutrinus Epiſcopus.

Denique in his ſanctis Patribus, qui S. Gregorii Papæ decreta ſubſcriptionibus ſuis firmarunt, recenſetur in Codice Canon. Eccleſ. Rom.

Agnellus, Sutrinus Epiſcopus.

Sed & *Archiepiſcopatum* fuiſſe liquet; nam Innocentius tertius Pontifex, circa annum milleſimum ducenteſimum, ſcribit, ut habetur in Decret. Gregorii Septimi cap. 3. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, niſi ibi mendum ſit,

Archiepiſcopo, & Canonicis Sutrinis.

Et circa annum Domini 875. ut habetur in vitis Pontificum, reperitur Roma oriundus Papa

Benedictus Sextus, Epiſcopus Sutrinus.

Anno Domini 1476. ſub Sixto 4. Pontifice, ut eſt apud Alfonſum Ciacconum, virum diligentem, pag. 975.

Jo: Baptiſta Mellinus Romanus, Sutrii Epiſcopus.

Demum anno 1566. Sub Pio 5. Papa.

Fr. Michaël Bonellus Dertonenſis Cardinalis, Sutrii Epiſcopus.

Celebratur etiam hæc urbs *Concilio* habito anno Domini 1045. cui interfuit Henricus tertius Imperator, & creatus Papa Joannes Gratianus, dictuſque Gregorius Sextus.

Hæc etiam ſedes fuit *Mauricii Burdini Hiſpani*, qui Gregorii octavi titulum uſurpans, Pontifex, ſeu *Pſeudopontifex* fuit creatus Anno 1118. Pet. Diaconus libr. 4. Hiſtor. Caſinatis: unde Joannes Cremenſis Cardinalis eum extraxit, vinctumque Romam perduxit. Simeon Durtelmenſis in Hiſtoria, Matthæus Paris in Chronicis, & Pandulphus Piſanus, & alii.

Eru-

Digitized by Google

Etruriæ urbs Tyrus, in mediterraneis ad lacum Vulſinienſem: hodie penitus deleta: D. Chriſtinæ martyrio inclyta.

CAP. XLV.

URbem Etruriæ veterem & illuſtrem fuiſſe *Tyrum*, ſuadet Martyrologium Romanum die 24. Julii: *Tyri in Tuſcia, apud lacum Vulſinium, S. Chriſtinæ virginis & martyris: quæ in Chriſtum credens, cum patris idola aurea & argentea comminuiſſet, ac pauperibus erogaſſet, ejus juſſu verberibus dilaniata, aliiſque ſuppliciis diriſſime cruciata, & cum magno ſaxi pondere in lacum projecta, ſed ab Angelo liberata &c.* Erat hæc civitas ad lacus Vulſinienſis ripam ut ex dictis jam apparet: de quo lacu & ego hoc libro ſupra egi, & memorat Pollio Vitruvius libr. 2. Architect. cap. 7. Hic a civitate vicina *Tyrenſis* appellatus, in edicto Deſiderii, Longobardorum Regis, quod Viterbii Annius confinxit: & hoc ejus eſt fragmentum, ut laudant Illuſtriſſ. Card. Baronius ad locum Martyrologii laudatum, Paulus Merula Coſmographiæ parte 2. libr. 4. pag. 918. Manutius Orthographiæ pag. 317. & alii.

Revocamus : Statua . Regis . Aſtulfi.
Contra . Vetulonos . edita . ut . lacus.
Non . Tirenſium . ſed . Vetulonum . ſit.
Qui . lacus . magnus . ideo . Italiæ . dictus.
Eſt . qui . eorum . ager . prius . eſt.
Italia . dicta . ab . ibi . ſede . Itali.
Et . ut . ſua . Longoli . non . Lungubar
dolam . ſed . cognomine . ſui . ampli
atoris . Tirreni . Terbum . vocent.
Et . ſub . uno . muro . cingant . tria.
Oppida . &c.

Reliqua pudet in literarum dedecus apponere.

Hanc urbem cum Abrahamus Ortelius in Theſauro Geographico poſuiſſet, lapſus eſt turpiſſime, eam in Calabria collocans, cum ſit in medi-

Digitized by Google

meditullio Etruriæ. Notkerus Barbulus, Monachus S. Galli, ut notat Jodocus Metzlerus, & Isonis Index in Martyrologio, quod circa annum 900. ſcripſit VII. Idus Julii: *In civitate Tyro, non longe ab urbe Roma, Anatoliæ, & Audacis ſub Decio Imperatore*. Rabanus Maurus in Martyrologio eodem die *civitatem Tyrum* vocat. Rurſus Notkerus IX. Kalend. Auguſt. *In Tuſcia, apud civitatem Tyrum, quæ eſt juxta lacum Vulſinum*. Franciſcus Maurolycus, Abbas Meſſanenſis, in Martyrologio, die XXIIII. Julii: *In Italia, civitate Tyro, prope lacum Vulſinium, ſub Diocletiano, S. Chriſtinæ Virginis, quæ in confeſſione Chriſti ſub duobus judicibus, Urbano primum patre, mox Dione, tormentis vexata, & in lacum demerſa*. Eadem Ado Viennenſis, & Uſuardus, qui non ad manum. Chriſtinam hanc divam memorat D. Auguſtinus, vocatque *Tyriam* in Pſalmum 120. D. Antoninus Chronicor. parte 1. tit. 8. cap. 1. & Mombrinus. Eadem civitas laudatur in Martyrologio Romano Petri Galeſini ad diem IX. Julii: *Tyri, Anatoliæ & Audacis, ſanctorum martyrum*. In quibusdam aliis Codicibus erat *Thurii*. Fr. Maurolycus in Martyrologio eodem die ſic: *In civitate Tyro paſſio Sanctæ Anatoliæ & Audacis ſub Decio Imperatore*. Sed vitioſam eſſe hanc lectionem, notat vir magnus Baronius ad eum locum proxime laudatum, & reſtituit: *In civitate Thora, prope lacum Velinum;* cum prius eſſet ſcriptum: *In civitate Tyro, prope lacum Vulſinium*. Nam hi martyres, non in Tuſcia, ſed in Rheatino agro, ubi & Eccleſia Thorana; ſed viderint docti.

Urbem hanc lacus, immodice excreſcens, abſorpſit, adeoque penitus delevit, ut nulla ædificiorum, aut ſaltem nominis veſtigia reſtarent; quare fallitur Ananienſis, qui affirmat, etiamnum hodie *Tiriolo* appellari. Neque amplius quicquam de urbe iſta apud profanos auctores reperire potui, argumento, poſt tempora Romani Imperii conditam, dirutamque.

Digitized by Google

Etruriæ urbs Feſcennium: carminum nuptialium inventione celebrata: horum Poëta Anianus Faliſcus: hodie penitus diruta: non fuit civitas Caſtellana.

CAP. XLVI.

INter cadavera tot præclararum olim civitatum, quibus Etruria abundabat, cenſenda eſt *Feſcennium:* cujus, etſi hodie nil præter nomen ſuperſit, memorari tamen vetus gloria exoptat. Itaque C. Plin. libr. 3. cap. 5. illam inter Tuſciæ urbes ſic collocat: *Feſulæ, Perentinum, Feſcennia, Hortanum, Herbanum, Nepet, Novempagi, Præfectura Claudii, Foroclodii, Piſtorium, Peruſia.* Antiquitatem narrat Dionyſius Halicarnaſſ. libr. 1. pag. 16. dum ait, ſuo tempore Φαλέρων, δὲ καὶ Φησκέννιον οἰκέμενα ὑπὸ Ῥωμαίων, μικρὰ ἔτλα διασώζοντα ζώπυρα τῦ Πελασγικῦ γένους Σικελῶν ὑπάρχοντα πρότερον, *Palerium & Feſcennium, a Romanis habitatas, parvis ſcintillas ſervant Pelaſgici generis, cum ipſæ quoque olim Siculorum fuerint.*

Inventa hic *Nuptialia carmina*, ut Servius auctor eſt ad libr. 7. Æneid. pag. 479. & ego pleniſſime dixi libr. 3. ſupra hoc opere cap. 80. quæ inibi tu conſule. Ab urbe hac ea carmina *Feſcennina* vocata, ſive illa in ludicro nuptiali, ſive in convitiis, jociſque feſtivioribus. Sic Auguſtus Cæſar *in Pollionem temporibus triumviralibus ſcripſit Feſcenninos.* Aurel. Macrob. libr. 2. Saturnal. cap. 4. Ita & Horatius libr. 2. Epiſt. 1.

Agricolæ priſci fortes, parvoque beati
Condita poſt frumenta, levantes tempore feſto
Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem
Cum ſociis operum, & pueris, & conjuge fida
Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,
Floribus & vino Genium, memores brevis ævi.
Feſcenina per hunc inventa licentia morem
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit,
Libertaſque recurrentes accepta per annos
Luſit amabiliter, donec jam ſævus apertam
In rabiem verti cœpit jocus.

Ubi Helenius Acron: *Per hunc morem veterum agricolarum mutata ſunt etiam Feſcennina, in quibus exprimebant ad convivia jocos: dicta autem ſunt Feſcennina ab oppido, unde prius proceſſerunt. Oſtendit igitur, quod ſicut antiquitus Dii ſacrificiis placabantur; ita modo carminibus amabiliter dicit,*

Digitized by Google

dicit, quia tamdiu tragœdiæ, & Feſcennina cucurrerunt, donec ipſa libertas in vitium verteretur. Eadem, non tam verboſe, alter Horatii vetus interpres Porphyrio: *Feſcennina, in quibus exprimebantur jocoſa convitia: dicta autem Feſcennina ab oppido Feſcennino*. Ex quibus manifeſtum evadit, hujus verſus uſum non ſemper nuptiis fuiſſe accommodatum, ſed quibuslibet jocis dicacibus. Sequitur deinde in eodem Porphyrione: *Attellanica nominata ſunt;* ſed errare illum, eſſeque diverſiſſima carminum genera *Attellanas* & *Feſcennina*, omnes ſciunt. Vide libr. 3. hoc opere ſupra cap. 79. At licet aliis quoque rebus hæc carmina aptentur, nihilominus præcipuus frequentiorque uſus in ſolemnitatibus nuptialibus docent Feſtus Pompejus libr. 6. T. Livius 1. Decad. libr. 7. in principio. Catullus in Epithalamio Julii & Manliæ. L. Seneca libr. 7. Controverſ. 6. Claudianus libr. 2. de Raptu ad finem: & Sidonius Apollinaris libr. 1. Epiſt. 5. quorum verba, a me ſemel libr. 3. hoc opere ſupra cap. 80. laudata, non repeto.

Porro urbem hanc Virgilius libr. 7. Æneid. laudat, quod auxilia bello Trojanorum in Italia ſubminiſtraverint:

Hi Feſcenninas acies, æquoſque Faliſcos,
Hi Soractis habent arces.

Feſcenninos hos verſus diſertiſſime ac ſuaviſſime ſcribere creditus eſt *Anianus*, teſte D. Auſonio in Centone nuptiali: *Nam quid Aniani Feſcenninos, quid antiquiſſimi poetæ Livii* (legendum arbitror *Levii*, & docti viri jam obſervarunt) *Eroopægnion libros loquar?* Hunc Probi Grammatici diſcipulum, ſibique carum ſub Hadriano laudat A. Gellius libr. 7. cap. 7. vocatque *Annianum;* ſic enim ille: *Annianus poëta, præter ingenii amœnitates, literarum quoque veterum & rationum in literis oppido quam peritus fuit*. Fuiſſe eum gente *Faliſcum*, plerique bene opinati; nam & in fundo Faliſco villam habebat. A. Gell. libr. 20. cap. 8. *Annianus poëta in fundo ſuo, quem in agro Faliſco poſſidebat, agitare erat ſolitus vindemiam hilare atque amœniter*. Et a Terentiano Mauro *Faliſcus* appellatur: qui & quosdam ipſius verſus ſuaves & delicatos apponit:

Cetera pars ſupereſt mea tibia dicere verſus.
Hæc juncta frequentius edent
Anapæſtica dulcia metra
Cuicumque libebit, ut iſtos
Triplices dare ſic anapæſtos:
Atque ille poëta Faliſcus,
Cum ludicra carmina pangit.
Uva, uva ſum, & uva Falerna,
Et ter feror, & quater anno.

Ejusdemque & aliud fragmentum eſt eodem Terentiani Mauri opere.

Unde, unde Colonus? Eoi
A flumine venit Orontæ.

Digitized by Google

Ad Feſceniam redeo. Errat turpiſſime Petrus Crinitus libr. 4. de Poët. Lat. cap. 76. qui nullo auctore, nulloque argumento aſſeruit *Feſceniam urbem Sabinorum* eſſe; cum ex auctoribus probatiſſimæ fidei citatis, in meditullio ſit Etruriæ. Sed hanc controverſiam fecit interitus tam præclaræ civitatis, quippe nullum ejus veſtigium hodie conſpicitur(1). Sunt, qui putant eſſe *Civitatem Caſtellanam*, inter quos Nicolaus Erythræus in Indice Virgiliano; ſed falso; nam *Feſcenia in aperta planitie*, ut Servius Danielis docet: *Caſtellana Civitas* in arduo præruptoque, inacceſſi propemodum montis jugo, ut nulla ratione probari poſſit, easdem eas olim fuiſſe.

Etruriæ urbs Ferentinum, vel Ferentium, aut Ferentia: patria Othonis Imperatoris: Colonia Romana, & municipium: Ferentini cives: Epiſcopatus.

CAP. XLVII.

NOn ignobilis urbs in Etruſcis *Ferentium*, ſive Φερεντῖνον, *Ferentinum*, ut effert Strabo Amaſianus libr. 5. pag. 156. & Plinius, ſuperioris capitis initio laudatus. Helenius Acron tamen, & Porphyrio ad Horatii libr. 1. Epiſt. 17. *Ferentinum oppidum deſertum, ac ob id quietum* interpretantur. Ubi ipſe Horatius:

Si ladet caupona, Ferentinum ire jubebo.

In Mediterraneis Tuſciæ apud Ptolemæum eſt Φερεντία, *Ferentia*. Laudat Paulus Merula Veterem Horatii Scholiaſtem, cujus hæc ſunt: *Ferentinum eſt Campaniæ, Tuſciæ, & tertium in via Lavicana ad quadrageſimum octavum ab Urbe lapidem*. Locum non potui reperire, ſed eſt valde appoſitus; nam certum eſt alibi, quam in Etruria, Ferentinum poni. Videndi Geographi.

Populi hujus, & incolæ *Ferentini*, & interdum *Ferentinates*, apud Plinium toties laudato loco. Vetus Inſcriptio meminit, quæ hodie Vulſiniis viſitur(2).

Inſignis hæc urbs ortu Salvii Othonis Imperatoris. Hiſtorici omnes. C. Suetonius in Vita ejus cap. 1. *Majores Othonis ſum orti oppido Ferentino, familia vetere & honorata, atque ex principibus Etruriæ*. Eadem C. Tacitus libr. 1. Hiſtor. Eadem Dio, & alii. Corruptus eſt Codex Aurelii Victoris in libello de Cæſaribus: *Silvius Otho, ſplendidis ortus*

(1) Cluverius Ital. Antiq. libr. 2. pag. 551. putat Feſcennii ruinas eſſe, quas Antonius Maſſa de origine Paliſcorum teſtatur MCCC. paſſibus ab oppido Galleſio reperiri abaratoribus.
(2) Apud Gruter. pag. 385. num. 1. ſupra hoc libro cap. 8.

Digitized by Google

ertus majoribus, oppido Florentino; ſed facilis eſt correctio: *Salvius Otho*, & tum poſtea, *oppido Ferentino*.

Colonia fuit deducta numero 95. ut cenſuit Onufrius Panvinius Imp. Rom. pag. 79. T. Livius 4. Decad. libr. 4. *Novum jus eo anno a Ferentinatibus tentatum, ut Latini, qui in coloniam Romanam nomina dediſſent, cives Romani eſſent.* Jul. Frontin. libr. de Coloniis Rom. *Ferentinenſis colonia lege Sempronia eſt adſignata; ſed quod ante limitibus centuriatis fuerat adſignata, poſtea deficientibus veteranis juxta fidem poſſeſſionis eſt recenſita: numeris uncialibus termini ſunt conſtituti.* Mirum a Vellejo Paterculo, alioquin tam diligente auctore, cum ceteras recenſuiſſet, hanc coloniam prætermiſſam.

Arbitror etiam municipii eam jus habuiſſe; & faciunt fidem verba Pollionis Vitruvii libr. 2. Architect. cap. 7. *Id autem maxime judicare licet e monimentis, quæ ſunt circa municipium Ferentis, ex his facta lapidicinis.* Lapidicinæ autem illæ in Etruria omnes, circa lacum Vulſinienſem, in Præfectura Statonienſi, in agro Tarquinienſi, ut ex præcedentibus liquet; quare corrigendum arbitror, & legendum, *circa municipium Ferentinum*. Ab hac ſumplit nomen porta urbis Romæ, quod eo ituros dimitteret. Meminit Plutarchus in Romulo pag. 32. Ἐπὶ τῆς Φερεντίνης πύλης, *ad Ferentinam portam*. Sic & aliæ viæ portæque nomina ab urbibus oppidiſve ſumebant, quo ducebant.

Remanet priſcæ opulentiæ gloriæque cogitatio in Epiſcopatu, cui præfuerunt Sancti & clari præſules; ac primum Decretis Felicis Papæ ſubſcripſit

Baſſus, Ferentinatum Epiſcopus.

Et Decreta Symmachi Papæ ſubſcriptione ſua firmavit

Innocentius, Ferentinas Epiſcopus.

Sed & inter Patres, qui ſubſcripſerunt Decretis Gregorii Papæ Junioris, reperitur

Agnellus, Ferentinas Epiſcopus.

Honorius Papa III. ſcribit, ut habetur in Decreto Gregoriano cap. 3. de Dilationibus,

Ferentino Epiſcopo.

Illuſtrat etiam hanc urbem non mediocriter

D. Bonifacius Epiſcopus,

De quo agit D. Gregorius libr. 1. Dialogor. & Martyrologium Romanum die XIIII. Maii: *Ferenti in Tuſcia S. Bonifacii Epiſcopi, qui, ut refert B. Gregorius Papa, a pueritia ſanctitate & miraculis claruit.* Ad quem locum purpuratum illum Principem, & S. R. E. & eruditionis, Baro-

nium

nium conſule. Ego tamen ex iis, quæ jam præmiſi, corrigendum eum cenſeo locum, legendumque: *Ferentini in Tuſcia S. Bonifacius*. Antequam alio pergam, reſtituo locum haud contemnendi Scriptoris MS. Fanutii Campani libr. 2. de Illuſtrib. Ital. Famil. cap. 13. ***In oppido Ferrentino ex Othona familia vetere & illuſtriſſima, & principibus Etruriæ ortus eſt M. Salvius Otho, eques Romanus, & poſtea Imperator.*** Lege, *ex oppido Ferentino*: & paulo poſt: *M. Silvius Otho*. Unde ille hauſerit, *Othonam* eam familiam vocatam, haud facile apud priſcos reperias ſcriptores; id nihilominus tradidit Philibertus Epiſcopus Arelatenſis, in Memorabilibus totius Orbis, & ipſe auctor MS.

Etruriæ urbs Artena in agro Vejenti: penitus intercidit, nec ullum veſtigium extat.

CAP. XLVIII.

DUæ urbes, *Artenæ* nomine, in Italia reperiuntur, una Volſcorum, altera Etruſcorum; ſed & de hac controverſia; nam & Cæritum in ditione ea putatur a nonnullis fuiſſe, ab aliis vero in Vejentum ditione (1). Audiendus Livius 1. Decad. libr. 4. in fine. *Cum Volſcis inter Ferentinum atque Ecetram collatis ſignis dimicatum, Romanis ſecunda fortuna pugnæ fuit. Artena inde Volſcorum obſideri a Tribunis cæpta: inde inter eruptionem tentatam, compulſo intra Urbem hoſte, occaſio data eſt Romanis irrumpendi, præterque aciem cetera capta, in arcem munitam natura globus armatorum conceſſit: infra arcem cæſi captique multi mortales. Arx deinde obſidebatur, & nec vi capi poterat, quia pro ſpatio loci ſatis præſidii habebat, aut ſpem dabat deditionis, omni publico frumento, priuſquam urbs caperetur, in arcem convecto, tædioque receſſum inde foret, ni ſervus arcem Romanis prodidiſſet: ab eo milites per locum arduum accepti cepere, a quibus cum cuſtodes trucidarentur, cetera multitudo, repentino pavore oppreſſa, in deditionem venit: diruta & urbe, & arce Artenæ, reducta legiones ex Volscis, omniſque vis Romana Vejos converſa eſt. Proditori, præter libertatem, duarum familiarum bona in præmium data, Servius Romanus vocatus. Sunt qui Artenam Vejentum, non Volſcorum fuiſſe credant. Præbet errorem, quod ejusdem nominis urbs inter Cære & Vejos fuit; ſed eam Reges Romani delevere, Cæretumque non Vejentium fuerat: altera hæc nomine eodem in Volſco*

[1] Cluverius Ital. Antiq. libr. 2. pag. 521. Artenam fuiſſe, circa dexteram ripam fluminis Aronis, credidit: Annius vero Viterbienſis dicit ſe legiſſe in aliquo Livii exemplari *Arcenum*; at forte hoc finxit, ut inde faceret *Barcenum*, ac tandem *Braccianum*. Sed Holſtenius in Notis ait: *Neque recte dici poteſt inter Vejos, hoc eſt* Iſola, *& Cære, ſitum eſſe Braccianum. Ego Cornuzzanum, vel montem Sanctæ Mariæ fuiſſe exiſtimem, vel etiam Civitellam prope Cere* [illegible].

Digitized by Google

Volſco agro fuit, cujus excidium eſt dictum. Hæc ille, quibus nihil addo; cum nuſquam, quod ſane ſciam, Artenæ mentio ſit apud ullum alium probatæ notæ ſcriptorem: & hæc ſatis per ſe accurata.

Etruriæ urbs Ocriculum, ſeu Ocricula, ad Tibridis ripas: a Deſiderio Rege capta: tribus Romana ab ea dicta: penitus deleta: Epiſcopatus.

CAP. XLIX.

INter priſcas florentis Etruriæ urbes *Ocriculum*, ſive *Ocriculam* reponunt, & in quibusdam ſcriptorum veterum Codicibus *Otriculum*; ſed male. C. Plin. libr. 4. cap. 5. *Non procul Tiferno, Perusiaque, & Ocriculo*. Strabo Amaſian. libr. 5. pag. 156. Οἱ δὲ διαπῶ συμβαλίσκειν λέγουσιν ἐπὶ τῇ Φλαμινίᾳ ὁδῷ κείμενον μεταξὺ Ὀκρίκλων καὶ Ῥώμης. Verba ſunt portentoſa, nec ullus elici poteſt ſenſus; ſed ex MS. Henrici Schrimgeri Scoti, quem Iſaacus Caſaubonus viderat, melior lectio: Οἱ δὲ ἄλλον Φάλιστον λέγουσιν ἐπὶ τῇ Φλαμινίᾳ ὁδῷ κείμενον μεταξὺ Ὀκρίκλων καὶ Ῥώμης. *Alii conjectant, Faliſcam urbem ſitam eſſe in via Flaminia, inter Ocriculum & Romam*. Idem pagina ſequenti: Οἱ Ὀκρικλοι ἐν τῇ Φλαμινίᾳ ὁδῷ. *Ocriculum in via Flaminia*. Addit deinde ejus urbis ſitum πρὸς τῷ Τίβερι, *ad Tibridem*; eſt enim ad ripam Tibridis ſita, ſaltem ejus veſtigia adhuc oſtenduntur. Ptolemæo eſt Ὀκρίκλων, *Ocriculum*, magis ad Latinum uſum. Stephan. libr. de Urbibus. Ὀκρίκολα πόλις Τυῤῥηνῶν. Διονύσιος ὀκτωκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀκρικολανὸς, ὡς αὐτός φησιν. *Ocricola urbs Etruſcorum, Dionyſius decimo octavo Antiquitatis Romanæ. Gentile eſt Ocriculanus, ut idem dicit*. Dionyſium Halicarnaſſeum, hinc conſtat, Hiſtoriam Romanam uſque ad ſua tempora produxiſſe; ſed malo fato literatorum tam præclarum opus interiit. Tollit omnem Stephanus ſcrupulum, dum ait, Etruriæ urbem eſſe (1), contra quam alii, Ptolemæo, ut videtur, auctore, *Umbriæ oppidum* faciunt. Errat Joannes Maria Catanæus, qui ad Plinii Junioris libr. 6. Epiſt. 24. *Ocriculum oppidum Umbriæ* exponit. Ubi loci Claudius Minos Dionienſis J. C. in MS. viderat *Otriculum*, ut jam admonui.

Ab hac civitate Tribus una Romana appellationem ſortita eſt, dictaque Ocricolana, cujus Cicero Orat. 2. in Rullum meminit: *ab Ocriculana*, inquit, *ad Narnienſem*. Quo & alter ejusdem ſcriptoris locus trahi poſſet in Orat. pro Q. Roſcio: *Q. Luſcius Ocrea Senator*. In quo loco *Ocrea* pro *Ocricolano* ſumi poſſet, ut ſit nomen Tribus. Sed hanc Tri-

(1) Cluver. Ital. Antiq. libr. 2. pag. 640. dubitat an Dionyſius Ocriculum fecerit oppidum Etruſcorum, an de ſuo adjecerit, hoc gentis nomen Stephanus, cujus ætate Umbria ſub nomine Tuſciæ comprehendebatur.

Digitized by Google

Tribum Blaſius Viguinerius, & Nicolaus Grucchius omiſerunt; quare doctiſſimus Onufrius Panvinius in Civit. Rom. pag. 252. putavit recte eſſe extra numerum. Meminit vetus Lapis (1).

A. VITELLIVS. A. F. OCR.
CRESCENTIVS. II. VIR. CAP
Q. VALERIVS. Q. F. OCR
PACATVS. II. VIR. CAP
CVM. CONS. RESTITVE
RVNT.

Et alius via Flaminia (2).

GENIO
IOVI. STIGIO. SANCTO
SACRVM
SEX. POMPEIVS. SEX. FIL
OCRIC. CIVICA
MIL. COH. VIII. PRAET.

Hanc Deſiderius, Longobardorum Rex, occupavit. Anaſtaſius Bibliothecar. in S. Hadriano pag. 148. *Sed & in finibus Romanæ urbis, ſeu & ceterarum civitatum multa mala ac depredationes iisdem Deſiderius perpetrare juſſit, etiam & caſtrum Utriculum occupare fecit.* Leve mendum elue: *Caſtrum Ocriculanum*. Jam ſæpius animadverſum.

Remanent priſcæ dignitatis veſtigia in honore Epiſcopatus, quo ea urbs illuſtris: & ſane reperiuntur varii ejus præſules; nam in Decretorum Felicis Papæ confirmatione, inter Patres, qui ſubſcripſerunt, eſt

Herculius, Otriculanus Epiſcopus.

Ita in Codice Can. Vet. Eccleſ. Rom. pag. 508. ſed lege *Ocriculanus*. In eodem Codice rurſus pag. 560. idem mendum inhæſit; nam in Decretis Symmachi Papæ eſt

Conſtantius, Otriculanus Epiſcopus.

At quando urbs deleta fuerit, aut Epiſcopatus alio translatus, ex hiſtoriis nondum deprehendi.

Etru-

(1) Apud Grut. pag. 189. num. 5. (2) Apud eundem pag. 23. num. 6. Vide pag. 194. num. 2. & pag. 103. num. 4.

Digitized by Google

Etruriæ urbs Veletes, velitum inventione celebris, periit.

CAP. L.

HAnc urbem inter modernos nullus, quod ſciam, nominat. Inter veteres unicus Iſidorus Hiſpalenſis libr. 18. Origin. cap. 57. *Velitum pugna erat, ut ultro citroque tela objectarent: erat autem eorum varia pugna, & ſpectantibus gratior, quam reliquæ. Velites autem vocati ſunt, ſive a velitatione, ſive a civitate Etruſcorum, quæ Veletes vocabantur* (1). De velitum generibus, ac armaturis, vide, quæ a me dicta libr. 3. ſupra hoc opere cap. 65. hic non repeto. Neque alius hujus civitatis meminit: non diligentiſſimus Ortelius in ſuo Theſauro, quod mirum.

Etruriæ urbs Solonium: penitus interiit.

CAP. LI.

INter veteres gloriabundæ Tuſciæ civitates, quæ bello ac vetuſtate, fatove omnia volvente, interjerunt, habendum eſt *Solonium*, ſive, ut alii volunt, *Solonium*, cujus mentio apud Dionyſium Halicarnaſſeum libr. 2. pag. 104. Ἦκε δὲ αὐτῷ Τυῤῥηνῶν ἐπικουρίαν ἱκανὴν ἄγων ἐκ Σολωνίου πόλεως ἀνὴρ δραστήριος, καὶ τὰ πολέμια ἔργα διαφανὴς Λουκύμων ὄνομα, φίλος δὲ πρὸ πολλοῦ γεγονώς. *Auxilium ei validum adduxit ex Solonio Etruſca urbe vir ſtrenuus, & bello clarus, nomine Lucumo, nuper receptus in amicitiam*. Ita Lapus verterat; at Henricus Glareanus: *Solono urbe Etruſca*; ſed parum intereſt. In octava Italiæ regione C. Plinius libr. 3. cap. 15. *Faventinos, Fidentinos, Oteſinos, Padinates, Regienſes a Lepido, Solonates, Salius Gallianos* ponit. Quare adducor, ut credam, extra noſtræ Tuſciæ [hoc eſt, inter Macram & Tiberim] fines eam fuiſſe; niſi quod credibile ſit, Lucumonem, Corynthii Demarathi filium, aut Tarquiniis, aut non longe habitaſſe. Videris lector. Agrum Solonium habet T. Livius 1. Decad. libr. 8. In eo villa fuit C. Marii, ut in eo docet Plutarchus; & mentio apud Ciceronem libr. 2. Epiſtolar. ad Atticum. Feſt. Pomp. libr. 14. *Pomonal eſt in agro Solonio via Oſtienſi ad duodecimum lapidem diverticulo a milliario octavo*. At hic alius eſt

(1) Gerard. Joh. Voſſius in Etymolog. V. *Velites* hunc Iſidori locum ſic emendat: *Legendum Volates, ſeu Veliates, quorum præter alios meminit Valerius Flaccus. Sed eos in Liguria non in Etruria ponit Plinius*. Locus Plinii eſt in libr. 3. cap. 5. ubi inter Ligurum celeberrimos citra Alpes ſitos nominat Veliates.

ager, & ab altera Tibridis parte in Latio. Eſt etiam *Solonium*, ſive Σολωνίον in Allobrogibus urbs, cujus meminere Dio Coccejanus libr. 37. & L. Florus Epitomaſtes Livii libr. 103. ſed hoc familiare eſt, multis in variis regionibus civitatibus idem nomen imponi, quod aliquot exemplis in Etruria noſtra videre licuit.

Etruriæ urbs Sudertum, & Sudertani: hodie periit.

CAP. LII.

IN iis urbibus, quæ perierunt funditus in Etruria, *Sudertum* eſt, cujus uſque rara apud Scriptores mentio, ut quo in loco, aut quo conditore cœperit, ignoretur. C. Plinius tantum, ut ſolet, libr. 3. cap. 5. populos cum urbibus ſuis confundens: *Suanenſes, Saturnini, qui ante Aurinini vocabantur, Sudertani, Statones, Tarquinienſes, Tuſcanienſes, Vetulonienſes, Vejentani, Veſentini, Volaterrani, cognomine Etruſci, Volſinienſes. Sonretto*, volunt Leander Alberti, & Raphaël Volaterranus dici. Urbem fuiſſe ex Livio libr. XXVI. clarum. *In foro Sudertano ſanguinis rivi per totum diem fluxere*. Sed (1) quis eam urbem deleverit, quæratur.

Etruriæ urbs Feroniæ Lucus, & a Dea nomen ſortita: Colonia Romana: interiit.

CAP. LIII.

IN mediterraneis *Lucus Feroniæ* urbs erat Etruriæ celebratiſſima. Strabo libr. 5. pag. 156. Τ'πὸ δὲ τῷ Σωράκτῳ ὄρει Φερωνία πόλις ἐστὶν ἐμώνυμος ἐπιχωρίᾳ τινὶ δαίμονι τιμωμένη σφόδρα ὑπὸ τῶν περοίκων, ἧς τέμενος ἐστὶν ἐν τῷ τόπῳ θαυμαστὴν ἱεροπραίαν ἔχον. *Sub monte Soracte urbs eſt Feroniæ, cognominis indigenæ cuidam Deæ, quam vicini ſtudioſe venerantur. Atque eſt ibi Lucus Feroniæ, in quo ſacrificium perpetratur admirabile.* Hæc urbs, & Dea indubie in Etruria: alia in Campania & urbs & Dea Feronia, libertatis præſes, de qua præter Geographos Virgilius libr. 7. Æneid. & Servius Honoratus pag. 484. & iidem libr. 8. Æneid. pag. 521. Horatii Scholiaſtæ Acro, & Porphyrio ad libr. 1. Saryr. 5.

Et

(1) Cluver. Ital. Ant. pag. 517. Σύδερον Ptolemæi putat ſcribendum Σούδερον; nam Livio, & Plinio opidani ſunt Sudertani. Holſtenius in notis: *Maderanum vero idem eſſe cum Suderno Ptolemæi & Tuderno Plinii quoque Leander jam olim recte indicavit.* Ambo autem ſtatuunt Meternum eſſe *Feronſe*.

Digitized by Google

Et Sil. Italic. libr. 13. poſt principium. C. Tacit. libr. 3. Hiſt. Dionyſ. Halicarnaſſ. libr. 2. pag. 113. & libr. 3. pag. 173. Sed hanc noſtram urbem in Etruria fuiſſe, inter recentiores eſt auctor Raphaël Volaterranus libr. 5. pag. 165. & Flavius Blondus Etruria Illuſtr. & diſerte Ptolemæus. Et eſt indubitatum.

Colonia hæc Romana(1), cujus non ſemel Livius meminit. C. Plin. libr. 3. cap. 5. *Tiberis amnis* a *Macra ducentis octuaginta quatuor millibus paſſuum, intus coloniæ, Faliſca Argis orta, ut auctor eſt Cato, quæ cognominatur Etruſcorum, Lucus Feroniæ, Ruſellana, Senenſis, Sutrina*. Quando deducta, aut quo auctore, ne ipſe quidem, cui Antiquitas Romana plurimum debet, ſupra illius ævi & conditionis literatos diligens & doctus Onufrius Panvinius conjectare potuit, nec ego ſollicite nimium inquiro. Meminit Julius Obſequens libr. de Prodigiis cap. 37. *In agro Capenate ad Lucum Feroniæ quatuor ſigna ſanguine multo diem ac noctem ſudarunt*. Igitur in agro Capenate Lucus Feroniæ, quod fefellit Leandrum Albertum, & alios doctiores, qui putant Lucum Feroniæ eſſe *Petram Sanctam*(2), quæ & longiſſime diſtat, cum Capena ſit cis Tiberim, & Strabo dicat, ad montem Soracte eſſe(3), cum tamen Petra Sancta a Soracte in via Flaminia etiam longe abſit. Rectius Antonius Maſſa, nullum ejus veſtigium ſupereſſe cenſuit.

Quale ſit hoc admirabile ad Lucum Feroniæ Apollinis, ſive Deæ Feroniæ ſacrificium, expedivi pluribus ſupra libr. 4. hoc opere cap. 4. nec hic repeto. Sed addo Obſequentem cap. 50. *Ædes Feroniæ in Capenate de cælo tacta*. Bene addidit *in Capenate*, ad differentiam ejus Feroniæ, quæ prope Tarracinam, & in Sabinis, ut jam ex Halicarnaſſeo & Tacito ſupra laudatis apparet.

(1) Vetus Inſcriptio ex MS. Vaticano apud Holſtenium ad Cluver. pag. 547.

M. SILIO. EPAPHRODITO. PATRONO
SEVIRVM. AVG.
MAGISTRO. IVVENVM. ITERVM. IVVENES
LVCOFERO.
NENSES. PATRONO. OB. MERITA
QVOD. AMPHITHEATRVM
COL. IVL. FELICI. LVCOFER. S. P. F.
DEDICAVITQVE. L. D. D. D.

(2) Cluver. Ital. Antiq. libr. 2. pag. 460. duos Lucos Feroniæ agnoſcit, & credit Lucum Feroniæ, memoratum a Ptolemæo Λοῦκος Φειρωνίας κολωνία, fuiſſe ubi nunc *Pietra Santa*.

(3) Holſtenius ad Cluverium pag. 547. *Uno circiter miliario ſub oppido* S. Oreſte *planicie magna viſuntur veſtigia Feroniæ*. Cluverius pag. 549. ait, Lucum Feroniæ fuiſſe inter dexteram ripam Trejæ & Tiberim. Sed poſtea Fanum vult antiqui Feroniæ Fani memoriam referre: quod non convenit his, quæ ſupra ſtatuit, quæque Holſtenio conſonant.

Etruriæ urbs Syrentium, ſive Syrcentum: penitus interiit.

CAP. LIV.

QUo major gloria florentis olim Etruriæ, atque totius Italiæ dominantis, tanto calamitoſior jactura, intuenti tot præclaras civitates interiiſſe, in quibus eſt *Syrentium*, ſive *Syrcentum*. Stephanus libr. de Urbib. Συρέντιον, πόλις Τυρρηνίας, καὶ Συρκεντὸν, τὸ ἐθνικὸν, Συρέντιος. *Syrentium urbs Etruriæ, & Syrcentum: gentile vero, Syrentius*. Nuſquam alibi mentionem hujus reperio; ideo nec ubi loci, aut quando condita, quove caſu deleta, expedire in promptu eſt. Viderint Etruſci.

Etruriæ urbs Aræ Mutiæ, ſeu Aræ Murciæ: penitus deleta.

CAP. LV.

IN Vejentum ditione & agro urbs haud quamquam fuit obſcura, *Aræ Mutiæ*, ſive, ut habet Paulus Merula Coſmograph. libr. 4. parte 2. pag. 915. *Aræ Murciæ*. Et habet utraque lectio ſuos auctores. C. Plin. libr. 2. cap. 96. *Ad Aras Mutias in Vejente, & apud Tuſculanum, & in Silva Ciminia loca ſunt, in quibus in terram depacta non extrahuntur*. In ora libri hæc erat lectio; at in textu ipſo legebatur *Aræ Murciæ;* ſed priorem lectionem probat Cœlius Ludovicus Rhodiginus libr. 18. cap. 12. trahitque *ad Q. Mutium* ex Pediano 4. Verrina, *qui Aſiam ſingulariter rexit, adeo ut dies feſtus honori ejus a Græcis inſtitueretur, quem Mutia vocarunt. Quare ſicuti Africano in cella Jovis eſt poſita ſtatua, Catoni in Curia; ita Scævolæ, virtutis admiratione, apud Vejentes excitari potuerunt aræ*. Sed fallitur vir doctus; nam nulli ea ætate Vejentes, ut ſupra abunde, ut opinor, oſtenſum. Deinde Aræ Murciæ hic locus eſt, & urbs, ut de aris erectis, aut templo aliquo non poſſit intelligi. Recte igitur quis opinari poſſit a *Dea Murcia* urbem ſuum nomen accepiſſe, uti de *Feroniæ Luco*, & *Voltunæ Fano*, & *Janiculo*, & *Lunæ*, atque aliis in Etruria civitatibus hoc opere a me eſt dictum: utque hodie in Divorum nominibus urbes inſcribunt; ita olim a Diis appellationes civitatum mutuabantur. Sic *Aræ Murciæ*, ſive *Murtiæ*, a Venere, quæ ibi colebatur hoc cognomento; nam Regione

Digitized by Googl

gione urbis 11. *ædes Murciæ, alias Veneris Myrteæ* reperitur. C. Plin. libr. 15. cap. 29. *Quin & ara fuit Veneri Myrteæ vetus, quam nunc Murtiam vocant*. Vel ſi hæc conjectura non placet, liceat ad *Murciam* trahere Deam urbis hujus Etymologiam; eſt autem ea *ſegnium præſes*, meminit Feſtus Pompejus libr. 11. *Murciæ Deæ Sacellum erat ſub monte Aventino, qui antea Murcus vocabatur*. Cur autem ut Mons Aventinus Romæ, non etiam & civitas iſta Vejentum ab hac Diva cognominabitur? Adrian. Turneb. libr. 22. cap. 17. Lilius Gyraldus, & alii. Q. Florens Tertullianus libr. de Spectacul. cap. 8. *Murtias quoque idolum fecit; Murtiam enim Deam amoris, cui in illa parte ædem vovere*. Ita vulgaris præfert editio; at in aliis, ut habetur apud Turnebum loco laudato, erat *Murtiam Deam marmoris volunt*; ſed corrigendum eſt omnino: *Murtiam Deam marcoris volunt*. Duplici ille ratione Murtiam vocatam vult: vel ab auctore *Murtia*, qui primus idolum ei dedicavit, erexitque: vel a myrto, quæ Veneri ſacra, inde quod amantes ſegnes, nullique bonæ rei intenti, Venus ſegnitiei, vel marcoris Dea ſub nomine Murtiæ colebatur. Deſiderius Heraldus ad libr. 3. Arnobii. Plutarchus Problemat. Roman. pag. 268. M. Varro libr. 4. Ling. Lat.

Ab hac ignavi, *Muricidæ* dicti. Accius Plautus apud Feſtum libr. 11. Murricidum, ignavum, ſtultum. Plautus:

Murricide homo, ignave, iners.

Legendum eſt ſane:

Muricide homo.

Quaſi qui murem tantum necare poſſit, quaſi quis dicat *Μυρέκτονον*. Arius Menander J. C. libr. 1. de Re Militari: *Eum, qui filium debilitavit, delectu per Italiam indicto, ut inhabilis militiæ ſit, præceptum D. Trajani deportavit*. Debilitare autem eſt, *pollicem præſcindere:* quod qui feciſſent, *Murci* vocati, ut notat Jacobus Cujacius libr. 25. Obſervation. cap. 21. illi joculariter Gallice atque Italice *poltroni* dicti, quaſi qui *pollicibus truncatis* inepti ſint militare, quo pœnæ genere legimus Æginetas, rei nauticæ gloria claros, ab Athenienſibus olim affectos. Vetus Scholiaſtes Thucydidis.

Hodie urbis illius reliquiæ, aut exiles, aut omnino nullæ. Putant viri docti *Murignano* eſſe. Ipſi viderint.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ urbs Saturnia, Colonia Romana, & Præfectura: populi Saturnini: nomen retinet.

CAP. LVI.

ANtiquitatem Saturniæ expreſſit Dionyſius Halicarnaſſeus libr. 1. pag. 16. quo loci Aborigines & Pelaſgos urbes tenuiſſe ait quamplurimas, quæ poſtea ad Etruſcorum manus venerint, ut ſunt Καιρητανῶν πόλις, Ἀγυλλα δὲ τότε καλουμένη, καὶ Πίσα, καὶ Σατορνία, καὶ Ἄλσιον, καὶ ἄλλαι τινὲς. *Cæretanorum urbs eo ſeculo Agylla dicta, Piſa, Saturnia, Alſium, & quædam alia.* Hanc *Saturnianam* alii appellant: & eſt Ptolemæo ſub principium libr. 3. Σατορνίανα.

Colonia fuit Romana numero 69. T. Livius 4. Decad. libr. 9. Q. Labeone & M. Marcello COSS. *Saturnia colonia civium Romanorum in agrum Calletranum eſt deducta: deduxerunt Triumviri Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio, T. Sempronius Gracchus.* Calletranus autem, ſive Caletranus ager in Tuſcia eſt, Plinio ſcribente libr. 3. cap. 5. *In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Cruſtuminus, Caletranus.* Coloniæ hujus, & urbis mentio apud Julium Obſequentem libr. de Prodigiis cap. 96. *Saturniæ Androgynus annorum decem inventus, & mari demerſus.*

Habuit eadem urbs honorem Præfecturæ. Feſt. libr. 14. in voce *Præfecturæ: Alterum* (genus Præfecturarum,) *in quas ibant, quos Prætor Urbanus quotannis in quæque loca miſerat legibus, ut Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Allifas, Privernum, Anagniam, Fruſinonem, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaque complura.* Quid ſit Præfectura, pleriſque ante me eſt obſervatum. Vide Wolfgangum Lazium.

Incolæ hujus Civitatis Saturnini audiunt, auctore C. Plinio libr. 3. cap. 5. *Saturnini, qui ante Aurunini vocabantur:* quod cognomentum non memini alias legere.

Hodie, licet impari dignitate, nomine tamen ſuperſtite, tantæ nobilitatis retinet indicia. Geographi moderni.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ urbs Cruſtumium, ſeu Cruſtumerium, aliaque in Latio, tertia in Sabinis: Tribui Romanæ nomen dedit: ager feraciſſimus, pyrorum, & fœni: Lucum Martis habet: hodie penitus interiit.

CAP. LVII.

NOn longe urbe Roma urbs erat *Cruſtumium*, ſive *Cruſtumina*, aut etiam *Cluſtumina*, & in Tuſcia quidem. Plin. libr. 3. cap. 5. *In eadem parte* (Etruriæ mediterraneæ) *oppidorum veterum nomina retinent agri Cruſtuminus, Caletranus*. Alia in Latio, cujus Livius, & Halicarnaſſeus ſæpe meminere: quam *Albæ coloniam* facit Auctor Originis Romanæ. Tertia ejusdem nominis urbs in Sabinis. Plutarchus in Romulo. Stephano eſt Κρυσταμία. Tit. Livius 4. Decad. libr. 2. *Poſtquam Conſul, quæ voluerat, dixit, Sp. Liguſtinus, ex eo numero, qui Tribunos plebis appellaverant, a Conſule, & a Tribunis petiit, ut ſibi paucis ad populum agere liceret, permiſſu omnium ita loquutus fertur: Sp. Liguſtinus Tribus Cruſtuminæ ex Sabinis ſum oriundus, Quirites*. Servius Maurus ad libr. 7. Æneid. pag. 475. ex Caſſio Hemina, veteri & claro hiſtoriæ ſcriptore. At in Tuſcia hæc urbs noſtra, ut clare Plinius. Feſt. Pomp. libr. 3. *Cruſtumia Tribus a Tuſcorum urbe Cruſtumena dicta*.

Meminit agri illius M. Varro libr. 1. Rei Ruſticæ cap. 14. *In agro Cruſtumino videre licet locis aliquot conjunctos aggeres cum foſſis, ne flumen agris noceat*. Mirandum eſt illud, quod de eodem ſcribit Plinius libr. 2. cap. 96. *In Cruſtumino natum fœnum, ibi noxium, extra ſalubre eſt*. Mirandam ejus feracitatem expreſsit M. Varro libr. 1. Rei Ruſt. cap. 15. *Sunt alii circum pinos, ut habet uxor in Sabinis: alii cupreſſos, ut ego habui in Veſuvio: alii ulmos, ut multi habent in Cruſtumino, quod ubi id pote, ut ibi, quod eſt campus nulla potior ſerenda, quod maxime fructuoſa, quod & ſuſtinet ſepem, ac colit aliquot corbulas uvarum, & frondem jucundiſſimam miniſtrat ovibus ac bobus, ac virgas præbet ſepibus, & foco, ac furno*. Abundabat pyris. Moderat. Colum. libr. 5. de Re Ruſt. cap. 10. *Curandum eſt autem, ut quam generoſiſſimis pyris pomaria conſeramus: ea ſunt Cruſtumina, Regia, Siguina, Tarentina, quæ Syria dicuntur*. Qualia ea ſint, deſcribit Servius Maurus ad libr. 2. Georgic. pag. 99. *Cruſtumia pyra ſunt ex parte rubentia, ab oppido Cruſtumio nominata*. Ipſe Virgilius:

Cruſtumiis Syriiſque pyris.

Sed

Sed impensius C. Plinius libr. 15. cap. 15. in principio laudat: *Cunctis autem Cruſtumina gratiſſima*. In aliis editionibus parvo diſcrimine habebatur: *Cruſtumia gratiſſima*. Servii verba tranſcribit, ut ſolet, libr. 17. cap. 7. Iſidorus Hiſpalenſis.

Tribus Cruſtumina hinc nomen traxit, ut dicebam prius ex diſertis Feſti verbis, ſupra hoc capite laudatis; quo miror diligentem & doctum Onufrium in Civitate Romana pag. 206. Cruſtumeriam in Sabinis potius, quam in Tuſcis collocaſſe. Hæc memoratur a Cicerone Orat. pro Plancio, & Orat. pro Cornelio Balbo: *In Tribum Cruſtuminam pervenit L. Cornelius Balbus legis de ambitu premio.*

Poſitionem colligere licet ex C. Plinio libr. 3. cap. 5. Tibris *citra tredecim millia paſſuum urbis Vejentum agrum a Cruſtumino, dein Fidenatem Latinumque a Vaticano dirimens*. Jul. Obſequens libr. de Prodig. cap. 63. *Lapis ingens in agro Cruſtumino in lacum Martis decidit*. Et eodem capite. *In Cruſtumino avis, quam Sanqualem vocant, ſacrum lapidem roſtro portavit*. Et paulo poſt ibidem loci: *In Cruſtumino diem unum ſupplicatio fuit*. Sed mendum eſt in primo loco; quare corrige, & lege, *in lucum Martis;* nam lacum ibi fuiſſe, nec Geographi loquuntur, nec ſitus hodiernus regionis admittit, cum tamen urbium celebritas eo ævo ſine luco vix inveniatur; quare in deſcriptione urbis Romæ tam multi Deorum luci, ut *Larum, Saturni, Semeles, Veneris, Lubitinæ, Victoriæ, Camenarum*, atque, ut unico verbo dicam, vix ulla urbis regio ſine lucis ſuis, ſic Feroniæ lucum ſupra civitati nomen indidiſſe oſtenſum eſt: & Martem quidem in luco cultum docemur ex D. Juvenale Sat. 1.

Nota magis nulli domus eſt ſua, quam mihi lucus
Martis.

Etruriæ urbs Caletra, ſive Calletra: penitus interiit.

CAP. LVIII.

URbem fuiſſe *Caletram*, ſive *Calletram*, non longe Roma, convincit Livii auctoritas, qui Decad. libr. 9. Coloniam Saturniam eo deductam loquitur, Q. Labeone & M. Marcello COSS. *Saturnia Colonia Civium Romanorum in agrum Calletranum deducta eſt: deduxerunt Triumviri Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio. T. Sempronius Gracchus*. Accedit C. Plinii locus libr. 3. cap. 5. *In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Cruſtuminus Caletranus*. Unde licet obſervare, Geographos & Hiſtoricos urbes

urbes ſolere plerumque ponere in regionum deſcriptionibus, interdum tantum populos; ſed & quandoque nec populos, nec urbes, ſed agrum ipſum, ut hoc loco.

Sed quando urbs hæc condita, quo auctore, aut caſu, aut tempore everſa, hactenus ex ſcriptoribus obſervare non licuit: hoc ſolum ſupereſt, urbem olim eam fuiſſe, hodie ne veſtigium tantum relictum.

Etruriæ urbs Oëna, ſive Oënarea, colle alto nobilis: interiit.

CAP. LIX.

IN Etruria nobiliſſima veterum relatione urbs fuit *Oëna*. Locum de ea ex Stephano Byzantino adſcribam, quod ille Ariſtotelem laudet, & tamen maximopere ab eo diſſideat; ſic enim: Οἶνα, πόλις Τυῤῥηνίας, ἐχυρὰ λίαν, μέσην δὲ αὐτὴν λόφος ἐστὶν ὑψηλὸς τριάκοντα σταδίων, ἔχων ἄνω ὕδατα καὶ ὕλην παντοδαπήν, ὡς Ἀριστοτέλης περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. τὸ ἐθνικὸν Οἰνάτης ἐκ διαλύτου ὁ τύπος. Verba Ariſtotelis in vulgatis editionibus longe aliter: verba ipſa ex eo libello pag. 880. hæc ſunt: Εἰ δέ τις ἐν Τυῤῥηνίᾳ πόλις Οἰναρέα, καλουμένη· ἦν ὑπερβολῇ, φασὶν ἐχυρὰν εἶναι, ἐν μέσῃ γὰρ μέσῃ αὐτῇ λόφος ἐστὶν ὑψηλὸς τριάκοντα σταδίους, ἀνέχων ἄνω κ᾽ κάτω ὕλην παντοδαπὴν, καὶ ὕδατα φαβαμένους δὲ οὖν τοὺς ἐναντίον λέγουσι, μήτι τυράννος γένηται προίσασθαι αὐτῶν τοὺς ἐκ τῶν ἀνέστων ἐλευτερωμένους καὶ ὕστοι ἄρχουσιν αὐτῶν, κατ᾽ ἐνιαυτὸν δὲ ἄλλους ἀντικαθίσασθαι τοιούτους. Ita vulgatus Textus; ſed & ille corruptus: in ora libri erat, pro ἦν ὑπερβολῇ, καθ᾽ ὑπερβολὴν: & poſt ὕλην παντοδαπὴν, erat παντοδαπὴν. Ea verba ſic Latine ſonant: *Eſt in Etruria urbs quædam*, aliter, & male vertit Interpres, *Oënarea appellata, quam ſupra fidem dicunt munitam eſſe; nam ipſum meditullium occupat collis altiſſimus ad triginta ſtadia aſſurgens* (male Abrahamus Ortelius in Theſauro verterat *tria ſtadia*) *& omnigena materia, & ſimul aquis abundans; unde metuens ſibi a tyrannide populus, manumiſſos ſummæ rerum in annum præficit: quo evoluto, alios ejusdem ſortis ſurrogat*. Ecce, quæ Stephano *Oëna* vocatur, Ariſtoteli audit *Oënarea*. Sed ubi ea civitas, aut quo auctore cœperit, deſieritve, inquirendum. Valde hæc ſane cum Volaterrarum ſitu conveniunt, ut eſt apud Strabonem libr. 5. pag. 154.

Digitized by Google

Etruriæ urbs Cortuoſa, ſive Cortuoſſa, in agro Tarquinienſi: penitus a Tribunis militum deleta.

CAP. LX.

TArquinienſis ager longe lateque patebat: in eo complures urbes, fama opibuſque claræ. In his *Cortuoſa*, ſive, ut Ortelio videtur, *Cortuoßa*: de qua T. Livius 1. Decad. libr. 6. *Exercitum alterum in Æquos, non jam ad bellum, victos namque ſe fatebantur; ſed ab odio ad pervaſtandos fines, ne quid ad nova conſilia relinquerent virium, duxere* (Tribuni militares Conſulari poteſtate) *alterum in agrum Tarquinienſem: ibi oppida Etruſcorum, Cortuoſa & Contenebra, capta dirutaque. Ad Cortuoſam nihil certaminis fuit: improviſo adorti, primo clamore atque impetu cœpere, direptum oppidum atque incenſum eſt.* At ubi locorum Tarquinienſium hæc urbs fuerit, nec ſcriptorum ullus, quod ſciam, ſuis monimentis prodidit, nec reliquiæ ullæ teſtantur; ruina tantum ſua nobilis eſt.

Etruriæ urbs Contenebra, ſive Cortenebra: penitus exciſa.

CAP. LXI.

IN eadem provinciæ parte idem belli fatum, quod ſuperius deſcripſi, *Contenebram* urbem involvit, quæ a Pſeudocatone in Originibus *Cortenebra* appellatur. Subjungit ad ea, quæ proxime ſuperiori capite allata ſunt, Livius: *Contenebra paucos dies oppugnationem ſuſtinuit, laborque continuus, non die, non nocte remißus, ſubegit eos. Cum in partes ſex diviſus exercitus Romanus, ſenis horis in orbem ſuccederet prælio, oppidanos eosdem integro ſemper certamini paucitas feßos obiiceret, ceſſere tandem, locuſque invadendi urbem Romanis datus eſt. Publicari prædam Tribunis placebat; ſed imperium, quam conſilium ſegnius fuit: dum cunctantur, jam militum præda erat, nec niſi per invidiam adimi poterat.* Nec plura addo.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ urbs Flavinium, ſive Flavianum, potens ſub Æneæ adventum: cæde Fabiorum inclyta: penitus interiit.

CAP. LXII.

IN eodem Vejentano agro clariſsima urbs fuit, *Flavinium*, ſive, ut alii volunt, *Flavianum*. Servius ad libr. 7. Æneid. pag. 479. *Locus eſt in Italia Flavinium nomine*. Parum accurate profecto, pro tanti ſcriptoris expectatione. Certe ſub Trojanorum in Italiam appulſum celebritas magna hujus urbis, quæ auxilia iis contra Turnum ſubmiſit. Virgilius loco laudato:

Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva.

Sed & multis poſtea ſeculis, Hannibale res magnas in Italia gerente, ſubſidia hæc eadem tulit. Sil. Italic. libr. 8. Punicor.

Hos juxta Nepeſina cohors, æquique Faliſci,
Quique tuos Flavina focos, Sabatia quique
Stagna tenent.

Corrigendum eſt omnino:

Quique tuos, Flaviana, focos.

Nobilitat hanc urbem clades trecentorum & ſex Fabiorum, qui ad Cremeram cæſi juxta hanc; nam & locus inſidiarum non longe inde diſtat, & fluvius ipſe urbis mœnia alluit. Flav. Blond. in Italia Illuſtrata pag. 175. Hanc autem funeſtam familiæ Fabiæ internecionem hiſtorici exequuntur omnes, & Joann. Zonaras Tom. 2. Annal. pag. 25. Feſt. Pomp. libr. 12. *Numerius prænomen numquam antea fuiſſe in familia patricia dicitur; quamvis Fabius, qui unus poſt ſex & trecentos, ab Etruſcis interfectos, ſuperfuit, inductus magnitudine divitiarum, uxorem duxit Octacilii Maleventani, ut tum dicebatur, filiam, ea conditione, ut qui primus natus eſſet, prænomine avi materni Numerius appellaretur*. Servius Maurus ad libr. 6. Æneid. pag. 445. *Trecenti ſex Fabii fuerunt de una familia, qui conjurati cum ſervis ſuis, & clientibus contra Vejentes dimicarunt, & inſidiis apud Cremeram fluvium interempti ſunt*. Et rurſus idem ad libr. 8. Æneid. *Hæc ara juxta portam, quæ primo a Carmente, Carmentalis dicta eſt: poſt Celerata, a Fabiis trecentis ſex, qui per ipſam in bellum profecti, non ſunt reverſi*. Sed corrige: *poſt Scelerata, a Fabiis*. Eidibus Februarii id contigiſſe docemur ex Calendario Capitolino, & P. Ovidio libr. 2. Faſtor.

Hæc fuit illa dies, in qua Vejentibus arvis
Trecentum Fabii ter cecidere duo.

Alii Poëtæ tangunt. Aurel. Prudent. libr. 2. in Symmachum:

Cur Cremeræ in campis cornice vel oſcine parra

Nemo Deum monuit perituros Marte ſiniſtro
Tercentum Fabios?

Silius Italicus libr. 7. Punicor.

Ad portas bellum, Conſulque ciebat ad arma,
Delectus vetiti, privataque caſtra Penates
Herculei implevere, domo mirabile ab una
Patricius junctis exercitus ibat in armis,
Tercentum exiliere duces.

Joann. Tzetzes Chiliad. Hiſtoriar. 10. cap. 303.

Ὡς τοῖς Ῥωμαίοις ποτέποτε τοῖς ἀνωτέρω χρόνοις
Ὅποτε ἀνερχόμενοι πρὸς πόλεμον καὶ μάχην
Ἔπεσον τριακόσιοι τῆ γένης τῶν Φαβίων.

Ita Latine ſonant:

Ut Romanis priſcis temporibus,
Quando egreſſi ad pugnam ac bellum,
Ceciderunt trecenti ex familia Fabiorum.

Hic dies inter nefaſtos habebatur, ut norunt omnes, qui res Romanas vel leviter attigerunt. Vide M. Varronem libr. 4. de Ling. Lat. & Andream Tiraquellum ad Alexandrum Neapolitanum libr. 4. Genial. Dier. cap. 20.

Ad Flavianum redeo, cujus nulla ſuperſunt veſtigia. Raphaël Volaterranus libr. 5. pag. 141. Ant. Maſſa libr. de Reb. Faliſcorum. Petrus Marſus ad locum Silii Italici laudatum: *Flavina oppidum fuit Etruriæ, quod intercidit*. Hujus populi incolæ ſunt *Flaviniani*, ſi credendum eſt Pſeudocatoni in commentitiis illis Originibus Annianis.

Eſt & ejusdem nominis urbs in Scythia. Liber notitiæ utriuſque Imperii in Mæſia prima.

Etruriæ urbs Phalaris, ſive Faleris; aut Falaris, & inde Falerienſes: Colonia Romana, & Epiſcopatus.

CAP. LXIII.

IN Piceno, & in Etruria urbs eſt *Falaris*, ſive *Faleris*, aut etiam *Phalaris*: Græcis eſt, & maxime Ptolemæo Φάλιρον, ut notat Leander Alberti: neſcio an navale in Tuſcia; nam Φάληρον eſt *candidum*, quo modo & rupes extimæ, mare includentes, *Faleræ*, & *Phaleſæ* apud Gallos etiamnum hodie audiunt: & M. Varro libr. 3. Rei Ruſt. cap. 5. videatur. Multa erudite Adrianus Turneb. libr. 21. Advers. cap. 23. Hanc urbem celebrant Strabo Amaſian. libr. 5. pag. 156. Φερεντινὸν,

τῶν, καὶ Φαλέρων, καὶ Φαλίσκων. *Ferentinum, & Falerium, & Faliſca.* Errat non leviter Iſaacus Caſaubonus, qui has duas poſtremas urbes non putat diſtingui. Vide, quæ hoc libro ſupra cap. 12. a me ſunt dicta.

Colonia Romanorum fuit civium. Julius Frontin. libr. de Colon. Roman. *Ager Hadrianus idem, & ager Falerionenſis limitibus maritimis, & Gallicis, quos dicimus decimanos & cardines.* Qui locus monet, in extima Etruriæ parte urbem eam fuiſſe. Meminit auctor incertus de limitibus: *Falerionenſis ager limitibus maritimis, & Gallicis eſt aſſignatus, quos nos D. & K. appellamus;* ideſt Decumanos & Cardines. Apud eundem ſcriptorem eſt locus, qui Piceno contiguam fuiſſe docet. *Fanæſtris Fortunæ ager limitibus maritimis & montanis eſt aſſignatus, & per ea ſigna, quibus Falerionenſis ager.* Sed & varia hujus ditionis ſcriptio in eodem ſcriptore paulo poſt: *Marſus municipium continetur terminis Tiburtinis, & ſiliceis, & aliis documentis, quibus ager Falleriouenſis finitur.* Sed parum intereſt.

Epiſcopum habuit: ac neſcio, quando ſedes alio translata. Ego ſane Epiſcopatum fuiſſe colligo, quia in Decretis Gregorii Papæ firmandis reperitur

Tribunitius, Falaris Epiſcopus.

Et fidem facit Codex Canonum Eccleſiæ Romanæ vetus, pag. 613. ubi variat lectio hoc pacto. *Tribunatius, indignus Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Falaritanæ, huic conſtituto, a nobis promulgato.*

Etruriæ urbs Lucus Albionarum, non longe Roma: interiit.

CAP. LXIV.

UT Lucum Martis, & Feroniæ ſupra memoravi; ita nunc *Albionarum Lucum*, & agrum ejusdem nominis deprehendo in Etruria, ſicuti de Calletrano & Cruſtumino eſt ſupra explicatum. Feſt. Pomp. libr. 1. ita habet: *Albiona ager trans Tiberim dicitur, a Luco Albionarum, quo loco bos alba ſacrificabatur.* Locum ergo hunc in Etruria, Romæ vicinum, ab urbe etiam finitima nominarunt. Nec plura reperi; nullum enim veſtigium hodie extat.

Etru-

Etruriæ urbs Ruſſellæ, inter duodecim a quibusdam poſita: interiit: rerum geſtarum gloria celebris: Colonia, & Epiſcopatus.

CAP. LXV.

CEleberrima urbs Etruriæ quondam *Ruſſellæ*: ſive, ut habet Itinerarium Antonini, aut verius Scoti Anonymi, *Roſellum*: aut, ut volunt Græci, Ῥουσέλλαι, uſque adeo ut plerique eruditorum cenſuerint, unam ex primis duodecim Tuſciæ civitatibus fuiſſe, ut licet videre hoc libro ſupra cap. 9. quem locum vide. Ejus certe res geſtæ præclaræ, ac nomen olim celebratiſſimum erat. Oſtendit locus Dionyſii Halicarnaſſei libr. 3. pag. 189. Τυῤῥηνοὶ δὲ συμμαχίαν ἀπεσταλῆν ὡμολόγησαν, ἧς ἂν αὐτοὶ δεηθῶσιν, οὐχ ἅπαντες ἐπὶ τῆς αὐτῆς γενόμενοι γνώμης, ἀλλὰ πέντε πόλεις μόνας· Κλουσῖνοί τε, καὶ Ἀρρητῖνοι, καὶ Οὐολατέρναι, οἵ τε Ῥουσαλῖνοί τε, καὶ ἔτι πρὸς τούτοις Οὐετυλωνιᾶται. *Etruſci ſubmiſſuros ſe auxiliorum, quantum opus fuerit, non tamen reſponſum eſt hoc de communi omnium ſententia, ſed a quinque tantum civitatibus: bi fuere Cluſini, Aretini, Volaterrani, Ruſellani, & Vetulonienſes.* Qui locus oſtendit magnitudinem hujus urbis, quæ Latinos erigere potuit, & Romanis, ne Latii forent victores, obſtare. Et ex eo Ptolemæus in mediterraneæ Tuſciæ deſcriptione: Οὐολατέῤῥαι, Ῥουσέλλαι, Ἀῤῥήτιον, Οὐετυλώνιον, Κλέσιον. *Volaterræ, Ruſellæ, Aretium, Vetulonia, Cluſium.* Ad hæc maxima claritudo hujus populi, dum M. Æmilium Paulum Magiſtrum equitum in agro ſuo ſumma vi adoritur, & in maximas anguſtias cogit, ut deſcribit ex T. Livio pleniſſime M. Ant. Sabellicus Ennead. 4. libr. 7. pag. 826.

Coloniæ Romanæ dignationem habuit. C. Plin. libr. 3. cap. 5. *Intus Coloniæ, Faliſca, Argis orta, ut auctor eſt Cato, quæ cognominatur Etruſcorum, Lucus Feroniæ, Ruſſellana, Sutrina.* Nec alius ſcriptor hujus Coloniæ meminit; nec quo tempore deducta ſit, obſervavi, argumento liquido, pleraque veterum monimenta, ac maxime Livii interiiſſe.

Epiſcopi etiam hic ſedes; nam Decretis Symmachi Papæ ſubſcribit

Vitalianus, Roſellanus Epiſcopus.

Quando, aut quo auctore ſedes alio translata, aut urbs ipſa deleta, ne conjectura quidem potui aſſequi: hoc tantum Raphaël Volaterranus libr. 5. pag. 139. *In agro Senenſi Ruſella Colonia vocata Plinio, inter duodecim urbes, cujus adhuc veſtigia prope Alcinoi montem cernuntur.*

Et

Digitized by Google

Et eadem Flavius Blondus in Italia Illuſtrata, pag. 173. Leander Alberti putat hodie *Roſella* vocari, & *Bagni di S. Filippo*. Dominicus Niger exiſtimat eſſe *Groſſetum*, ſed male; nam in mediterraneis Tuſciæ partibus & Plinius, & Ptolemæus eam locant, ut eſt ſupra dictum. Revera ego exiſtimo, nullam ejus, niſi nominis nudi, extare memoriam (1).

Etruriæ urbs Tuſcinatum, in agro Volaterrano, mari abſumptum.

CAP. LXVI.

CLade ſua memorabilis eſt urbs *Tuſcinatum* in ditione Volaterranorum, prope vada, ubi olim navale celebre. Verba Flavii Blondi loco proxime ſupra laudato apponam: *Poſt hæc in antiquis ipſorum diariis, quæ ad manus meas venerunt, comperio Etruriam oppidum nobile ad oram eos diu poſſediſſe, rebellantemque quandoque Tuſcinatum cognominaſſe, ac ob inundationem in mare abiiſſe, Vadaque juxta ædificata: hodieque ferunt accolæ, veſtigia ſub aqua, per maris tranquillitatem, clariſſime conſpici.* Quę de Etruriæ civitate prodit, commentum eſt Annii: quæ de Tuſcinato ab eodem ſunt poſita, quia ab alio veteri ſcriptore non ſunt dicta, an vera ſint, Lectori relinquo.

Hoc certum eſt, vel illo vel alio nomine, in Etruria fuiſſe urbem, cujus incolæ *Tuſcanienſes* appellentur. Plin. libr. 3. cap. 5. *Suanenſes, Saturnini, Tarquinienſes, Tuſcanienſes, Vetulonienſes, Vejentani*. Et populum hunc ſæpe memorat Anaſtaſius Bibliothecarius, ut reperies a me laudatum libr. 1. ſupra hoc opere cap. 1. ſed urbem hanc *Tuſcanellam* hodie dici, Volaterranus eſt auctor pag. 139. Viderint docti: ego rurſus litoralia Etruriæ repeto, atque illuſtro.

Etru-

(1) Cluverius Italic. Antiq. libr. 2. pag. 514. ait: *Sunt hodie aquæ calidæ III. millia paſſuum a Groſeto, qua Senam itur, vulgari appellatione* Bagni di Roſelle, ideſt *Aquæ Roſellarum. Juxta has in colle conſpiciuntur inſignes ruinæ præclari quondam oppidi, quod paſtoribus nunc ac pecudibus habitatum vulgo dicitur* Moſcona ..... *dubium nemini dictarum aquarum cognomen reſpicienti eſſe poteſt, quin antiquæ illius ſint rudera urbis*: quæ Ptolemæo plurali numero, ut plerique Etruriæ urbes, dicitur Ῥυσέλλαι, Ruſellæ.

Etruriæ urbs Labro, ſive ad Herculem: Livorno *fortaſſis.*

CAP. LXVII.

IN litore maris Inferi, inter promontorium Populonii, & Portum Trajanum, urbs erat vocata *ad Herculem:* & ipſa portus, qui, ſecundum hanc locorum deſcriptionem, penitus hodie intercidit. At vero in exemplaribus vulgatis *ad Herculem* ponitur inter Populonium & Arnum. Ejus unicus, quod ſciam, meminit Itinerarii auctor, ſive Antoninus Auguſtus, ſive Scotus Anonymus, cujus verba ſunt hæc:

Roma Lorium. M. P. XII.
Ad Turres. M. P. X.
Pyrgos. M. P. XII.
Caſtrum novum. M. P. VIII.
Centumcellas. M. P. V.
Martham. M. P. X.
Forum Aurelii. M. P. XIV.
Coſſam. M. P. XXV.
Ad Lacum Aprilem. M. P. XXII.
Salebronem. M. P. XII.
Manliana. M. P. VIIII.
Populonium. M. P. XII.
Vada Volaterrana. M. P. XXV.
Ad Herculem. M. P. XVIII.
Piſas. M. P. XII.

Et locorum ſitus, & diſtantia convincit, urbem eam hodie *Livornum* eſſe. Errant non mediocriter Hieronymus Surita ad Antoninum, qui pro *Salebrone*, illo loco exiſtimavit legendum *ad Umbronem;* nam, præterquam quod ſitus locorumque diſtantia convincunt, in eadem Itinerarii dimenſione duo diverſa loca ſunt *Umbro*, & *Salebro:* & Raphaël Volaterranus, qui *Salebronem*, ſive *Salepronem*, a Cicerone ad Atticum cenſuit appellatum *Labronem*, eſſeque *Liburnum* auctore Ptolemæo, cum nihil ſimile in codicibus reperiatur Ptolemæi. Quod addam, non habeo.

Etru-

Etruriæ urbs Portus Piſanus, Piſanorum navale: opulentia, & divitiis inclyta: interiit penitus.

CAP. LXVIII.

IN eodem maris Tyrrheni tractu inſignis urbs erat *Portus Piſanus*, de quo Agnellus Hiſtoricus MS. & alii Annalium Piſanorum ſcriptores. Deſcribit operoſe Rutilius Numatian. libr. 1. ſui Itinerarii:

Contiguum ſtupui portum, quem fama frequentat
Piſarum emporio, divitiiſque maris.
Mira loci facies, pelago pulſatur aperto,
Inque omnes ventos littora nuda patent.
Non ullus tegitur per brachia tuta receſſus,
Æolias poſſit qui prohibere minas.
Sed procera ſuo prætexitur alga profundo
Molliter, offenſæ non nocitura rati.
Et tamen inſanas cedendo interligat undas,
Nec ſinit ex alto grande volumen agi.

Antiquitatem non facile reperias, ac nec tempus, quo deleta. Celebris eſt expeditione in Gildonem Tyrannum, ut habetur apud Claudianum libr. de Bello Gildon.

Hæc ubi ſederunt genero, notiſſima Marti
Robora, præcipuos electa pube maniplos
Diſponit, portuque rates inſtaurat Etruſco.

Veterum auctorum nullus, quod ſciam, hujus meminit, præter hos duos: recentiores plena manu, & maxime Hubertus Folietus Genuenſis, Flavius Blondus, Raphaël Volaterranus libr. 5. pag. 126. Alii, quos nihil moror. Hodie certe nihil reliquiarum ſupereſt, ac ne locus quidem oſtenditur; nam, quod nonnulli volunt, turres illas prope Ligornum, portum Piſanum fuiſſe, qui hodie *Marzocco* audit, errant non leviter, cum quindecim ſint millia paſſuum Piſis ad turres eas; cum tamen diſerte Scotus Anonymus in Itinerario, ſive Antoninus *A porta Piſano Piſas*. M. P. VIII. Adeo urbi Piſis Portus fuerat vicinus, ut pedibus iter confici fuerit conſuetum. Rutilius loco citato:

Puppibus ergo meis fida in ſtatione locatis,
Ipſe vehor Piſas, qua ſolet ire pedes.

Sed plura in eruditiſſima ſua Hiſtoria Piſana MS. Reverendiſſimus ac humaniſſimus D. Raphaël Roncionius, Archipresbyter Piſanus, cujus opus edi, non modo Etruriæ, ſed & rei literariæ plurimum intereſt.

Digitized by Google

Etruriæ urbs Triturrita, prope Portum Piſanum: interiit.

CAP. LXIX.

IN vicinia Portus Piſani urbs erat *Triturrita*, cujus hodie nihil præter nomen eſt ſuperſtes. Deſcribit pulcherrime Rutilius Numatianus Itiner. libr. 1.

Inde Triturritam petimus, ſic villa vocatur,
Quæ latet expulſis inſula pæne fretis.
Namque manu junctis procedit in æquora ſaxis,
Quique domum poſuit, condidit ante ſolum.

Nec moveat, quod villam appellavit; nam uſitatum ſcriptoribus, Romam ſolam urbem vocare, ceteras villas. Sic idem Rutilius Pyrgos & Alſium vocavit *grandes villas*, quas tamen urbes fuiſſe, & civitatum titulo, privilegiiſque honeſtatas docui ſupra hoc libro cap. 23. & cap. 25. Putant viri docti in villula prope Ligurnum, nomine *Turrita*, antiquitatem tantam conſervari. Ego non credo; nam ex deſcriptione Rutilii contiguus erat Portus Piſanus Triturritæ; itaque non tam longe Piſis oportuit diſtaſſe. Sed viderint eruditi.

Etruriæ urbs Aruntes veteres, & populus eodem nomine: interiit.

CAP. LXX.

CElebrem in Italia Etruriaque populum & urbem *Aruntes veteres*, voluit fuiſſe Georgius Chemnicenſis, Abrahamus Ortelius in Theſauro, & alii; ſed ego non affirmo, cum apud nullum id idoneum auctorem offenderim. Neque enim audio Annium ſuo cum Catone, in cujus Originibus ſuppoſititiis reperiuntur *Aruntes* cognomento *Camillarii*. Hoc tantum in confeſſo eſt, & manifeſtum, *Aruntes* nomina fuiſſe Etruſcis familiaria; ut ex Lucano, Livio, & Dionyſio Halicarnaſſeo obſervatum invenies libr. 2. ſupra hoc opere cap. 13. An urbs tamen fuerit, haud facile dixerim.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ urbs Ad ſtatuas Coloſſas in agro Cluſino: interiit.

CAP. LXXI.

IN agro Cluſino, qua itur Aretium, urbs fuit admodum exigua, ut apparet, *Ad Statuas Coloſſas*. Unde nomen ſit ſumptum, aut quando ædificata, dirutaque, inquirendum amplius. Ego apud unicum Antoninum, ſive Scotum Anonymum in Itinerario mentionem reperio:

A Luca Romam per Clodiam.
Ad Piſtores. M. P. XXV.
Florentia. M. P. XXV.
Ad fines, ſive Caſas Ceſarianas M. P. XXV.
Aretium. M. P. XXV.
Ad ſtatuas. M. P. XXV.
Cluſium. M. P. XII.
Vulſinios. M. P. XXX.
Forum Caſſii. M. P. XXVIII.
Sutrium. M. P. XII.
Bacbanas. M. P. XII.
Romam. M. P. XXI.

Urbem fuiſſe hæc duo mihi perſuadent, primum, quod Piſtorium civitatem celeberrimam appellaverit *Ad Piſtores*, eodem modo *ad Statuas Coloſſas*, ut in melioribus habetur editionibus. Urbem deinde fuiſſe eo ævo, locorum convincit diſtantia; nam in tam populoſa provincia, ut tunc ſeculi erat Etruria, non eſt probabile, nullam urbem inter Cluſium & Aretium, hoc eſt quinquaginta milliarium tractu, conditam, cum & viæ Clodiæ celebritas, & regionis ipſius amœnitas frequentes civitates deſiderarent. Et miror, tot Italos, patriæ ſuæ dignitatis ſtudioſos, cum provinciarum urbiumque nomenclaturam conquirerent, hanc ſive urbem, ſive oppidum prætermiſiſſe (1).

(1) Cluver. Ital. Antiq. libr. 2. pag. 569. credit *Ad ſtatuas* fuiſſe ubi nunc *Montepulciano*. Holſtenius putat non ibi fuiſſe, ſed in planitie juxta Clanim, quo ducebat *Via Caſſia*.

Digitized by Google

Etruriæ urbs Novempagi, non Decempagi: falso Roda: forte Balneum Regis: ſed hodie interiit.

CAP. LXXII.

IN mediterranea Tuſcia erat civitas *Novempagi*, ſed ubi locorum; quærant Etruſci. C. Plinius libr. 3. meminit cap. 5. *Feſulæ, Ferentinum, Feſcennia, Herbanum, Hortanum, Nepet, Novempagi, Prefectura Claudii, Foroclodii, Piſtorium, Perufia*. Diligenter, ut ſolet, & vere, quo magis mirari ſubit eruditiſſimum Raphaëlem Mapphæum Volaterranum libr. 5. pag. 139. ita ſcripſiſſe: *Plinius, Straboque in hac parte Decempagos ponunt. Hoc oppidum natalibus Bonaventuræ nobilitatur, cui annis proximis Gabriel Cardinalis Agrienſis, ordinis Minorum, templum excitavit*. Mirandum, inquam; nam Plinius, ut jam oſtenſum eſt, non *Decempagos*, ſed *Novempagos* appellat: nec meminit Strabo ullatenus aut hujus, aut illius.

Hanc urbem recentiores quidam *Balneum Regis* vocatam contendunt: quod, an verum ſit, libr. 6. infra hoc opere diſquiretur. Sed & alii Annii inventa ſecuti, Rodam a Deſiderio Longobardorum Rege appellatam ajunt. Verba edicti ſuppoſititii ſunt:

Et . ut . ſuam . Longulam . non .
Longobardulam . ſed . cognomine .
Sui . ampliatoris . Tirreni . Terbum .
Vocent . et . ſub . uno . muro . cin
gant . tria . oppida . Longulam .
Vetuloniam . Tirrenam . Volturnam .
Dictam . Etruriam . totamque . ur
bem . noſtra . adjectione . Viter
bum . pronuntient . et . ut . Roda .
Et . Civita . balneoregium .
dici . juſſimus . &c.

Agnoſcis, Lector, Annianam antiquitatem, de qua nihil amplius, niſi Rodam cum Annio ſuo extra Etruriam amandandam; cum nec Roda unquam in Etruria legatur civitas: & ut verum ſit, fuiſſe; non tamen *Novempagos* eandem vocatam ſequetur. Ego penitus interiiſſe exiſtimo.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ urbs Fanum Lucinæ, in Agro Cæretano: penitus intercidit.

CAP. LXXIII.

PLeræque in Etruria urbes a Diis, qui inibi colebantur, appellationem ſortiebantur: in his memorabilis urbs eſt *Lucinæ Fanum*, auctore Strabone libr. 5. pag. 156. Ἐσὶ δ' ἐπίνειον τῶν Καιρητανῶν ἀπὸ ρ ϛαδίων, ἔχον δὲ Εἰλειθυίας ἱερὸν, Πελασγῶν ἵδρυμα, πλύσιοντι ποτὲ γενόμενον, ἐσύλησε δ' αὐτὸ Διονύσιος ὁ τῶν Σικελιωτῶν τύραννος, κατὰ τὸν πλοῦν τὸν ἐπὶ Κύρνον. *Ab his ad quinquaginta ſtadia abeſt Cæretanorum navale. Id habet Lucinæ Fanum, a Pelaſgis conditum, locuples quondam, ſpoliatum a Dionyſio, Siciliæ tyranno, in Corſicam navigante.* Sive hic templum tantum fuerit in Cæretum navali portu, ſive, quod verius eſt, urbs ipſa in confinio navalis ſic vocaretur, apud alium Auctorem fruſtra quæras. Hoc tantum liquet, ut Fanum hoc a Dionyſio ſeniore ſpoliatum, ita & pleraque aliorum Deorum templa idem, ſacrilegus ob id vocatus, deprædatus eſt. Dixi ad Cl. Æliani libr. 1. Variar. Hiſtor. cap. 20. & conſulendi Valer. Maxim. libr. 1. cap. 2. Et M. Cicero libr. 3. Nat. Deor. & ex his omnibus rettulit Petrus Victorius libr. 2. Variar. Lection. cap. 20.

Quod autem Strabo habet, Pelaſgorum hoc opus fuiſſe, inſignem antiquitatem loquitur, & fidem inſuper facit ipſa Dea, cujus honori urbs erecta; nam *Lucina* Latinis, quod parturientibus præeſſet, naſcentibuſque lucem aperiret, dicta videtur prima, eadem a Græcis εἰλειθυία, quod puerperarum dolores ſolveret, dixi libr. 2. Rom. Antiquit. cap. 19. quem locum vide, neque enim hic repeto.

Etruriæ urbs Troilium, opulenta: interiit.

CAP. LXXIV.

URbem in Etruria opulentam quondam *Troilium* loquitur T. Livius 1. Decad. libr. 10. in fine: *Inter hæc Carvilius Conſul in Etruria Troilium primum oppugnare adortus, quadringentos ſeptuaginta ditiſſimos, pecunia grandi pactos, ut abire inde liceret, dimiſit, ceteram multitudinem, oppidumque ipſum vi cæpit: inde quinque caſtella, locis ſita munitis, expugnavit, cæſa ibi hoſtium duo millia quadringenti, minus duo millia capti.* Ubi hæc urbs fuerit, quoque

Digitized by Google

que auctore aut condita, aut deleta, aliorum ſit curæ inveſtigare. *Troito* vocari, ait nugator, ut ſolet, Annius; ſed non audio. Ego porro pergo. Hoc tantum conjectura aſſequi licet, ab Ænæa, & Trojanis in Italia advenis extructam, quaſi dicas *Troje Ilium:* certe enim illi urbes alias *Trojam* appellavere, ut Virgilius docet libr. 3. Æneid. & locorum Trojanorum nomina in urbibus a ſe conditis aſſervare gaudebant:

Da propriam Thymbræe domum, da mœnia feſſis,
Et genus, & manſuram urbem, ſerva altera Trojæ
Pergama.

Trojam ſane vocat urbem, quam in Thracia in patriæ deletæ memoriam erexerat; ſex enim urbes hoc nomine apud Geographos reperio. Sic iterum Virgilius loco laudato:

Morte Neoptolemi regnorum reddita ceſſit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit,
Pergamaque, Iliacamque jugis hanc addidit arcem.

Sic itaque fieri potuit, ut in fortunarum ſuarum ſolatia urbem hanc victores in Etruria erexerint Trojani.

Etruriæ urbs Fanum Voltumnæ, ſeu Voltunæ: celebris comitiis publicis: interiit.

CAP. LXXV.

INter nobiliſſimas, & antiquiſſimas Etruriæ urbes fuit *Voltumnæ*, ſive, ut aliis placet, *Voltunæ*, aut, ut habetur in Itinerario Scoti Anonymi, ſive Antonini Aug. *Volturnæ Fanum;* nam ea Dea Etruſcorum propria, ut diſſerui libr. 1. ſupra hoc opere cap. 15. Ejus autem urbis mentio apud T. Livium 1. Decad. libr. 4. in fine: *Ab his* Tribunis militum conſulari poteſtate *primum circumſeſſi Veii ſunt, ſub cujus initium obſidionis, cum Etruſcorum concilium ad Fanum Voltumnæ frequenter habitum eſſet, parum conſtitit, bellone publico gentis univerſæ tuendi Vejentes eſſent.* Apparet commodo in media regione loco poſitam, quod publica totius gentis comitia eo ſemper indici conſueverint. Livius eodem libro: *Igitur cum duæ civitates, legatis circa duodecim populos miſſis, impetraſſent, ut ad Voltumnæ Fanum indiceretur omni Etruriæ concilium, velut magno inde tumultu imminente, Senatus Mamercum Æmilium dictatorem iterum dici juſſit.* Et clariſſime paulo poſt eodem loci: *Conſilia ad movenda bella in Volſcorum Æquorumque conciliis & in Etruria ad Fanum Voltumnæ agitata: ibi prolatæ in annum*

res,

Digitized by Google

xes, decretoque cautum, ne quod ante concilium fieret, nequicquam Vejente populo querente, eandem, qua Fidenæ deletæ sint, imminere Veiis fortunam. Simpliciter hoc ex Livio recitat Raphaël Volaterranus Paraliponenon pag. 1181. nec locum tamen indicat (1).

Etruriæ urbs Forum Claudii, in agro Faliſco: celebris opibus: Epiſcopatus.

CAP. LXXVI.

DIruta etiam in Etruria mediterranea eſt urbs olim nobilis, & rei bellicæ gloria, & civium ſuorum opulentia, *Forum Claudii*, ſive Φόρος Κλαυδίου, ut eſt apud Ptolemæum. C. Plinius libr. 3. cap. 5. *Feſcennia*, *Horſanum*, *Herbanum*, *Nepet*, *Novempagi*, *Præfectura Claudia*, *Foroclodii*, *Piſtorium*. Ad oram libri in quibusdam eſt: *Præfectura Claudiæ*, *Forum Claudii*: in nonnullis etiam erat *Forum Caſſii*, de quo infra erit dicendum. In agro Faliſco indubitatum eſt eam conditam, hodieque *Tolfam* appellari. Raphaël Volaterranus libr. 5. pag. 140. *Forum Claudii Straboni, ubi nunc Tolfa eſt, & alumen Pii ſecundi temporibus inventum, Joannis Caſtrenſis hominis tranſpadani opera atque ingenio*. Eadem exſcripſit Leander Alberti. Et Joan. Michaël Brutus libr. 5. Hiſtor. Florent. pag. 255. *Quoniam veteres homines eruditi & magni nominis, inveniri aluminis fodinas in Italia negarunt, numquam antea noſtris hominibus compertum, per multa jam ſecula latuerat. Atque cum ita inveterata opinio animis hominum penitus inhæſiſſet, veterum auctoritatem ſuperante noſtrorum hominum induſtria, cum illam certa ratio tueretur, jam & Pii ſecundi Pontificatu ad Forum Claudii, quæ urbs aliquando non ignobilis in Faliſcis fuit, & poſtrema in Volaterrano agro magna vis aluminis eſt inventa*. Hæc de loco (2).

Dignitas hic Epiſcopalis; ſed neſcio, qua cauſa, aut quo auctore alio ſit translata; nam in Codice Canonum Eccl. Rom. male *Foroclodienſis* Epiſcopus habetur, pro *Foroclaudieuſis* pag. 508. ubi decretis Felicis Papæ ſubſcribit

Gaudentius, Foroclaudienſis Epiſcopus.

Et decreta Symmachi Papæ firmat

Colonius, Foroclodienſis Epiſcopus.

Sed

(1) Cluver. Ital. Ant. libr. 2. pag. 565. Fanum Volturnæ fuiſſe, ubi nunc Viterbium, exiſtimat.
(2) Idem libr. 2. pag. 525. Redarguit eos, qui Claudii Forum fuiſſe credunt, ubi nunc [illegible]ſa.

Digitized by Google

Sed eodem modo, quo prius, mendum tollendum: iterumque ſubſcribit iisdem

Callonicus; Foroclaudienſis Epiſcopus.

Etruriæ urbs Forum Caſſi, ad montem Ciminiam in via Caſſia: ſilvæ Arſia, Meſiaque non longe inde: interiit.

CAP. LXXVII.

AD Montis Ciminii radices in via Caſſia, quæ mediam Etruriam ſecabat, urbs erat non incelebris, ut quibusdam videtur, ſed falso, ut infra patebit, *Forum Caſſi*, ab eodem auctore condita, quo via ſtrata: Antoninus, ſive Scotus Anonymus in Itinerario, non in via Caſſia, ſed in Clodia ponit: niſi forte dicamus, viam Clodiam, & Caſſiam ad urbem eam conjunctas, ut in utraque via recte cenſeatur. De hac urbe vide Plinium capite ſuperiori. Itinerarii verba ſunt:

Cluſio. M. P. XII.
Vulſiniis. M. P. XXX.
Foro Caſſii. M. P. XXVIII.
Sutrio. M. P. XI.
Bacchanas. M. P. XII.

Recentiores pene omnes jurarunt in verba Raphaëlis Volaterrani libr. 5. pag. 141. *Vetralla Forum Caſſi putatur, cujus meminit Antoninus in Itinere, ex argumento, præter alia, quod ædes Divæ Genitricis mœnibus proxima, Sancta Maria in Caſſia dicatur: hac quondam iter in Etruriam.* At cum Leander Alberti, & Flavius Blondus eadem ſcripſiſſent, Joſias Simlerus putavit eſſe oppidum, quod hodie *Guaſto* dicatur: & ab omnibus iis diſſentiens Paulus Jovius libr. 2. Hiſtoriar. pag. 29. *Senis per Vulſinios Viterbium exercitus eſt ductus: eam urbem ex Foro Caſſii ruinis creviſſe putaverim; hujus enim in proximo non obſcura veſtigia, in ipſa ſilice conſtrata via Caſſia cernuntur.* Magna profecto locorum diſtantia, ut minus viginti millia paſſuum. Viderint docti. Inepte *Forum Claudii* & *Forum Caſſii* eandem urbem eſſe cenſuit Jacobus Dalechampius in Plinii cap. 5. libr. 3. Ego ex Antonino *Vetrallam* (1) prætulerim, quippe nulla ratione via Caſſia, & Clodia Cluſio Romam ducebat per Viterbium.

(1) Holſtenius ad Cluver. pag. 559. putat fuiſſe ad locum; qui dicitur *S. Marii a Foreſſi*; nam ruinæ illic viſuntur ad ipſam veterem viam Caſſiam.

Digitized by Google

bium. Contigua huic *Vetralle* ſive *Foro Caſſii* fuit *Silva Arſia*, cujus mentio apud Livium 1. Decad. libr. 2. in pugna Bruti Conſulis, & Arnutis. In eodem etiam tractu & *Mæſia Silva* probabili conjectura. T. Liv. 1. Decad. libr. 1. in rebus Anci. *Nec urbs tantum hoc Rege crevit, ſed etiam ager fineſque, Silva Mæſia Vejentibus adempta, uſque ad mare imperium prolatum*. Itaque tres maxime in Etruria ſilvæ, Ciminia, Arſia, Mæſia, eodem pæne regionis tractu in agro Vejente: & de Ciminia quidem certum, de aliis non ita exploratum. Crediderim *Meſiam* eſſe *Bacchanam*, quæ patruum noſtrorum memoria latrociniis infamis habebatur, adeo ut in proverbium abierit *diverſorium Bacchanæ*: vilituruque hodie peſtifero & noxio advenis ſitu, ſecunda a Roma manſione, non longe a recto itinere.

Etruriæ urbs Forum Aurelii, in via Aurelia: interiit.

CAP. LXXVIII.

IN via Aurelia, quæ per litus maris Inferi ducebat in Gallias, urbs erat *Forum Aurelii*, eodem forte auctore, & tempore, quo via condita. Mentio in Scoti Anonymi, ſive Antonini Aug. Itinerario. *Via Aurelia a Roma, per Tuſciam & Alpes maritimas, Arelatum uſque* M. P. DCC. XCVI. ſic.

Loria M. P. XII.
Ad Turres. M. P. X.
Pyrgos. M. P. XII.
Caſtro novo. M. P. VIII.
Centumcellis. M. P. V.
Martha. M. P. X.
Forum Aurelii. M. P. XIIII.
Coſam. M. P. XXV.
Ad Lacum Apritum. M. P. XXII.
Saleprone. M. P. XII.
Manliana. M. P. IX.
Populonia. M. P. XII.
Vadis Volaterris. M. P. XXV.
Ad Herculem. M. P. XVII.
Piſæ. M. P. XIII.
Papiriana. M. P. XI.

Nec quicquam amplius de ea reperi: nec alius, quod ſciam, meminit; argumento, aut ignobilem fuiſſe, aut certe non diu floruiſſe.

Digitized by Google

Etruriæ urbs Tarchonium, in mediterraneis: alia a Tarquiniis: interiit.

CAP. LXXIX.

IN Etruriæ mediterraneis urbs haudquaquam ignobilis fuit *Tarchonium*, a Telepho Tarchontis Lydii filio condita, cujus nullum apud auctores verbum, ſi unum Stephanum Byzantinum excipias, cujus libello de Urbibus hæc ſunt: Ταρχώνιον, πόλις Τυῤῥηνίας, ἀπὸ τηλέφου παιδὸς Τάρχωνος, ὁ πολίτης, Ταρχωνῖος. *Tarchonium urbs Etruriæ, a Telepho filio Tharconis: incola vero Tarchonius*. Sed qua regionis parte, nec ipſe expreſſit, nec in tam alto & damnato ſcriptorum ſilentio divinare licet. Forte dixerit quiſpiam, eandem cum Tarquiniis eſſe; ſed error non ferendus; nam præterquam quod hæc a filio Tarchontis Telepho ſit condita, Tarquinii vero ab ipſo Tarchonte & ortum & nomen acceperint, ut ſupra hoc libro cap. 11. oſtenſum, idem Stephanus tamquam diverſas eas urbes numerat. Ex Hierocle in Polyhiſtoriis: Ταρκυνία, πόλις Τυῤῥηνίδος, ἀπὸ Τάρκωνος, τὸ ἐθνικὸν Ταρκύνιος, ἢ Ταρκυνιεὺς. *Tarquinii urbs Etruriæ, a Tarchonte condita, incola vero Tarquinii, & Tarquinienſes*. Male Tarquinios cives voluit vocari; nam neque Latinorum, nec Græcorum teſtimonio id poteſt probari, ſemper enim conſtanter Tarquinienſes illi appellantur.

Etruriæ urbs Foſſæ Papirianæ in via Aurelia ad mare: interiit.

CAP. LXXX.

A Papirio fortaſſis Dictatore, qui res magnas in Etruria geſſit, hæc urbs nomine ipſius *Foſſæ Papirianæ* videtur condita. Ptolemæus non ignobile de eo teſtimonium profert, cujus verba Latina, nam Græca non ſunt ad manum, hæc ſunt: *Tuſcorum mediterraneæ civitates hæ ſunt*, ex Antonii Magini editione.

1. *Baracellum*, forte hodie *Vicarellum*.
2. *Foſſæ Papirianæ*, hodie *Foſſonovum*.
3. *Bondelia*.
4. *Luca*.
5. *Lucus Feroniæ colonia*. Hoc libro cap. 53. forte *Bientina*.
6. *Pitloria*.

7. *Flo-*

Digitized by Google

7. *Florentia prius* (inquit Maginus male & contra hiſtoriam) *Fluentia*.
8. *Piſæ colonia*.
9. *Volaterræ*.
10. *Ruſellæ*. *Depopulatæ ad Alcinoi montem*.
11. *Faſulæ*. Hoc libr. cap. 19.
12. *Perusia*. *Perusium*, ait idem male.
13. *Arretium*.
14. *Cortona*.
15. *Aucula*, ſive *Aquula*, hodie *Aquapendens*.
16. *Biturgia*, nunc forte *Burgus S. Sepulchri*.
17. *Manliana*.
18. *Vetulonium*. Hodie, ait, *Viterbo*: male.
19. *Sena*.
20. *Suana*.
21. *Saturniana colonia*. Hoc libr. cap. 56.
22. *Eba*.
23. *Volci*, vel *Velocæ*, aut *Craßetum*.
24. *Cluſium*. Hoc libr. cap. 18.
25. *Volſinium*. Hoc libr. cap. 16.
26. *Sudernum*. Forte *Sudertum*. Hoc libro cap. 52.
27. *Ferentia*. Forte *Ferentinum*. Hoc libr. cap. 47.
28. *Vicus Elbii*. Male ille *Lacus Ciminii*.
29. *Sutrium*. Prope *Capralica*. Hoc libro cap. 44.
30. *Tarquinia*. Hoc libro cap. 11.
31. *Blera*. Hoc libro cap. 34.
32. *Coricum*. Forte *Coritum*. Hoc libro cap. 15.
33. *Forum Claudii*, nunc *Tolfa*. Hoc libro cap. 76.
34. *Nepeta*. Hoc libro cap. 41.
35. *Falerinum*. Faliſcorum eſt. Hoc libr. cap. 12.
36. *Cere*. Hoc libro cap. 17.

Eſt & mentio in Itinerario Antonini Aug. ſive Scoti Anonymi; nam iis, quæ ſupra hic cap. 78. appoſui, ſubjungit reliquas urbes maritimas uſque Gallias, & in his *Papiriana*: male, ut opinor, ſcriptum pro *Foſſis Papirianis*. Raphaël Volaterranus libr. 5. pag. 122. *Foſſas Papirianas etiam hic Ptolemæus ponit, ex cujus ruinis Foßonovum, a mari aliquantulum recedens, ædificatum exiſtimaverim*. Alberti Leander eadem in Etruria pag. 37.(1)

(1) Cluver. libr. 2. pag. 461. Ital. Antiq. & Holſten. in notis prope locum *Viareggio* nuncupatum collocant.

Etruriæ urbs Eba, in mediterraneis: interiit.

CAP. LXXXI.

EX Ptolemæi loco, proxime ſuperiori capite adducto, *Eba*, ſive Ἦβα urbs eſt in mediterraneis Etruriæ; ſed ubi locorum, aut quo auctore cœperit, interieritve, haud facile conjectura aſſequar. Eam certe Abrahamus Ortelius in Theſauro Geographico ſimpliciter nominat ex Ptolemæi auctoritate, nec ullum alium ſcriptorem adducit: quod equidem mirari lubet, in tanta rerum geſtarum gloria, aut etiam Scriptorum celebrium frequentia, urbem tam antiquam peregrini unius hominis præconio cohoneſtari (1).

Etruriæ urbs Baracellum: interiit.

CAP. LXXXII.

NEc quicquam ſupereſt *Baracelli*, quæ Ptolemæo loco laudato Πόλις ἐν μεσογαίᾳ τῆς Τυῤῥηνίας Βηράκελλων, *Urbs mediterraneæ Etruriæ Baracellum* appellatur. Hanc nec Blondus, nec Volaterranus, nec Leander Alberti, nec ipſe quidem Abrahamus Ortelius nominavere; idcirco neque ex Plinio, aliiſve conjicere licet, quæ fuerit, quando condita, aut everſa: hoc modo exploratum, nullum in Etruria locum urbis veteris oſtentare ruinam, præter *Vicarellum*, quæ ex hujus ruinis creviſſe potuit videri; & tamen *Vicarellum* putat Leander eſſe *Vicum Aurelii* pag. 78. in Etruriæ deſcriptione.

Etru-

(1) Cluver. libr. 2. pag. 515. Ital. Antiq. eum ponatur a Ptolemæo Ἦβα, *Eba* inter Volscos, Senam, atque Saturniam, conjicit nunc vulgo vocari *Monte Ipo*, a Saturnia verſus occidentem recedens: & forte credit eſſe unam eandemque cum ea urbe, quæ Stephano Ἄβα dicitur & quam in Italia collocat.

Digitized by Google

Etruriæ urbs Bondelia: interiit.

CAP. LXXXIII.

EUndem præconem Ptolemæum, loco jam toties laudato, habet urbs *Bondelia*, ſive Βονδελία, de qua hoc ſolum conſtat, in mediterraneis fuiſſe; præterea nihil.

Etruriæ urbs Suana, incolæ Suanenſes: Comitatus, & Epiſcopatus: vicus exiguus nomen retinet.

CAP. LXXXIV.

MAgnæ olim famæ ac opulentiæ memoratur in Etruria urbs *Suana*, Ptolemæo teſte, cujus verba ſunt ſupra allata. Confirmat C. Plinius libr. 3. cap. 5. *Fluentini, præfluenti Arno appoſiti, Fæſulæ, Ferentinum, Feſcennia, Hortanum, Herbanum, Nepet, Novempagi, Præfectura Claudia, Foroclodii, Piſtorium, Peruſia, Suanenſes, Saturnini, qui ante Aurinini vocabantur, Sudertani, Statones, Tarquinienſes.* Vide ſequentia. Ferdinandus Pincianus *Suenam* urbem ex Ptolemæo vocatam, populos autem *Suenenſes* dictos ſcribit; at in omnibus editionibus, quas viderim, eſt conſtanter Σόανα, *Suana*. In agro Senenſi parum variato nomine eſt Soana, vicus exiguus; at olim claritudine eximia Comites habuit. Fanutius Campanus MS. libr. 3. Famil. Illuſtr. Ital. cap. 6. Meminit Anaſtaſius Bibliothecarius in Leone III. pag. 189. *Eccleſiam vero Beati Pauli Apoſtoli, quæ vocatur conventus, ſitam in territorio Orbetano, intra fines Suanenſes, & Cluſinienſes, ſeu Tuſcianenſes, atque Caſtritana, quæ præ nimia vetuſtate jam emarcuerat, atque in ea pecudes refugium faciebant, nec non & ex ea reliquiæ ablatæ fuerant, iiſdem Sanctiſſimus Præſul Pontifex mundari præcepit, & omnia ſarta tecta ipſius in porticibus noviter reſtauravit.*

Nobilitatur etiam urbs ea natalibus *Gregorii VII.*, qui D. Hildebrandus, Bonicii filius, ac monachus Cluniacenſis, a Nicolao II. Cardinalis factus, *doctus, & diſertus*, ut ait Paulus Corteſius, Anno ſalutis 1075. Pontifex renuntiatus, Henricum quartum Imperatorem excommunicavit, Eccleſiamque Dei pie ac prudenter adminiſtravit.

ſalu-

Gregorius nonus Pontifex, circa annum 1227. creatus, in Decreto ſuo cap. 19. de Officio Judicis ordinarii ſcribit

Epiſcopo Suanenſi.

Et eo capite *Orbicellum* vitioſe, ut opinor, pro *Orbitellum* in Diocœſi Epiſcopi Suanenſis fuiſſe ſcribit.

Etruriæ urbs Vicus Elbii in mèditerraneis: interiit.

CAP. LXXXV.

HAnc etiam Urbem *Vicum Elbii*, ſive *Vicum Elvii* in Itinerario Scoti Anonymi, ſeu Antonini Aug. prope ſilvam Ciminiam, ut in mediterraneæ Tuſciæ deſcriptione apud Ptolemæum reperimus; ita ejus auctorem, ortum, ruinam, aut locum ignoramus. *Vico* Leander hodie vocari ait: alii *Viterbium* faciunt. Ego delibero; nam, ut in Latinis editionibus omnibus reperitur *Vicus Elbii*, ita ab omnibus Græcis abeſt: licet id levius, quam ſolet, affirmaverit Hermolaus Barbarus.

Etruriæ urbs Manliana, in mediterraneis: interiit.

CAP. LXXXVI.

URbem *Manliana* memorat eodem laudato loco Ptolemæus, eamque locat in via Aurelia Scotus Anonymus in Itinerario (1).

Coſam. M. P. XXV.
Ad Lacum Aprilem. M. P. XXII.
Saleprone. M. P. XII.
Manliana. M. P. IX.
Populonia. M. P. XII.

Unde

(1) Cluverius libr. 2. pag. 476. notat, errare eos, qui Ptolemæi Mallianam putant eandem cum litorali Itinerarii & Tabulæ Peutingerianæ cap. 569. Manlianam Ptolemæi locant inter Montem Politianum & Senam.

Digitized by Google

Unde liquido conſtat, non longe mari abeſſe, ut poſſit mirum videri, quare eam in mediterraneis locet Ptolemæus. Antonius Maginus vult, *Mallianum* hodie dici, ſed nullo teſtimonio. Apud alios omnes ſilentium eſt de hac urbe altum: inquirant docti. Meo quidem judicio interiit.

Etruriæ urbs Tigulia: interiit.

CAP. LXXXVII.

IN mediterranea Etruria *Tigulliam* ponunt recentiores, Leander Alberti Ital. Deſcript. Fl. Blondus Ital. Illuſtr. pag. 169. *Similiter & Tiguliam ab eodem* Ptolemæo *hic* prope Foſſas Papirianas *locatam, quam nunc Lagulam vocant*. Quæ verbatim habet, ut multa alia Raphaël Volaterranus libr. 5. pag. 122. ſed pace illorum dixerim, Ptolemæus Tiguliam, non in mediterranea Tuſcia, ſed in litorali Liguria locat; nam in Tabula 6. Europæ cap. 1. in editione Latina, nam Græca non ad manum:

Genua.
Eutellæ flu. oſtia.
Tigullia.
Veneris portus.
Eryeis portus.

Accedit & Plinii auctoritas libr. 3. cap. 5. *Flumen Ratuba, oppidum Albium, Intemilium, flumen Merula, oppidum Albium, Ingaunum, Portus, Vadum, Sabatium, flumen Porcifera, oppidum Genua, fluvius Feritor, Portus Delphini, Tigulia, intus Segeſta Tiguliorum, flumen Macra, Liguriæ finis*. Nihil apertius; nam cum dividatur a Liguribus Etruria, & Tigulia, ſive Tigullia ſit trans Macram, in Liguria eſſe ſequitur. Apud Ptolemæum eſt Τιγυλλία, *Tigulia* aliis, Auguſtinus Juſtinianus, haudquaquam obſcurus ſcriptor, putat eſſe *Seſtri di Levante*. Alii *Laulà* vocant, &, ut dixi, in Etruria ponunt. Joſias Simlerus ab Itinerarii auctore exiſtimat *Tecolatam* vocari: quod ſi verum eſt, & duæ ſint *Tecolatæ*; in Liguria una, in Gallia Narbonenſi altera, neutra in Etruria erit.

Etru-

Etruriæ urbs Tifernum Tiberinum, a Tiberi vicino appellationem ſortita: interiit.

CAP. LXXXVIII.

AD ripam Tibridis urbem olim in Etruria nobilem fuiſſe *Tifernum*, cognomento *Tiberinum*, Plinii Junioris loquitur auctoritas libr. 4. Epiſt. 1. *Erit una, ſed brevis mora: deflectemus in Tuſcos, non ut agros remque familiarem oculis ſubiiciamus (id enim poſtponi poteſt) ſed ut fungamur neceſſario officio. Oppidum eſt, prædiis noſtris vicinum: nomine Tifernum Tiberinum, quod me pene adhuc puerum patronum cooptavit: tanto majore ſtudio, quanto minore judicio adventus meos celebrat, profectionibus angitur, honoribus gaudet. In hoc ego, ut referrem gratiam (nam vinci in amore turpiſſimum eſt) templum pecunia mea extruxi, cujus dedicationem, cum ſit paratum, differri longius, irreligioſum eſt. Erimus ergo ibi dedicationis die, quem epulo celebrare conſtitui.* Bene *Tiberinum* a Plinio adjectum; nam in Dauniis eſt etiam Tiferni nomine fluvius & urbs. Pomp. Mela libr. 1. cap. 4. Et Ptolemæus *Tifernum* etiam in Umbria ponit ad Apenninum, aliam certe ab hac noſtra urbem. Plinius ſenior libr. 3. cap. 5. noſtram hanc celebrat: *Sed Tiberis propter aſpera & confragoſa, ne ſic quidem, præter quam trabibus, verius quam ratibus longe meatibus fertur, per centum quinquaginta millia paſſuum, non procul Tiferno, Perufiaque, & Ocriculo, Etruriam ab Umbris & Sabinis dirimens.* Idemque denuo in 6. regione eodem libr. cap. 14. ponit. *Tifernates, cognomine Tiberinos.* In quibusdam editionibus legebatur, ut teſtis Joannes Maria Catanæus ad locum Plinii Junioris laudatum: *Tifernates, cognomine Tiburini;* ſed corrigendus eſt locus: *Tifernates, cognomine Tiberini;* accolæ ſcilicet Tibridis. Et quia hos Umbria numerat, & urbs in Tuſcis ſit, potuit fieri, ut nomen urbis etiam trans Tiberim populis in Umbria degentibus fuerit conceſſum, uti hodie *Romaniam*, & *Romam* ipſam fluvius diſterminat. Hos Paulus Jovius libr. 4. pag. 148. deſcribit *intonſos, ſimplices, agreſti habitu, aſpectu contemnendi, ſed certa corporis duritie, & fide conſtanti, multo Ducum amore, & parendi obſequio, optimorum militum nomine digni.* Sunt, qui Græco ritu Τίφερνον, *Tiphernum* ſcribant. Zacharias Lilius vult eſſe, *Città di Caſtello*, cui alii adſtipulantur. Hodie puto Etruſcam Tifernum interiiſſe.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ urbs Volci, ſive Volcientes, aut Volcini: interiit.

CAP. XIC.

IN Etruria mediterranea Ptolemæus, loco jam toties citato, urbem *Volcos* ponit. Ant. Maginus *Velocas* interpretatur, & *Craſſetam* hodie nominari putat. Alii Geographi, & in his Abrahamus Ortelius in Theſauro, *Volcos* in Latio populos, haudquaquam appoſite, meo judicio, collocant. Nonnulli cum *Volcinis* confundunt, de quibus ego, ex auctore de Viris Illuſtribus, *Volſinios* vocatos putavi ſupra hoc libro cap. 16. Sed propius eſt, ut *Volcientes* a Plinio appellatos credamus, cujus libr. 3. cap. 5. hæc ſunt: *Coſſa Volciennum a populo Romano deducta*. Ex quibus apparet *Volcorum*, ſive *Volcientum* civitatem fuiſſe *Coſſam*, aut *Coſam*, de qua plene ſupra hoc libro cap. 29. diſſerui. Sed quo auctore condita, quo fato everſa hæc urbs, inquirendum.

Etruriæ urbs Amitina, & Amitinenſes populi: interiit.

CAP. XC.

IN Etruria diligenter, ut ſolet, Plinius libr. 3. cap. 5. *Amitinenſes* populos locat, & credibile eſt, urbem fuiſſe Amitinam; nam populos ille eo loci pro urbibus celebrioribus enumerat: *De cetero Arretini veteres, Arretini Fidentes, Arretini Julienſes, Amitinenſes, Aquenſes* (in quibusdam exemplaribus eſt *Aquulenſes*, ut ſit Aquapendens) *cognomine Taurini, Cortonenſes Capenates, Cluſini novi, Cluſini veteres, Fluentini, preſſumenti Arno appoſiti*. Ubi hæc urbs, aut quando cœperit, deſieritve, Itali moderni omnes ſilent, nec ego invenire potui: certum eſt deletam.

Digitized by Google

Etruriæ urbs Veſentina, non Sentina, aut Sentinum, quæ in Umbria, & populi Veſentini: interiit.

CAP. XCI.

PErgit Plinius eodem loci: *Suanenſes, Saturnini, qui antea Aurinini vocabantur, Sudertani, Statones, Tarquinienſes, Tuſcanienſes, Vetulonienſes, Vejentani, Veſentini, Volaterrani, cognomine Etruſci, Volſinienſes.* Populi ſunt hi, & urbes, a populorum ſuorum nominibus celebres, ut abunde hoc libro probatum. At ubi locorum *Veſentina* civitas, aut *Veſentini* populi in Etruria fuerint, in tam alto veterum & recentium Geographorum ſilentio, haud facile expediverim. Hoc tantum addo, communem cum aliis florentiſſimis Etruriæ civitatibus mortalitatis caſum paſſam, ita interiiſſe, ut ne nomen quidem ſuperſit. Abrahamus Ortelius in Theſauro, nihil aliud ait, niſi: *Veſentini populi ſunt in Tuſcia apud Plinium*: omnes reliqui tacent. Forte Sentina, cujus apud Tit. Livium mentio: & Σέντινον, *Sentinum* in Umbria locat Strabo: & Georgius Fabricius ex Pſeudo-Catonis originibus *Sentinam* urbem Etruriæ facit; quam recte, viderint docti. Eſt tamen verum, Catonem in fragmentis *Sentinatem* locum in Tuſcia facere: quod, ut verum ſit, non tamen urbem fuiſſe ſequitur. T. Livius 1. Decad. libr. 10. clare diſtinguit: *Hujus populationis fama, Etruſcos ex agro Sentinate ad ſuos fines tuendas movit.*

Etruriæ urbs Larnia, ſive Larina: interiit.

CAP. XCII.

DE *Larina*, ſive *Larnia* Etruriæ urbe Græcè Λαρνία nunc agendum; ☞ Hermias Sozomenus libr. 9. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 6. Μετὰ τὴν Στελίχωνος ἀναίρεσιν, Ἀλάριχος ὁ τῶν Γότθων ἡγούμενος πρεσβευσάμενος περὶ εἰρήνης πρὸς Ὀνώριον, ἀπέτυχε. καὶ καταλαβὼν τὴν Ῥώμην, ἐπολιόρκει, πολλοὺς βαρβάρους ἐπισησάμενος Θύμβριδι τῷ ποταμῷ ὥστε μὴ ἀσπαμίζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια τοῖς ἐν τῇ πόλει ἀπὸ τοῦ πόρου. ὧδε γὰρ ἀναμάζουσι τὸ βασιλεῖον ἐπίνειον. χρονίας δὲ γενομένης τῆς πολιορκίας, λιμῷ τε καὶ λοιμῷ τὴν πόλιν πιέζοντος, δούλων τε πολλῶν, καὶ μάλιστα βαρβάρων τῷ γένει, πρὸς τὸν Ἀλάριχον αὐτομολούντων, ἀναγκαῖον ἔδοξε τοῖς ἑλληνίζουσι τῆς συγκλήτου θύειν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ναοῖς. θύσται γὰρ τίνες ἐπὶ τοῦτο μεταπεμπόμενοι παρὰ τοῦ ὑπάρχου τῆς πόλεως,

πόλεως, ὑπισχνοῦντο συμπολιορκήσειν καὶ βραχεῖαν ἀπολάσειν τῆς βαρβάρου ἡσυχίαν. δεδοικότες δὲ ταῦτα οἱ ἐντὸς ἀρχάσθαι καὶ περὶ Λαρινίαν πόλιν τῆς Θουσκίας, ἣν πλησίον Ἀλάριχος ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἤλαυνεν. *Poſt Stiliconem interemptum, Alaricus Gothorum Dux, cum pace ab Honorio petita fruſtratus eſſet, urbem obſidione cinctam oppugnat, multis barbaris ad fluvium Tiberim diſpoſitis, ne forte commeatus oppidanis importaretur ex portu, ſic autem Latini vocant, quod Græci ὄρμον. Cum autem diuturna eſſet obſidio, & peſtis ſimul & fames urbem affligeret, atque interim ſervi multi, ac maxime quotquot natione barbari erant, ad Alaricum transfugerent, neceſſarium videbatur iis, qui in Senatu adhuc Pagani erant, ut & in Capitolio, & in reliquis templis ſacrificaretur; nam Tuſci quidam ad hoc acciti ab Urbis hyparcho, polliciti erant, ſe fulminibus, ac tonitruis abacturos eſſe barbaros; gloriabantur enim ab ſe hujuſmodi quippiam eſſe factum in conſervatione Larinæ, civitatis Tuſciæ, quam Alaricum, dum Romam contenderet, prætergrediens non cœpiſſet.* Muſæ, veſtram fidem! & o veſtram, Itali eruditi, diligentiam! Civitatem Larinam tam potenti hoſti, tot barbarorum millibus cincto, portam non aperuiſſe? Ac tam præclaram hodie civitatem per vos ignorari. Suſpicor, in via Flaminia fuiſſe; ea enim Romam Alaricus eſt profectus. Alii *Larinates* apud Geographos, & Ciceronem Orat. pro A. Cluentio: *Martiales quidam Larini appellantur, miniſtri publici Martis, atque ei Deo veteribus inſtitutis religionibuſque Larinatium conſecrati.* Forte etiam, quia Volſci in Tuſcorum poteſtate quondam, & hæc civitas in Volſcis erat, ideo Tuſciæ urbem appellavit. Sil. Italic. libr. 12.

. . . . tu converte cohortes
Ad lævam patrias, & Larinatia ſigna,
Clarum Volſcorum Tulli decus.

An, ut pleræque aliæ Etruriæ urbes, hæc olim florens, hodie deleta?

Etruriæ urbs Colonia: incertum ubi loci: penitus deleta eſt.

CAP. XCIII.

URbem Etruriæ eſſe *Coloniam*, perſuadet Sexti Julii Frontini auctoritas, cujus hæc ſunt libr. 1. Stratagemat. cap. 2. *Æmilius Paulus Etruſco bello apud oppidum Coloniam dimiſſurus exercitum in planitiem, contemplatus procul avium multitudinem, citatiore volatu e ſilva conſurrexiſſe, intellexit, illic aliquid inſidiarum latere, quod & turbatæ aves, & ſimul plures convolaverant. Præmiſſis igitur exploratoribus, comperit decem millia Bojorum excipiendo ibi Romanorum agmini imminere, eaque alio, quam expectabatur, latere*

immiſſis legionibus, circumfudit. Urbem fuiſſe, nihil vetat, quod oppidum appellet; nam Latini Scriptores paſſim urbes oppidorum nominibus appellitant, quod ſcilicet munitæ eſſent, ac ope naturali loci, aut armatorum injurias hoſtium propellere poſſent; antiquiſſimo enim loquendi more urbem ſolam Romam, cetera oppida vocabant. Sic Byzantium πόλις, Athenæ ἄστυ dicebantur, ut notant Critici. Ubi locorum in Etruria, *Colonia* bello hoc Etruſco & Fabii expeditione celebrata, fuerit, inquirendum ab Etruſcis ipſis: ego nulla apud Scriptores veſtigia deprehendo, & jam pergo.

Etruriæ Ciſtiberinæ Coloniæ, aut urbes duodecim, ac primum Cumæ, ditionis Etruſcæ, ac de ea paucula: Cumatilis Neptunus.

CAP. XCIV.

HÆc ſecundæ Etruriæ deſcriptio eſt, & termini, quæ Campaniam occupabat, in qua primæ illius Etruriæ exemplo duodecim civitates præcipuas erexerunt: ex his octo tantum inveſtigare potui. Quarum prima *Cumæ*, ut probatum eſt a Jano Parrhaſio ad libr. 3. Claudiani de Raptu, & ego dixi libr. 1. ſupra hoc opere cap. 9. nec hic nunc repeto. Unicum tantum aureum locum addo Strabonis libr. 5. pag. 167. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, οἰκούντων Ὀπικῶν πρότερον, καὶ Αὐσόνων, ὑπ' ἐκείνους (1) κατασχεῖν ὕστερον Ὄσκων τὸ ἔθνος, τούτους δ' ὑπὸ Κυμαίων, ἐκείνους δ' ὑπὸ Τυρρηνῶν ἐκπεσεῖν. διὰ γὰρ τὴν ἀρετὴν περιμάχητον γενέσθαι τὸ πεδίον. δώδεκα δὲ πόλεις ἐγκατοικίσαντες, τὴν ὅλον κεφαλὴν ὀνομάσαι Καπύην. διὰ δὲ τὴν τρυφὴν εἰς μαλακίαν τραπομένους, καθάπερ τῆς περὶ τὸν Πάδον χώρας ἐξέπεσον. Legendum ἐγκατοικίσαντες, (2) ut Henrici Schrimgeri habet Codex, ut duodecim eas in Campania Felice urbes non tantum Etruſci inhabitaverint, ſed etiam condiderint. Verba Strabonis ſic ſonant Latine: *Alii ferunt, cum ea loca quondam Opici & Auſones tenuiſſent, fuiſſe ea deinde ab Oſca gente occupata, quæ a Cumanis pulſa inde ſit, quos rurſum Etruſci ejecerint; etenim ob præſtantiam campos illos multis fuiſſe certaminibus expetitos. Tyrrhenos cum duodecem urbes habitarent, quæ earum quaſi caput eſſet, ea de cauſa Capuam nuncupaſſe. Eosdem cum per luxuriam & molliciem ſe ſe transdidiſſent, ſicut & regione ad Padum ſita, pulſi fuerunt*. Hæc de Coloniis duodecim, ſive urbibus Etruſcorum in Campania Felice.

De

(1) Xylander, & Caſaubonus legunt ἀπ' ἐκείνους.
(2) Sic legerat etiam Caſaubonus.

Digitized by Google

De Cumis autem omnes Latini Græcique Scriptores. Conditores, ſecundum quosdam, ſunt Cyprii, ut eſt apud Athenæum libr. 6. Dipnoſophiſt. pag. 256. ſecundum alios Cumæi Chalcidenſes ex Eubœa. Præter Geographos Servius Maurus ad libr. 3. Æneid. pag. 294. Et rurſus libr. 9 pag. 568. quare *Euboicæ* vocantur *Cumæ*, ut idem tradit ad libr. 10. Æneid. pag. 574. Strabo libr. 5. pag. 168. Ἐ'ςὶ Κύμη Χαλκιδαίων καὶ Κυμαίων παλαιότατον κτίσμα, πάσων γὰρ ἐςὶ πρεσβυτάτη τόντε Σικελικῶν, καὶ τῶν Ἰταλικῶν. *Sunt Cumæ Chalcidenſium & Cumæorum veteſtiſſimum opus; eſt enim antiquiſſima hæc urbs omnium Sicularum & Italicarum*, a Græcis deductarum, aut ab Etruſcis Coloniarum. Eadem alii.

Nomen illi, aut *a mulieris gravidæ augurio, quæ Græcis* ἔγκυος, *aut* ἀπὸ τῶν κυμάτων, *a fluctibus*; ut Servius ad libr. 3. Æneid. loco laudato, & ad libr. 6. in limine, cum Strabone ſcribit. Κύματα enim *fluctus*, & *cumatilem* ob id *marinus* aut *cæruleus* ait Nonius Marcellus cap. 16. in principio. Plaut. Epidico:

Cumatile, & Plumatile.

Titinnius apud Nonium in Setina:

Et quem colus Cumatilis deceat.

Eam ob cauſam Neptunus *Cumatilis* appellatus, quod mari præſit. Commodianus libr. 1. contra Gentiles:

Neptunum facitis Deum ex Saturno pronatum:
Et tridentem gerit, ut piſces ſuffigere poſſit.
Datet eſſe Deum Cumatilem illo paratu.
Trojanis non ipſe cum Apolline muros eduxit?
Unde Deus factus inops cæmentarius ille?
Non Cyclopen genuit monſtrum: non Majus & ipſe
Vivere non poterat de ſuo? quod ſtructura gerebat:
Sic genuit generatus, qui fuit jam mortuus olim.

Eſſe ab Etruſcis olim Cumas poſſeſſas, conſtans eſt opinio: variat nonnihil Dionyſius Halicarnaſſeus libr. 7. pag. 419. Κύμην τὴν ἐν Ὀπικοῖς Ἑλληνίδα πόλιν, ἣν Ἐρετριῆς καὶ Χαλκιδῆς ἔκτισαν, Τυῤῥηνῶν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἰόνιον κόλπον κατοικοῦντες, ἐκπεσόντες ὑπὸ τῶν Κελτῶν ἐξελαθέντες σὺν χρόνῳ, καὶ σὺν αὐτοῖς Ὀμβρικοίτε καὶ Δάυνοι, καὶ τυγχανὸ τῶν ἄλλων βαρβάρων ἐπεχείρησαν ἀνελεῖν, εὐδαιμίαν ἴσχοντες ἐπῶν δικαίαν πρόφασιν τῦ μίσους, ὅτι μὴ τὴν εὐδαιμονίαν τῆς πόλεως, ἦν γὰρ ἡ Κύμη κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους περιβόητος ἀνὰ τὴν ὅλην Ἰταλίαν πλύτου δὲ καὶ δυνάμεως ἕνεκα, καὶ ἄλλων ἀγαθῶν γῆν τε κατέχουσα τῆς Καμπανῶν πεδιάδος τὴν παλυκαρποτάτην, καὶ λιμένων κρατῦσα τῶν περὶ Μισηνὸν ἐπικαιροτάτων. Latine ſic reddi poſſunt: *Cumas in Opicis urbem Græcam ab Eretrienſibus & Chalcidenſibus conditam, Etruſci, qui Jonium ſinum accoluerant, atque inde poſt a Gallis expulſi fuerant, cumque bis Umbri, & Daunii, aliique nonnulli Barbari conati ſunt excindere, non ob juxtam aliquam cauſam, ſed tantum ob felicitatem; erant enim eo tempore Cu-*

me

me per totam Italiam divitiarum, potentiæ, ceterorumque bonorum nomine celebres, quod agrum haberent Campani campi fertiliſsimum, & portus circa Miſenum opportuniſsimos. Vide narrationem, & eventum rei, in qua memorabile duco, Etruſcos exercitum ibi habuiſſe *quinquaginta millium peditum, & duodeviginti equitum*.

Cumanos aurum perpetuo geſtaſſe, & floridas veſtes, atque adeo ſupra modum mollitiei deditos, Hyperochus eſt auctor, aut Hiſtoriæ Cumanæ ſcriptor apud Athenæum libr. 12. Dipnoſophiſt. pag. 528. In edito montis vertice ſtructam docemur ex Agathia Scholaſtico Hiſtoriar. libr. 1. Municipium, Præfecturam, ac Coloniam Romanam fuiſſe, diſerte ait Feſtus, & T. Livius 1. Decad. libr. 8. 3. Decad. libr. 3. & 4. Decad. libr. 10. apud Onufrium Civit. Rom. pag. 105. & Julius Frontinus libr. de Colon. Rom. De templo hic Apollinis & antro Sibyllæ, Symmach. libr. 4. Epiſt. 34. Juvenal. Satyr. 3. principio. Virgilius, & alii paſſim. Sil. Italic. libr. 8.

. . . quondam fatorum conſcia Cumæ.

Et meminit auctor Oraculorum Sibyllinorum libr. 5. pag. 327.

Κυμῶν γὰρ δῆμος χαλεπὸν, καὶ φῦλον ἀμεῖλιξ.

Nam genus invisum Cumanum, genſque proterva eſt.

Res ejus urbis claras ex Livio, Dionyſioque, ac Tacito colligere licet; at nunc certe tantæ gloriæ vix rudereta viſuntur.

Etruriæ Ciſtiberinæ urbs Nola, ab Etruſcis condita; ac de ea paucula.

CAP. XCV.

AB Etruſcis condita *Nola*, quam Ptolemæus in Picentino locat, Strabo in Campania, Plinius in 1. regione, Livius in Samnitibus; quia ſcilicet hiſce omnibus regionibus vicina ſit. Coloniam autem Etruſcorum fuiſſe ex Catone probat Vellejus Paterculus libr. 1. Hiſtor. ut ego copioſe diſſerui libr. 1. ſupra hoc opere cap. 9. nec hic repeto; quod miror Ambroſium Leonem omiſiſſe, qui de Nola tres libros nullo judicio, minori eloquentia reliquit. A Tyriis conditam vult Solinus cap. 8.

Agrum ejus, eundem ac Neapolitanum, celebrat Aurel. Caſſiodorus libr. 4. Variar. Epiſt. 50. Duodeviginti enim millibus paſſuum tantum abeſt Neapoli. Bartholom. Facius libr. 5. Hiſtor. Fœda libidine olim habebatur infamis D. Auſon. Epigr. 74.

Et quam Nolanis capitalis luxus imuſſit.

Coloniam cognomento *Auguſtam* memorat L. Florus libr. 83. Epitom. A Veſpaſiano deductam Julius Frontinus contendit libr. de Co-

vive-

Digitized by Google

lon. Rom. ſed ego non credo, tum quod ætate Livii, qui ſub Auguſto vivebat, Coloniæ jus habuit, tum quia ſupra omnes urbes Auguſto Octaviano grata erat, ut quæ *ipſi, & Romæ templum erexerat*. Sueton. cap. 40. Lapis vetus(1).

T. TETTIENVS. T. F. FELIX
PATRON. COL. NOLANAE

Et in alia vetuſta Inſcriptione(2).

L. SICINIO. L. F
SER. VALENTI
PATRONO. MVNICIPI
CVRAT. REIP. NOLANORVM
S. P. Q. NOLANORVM
D. D. D. P

Quæ Inſcriptio Rempublicam facit, uti eſt iſta(3).

L. RANIO. ACONTIO. L. F
PVBL. OPTATO. VIR. CLAR
COS. ORDIN. CVRATORI. REIP.
NOLANORVM. CVR. PEC. P
XV. SACRIS. FACIVND. PATRON
R. P. IIIVIRO. AD. AGR. DIVIDEN
XVIRO. STLITIBVS. IVDICANDIS
STAT. EX. AERE
S. P. Q. NOLANOR. D. P

Deſcribit Silius Italicus libr. 8. Punicor.

Campo Nola ſedet, crebris circumdata in orbem
Turribus, & celſo faciem tutatur adiri
Planitiem vallo.

Celebratiſſima hæc repulsu Hannibalis, ut paſſim hiſtorici. Plutarch. in Marcello pag. 303. & in Hannibale. Denique Epiſcopatu inclyta, ſanctos recolit

Felicem Confeſſorem.

Felicem, Juliam, & Jucundam Martyres.

Feli-

(1) Apud Grutet. pag. 473. num. 9. ubi XLIX loco FELIX, ſed alia inſcriptio apud eumdem Grut. pag. 94. num. 11. probat lectionem noſtri Auctoris.
(2) Apud eumdem pag. 469. num. 9.
(3) Apud eumdem pag. 463. num. 3.

Digitized by Google

Felicem Epiſcopum, & triginta Martyres.

Maximum Epiſcopum.

Paulinum Epiſcopum, & Confeſſorem.

Etruriæ Ciſtiberinæ Colonia Capua, ab Etruſcis condita, ac diu poſſeſſa, ac de ea paucula.

CAP. XCVI.

SEquitur regionis totius caput *Capua*, ut ſupra ex Strabone dicebam. Ab Etruſcis conditam multis oſtendit Polybius libr. 2. Hiſtoriar. pag. 105. & T. Livius 1. Decad. libr. 4. & Servius Honoratus Maurus ad libr. 10. Æneid. pag. 581. qui videantur a me laudati libr. 1. ſupra hoc opere cap. 9. nam fuſe ibi poſita, hic non repeto. Tantum addo Pomponium Melam libr. 2. cap. 4. *Ad dextram Capua a Tuſcis, & Roma quondam a paſtoribus condita.* Et T. Livius 1. Decad. libr. 10. *Ibi ex libro veteri linteo lecta ſacrificatum ſacerdote Ovio Paccio quodam, homine magno natu, qui ſe id ſacrum petere affirmabat ex vetuſta Samnitum religione, qua quondam uſi majores eorum fuiſſent, cum adimende Etruſcis Capuæ clandeſtinum cœpiſſent conſilium.*

A *camporum* feracitate dictam vult Plinius. Strabo quaſi regionis *caput*. A *capacitate;* quod ejus terra omnem fructum capiat, Iſidor. libr. 15. cap. 1. A *Capi Silvio*, Albanorum Rege, conditore, aliis derivare etymologiam viſum. Feſt. Pomp. libr. 3. Denique a *capy*, hoc eſt *falcone* lingua Etruſca, cujus auſpicio condita primum fuit, nomen ſortita eſt. Servius Honoratus ad v. 145. libr. 10. Æneid.

Fuit ſub Romanis *Præfectura* primum, ac mox *Colonia* cognomento *Julia Felix*. Auctoribus Plinio libr. 3. cap. 5. Paterculo, Julio Frontino, Cicerone in Rullum Orat. 2. & Philipp. 2. C. Sueton. Cæſare cap. 20. & cap. 81. & in Auguſto cap. 4.

Magna ejus opulentia, uſque adeo ut de Conſulatu, cum Roma ipſa participando, legatos Bello Punico ſecundo miſerit, ac rejecta, Hannibalem urbe excepit, qui delitiis illis enervatus, animum a belli cura ad illecebras traduxit. L. Seneca Epiſt. 52. ut vere dictum ſit: *Capua Hannibalis Canne.* Flor. libr. 1. Hiſtor. Rom. cap. 16. Auctor de Vir. Illuſtr. cap. 42. Polyb. libr. 13. apud Athenæum libr. 12. pag. 528. Et deſcribit apparatum Capuanorum, intolerabilemque luxum Silius Italicus libr. 11.

Ipſe

Digitized by Google

Ipſe etiam afflatus fallente cupidine ductor
Inſtaurat menſas dapibus, repetitque volentum,
Hoſpitia, & patrias paulatim decolor artes
Exuit, occulta mentem vitiante ſagitta:
Altera jam patria, atque æquo ſub honore vocatur
Altera Carthago Capua, intectumque ſecundæ
Fortunæ ingenium vitia ad latrantia quaſſant.
Nec luxus ullus, merſæque libidine vitæ
Campanis modus, accumulant, variaſque per artes
Scænarum, certant epulas diſtinguere ludo.

D. Auſonius in Urbibus:

Nec Capuam pelago, cultuque penuque potentem
Deliciis, opibus, famaque priore ſilebo,
Fortuna variante vices.

Et paucis interjectis:

Hannibalis jurata armis, deceptaque in boſtis
Servitium demens ſpecie tranſivit herili:
Mox ut in occaſum vitiis communibus acti
Corruerint Pœni luxu, Campania faſtu.

Herbarum hic abundantia, odoriferumque florum tanta copia, ut pharmacopolæ Latino vocabulo *Seplaſiarii* dicantur, auctore Feſto libr. 17. a Villa Capuæ vicina *Seplaſia*. Pugiles inſignes habiti Campani. C. Sueton. Auguſto cap. 98. & in Calig. cap. 18. Quanta autem hæc urbs fuerit, monimenta, quæ adhuc ſuperſunt loquuntur, *Portæ*, *Amphitheatra*, *Porticus*, *Thermæ*, *Aquæductus*, & *Capitolium*, cujus apud Suetonium in Tiberio cap. 40. eſt mentio. Et Laurentius Shraderus obiter in Ital. Moniment. Vetus Capua penitus interiit, tot ſeculorum hoſtiumque perpeſſa injurias, ex cujus ruderibus crevit hæc altera.

Denique ſanctitate memorabiles ſunt Capuæ.

Ariſtæus, & *Antoninus* Martyres.

Bernardus, Epiſcopus, & Confeſſor.

Decoroſus, Epiſcopus. Ann. Sal. 680.

Germanus, Epiſcopus. D. Gregor. libr. 4. Dialog. cap. 40.

Marcellus, *Caſtus*, *Æmilius*, *Saturnius*, Martyres.

Pamphilus, Epiſcopus.

Paulinus, Epiſcopus.

Digitized by Google

Priſcus, Martyr. Vandalica perſecutione pulsus.

Priſcus alius, Caſtrenſis, Tammarus, Roſtus, Heraclius, Martyres.

Quinctius, Arcontius, Donatus, Martyres.

Ruffinus, Epiſcopus, & Confeſſor.

Ruffus, Epiſcopus, & Martyr. Petrus in Catalogo libr. 7. cap. 119. Hieronym. Rubeus Hiſtor. Ravennat. libr. 1.

Ruffus, & Carpophorus, Martyres.

Victor, Epiſcopus.

Vitalinus, Epiſcopus, & Confeſſor.

Hæc Sanctorum Capuenſium nomenclatura eſt ex Martyrologio Romano, Beda, Adone Viennenſi, Uſuardo, Fr. Maurolyco, Joanne Molano, & aliis deſumpta. Porro, quod ad *Victorem* attinet, hic ille eſt cognomento *Capuanus*, qui paſchalem cyclum Victorini Aquitani confutavit. Beda de Ratione temporum cap. 49. atque hujus cyclus ab Eccleſia receptus, ut eſt in Synodo 4. Aurelianenſi Can. 1. & 2. Meminit Ado Viennenſis in Chronico ſub annum 527. Vixit ævo Juſtiniani, pervenitque ad annum Domini 560. teſte Mariano Scoto. Errant non leviter Trithemius Abbas, qui eum ſub Zenone Imperatore vixiſſe vult anno 480. & Sigibertus Gemblacenſis de Vir. Illuſtrib. cap. 20. qui ſcriptum hoc contendit mandante Honorio Papa, cum fuerit præcipiente Hilario Papa. Gennad. de Vir. Illuſtrib. cap 88.

Ex Epiſcopatu feciſſe Archiepiſcopatum Joannem XIV. Papam, cum Othonem II. coronaret, ex Platina refert Paulus Merula, quod eſt falliſſimum; nam Joannes XIV. ſedit 8. tantum menſibus, creatus Anno Domini 984. quo tempore Otho tertius imperabat, ut fieri non potuerit, quod ab eo eſt traditum. Verius Notitia Epiſcopatuum Auberti Miræi a Joanne XIII. Papa id factum ſcribit, Anno 968. nam tunc primum *Joannes, Rofredi Comitis frater*, Archiepiſcopus Capuanus eſt conſecratus.

Quas varias etiam fortunæ vices poſt declinationem Imperii paſſa ſit, referunt recentiores. Ant. Cocc. Sabellicus Ennead. 9. libr. 10. pag. 1029. Et Petrus Damiani libr. 7. Epiſt. 12.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ Ciſtiberinæ Colonia Volſci, adeoque tota Italia: urbeſque ea in gente a Tuſcis conditæ.

CAP. XCVII.

SUnt in Latio euntibus in Campaniam populi *Volci*, ſive *Volſci*, qui *Veruti*, quod armis inſtar veruum pugnarent, dicti Virgilio libr. 2. Georgic. hi propago Etruſcorum. Ivo Carnotenſis MS. libr. de Undecim Europæ regionibus: *Volſcii, qui a Volſiniis Etruſcis nomen acceperunt, Camilla virgine ſunt illuſtres.* Virgilius Camillam laudans libr. 11.

Multæ illam fruſtra Tyrrhena per oppida matres
Optavere nurum.

Ubi Servius Maurus pag. 651. *Hic oſtendit, dicendo*, Tyrrhena per oppida, *quod etiam Volſci in Tuſcorum fuerint poteſtate*. M. Catonis auctoritate idem Servius ad librum laudatum pag. 550. *Non ulle mœnibus urbes accepere. Non mirum a nulla hunc civitate ſuſceptum; nam licet Privernas eſſet, tamen quia in Tuſcorum jure omnis pæne Italia fuerat, generaliter in Metabum omnium odia ferebantur; nam pulsus fuerat a gente Volſcorum, quæ etiam ipſa Etruſcorum poteſtate regebatur: quod Cato pleniſſime executus eſt.* Nec plura apud probatos ſcriptores reperi. Vide Halicarnaſſeum paſſim, & alios.

Etruriæ Ciſtiberinæ Colonia Capena, aut Capimna, in via Appia: porta Capena inde nomen ſortita: res magnas cum Romanis geſſit.

CAP. XCVIII.

CIs Tibridem in Latio erat Etruſcorum opus, & Etruſcæ ditionis urbs *Capena*. Plin. libr. 3. cap. 5. *Arretini veteres, Arretini Fidentes, Arretini Julienſes, Amitinenſes, Aquenſes cognomine Taurini, Blerani, Capenates, Cortonenſes, Cluſini novi, Cluſini veteres*. Eadem eſt & *Capinna* a Stephano Byzantino libr. de Urbib. dicta ſic: Καπίνα, τυρρηνικὴ πόλις, τὸ ἐθνικὸν Καπινάτης. Sed locum vitiatum librariorum incuria reſtitue: Τυῤῥηνικὴ πόλις. *Capinna, Etruſca urbs, gentile vero Capimnata*. Tacent Ptolemæus, & Strabo, quod in tanta utriuſque diligentia impenſius mirari lubet. Agri Capenatis

Digitized by Google

mentio eſt apud auctorem Anonymum de Limitibus: *Capenus ager finitur terminis Tiburtinis, ex alia parte ſiliceis, qui diſtant a ſe a pedibus ducenis uſque ad pedes quadringentos quinquaginta: habet ripas, vias, & rivos finales.* Fuerunt illæ *ad Vaccanas ad ſiniſtram partem a Roma eunti*, ut verbis utar Pomponii Sabini ad libr. 7. Æneid. Putatur hodie *Canapina* urbs ea; ſed verius eſt penitus interiiſſe. Fuit olim municipium, ut ex veteri Inſcriptione liquet: (1)

(1) V. M. SELICI. CLE
MENTIS. SEVIRI
MVNICIPIO. CA
PENAT. ARAM
POSVERVNT. PII
LIBERTI

Dixi libr. 2. ſupra hoc opere cap. 44. & cap. 45. Urbem enim hanc a Vejento Rege, aut certe a Propertio deductam ibidem loci docui. Nomen accepit a fluvio. Sil. Italic. libr. 8.

Qua ſacer humectat fluvialia rura Capenas.

Res magnas glorioſe cum Romanis geſſit. T. Livius 1. Decad. libr. 5. *Nec Veiis melius geſta res, quod tum caput omnium curarum publicarum erat; nam & duces Romani plus inter ſe irarum, quam adverſus hoſtes animi habuerunt, & auctum eſt bellum adventu repentino Capenatium, atque Faliſcorum. Hi duo Etruriæ populi, quia proximi regione erant, devictis Veiis, bello quoque Romano ſe proximos fore credentes, Faliſci propria etiam cauſa infeſti, quod ſe Fidenati bello jam antea immiſcuerant, per legatos ultro citroque miſſos, jurejurando inter ſe obligati, cum exercitibus, nec opinato Vejos acceſſere.* Eodem deinde libro, quam ſtrenue rem adminiſtraverint, abunde exequitur; donec demum a Valerio ac Servilio Tribunis militum conſulari poteſtate ſubacti ſunt Capenates.

Porta una urbis Romæ, in qua aquæductuum caſtella ab hac urbe *Capena* vocabatur. Dixi latius libr. 2. ſupra hoc opere cap. 45. & primam Urbis regionem conſtituebat ex deſcriptione Auguſti, ut eſt apud P. Victorem in libello de Region. Urb. Romæ. & ego libr. 1. Antiquitat. Romanar. Bartholomæus Marlian. libr. 1. Topographiæ cap. ult.

Errant nonnulli recentiorum, qui in Etruria Capenas collocant, quas conſtat cis Tiberim in Latio fuiſſe, in Via Appia. Jul. Frontin. libr. de Aquæduct. *Appius Cenſor Viam Appiam a porta Capena uſque ad*

(1) Apud Gruter. pag. 466. num. 6. (2) Fabrettus Inſcript. Domeſtic. pag. 109.

DIS. MANIBVS
TI. MOLLI. CLE
MENTIS. SEVIRI
MVNICIPIO. CA
PENAE. ARAM
POSVERVNT. FIL
ET. LIBERTI

Digitized by Google

ad Capuam munivit. Sed hoc, quia multis exequitur Onufrius Panvinius in Urbe Roma pag. 99. conſulto lectorem eo ablego. Memunit *Portæ Capenæ*, quam πύλην καπυίνην vocat, Dionyſius Halicarnaſſeus libr. 8. pag. 483. & recte Lapus vertit.

Etruriæ Ciſtiberinæ urbs & Colonia Lucus Capenus, a Regibus Vejento & Propertio condita: nomen Portæ Triumphali dedit.

CAP. XIC.

UT *Lucum Feroniæ*, & *Lucum Albionarum*, urbes Etruriæ ſupra illuſtravi, ita nunc & *Lucus Capenus*, Ciſtiberinæ Etruriæ urbs, dicendus. Aſcon. Pedian. *Porta Capena a Luco Capeno urbe vicina nomen habet*. Hujus conditor eſt Vejentus Rex, adjutore Propertio etiam Etruriæ Rege. Servius Honoratus ad libr. 7. Æneid. pag. 479. ex M. Catonis auctoritate; nam cum Virgilius dixiſſet:

. . . . . *Lucoſque Capenos*.

Subdit ille: *Hos, dicit Cato, Vejentum condidiſſe, auxilio Regis Propertii, qui eos Capenam cum adoleviſſet*, (non, ut in vulgatis editionibus, *cum adoleviſſent*) *miſerat, unde & porta Capena, quæ juxta Capenos eſt, nomen accepit*. Neque plura apud Auctores reperi: altum eſt inter recentiores ſilentium.

Hæc eadem Porta Capena & *Triumphalis* appellabatur, ſecundum quorundam ſententiam. Barthol. Marlian. libr. 1. Topograph. Urb. Rom. cap. ult. de qua Fl. Joſephus libr. 7. Belli Judaic. cap. 24. Πρὸς δὲ τὴν πύλην ἀυτὸς ἀνεχώρει, τὴν ἀπὸ τῦ πομπεύειν δι' ἀυτῆς ἀεὶ τοὺς θριάμβους τῆς προσηγορίας ἀυτῶν τε-τυχήκας. *Ipſe vero ad portam recedit, quæ ab eo, quod per illam triumphorum pompa ſemper ducitur, nomen accepit*. Ita vertit Rufinus Aquilejenſis. Sueton. Auguſto cap. 100. *Funus Triumphali porta ducendum*. C. Tacit. libr. 1. Annal. de eadem re: *Ut porta Triumphali duceretur funus*. Cum hi duo graviſſimi ſcriptores decretum dicant, ut Auguſti funus porta Triumphali duceretur, mirum eſt, Dionem Coccejanum contradicere, qui noctu Romæ per equites Romanos illatum tradit; ſed forte verum ſit, Decretum Senatus fortunam evertiſſe.

Etru-

Etruriæ Ciſliberinæ urbs & Colonia Medulia, ſive Medullia: interiit.

CAP. C.

IN Latio Etruriæ Colonia & urbs olim celebris *Medulia*, ſive, ut probati alii auctores præferunt & frequentius, *Medullia*. Dionyſ. Halicarnaſſ. libr. 2. cap. 104. Ὧν ἐφ' ἑνὸς ἡγεμόνος ἐκ Τυῤῥηνίας ἐλθόντος, ᾧ Καίλιος ὄνομα ἦν, τῶν λόφων τις ἐν ᾧ καθιδρύνθη, Καίλιος ἐκ τόδε χρόνου καλεῖται, καὶ πόλεις ὅλαι παρεδίδοσαν ἑαυτὰς ἀπὸ γῆς Μεδυλλίνων ἀρξάμεναι, καὶ ἐγίνοντο Ῥωμαίων ἄποικαι. (*A quorum uno* [ſcilicet Duce] *Cælio nomine, qui ex Etruria cum copiis venerat, unus e collibus, ubi conſedit, Cælius hodieque dicitur*) *& civitates integræ committebant ſe ejus fidei, exemplo a Medullinis orto, Romaque colonos aſſumebant*. Errat doctiſſimus Turnebus, qui libr. 18. Adverſar. cap. 2. Medulliam Albanorum, non Etruſcorum Coloniam facit. Auguſti Epiſtola apud Aurelium Macrob. libr. 2. Saturn. cap. 4. *Vale, mel gentium, metuelle, ebur ex Etruria, lacer Arretinum, adamas ſuperuas, Tiberinum margaritum, Cilneorum ſmaragde, jaſpis figulorum, beryllo Porſenæ*. Delicatum alloquitur, qui & gemmas impenſius magni faceret, & eidem Etruſco loca celebriora, perſonaſque Etruriæ recenſet; quare ex MS. Iſaaci Pontani reſcribendum: *Vale, mel gentium Medullæ & Vetuloniæ*. Plura apud eundem Turnebum & Pontanum, ſuper loci illius intellectu; ſed ego pergo. Stephanus libr. de Urbib. diſſentit: Μεδυλλία πόλις Ἀλβανῶν κτίσις, Ῥωμαίων ἀποικία. *Medullia urbs Albanorum ſtructura, Romanorum Colonia*. Fieri ſane potuit, ut & Albani eam condiderint, & Romani poſtea ſuam fecerint, & tamen medio tempore Etruſcæ fuerit ditionis.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ Ciſliberinæ urbs & Colonia Fidenæ, opulenta, ac potens: res magnas cum Romanis geſſit: Colonia Romana.

CAP. CI.

AD ripas Tibridis in Latio, opulenta, ac eo ſeculo potens civitas erat Φιδήνη Ptolemæo, aut Φιδήναι. Strabo libr. 5. pag. 159. *Fidenæ*: Halicarnaſſ. libr. 2. pag. 117. ſive, ut expreſſius dicam, ad Anienis & Tiberis confluentiam, eodem teſte libr. 3. pag. 191. quod Plinius innuit libr. 3. cap. 5. ubi *Latinum agrum Fidenatemque dirimi Tibride a Vaticano* ſcribit. Et in Latio urbem ipſam locat. Eod. libr. cap. 12. Eſſe tamen urbem Etruſcam conſenſus eſt omnium. T. Liv. 1. Decad. libr. 1. in rebus Romuli: *Belli Fidenatis contagione irritati Vejentium animi, & conſanguinitate; nam Fidenates quoque Etruſci fuerunt.*

Quas res glorioſe cum Romanis geſſerint, hiſtorici omnes, maxime Livius 1. Decad. libr. 1. qui *Coloniam* vocat *Romanam*, a Romulo ſcilicet deductam: eædem *bellum Romanis inferunt*: eod. libr. *obſidentur*: idem libr. 2. *agrum Romanum depopulantur*: libr. 4. *vincuntur*: ibidem loci *a Romanis deficiunt*: eodem libr. denique *deduntur*, *ac diripiuntur* ibidem loci. Plutarch. Romulo pag. 32. Ἀ'ςυγέτουα τῆς Ῥώμης πόλιν. *Urbem Romæ valde vicinam*. Valer. Max. libr. 7. cap. 4. tit. 1. Ita Poëtæ. P. Virgil. libr. 6. Æneid.

. . . . . Nomentum, & Gabios, urbemque Fidenam

Sil. Italic. libr. 15.

Aſpice, nec longe repetam, modo Roma minanti
Impar Fidenæ.

Sext. Propert. libr. 4. Eleg. 1.

Et ſteiit Alba potens, alba ſuis uberе nata,
Hac ubi Fidenas longa erat ire vias.

M. Martial. libr. 4. Epigr. 64.

Fidenas veteres, brevemque Rubras.

Hæc urbs cum tam ſæpe, & potentia & vicinitate Romæ, toties rebellando periculum creaſſet, Anno Urbis conditæ 326. A. Cornelio Coſſo, T. Quintio Pœno COSS. *Novi coloni Fidenas miſſi: & tandem funditus deletæ, everſæque*. Livius Dec. 1. libr. 4. unde Horat. libr. 1. Epiſt. 11. deſertum Fidenarum vicum ſuo ævo connotat:

Scis Lebedus quam ſit Gabiis deſertior, atque
Fidenis vicus.

D. Ju-

D. Juvenal. Sat. 6. v. 57.

. . . . vivat Gabiis, ut vixit in agro,
Vivat Fidenis.

Amphitheatrum tamen, ſeu ſpectacula tempore Tiberii Principis habebat. Sueton. in Caligula cap. 31. *Principatum Tiberii ruina ſpectaculorum apud Fidenas memorabilem factum.* Tantæ, ac tam potentis olim urbis, hodie ne rudereta extant. Sunt tamen, qui velint ex ejus ruinis creviſſe oppidum *Caſtel Jubileo*. Nicolaus Erythræus in Indice Virgiliano (1).

Denique meminere Valerius Maximus libr. 3. cap. 2. tit. 4. Dionyſius Halicarnaſſeus & Plutarchus in Romulo, qui Coloniam Fidenas a Romulo deductam tradunt, poſtquam vi eam cæpiſſet. Intravit autem eam *primus Hoſtus Hoſtilius*, ob id *frondea* a Romulo *coronatus*, ut ait Plinius libr. 16. cap. 4. ad alia pergo.

Etruriæ Ciſtiberinæ urbs & Colonia Puteoli, clara olim Præfectura, & Romana Colonia: pulvis ejus mirabilis: templum Minervæ habuit: Delos minor vocata: municipium, & Epiſcopatus: hodie interiit.

CAP. CII.

ET urbs *Puteoli*, & totus ille Puteolani ſinus tractus ſub Etruſca quondam ditione. Janus Parraſius probat ad finem libr. 3. Claudiani de Raptu. Et locus eſt diſertus apud Albium Tibullum libr. 3. eleg. 5.

Nos tenet Etruſcis manat quæ fontibus unda,
Unda ſub æſtivum non adeunda canem.
Nunc autem ſacris Bajarum maxima lymphis,
Cum ſe purpureo vere revittit humus.

Primus verſus aliter in MS.

Vos tenet, Etruſcis manat quæ montibus unda.

T. Lucret. Carus libr. 6. de Rer. Nat.

Is locus eſt Cumas apud, & Veſuvi per montis

Opple-

(1) Cluver. Ital. Antiq. libr. 2. pag. 655. *Ut igitur hodie, ſic olim ab Urbe ad Anienem numerabantur millia paſſuum tria. Ceterum a ponte Anienis via Salaria duo ſunt millia paſſuum ad* Caſtellum Jubileum, *quod, ad ſiniſtram viæ partem poſitum, ex adverſo in dextra viæ parte habet rudera non exigua antiquæ urbis, partim in valle, partim altiori loco in contiguo colle ſita: quæ ex præſcripto V. millium intervallo ſine controverſia ſunt antiquorum Fidenarum reliquiæ.*

Digitized by Google

Oppleti calidis ubi fumant fontibus auctus.

Locum corruptiſſimum ſic reſtitue:

Hic locus eſt Cumas apud, Etruſcos per montes, (1)
Oppleti calidis ubi fumant fontibus auctus.

Quin imo templum hic magnificum Palladi erexerunt Etruſci. Stat. Papin. libr. 2. Silv. 2.

Eſt inter notos Sirenum nomine muros,
Saxaque Tyrrhenæ templis onerata Minervæ,
Celſa Dicarchei ſpeculatrix villa profundi,
Qua Bromio dilectus ager.

Puteolis unde nomen? Strabo eleganter libr. 5. pag. 159. Αἱ περὶ Δικαιαρχίαν ἀκταὶ, καὶ αὐτὴ ἡ πόλις, ἣν δὲ πρότερον μὲν ἐπίνειον Κυμαίων, ἐπ' ὀφρύος ἱδρυμένον, κατὰ δὲ τὴν Ἀννίβα στρατείαν, συνοίκισμα Ῥωμαίων, καὶ μετωνόμασαν Ποτίολους, ἀπὸ τῶν φρεάτων, οἱ δ' ἀπὸ τῆς δυσωδίας τῶν ὑδάτων. *Ad Dicearchiam litora, & urbs ipſa, fuit antiquitus navale Cumanorum Dicearchia, extructum in ſupercilio litoris: ſub id tempus Annibalicæ expeditionis coloniam eo deduxerunt, urbique Puteolos nomen indiderunt, vel a puteis, vel a fœtore aquarum.* Puteoli a *putendo*, quod aqua illa, ſulfureis ducta canalibus, putorem moveat: quin interdum *letalis*. Plin. libr. 2. cap. 93. *Aquas nigras & fœtidas* vocat Petrus Damiani libr. 1. Epiſt. 9. Sed & *Dicearchia, quod ea civitas quondam*, ait Feſtus libr. 4. *juſtiſſime regebatur*. Interpres ſeu gloſſographus MS. ex Jacobi Bongarſii bibliotheca errat, qui, ut refert Georgius Erhardus in Symbolis Petronianis, *Dicarchidos arva* exponit *Cumas*. Sic itaque Petronius in bello civili:

Eſt locus, exciſo penitus demerſus hiatu,
Parthenopen inter, magnæque Dicarchidos arva,
Cocyta perfuſus aqua; nam ſpiritus extra
Qui furit, effuſus funeſto ſpargitur æſtu.

Tertium ejus nomen fuit *Delos minor*. Feſt. Pomp. libr. 11. vel ſaltem ex eo Paulus Diaconus: *Minorem Delon Puteolos eſſe dixerunt, quod Delos olim maximum emporium fuerit totius orbis terrarum, cui ſucceſſit poſtea Puteolanum, quod municipium Græcum antea Dicæarchia vocatum fuit; unde Lucilius:*

Inde Dicæarchum populos, Delumque minorem.

Fuit hæc *Præfectura*, ut relatum eſt ab eodem Feſto libr. 14. Et *Colonia* C. Plin. libr. 3. cap. 5. *Deinde Puteoli, Dicæarchia Colonia dicti*. Vell. Patercul. libr. 1. *Eodem temporum tractu, quamquam apud quosdam ambigitur, Puteolos, Salernumque, atque Buxentum miſſi coloni*. T. Liv. 4. Decad. libr. 4. P. Africano Majore II. & T. Sempronio COSS. Anno U. C. 560. *Coloniæ civium Romanorum eo anno deductæ ſunt Puteolos, Volturnum, Linternum triceni homines in ſingulas*. Et propius ad Patercu-

(1) Ita Jo: Bapt. Pius hunc locum ex Juno Parthaſio emendaverat, ita etiam Gifanius legit, & nonnullæ aliæ editiones.

lùm eodem libro idem Livius: *Puteolos, Liternumque, & Buxentum adſcripti coloni, qui nomina dederant*. Sed puto vexata toties bellis Campania, jus illud perierat; nam Julius Frontinus libr. de Colon. Rom. *Puteoli, Colonia Auguſta, Auguſtus deduxit*. Et jus illud renovatum ſub Nerone. Tacit. libr. 14. Annal. *Vetus oppidum Puteoli, jus Coloniæ, & cognomentum a Nerone adipiſcitur*. Quid ſibi vult, tam ſæpe mutatum Coloniæ Puteolanæ jus? An quia, ut habetur apud A. Gellium libr. 16. cap. 13. Coloniarum, & Præfecturarum ratio ſæpe variabatur: an certe, ut videtur Stephano Pighio, locus hiſtorici mancus eſt, & ſupplendus: *Puteoli jus novum Coloniæ & cognomentum a Nerone adipiſcuntur*. Lapides veteres confirmant. Neapolitanus (1).

AB. COLONIA. DEDVCTA. ANNO. XC.
N. FVFIDIO. N. F. M. PVLLIO. DVO. VIR
P. RVTILIO. CN. MALLIO. COS
OPERVM. LEX. II. &c.

Alius Populonienſis:

VIRI. PERFECTISS. ET
PRINCIPALES. ET
SPLENDIDISSIMVS. ORDO
ET. POPVLVS. PVTE
OLANORVM

Et in alio apud Onufrium:

AEDILIS. COLON. PVTEO
LANORVM

Denique alter in Smetii Inſcriptionibus (2).

PRO SALVTE. ET. VICTORIA. AVGVSTORVM. DEO. MAGNO
GENIO. COLONIAE. PVTEOLANORVM. ET. PATRIAE. SVAE
Q. AVRELIVS. HERMADION. SEVIR. AVGVSTALIS. ET. CVRATOR. BORVM
EXTRVXIT. ET. DONVM. DAT

De ejus pulvere M. Vitruvius libr. 2. Architecton. cap. 6. *Eſt etiam genus pulveris, quod efficit naturaliter res admirandas. Naſcitur in regionibus Bajanis, & agris municiporum, quæ ſunt circa Veſuvium montem, quod commixtum cum calce & cæmento, non modo ceteris ædificiis præſtat firmitates, ſed etiam moles, quæ conſtruuntur in mari, ſub aqua ſolideſcunt*. Et libr. 5. cap. 12. *Uti portetur pulvis a regionibus, quæ ſunt a Cumis*

(1) Apud Grater. pag. 107. num. 10. (2) Apud eumdem pag. 110. num. 7.

Digitized by Google

Cumis continuata ad promontorium Minervæ. Ad eum locum Guilielmus Philander: meminit, & deſcribit Dio Coccejan. libr. 48. L. Seneca libr. 3. Natural. Quæſtion. *Quemadmodum Puteolanus pulvis, ſi aquam attigit, ſaxum eſt*. C. Plin. libr. 35. cap. 13. *Pulverem in Puteolanis collibus opponi maris fluctibus, merſumque protinus fieri lapidem unum inexpugnabilem undis, & fortiorem quotidie, utique ſi Cumano miſceatur cæmento*. Iſidor. libr. 16. cap. 1. *Puteolanus pulvis, in Puteolanis Italiæ colligitur collibus, opponiturque ad ſuſtinenda maria, fluctuſque frangendos; nam merſus aquis protinus fit lapis*. Eadem recolit Vincentius Beluacenſis in Speculo Naturali libr. 5. cap. 80. Et eleganter Sidon. Apollinar. Carm. 2. v. 59.

Namque Dicarchææ translatus pulvis arenæ
Intratis ſolidatur aquis, duratáque maſſa
Suſtinet advectos peregrino in gurgite campos.

Amœniſſimus hic receſſus, & mare piſcoſum, qui *ſinus Puteolanus* dit. Jul. Solin. cap. 22. Polyhiſtor. ob id *multus ibi Nero*. C. Tacit. libr. 15. Annal. & deſcribit C. Suetonius Calig. cap. 19. Vide Interpretes. Hujus litus utrinque duodecim millibus paſſuum ædificiis magnificentiſſimis exornatum erat. Rettulit Simon Majolus Dier. Canicular. colloq. 23.

Sal Puteolanum memorat Plinius libr. 33. cap. ult. ſed & idem libr. 35. cap. 6. *purpuriſſum Puteolanum* extollit.

Pæne præterieram *Municipii jus* etiam habuiſſe, quod Ciceronis verba oſtendunt Orat. 2. in Rullum, & Orat. pro Cœlio apud Adrianum Turnebum libr. 1. Adverſarior. cap. 11. quæ conſulantur; neque enim tranſcribo.

Illuſtrant hanc urbem non mediocriter Sancti.

Januarius, Epiſcopus Beneventi.

Feſtus, Diaconus.

Deſiderius, Lector.

Soſius, Diaconus Miſeni.

Proculus, Diaconus Puteolanus.

Eutychis.

Acutius.

Qui omnes ſub Diocletiano Aug. glorioſe martyrio ſunt conſummati, ut Latini, & Græci in Menologio teſtantur, & acta horum deſcripſit

Digitized by Google

Joannes Diaconus apud Surium Tom. 5. & Mombritium Tom. 2. Anno ſalutis 305. ut recte ſupputat Onufrius in Faſtis. Et D. Januarius quidem horrendum illud, totique orbi terrarum pæne formidandum Veſuvii montis incendium, oratione compreſſit. Homilia MS. in Bibliotheca Vaticana. Quare per totam Italiam templa Januario erecta. D. Gregor. libr. 4. Dialogor. cap. 26. & cap. 54. Meminit Uranius in Tranſitu D. Paulini apud Illuſtriſſ. Baronium ad Martyrologium Romanum.

Epiſcopatus honore olim gaudebat; nam in Decretis Symmachi Papæ ſubſcribit

Aucupius, Puteolanus Epiſcopus.

Et a Petro Damiani libr. 3. Epiſt. 10. habetur memoratus

Leo, Puteolanus Epiſcopus.

Templum Auguſto erexerat, Fragmentum veteris Inſcriptionis.

.....RVIVS. L. F.
TEMPLVM. AVGVSTO. CVM. ORNAMENTIS.
D. D

Cujus Architectus ex veteri Lapide,

L. COCCEIVS. L.
C. POSTHVMI. L.
AVCTVS. ARCHITECT.

Alia nobilia opera, libro Italice ſcripto *de Antiquitate Puteolorum, & locorum vicinorum*, illuſtrat Ferdinandus Lofredus Marchio Trevicenſis: qui conſulatur.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ Ciſtiberinæ urbs, & Colonia Pompeii, clara olim, ac potens: Colonia Romana: interiit vel igne, vel terræmotu.

CAP. CIII.

IN eodem Campaniæ Felicis tractu *Pompeii*, urbs inclyta, viſebantur. Strabo libr. 5. pag. 170. Ὅσοι δ' εἶχον καὶ ταύτην, καὶ τὴν ἑφεξῆς Πομπαίαν, ἣν παραῤῥεῖ ὁ Σάρνος ποταμὸς, εἶτα Τυῤῥηνοὶ, καὶ Πελασγοὶ, μετὰ ταῦτα δὲ Σαυνῖται. *Hoc, & quod proxime ſequitur, & Sarno amne alluitur, Pompejos, tenuerunt olim Oſci, deinde Etruſci, ac Pelaſgi, poſt hos Samnitæ.* Ecce magna præclaræ priſcorum Etruſcorum potentiæ argumenta, & Pompejos urbem illi tenuerunt, & totam eam regionem, quæ Sarno alluitur. C. Plin. operoſius libr. 3. cap. 5. *Et hoc quoque certamen humanæ voluptatis, tenuere Oſci, Græci, Umbri, Tuſci, Campani. In ora Savo fluvius, Vulturnum oppidum cum amne, Liternum, Cumæ Chalcidenſium, Miſenum, Portus Bajarum, Bauli, Lacus Lucrinus, & Avernus, juxta quem Cimmerium oppidum quondam, dein Puteoli, colonia Dicæarchia, dicti: poſtque Phlegræi campi, Acheruſia palus, Cumis vicina, Herculanum, Pompeii, haud procul ſpectante monte Veſuvio, alluente vero Sarno amne.* Ex quibus verbis conſtat, totam Campaniam Felicem Etruſcis paruiſſe. *Pompejos* vero, *Neapolim, Puteolos, Lacum Lucrinum, & Avernum, Bajas, Miſenum, Cumas, Linternum* enumerat *in amæno Campaniæ litore*. Mela libr. 2. cap. 4. Meminit L. Florus libr. 1. Hiſt. Rom. cap. 16. L. Seneca Epiſt. 50. *Ad Pompejorum tuorum conſpectum*; ſed & C. Tacit. libr. 14. *Sub idem tempus levi contentione atrox cædes orta inter colonos Nucerinos, Pompejanoſque, gladiatorio ſpectaculo, quod Livinejus Regulus, quem motum ſenatu retuli, edebat.* Validiores eo certamine Pompejani. Vide locum.

Coloniæ Romanæ jus habuit, ut Onufrius vult numero 92. idque ex teſtimonio Ciceronis pro Sulla; locum non exſcribo. *Et ſpongiam, ſive pumicem Pompejanum* celebrat Vitruvius libr. 2. Architect. cap. 6.

Hodie nulla extant veſtigia; nam *repentino caſu* interiit, ut ſcribit Joannes Xiphilinus in Tito. At quis ille caſus? Tertullianus *incendium*, Seneca *terræmotum* putant. Q. Florentis Tertulliani libr. de Pallio cap. 2. verba ſunt: *Ex hujuſmodi nubilo & Tuſcia Vulſinios priſtinos deuſta, quo magis de montibus ſuis Campania ſperet, erepta Pompejos.* Et in Apologetico cap. 40. *Sed nec Tuſcia, nec Campania de Chriſtianis querebatur, quum Vulſinios de cælo, & Pompejos de ſuo monte perfudit*

Digitized by Google

fudit ignis. Memorabili igitur Veſuvii montis incendio vult interiiſſe Pompejos: cujus diritatem Hiſtorici paſſim deſcribunt. Marcellinus Comes in Chronico. Procopius libr. 2. de Bello Gothico pag. 301. Nicephorus libr. 3. cap. 12. P. Oroſ. libr. 7. cap. 9. Jul. Solinus cap. 40. ac omnium cultiſſime C. Plinius Junior libr. 6. Epiſt. 16. Tertullian. Apol. cap. 48. Minut. Felix Octavio. Pacianus de Pœnit. & Confeſſ. L. Florus libr. 1. cap. 16. & libr. 3. cap. 20. Vitruv. libr. 2. cap. 6. Aurel. Caſſiodor. libr. 4. Epiſt. 50. *Lesbius* olim, Galenus libr. 5. de Curationib. *Mœnius* Vibius Sequeſter. Papin. Statius ſæpe damna incendii illius deplorat, ut libr. 2. Silv. 6.

Fortior Urſe fores, ſi vel fumante ruina
Ructaſſent dites Veſuvina incendia Locros.

Et libr. 3. Silv. 5.

Non adeo Veſuvinus apex, & flammea diri
Montis hiems, trepidas exhauſit civibus urbes:
Stant, populiſque vigent, hic auſpice condita Phœbo
Tecta, Dicarchei portus, & litora mundi
Hoſpita.

Et libr. 4. Silv. 4.

Hæc ego Chalcidicis ad te, Marcelle, ſonabam
Litoribus, fractas ubi Lesbius egerit iras,
Æmula Trinacriis volvens incendia flammis.
Mira fides! credetne virum ventura propago?
Cum ſegetes iterum, cum jam hæc deſerta virebunt,
Infra urbes, populoſque premi? proavitaque toto
Rura abiiſſe mari?

Et eodem libro Silv. 8. in principio.

. . . . . inſani ſolatur damna Veſevi.

Et libr. 5. Silv. 3.

Jamque & flere pio Veſuina incendia cantu
Mens erat, & gemitum patriis impendere damnis.

Alii Poëtæ. Sil. Italic. libr. 12.

Depaſti flammis ſcopuli.

Martial. libr. 4. Epigr. 44.

Cuncta jacent flammis, & triſti merſa favilla.

Putat ergo Tertullianus, Veſevum montem incendium longe lateque in Campania ſparſiſſe, adeoque Pompejos deleviſſe; ſed contra L. Seneca libr. 6. Natural. Quæſtion. Præfatione: *Pompejos, celebrem Campaniæ urbem, in quam ab altera parte Surrentinum, Sabianumque litus, ab altera Heraculanenſe conveniunt, mareque ex aperto conductum amœno ſinu cingit, deſediſſe terræ motu, vexati quæcunque adjacebant regionibus, Lucili virorum optime, audivimus, & quidem diebus hibernis.*

Videbatur reſtaurata poſt hanc cladem, cum, ut ex Tacito prius laudato, ævo Neronis ludi inibi ederentur. Certe hodie nullum reſtat

Digitized by Google

ſtat veſtigium, licèt Pandulphus Collenutius velit *Caſtello al mare* hodie appellari. Judicium doctiorum eſto.

Etruriæ Ciſtiberinæ urbs & Colonia Marcina: interiit.

CAP. CIV.

ETruſcorum in eadem regione eſt *Marcina*. Strabo Amaſianus libr. 5. pag. 173. Μετὰξὺ δὲ τῶν Σειρηνουσσῶν, καὶ τῆς Ποσειδωνίας, Μάρκινα Τυρρηνῶν κτίσμα, ὑπὸ κοώμενον ὑπὸ Σαυνιτῶν. *Inter Sirenuſas, & Poſidoniam Marcina eſt, ab Etruſcis condita, a Samnitibus inhabitata*. Nec plura alibi de ea.

Hucuſque de Coloniis, urbiſque celebrioribus, in Campania ab Etruſcis olim conditis. Nunc pergo ad populos, qui Etruſca ſunt origine in eodem tractu.

Etruſcorum Soboles ſunt Campani, Opici, Oſci, Frentoni, & Marrucini.

CAP. CV.

URbes in Latio & Campania ab Etruſcis conditæ, ſic ſe habent. Iidem parentes fuerunt gentium nobiliſſimarum: de quibus ex unico Fanutio Campano MS. de Illuſtribus Italiæ Familiis attingam paucis. Ac primum libr. 2. cap. 4. *Campani populi ſunt priſci, ac nobilitate immenſa inſigniti, qui ab Etruſcis deſcenderunt, a Capi eorum duce. Horum municipium eſt Capua, & ſub ſe habet hos populos, Laberinos, Opicos, Auſones, Oſcos, Cumanos, & Picentinos.*

Sequitur altera propago Etruriæ, *Opici*, de quibus idem Fanutius: *Opici populi antiquiſſimi, ab Etruſcis trahunt originem, & dicti ab Opico eorum duce*. Quin imo Etruriæ olim incolæ, non modo Etruſcorum proles. Ariſtotel. libr. 8. Politicor. pag. 592. editionis Petri Victorii.

Poſt hos veniunt *Oſci*, & ipſi Tuſcorum ſoboles. Fanutius loco laudato: *Oſci priſci populi, ab Etruſcis originem ducunt, quorum municipium fuit Pometia civitas*. Quare linguam Oſcam dialectum quandam eſſe linguæ Etruſcæ contra Criticorum ſententiam docebam libr. 1. hoc opere cap. 21.

Hos ſubſequuntur *Frentoni*, eadem regione populus. Fanutius enim:

Fren-

Frontoni ducunt originem a Liburnis, Dalmatis, & Etruſcis: & Larinas civitas fuit eorum municipium. Videatur cap. 92. ſupra hoc libro de hac civitate.

Eadem forte cenſentur *Marrucini*. Rurſum Fanutius MS. *Marrucini ab Etruſcis trahunt originem, & horum principale municipium fuit Atria civitas.*

Etruria tertia trans Apenninum: ſuas quoque urbes duodecim habebat, omniaque circa Padum loca poſſidebat: ſoboles ejus ibi Piceni, Euganei, Rhæti.

CAP. CVI.

HÆc eſt Etruria tertia, quæ trans Macram, & trans Apenninum imperium ultra Alpes protenderat: urbeſque ibi florentes ac principes condiderat, eodem quidem numero, quo in prima Etruria, duodecim. Locum inſignem habemus apud Strabonem libr. 5. Geogr. pag. 149. Τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἀναμέμικται καὶ τὸ τῶν Ὀμβρίκων φῦλον, ἐνὶ δ' ὅπου καὶ Τυῤῥηνῶν. Ταῦτα γὰρ ἄμφω τὰ ἔθνη πρὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ πλέον αὐξήσεως εἶχέ τινα πρὸς ἄλληλα περὶ πρωτείων ἅμιλλαν, καὶ μέσων ἔχοντα τὸν Τίβεριν ποταμὸν, ῥᾳδίως ἐπιδιέβαινον ἀλλήλους. καὶ εἴπου τινὰς ἐκστρατείας ἐποιοῦντο ἐπ' ἄλλους οἱ ἕτεροι, καὶ τοῖς ἑτέροις ἦν μὴ ἀπολείπεσθαι τῆς ἐς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἐξόδου. καὶ δὴ καὶ τῶν Τυῤῥηνῶν πολλάκις στρατευσάντων ἐς τοὺς περὶ τὸν Πάδον βαρβάρους καὶ πραξάντων εὖ, ἰσχὺν δὲ πάλιν ἐκπεσόντων διὰ τὴν τρυφὴν, ἐπεστράτευσαν οἱ ἕτεροι τοῖς ἐκβαλοῦσιν. εἶτ' ἐκ διαδοχῆς τῶν ἴσων ἀμφισβητούντες, πολλὰς τῶν κατοικιῶν τὰς μὲν Τυῤῥηνικὰς ἐποίησαν, τὰς δ' Ὀμβρικὰς πλείους δὲ τῶν Ὀμβρικῶν. ἐγγυτέρω γὰρ ἦσαν. *Romanis Umbrica etiam gens admixta eſt, & alicubi etiam Tyrrhena. Umbri enim & Tyrrheni, antequam Romanorum aucta fuit potentia, diu de principatu inter ſe contenderunt. Cumque Tiberi flumine dividerentur, facile ultro citroque bellum inferebant, quod ſi alteri expeditionem in aliam gentem ſuſciperent, cure erat alteris, ut eodem quoque tempore, ipſi eo ducerent. Itaque cum Tyrrheni in barbaros, circa Padum habitantes, exercitum miſiſſent, ac re bene geſta, ob luxuriam mox vice verſa ejicerentur, Umbri bellum iis fecerunt, qui Tyrrhenos expulerant: deinde ex ſucceſſione de locis diſceptantes, multas Colonias Tyrrhenas, plures Umbricas fecerunt, quod Umbri propiores locis erant.* Sic itaque apparet, gentes circa Padum Coloniis Etruſcorum omnes occupatas, ac de tam nobili amne paucis agendum foret, niſi præoccupaſſet Paulus Merula part. 2. Coſmogr. libr. 4. cap. 11. Nomen

Digitized by Google

men a *Pades*, quod *Piceam* arborem ſignificat, quæ frequens in ripa ejus naſcitur. Metrodorus Scepſius apud Plinium libr. 3. cap. 16. Aliud autem nomen ſortitus eſt ab *Eridano*, Phaëtonte ſcilicet, Solis filio, Servius ad libr. 6. Æneid. pag. 434. Vibius Sequeſter libr. de Fluminibus, & Geographi omnes. Fabulam autem de Phaëtontis lapſu, de electro ex populis, in quas ſorores ipſius mutatæ, diſtillante, ac cygnis numeroſis refellit Lucianus Samoſatenſis in Electro pag. 857. At eam fabulam extulerunt impenſius Poëtæ. Apollon. Rhodius Argonaut. libr. 4. v. 596. Claudian. de 6. Honorii Conſulatu, & de 3. Hon. Conſul. & in Paneg. de Conſulatu Olybrii & Probini, & in Epiſt. ad Serenam. Caſſiodor. Hiſt. Tripart. libr. 1. cap. 7. Jornand. in Hiſtor. Gothor. Dionyſ. in Periplo. Et ex eo Feſtus Avienus:

Hic prius Eridani propter nemoroſa fluenta
Fleverunt liquidæ lapſum Phaëtonta ſorores.

Et Priſcian. in Periegeſi:

Eridani fontis contingens ranca fluenta:
Hic Phaëtonta ſuum charæ luxere ſorores.

Oſtia ejus primi Aſagi fecere Tuſci. Plin. loco laudato. Celeberrimum erat *Paduſa*, ob magnitudinem pro ipſo Pado acceptum. Præter Geographorum teſtimonia, Virgil. libr. 11. Æneid.

piſcoſove amne Paduſæ

Valgius in Elegis *Paluſam* vocat. Sed lege:

Et placidam foſſæ, qua jungunt ora Paduſam,
Navigat Alpini flumina magna Padi.

Cl. Claudian. Epithal. Palladii & Serenæ:

Eridani ripas, & rauca ſtagna Paduſæ
Diffugiens nudavit oler.

Et ut nominatim proſequar, *Piceni* ab Etruſcis ortum ducunt. Fanutius Campanus MS. libr. 7. de Illuſtrib. Ital. Famil. cap. 7. *Piceni populi ſunt nobiliſſimi & antiquiſſimi, & ducunt originem ab Etruſcis: & dicti a Piceno eorum Rege, qui, pro armis & inſignibus ſuis, aſinum aureum in campo cyaneo geſtabat, ut narrat Joannes Caras libr. 6. de Antiquitatibus Orbis. Horum municipium fuit Picenum civitas, ubi primum ſedem conſtituit.* Quiſquis ille ſit Joannes Caras, non deprehendi, nec puto, ullus probatus ſcriptor ſuffragabitur. Nomen ſane ductum volunt *a Pico, qui in vexillo in Sabinos euntium conſedit;* ut refert Paulus Varnefridus libr. 2. de Geſt. Longobardor. cap. 19. Alii aliter; ſed nihil ad Etruriam: & has Italiæ partes alii illuſtrent.

Euganeos prolem Tuſcorum facit ibidem loci Fanutius Campanus: *Euganei ſunt populi nobiliſſimi, magnifici, atque honeſtiſſimi, & ducunt originem ab Etruſcis nobilibus, quorum fuit dux Dardanus Etruſcus. Horum municipium, & metropolis fuit Verona.* Videantur Geographi; ego pergo.

Eadem Rhætis in Alpibus origo, ego dixi libr. 2. ſupra hoc opere cap. 22. & expreſſit Fanutius Campanus MS. eodem loco: *Rheti populi a*

Tuſcis ducunt originem, & dicti a Rheto Lydorum duce. Corrigendus eſt locus, a librario leviter corruptus: *Rheti populi*, & poſt: *a Rheto Lydorum Duce.*

Ex iſtis manifeſtum evadit, non modo Italiam, ſed etiam Germaniæ aliquam partem a Tuſcis jure belli ſubactam: ac idem valuiſſe in inſulis in utroque mari, dicetur hoc libro infra.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Sirmio, ſeu Sermio, ad Benacum Lacum.

CAP. CVII.

AD Lacum Benacum urbs erat illuſtris, & peninſula *Sermio*, ut habet Anonymi Scoti, ſeu Antonini Auguſti Itinerarium, inter Brixiam, & Veronam, ſive *Sirmio*, ut communius alii ſcriptores, in Etruſcorum poteſtate. Hadrian. Turneb. libr. 14. Adverſarior. cap. 8. *Lydiæ lacus undæ in Epigrammate in Sirmionem idcirco dicuntur, quod ea loca Etruſci aliquando ditione tenuerint, qui latiſſime imperarunt in Italia ante Romanorum imperium, & occupatam a Gallis Galliam Ciſalpinam, ut e Livio notum eſt.* Locus Livii eſt 1. Decad. libr. 5. qui alibi a me hoc opere productus eſt. De hac urbe Joſephus Scaliger ex Parthenio Caſtigat. in Catull. *Sirmio nunc quidem eſt anguſtum cum theatri lateritii reliquiis oppidum, olim autem urbs neque exigua, neque obſcura, a Pannonicis, ſive Ungaris aliquando inſtaurata.* Videntur autem eidem Scaligero ſomnia, quæ de Coloniis Tuſcorum viri docti Sirmionem translatis produnt. Somnia ſint ergo, quæ de bellicoſiſſima ac nobiliſſima gente veteres tradidere ſcriptores, dum vera ſint de Theodorico Scaligero, & Benedicto avo ſuo relationum portenta. Catulli Epigramma eſt 32.

Peninſularum Sirmio, Inſularumque
Ocelle, quaſcumque in liquentibus ſtagnis,
Marique vaſto fert uterque Neptunus.

Et concludit deinde:

Salve, o venuſta Sirmio, atque hero gaude,
Gaudete, voſque Lydii lacus unda,
Ridete, quidquid eſt domi cachinnorum.

Sic enim rectius, quam in aliis vulgatis, *Ludiæ lacus undæ*, aut *Lydiæ lacus undæ*, aut, quod alieniſſimum judicabis lector, *limpidi lacus undæ*. Benacus enim illi eſt *Lydius lacus*, quia ab Etruſcis, qui Lydorum genus erant, imperio tenebatur. Ac de eo Servius Maurus ad libr. 2. Georgic. pag. 103. & præter veteres Alexius Ugonius in Epiſtola ad Cardinalem Polum, Georgius Jodocus Bergamus, Helias Capreolus libr.

Digitized by Google

libr. 5. Hiſt. Brixianæ, & cultiſſime Claudian: Epithal. Pallad. & Seren.

Undique concurrunt volucres, quæcumque frementem
Permulcent Athesim cantu, quas Larius audit,
Quas Benacus alit.

Et in Epigrammate de Sene:

Proxima cui nigris Verona remotior Indis,
Benacumque putat litora rubra lacum.

Fluvius hic Tuſculanus, & urbs etiam a lacus nomine *Benacus* dictus. Fl. Vopiſc. in Probo: *Rem Romanam fugerunt, & in Italia circa Veronam, ac Benacum, ac Larium, atque in his regionibus larem collocarunt.* Paul. Warnefrid. libr. 2. Geſt. Longobardor. cap. 2. *Benacenſes* inde. Lapis vetus apud Onufrium Panvinium, de lacus adcolis, vel urbis incolis (1).

IMP. CAESARI
DIVI. ANTONINI. AVG
PII. FILII. DIVI. HADRI
ANI. NEP. DIVI. TRA
IANI. PARTHICI. PRO
NEP. DIVI. NERVAE
ABNEP. M. AVRELIO
ANTONINO. AVG. AR
MENIACO. PONT. MAX.
TRIB. POT. XVIII. IMP. II.
COS. III.
BENACENSES

Sed alius apud eundem Onufrium Panvinium, & P. Merulam (2).

IMP. CAES. M. ANTONINI
PII. GERM. SAR. FIL. DIVI
PII. NEP. DIVI. HADR. PRO
NEP. DIVI. TRAIANI. PARTH
ABNEP. DIVI. NERVAE. ADNEP.
M. AVR. COMMODO
ANTONINO. PIO. FEL. AVG
SARM. GERM. MAX. BRIT
P. M. TR. P. XIII.
IMP. VIII. COS. V. P. P
NOBILISSIMO. PRINCIPI

BENACENSES

(1) Apud Gud. pag. 260. n. 2. parum immutata. (2) Apud eundem pag. 262. n. 4.

Digitized by Google

Fidem facere videtur Etruſcæ originis fluvius Tuſculanus, quem dixi; niſi leve ſit illud argumentum, quod ego non nego.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Mediolanum: terræ, regioneſque vicinæ, a Gallis poſſeſſæ, ac de ea urbe pauca.

CAP. CVIII.

URbem *Mediolanum*, prius *Olanum*, a Tuſcorum Duce vocatum, Pſeudo-Cato in fictitiis Originibus vult: ac poſtea a Medo, Inſubrum Principe, reſtauratum, nomen *Mediolani* accepiſſe. Et in Germania falſo Ptolemæus collocat. *Turinorum civitatem* vocat Ammianus libr. 15. ad finem. *Municipium Tranſpadanæ regionis* C. Tacit. libr. 1. Hiſtor. Ivo Carnotenſis MS. libr. de Europæ undecim regionibus: *Mediolanum ad Alpes fundavere Tuſci: Galli, iis pulſis, perfecere, ac ex pago juſtam urbem fecere*. Pagos ſane ibi fuiſſe, ubi nunc ſit Mediolanum, docemur ex Strabone libr. 5. pag. 147. Nomen illi a Mediolano urbe, quam Santonum caput ponit idem Strabo libr. 4. pag. 131. & in Aquitania locat Stephanus libr. de Urbib. Vel ab *apro, qui media parte lanatus in urbis fundamentis* dicitur repertus. D. Ambroſius in Epiſtol. Vel *quod ſus in medio lanea perhibetur inventa*, ut ait Iſidorus libr. 15. Etymologiar. cap. 1. Et hæc ſententia eſt recepta, Gallos urbem condidiſſe, & a ſue lanigera appellaſſe. Joan. Brodæus libr. 2 Miſcellaneor. cap. 26. Juſtin. libr. 20. in fine. Claudian. de Nupt. Hon. & Mar.

Continuo ſublime volans ad mœnia Gallis
Condita, lanigeri ſuis oſtentantia pellem
Pervenit.

Jacobus Dalechampius vult:

. . . . . *lanigeræ ſuis.*

Quod autem addit idem Poëta, *Mavortia ſigna rubeſcunt Floribus*, eſt quod *aquilam ornari ac ſigna* dixit Suetonius in Claudio cap. 13. Flores illi ſunt *Roſæ Mediolanenſes*. Fl. Vopiſc. in principio Vitæ Carini Auguſti. Ac de Mediolano Gottofrid. Viterbienſis Chronicor. parte 9. pag. 231. & alibi:

Sus fuerat medio, lanoſo vellere, tergo
A vario tergo, dux Brennius intulit; ergo
Hæc Mediolani nomen habebit, ait.

Sidon. Apollinar. libr. 7. Epiſt. 17.

Et quæ lanigera de ſue nomen habet.

Etri-

Erricus Monachus libr. 5. de Vita S. Germani:

Ulteriora petens, claram defertur in urbem,
Quam Mediolanum fertur dixiße vetuſtas.
Fama ſerit (quamquam fama non creditur omni)
Quondam inteſtinis flagrans quod Gallia bellis
Expulerit propriis violento Marte colonos
Sedibus a propriis, Latio qui forte coacti
Hanc conſtruxerunt collatis ſtipibus urbem,
Dicentes medio facti de nomine Lanum.
Quod cum forte novis ſtruerent fundamina muris
Lanea ſus media perhibetur parte reperta.

Et Andreas Alciatus Emblem. 2.

Lanigerae huic ſignum ſuis eſt, animalque biforme,
Acribus hinc ſetis, lanitio inde levi.

Reipublicæ honore, & titulis gaudebat. Inſcriptiones veteres apponam (1).

D. S. I. M.
P. ACIL. PISONIANVS
PATER. PATRATVS
QVI. HOC. SPELEVM. VIOL
IGNIS. ABSVMPTVM
COMPARATA. ARBA. A. REPVBL
MEDIOL. PECVNIA. SVA
RESTITVIT

Altera eſt Romæ apud Carpenſes (2).

L. FABIO. M. F. GAL. CILONI
SEPTIMIO. COS. PRAEF. VRB
LEG. AVGG. PROPR. PANNON
SVPER. DVCI. VEXILL. LEG. PRO
PR. PROVINCIAE. MOESIAE. SVPER
PONTHI. ET. BITHYNIAE
COMITI. AVGG. LEG. AVGG. PRO
PR. PROV. GALATIAE. PRAEF
AER. MILITARIS. PRO
COS. PTEMQVE. LEG. PROV. NARBONENS
LEG. LEG. XVI. FL. F. SAMOSATE
SODAL. HADRIANAL
PR. VRB. TRIB. PLEB. Q. PROV
CROATAE. TRIB. LEG. XI. CL.
X. VIR. STLITIBVS. IVDICANDIS

MEDIO-

(1) Apud Grater. pag. 34. num. 9. (2) Apud eundem pag. 407. num. 2.

Digitized by Google

MEDIOLANENSES
PATRONO

Tertia apud Paulum Merulam ſic ſe habet(1).

D M
AVDASIAE. Q. F. CALES
Q. AVDASIVS. ACMAZON
VI. VIR. AVG. C. D. D
MEDIOL. ET. FORO. POPL
PATER. QVAE. VIXIT
ANN. V. M. IIII. D. III

Hic locus erat *Flaviinum*, ut probat vetus lapis(2).

C. CORNELIO
C. F. VOT
MINICIANO
PRAEF. COLL. PRIM
DAMASC. TRIB. MIL
LEGIONIS. IIII. AVGVST
PRAEF. FABR. CVRATORI
REIP. ATESINORVM
IIII. VIR. I. D. PONTIFICI
FLAMINI. DIVI. CLAVDII
BERGOMI. PATRONO
FLAMINI. DIVI. TRAIANI
MEDIOLANI
PLEBS. URBANA

Quas res præclare geſſerit, quoties principatum, regendique formam mutaverit, ut quod ſub Cæſaribus, quod declinante Romani Imperii majeſtate, a Gothis, Hunnis, & Longobardis varias clades perpeſſa, ad Francorum Principum tutelam confugerit: quod deinde ſub Germanis, ſub Vicecomitibus, ſub Galeatiis, & Sfortiis requierit: quod denique Hiſpanorum ſub Carolo V. ditioni acceſſerit, Hiſtoricorum eſt narrare, & videantur Chronica Boſsiana, Carolus a Baſilica Petri Epiſcopus Noarienſis, Fr. Paulus Morigea Ordinis Jeſuatorum, Galvanius a Flamma MS. in Ambroſiana Bibliotheca, ac Triſtanus Calvus MS. ibidem. Diligenter ac docte expediunt, ut veteres omittam, Plutarchus in Marcello pag. 301. & Polybius libr. 1. pag. 122. neque in præſentiarum noſtri id inſtituti.

Habuit hæc olim bonarum artium celebre emporium, in qua profeſſi

(1) Apud Gruter. pag. 368. num. 7. (2) Apud eundem pag. 396. num. 8.

Digitized by Google

feſsi cum eminenti eruditionis gloria, Albutius Novarienſis Rhetor. D. Auguſtinus, maximum Chriſtiani orbis lumen, ut in Confeſsionibus non uno loco ipſe teſtatur: hic etiam converſus ad fidem libr. 8. cap. 7. anno ætatis ſuæ trigeſimo primo. Baron. ad Breviar. Rom. die 5. Maii. Hic etiam Virgilius Maro Poëta oratoriam didicit, & Patrum noſtrorum memoria, Georgius Merula, ac Demetrius Chalcocondylus. C. Plin. libr. 4. Epiſt. 13. *Venit ad me ſalutandum municipis mei filius præextatus. Huic ego, ſtudeſne? inquam; reſpondit: etiam. Ubi? Mediolani*. Duratque etiamnum hodie laudatus ille bonas artes Mediolani honor profitendi; nam Illuſtriſsimus Federicus Cardinalis Borromæus collegium ſumptu privato inſtruxit, omnium totius Europæ, ne fuco dixerim, inſtitutione rei literariæ utiliſsimum; nam & omnium ſcientiarum ſcriptoribus Bibliothecam refertiſsimam in uſus publicos erexit, ut in Chronologia ſua Jacobus Gordonius Leſmoræus Scotus, Societatis Jeſu presbyter, diſſerit: & honeſtiſsimis ſtipendiis literatiſsimos viros conductos, Muſarum numero æquavit, dignos, qui ubique terrarum nominentur:

Antonius Olgeatus, Bibliothecarius.

Antonius Salmacia, Græcæ linguæ.

Joſephus Ripamontius, Hiſtoriarum.

Antonius Giggæus, Orientalium linguarum.

Fr. Bernardinus Ferrarius, Literarum Sacrarum.

Benedictus Soſſagus, Poëtices.

Franciſcus Collius, Theologiæ.

Antonius Ruſca, etiam Theologiæ.

Joſephus Vicecomes, Rituum Sacrorum: ſtrenui omnes profeſſores, & ſcriptis ſuis immortalitati conſecrati.

Ad Eccleſiam venio, cujus dignitas vix ulli alteri, quam Romæ cedit, ut ex opere Syrleti Cardinalis *de Barnabæ ſucceſſoribus* liquet. Petrus Damiani Cardinal. libr. 5. Epiſt. 15. Hæc diu cum Eccleſia Ticinenſi contendit, non de honoris prærogativa, ſed ut Ticinenſis ſacraretur antiſtes a Mediolanenſi. Bernardus Saccus libr. 6. Hiſtor. Ticinen. cap. 13. quæ controverſia, regnante Luitprando, a Conſtantino ſummo Pontifice judicata eſt, ut apud eundem Bernardum Saccum libr. 10. ejus-

Digitized by Google

ejusdem operis cap. 1. habetur. Neque alia, præter Metropolim Romam, omniumque Eccleſiarum caput, plures præſules, in divorum numerum relatos, ſortita eſt. Reperio enim triginta duos Sanctos Epiſcopatui Mediolanenſi præpoſitos. Ut ſunt: *Ambroſius*, *Simplicianus*, *Venerius*. De quibus, ut alios omittam, Ennod. Ticinen. Epigr. 77. 78. 79. & de *Venerio*, qui interfuit Concilio Carthaginenſi, celebrato anno 401. ut eſt in Codice Canon. Eccleſ. African. pag. 162. *Antoninus*, *Anxi-mus*, *Benedictus*, *Cajus*, *Benignus*, *Calimerius*, *Caſtritianus*, *Clicerius*, *Datius*, *Dionyſius*, *Eugenius*, *Euſebius*, *Euſtorgius*, *Euſtorgius alter*, *Galdinus*, *Gerumius*, *Honoratus*, *Joannes Bonus*, *Lazarus*, *Magnus*, *Manſuetus*, *Marolus*, *Martinianus*, *Maternus*, *Mirocles*, *Monas*, *Protaſius*, *Senator*, *Carolus Borromæus*. Atque hujus Divi conſobrinus, qui fœliciter hodie ſedet, parens literarum, gymnaſiorum reſtaurator, pauperum pater, unus verbo dixerim, ut ſanguine, ita moribus D. Carolo propinquus, Illuſtriſſ. D. Federicus Borromæus a S. D. N. Sixto V. in Cardinalium collegium adſcitus, a S. D. N. Clemente VIII. Archiepiſcopus creatus, cum hæc ſcribo, maximum ſui videndi, ac colloquendi ardorem iniicit.

Ut finem imponam, vide Mediolani conditionem ævo ſequiori apud Laonicum Chalcocondylan libr. 4. Rer. Turcicar. pag. 362.

Etruriæ trans Apenninum urbs, & Colonia Ravenna: ac de ea civitate paucula.

CAP. CIX.

INter alias potentium eo ſeculo Etruſcorum Colonias volunt viri docti eſſe *Ravennam*, ſi non conditam, at ſaltem inhabitatam. Strabo libr. 5. pag. 148. Καὶ ἡ Ῥάουέννα δὲ Θετταλῶν λέγεται κτίσμα, ὑ φέροντες δὲ τὰς τῶν Τυῤῥηνῶν ὕβρεις, ἐδέξαντο ἑκόντες τῶν Ὀμβρικῶν τινὰς, ὧι καὶ νῦν ἔχουσι τὴν πόλιν, αὐτοὶ δὲ ἀπεχώρησαν ἐπ' ὄικου. *Fertur etiam, Ravennam a Theſſalis fuiſſe conditam: qui cum Thyrrhenorum injurias non ferrent, ultro in urbem admiſſis Umbrorum quibuſdam, qui urbem etiamnum tenent, domum reverterint*. Dixi de hac urbe ad Claudiani 6. Hon. Conſul.

. . . . . antiquæ muros egreſſa Ravennæ.

Loco hæc paluſtri ſita. Præter Geographos, & Hiſtoricos, Freculph. Lexon. tom. 1. libr. 5. cap. 8. Poëtæ. Sil. Italic. libr. 8.

Lentæ paludoſæ perſcindunt ſtagna Ravennæ.

Sidon. Apollinar. libr. 7. Epiſt. 17.

Rura paludoſæ tenuis populoſa Ravennæ,

Et

Digitized by Google

Et Carm. 9. v. 296.

Undoſæ petiit ſitim Ravennæ.

P'αυέννα vocatur ab Hermippo apud Stephanum: Ptolemæo P'αβέννα, a Zoſimo *Rhene*, a Strabone P'άβεννα. *Navenna*, a navium ibi poſitione, a quibusdam appellabatur. Hieron. Rubeus in Hiſtor. Ravennat. Conditam a *Remo* vult Olympiodorus. Catinus a *Pentapoli* Trojano; quare & Regio *Pentapolis* dicta. Paul. Varnefrid. libr. 2. Geſt. Longobard. cap. 19. Jacobus Voraginenſis a *Nimrodi filio*. Et quid ni, in tanta tamque incerta ſcriptorum diſcrepantia, ab Etruſco aliquo principe eam conditam coniicere liceat? Præſertim cum Piceni ab Etruſcis ſint oriundi, ut eſt ſupra hoc libro expoſitum; & ſit *Ravenna Piceni caput*. Vetus lapis Romæ in ædibus Auguſtini Maffæi (1):

CRONIO. EVSEBIO. V. C. CONSVLARI. AEMILIAE. AD
DITA. PRAEDICTAE. PROVINCIAE
CONVIVIV. VIGILANTIAE
ET. IVSTITIAE. EIVS. ETIAM. RA
VENNATENSIVM. CIVITATE
QVAE. ANTEA. PICENI. CAPVT. PRO
VINCIAE. VIDEBATVR. VICARIO
ITALIAE. QVAE. POTESTAS. SVPRA
DICTO. VIRO. OB. TESTIMO
NIVM. ANTEACTI. HO
NORIS. EST. ADTRIBVTA

Inferius.

PETITIONE. SENATVS. CON
TEMPLATIONE. VITAE. ATQVE
ELOQVENTIAE. EIVS. AB. INVICTISS
PRINCIPIBVS. EST. DELATA. &c.

Interfluens amnis videtur duas urbes facere, ut pridem ex Sidonio Apollinare libr. 1. Epiſt. 8.

Portus hic commodiſſimus, *ad tutelam ſuperi maris*. Sueton. in Auguſto cap. 49. C. Tacit. libr. 4. Annal. Jornandes Hiſt. Goth. cap. 57. Fl. Renat. Veget. libr. 4. de Re Milit. cap. 31. & cap. 32. Spartian. in Didio Juliano. Erat autem claſſis ea, uti & altera ad maris Inferi tutelam Miſeni navium ducentarum quinquaginta. Magno Archiepiſcopus Remenſis libr. de Notis. P. cl. R. *Præfectus claſſis Ravennatium*. Quare & lampas ad nocturnos navium curſus regendos memoratur a C. Plinio libr. 36. cap. 12. in fine. Extat vetus Inſcriptio Firmi in Piceno (2).

(1) Apud Grater. pag. 399. num. 3. (2) Apud eundem pag. 359 num. 3.

Digitized by Google

T. APPAEO. T. F. VEL
ALFINIO. SECVNDO
PROC. AVGVST. XX. HERED
PROC. ALP. ATRECTIANAR
PRAEF. VEHICVL. SVB. PRAEF.
CLASS. PRAET. RAVENN. PR
ALAE. I. AVG. THRAC. TRIB. COH
I. AELIAE. BRITTON. PRAEF
COH. IIII. GALLOR. PATRON
COLON. FLAMINI. DIVOR
OMNIVM. AVGVRI
II VIR. QVINQ. BIS
OB. MERITA. EIVS
D. D

Cum Romam piiſſimi Imperatores Pontifici ceſſiſſent, expulſis Italia Gothis, Exarchatus fuit Ravennæ inſtitutus: qui cum incepiſſet primum, & ad barbarorum terrorem invaluiſſet anno 559. duravit annis non amplius centum ſeptuaginta quinque. Legendi inter veteres Procopius, & Agathias Scholaſticus Smyrnæus: inter recentiores, Platina, Fl. Blondus, & M. Ant. Sabellicus 1. Decad. libr. 1. in fine, & alibi. Hanc Exarchatus ſedem ſub Juſtino 2. Auguſto inſtitutam deſignat Corippus Africanus Grammatic. libr. 2. de Laud. Juſtini Minoris num. 4.

Gemmæ, quas Getici felix victoria belli
Prebuit, atque favens dominis Ravenna revexit.

Ravennates ranas Martialis celebrat libr. 3. Epigr. 93. uti & *aſparagos* libr. 13. Epigr. 21. *ciſternam* libr. 3. Epigr. 56. & Epigr. 57. *Onocrotalum* libr. 11. Epigr. 22.

Viri hinc illuſtres, ut cetera omittam, *Joannes XVII.* Pontifex, licet ſecundum alios ſit Romanus. *M. Aurel. Caſſiodorus* Senator. *Fauſtinus*, ad quem multa ſunt Martialis Epigrammata. *Aſpaſius* nobilis Sophiſta, ævo Alexandri Imperatoris, ut Suidas meminit. *Petrus Damiani* Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis. *Gulielmus*, quem medicum inſignem Paulus Vergerius commendat. *Joannes Grammaticus*, *Deſiderius Spretus*, hic Poëticæ, ille Oratoriæ laude clari. *Joannes Petrus Ferrettus*, qui Milenſis Præſul, patriam tribus hiſtoriarum decadibus illuſtravit: aliique complures.

Archiepiſcopatus eſt, quem *ſecundam per Italiam ſedem* appellat Petrus Damiani libr. 3. Epiſt. 2. cujus dignitas Præſulum ſuorum ſanctitate eſt conſpicua; nam tredecim ejus antiſtites inter divos relati: *Aderitus*, *Apollinaris*, *Datbus*, *Exſuperantius*, *Germanus*, *Joannes*, *Liberius*, *Marcellinus*, *Martianus*, *Maximianus*, *Probus*, *Severus*, & *Urſus*. Quorum ſucceſſor eſt hodie . . . . . Aldobrandinus Cardinalis, morum

rum ſanctitate, ac ſuavitate incomparabili, in literatos amore ac propenſione talibus digniſſimus deceſſoribus: & feliciter gregem ſibi commiſſum a S. D. N. Clemente VIII. precor, tueatur.

Etruriæ trans Apennimum urbs, & Colonia Mantua, ab Etruſcis condita; ejus claritudo, ac quædam paucula alia.

CAP. CX.

OCnum Bianorem, Etruriæ Regem condidiſſe *Mantuam*, multis probavi libr. 1. ſupra hoc opere cap. 9. & libr. 2. cap. 36. quæ non repeto. Unum ex C. Plinio addam libr. 3. cap. 19. *Mantua Tuſcorum trans Padum ſola reliqua*. Argumento claro & neceſſario, plures olim Etruſcorum trans Padum fuiſſe Colonias; imo totidem, quot in prima Etruria, ſcilicet duodecim, convincit Virgilii libr. 10. Æneid. auctoritas:

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Mantus, & Tuſci filius amnis,
Qui muros, matriſque dedit tibi Mantua nomen;
Mantua dives avis, ſed non genus omnibus unum;
Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni,
Ipſa caput populis, Tuſco de ſanguine vires.

Duodecim hi populi ſub capite Mantua, de priori Etruria intelligi neutiquam poſſunt, cum ſit extra illius Etruriæ limites. Igitur & alia hic Etruria fuit; nam ut ex Strabone, Livio, Ptolemæo, Plinioque conſtat, ut addatur M. Junianus Juſtinus, & Polybius, totam eam regionem, quæ trans Padum eſt, Tuſci primum, mox Cenomani, tum Inſubres tenuerunt. Roma antiquiorem facit Leonardus Aretinus, & ex eo Æquicola, trecentis annis. Meminit vetus Lapis(1).

D M
C. RVTILIO. C. F.
SAB. HOMVN
CIONI. MANTVA
MIL. COH. VII. PR.
Z. VALLI. MIL
ANN. XIIII. VIX
ANN. XXXII.
H. B. M. F. C

(1) Apud Gruter. pag. 479. num. 6.

Digitized by Google

Reſpublica etiam in vetuſta Inſcriptione audit apud Onufrium Panvinium(1).

C. VALER. C. F. PAP
MARIANO
HONORES. OMNES
ADEPTO. TRIDENT
FLAMINI. ROM. ET. AVG
PRAEF. QVINQ. AVGVR
ADLECTO. ANNON. LEG. III
ITALIC. SODALI. SACROR
TVSCVLANOR. IVDICI
SELECTO. DECVR. TRID
DECVRIONI. BRIXIAE
CVRATORI. REIP. MANT
EQVO. PVBL. PRAEF. FABR
PATRONO. COLON
PVBLICE.

Antiquiſſima hæc, ac nobiliſſima urbs, easdem cum tota Italia mutationes paſſa; nam a Cæſaribus ad Gothos devoluta, ab illis ad Longobardos, iis profligatis denuo Auguſtorum reddita eſt ditioni: tum Otho II. *Theobaldo* Comiti *Canoſſano* eam donavit, cui *Bonifacius* filius ſucceſſit, conjuge *Beatrice*, ac *Matbilde* filia relictis, ſine prole maſcula obiit; quare urbs libertatem adepta eſt præpoſtere, nam *Sordellus Vicecomes* brevi eam ſubjecit ſibi: tum anno 1274. *Ducibus Bonacolſiis* paruit annis circiter quinquaginta quatuor: denique ab anno 1328. Gonzagas Principes ſortita eſt, quorum Sereniſſ. Ferdinandus, Cardinalitio pileo depoſito, Sereniſſ. Magni Etruriæ Ducis Coſmi germana Catherina in uxorem ducta, feliciſſime regnat, & regnet, precor.

Etru-

(1) Apud Gruter. pag. 479. num. 6.

Digitized by Google

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Cupræ Fanum: ab Etruſcis condita.

CAP. CXI.

ETiamſi Plinius, ſuperiori capite laudatus, dixerit, ex Etruſcis urbibus trans Paduum ſolam Mantuam reliquam fuiſſe; tamen *Cupræ Fanum*, in eo tractu a Tuſcis conditam, probat evidenter Strabonis Amaſiani locus libr. 5. pag. 166. Ἐφεξῆς δὲ τὸ τῆς Κύπρας ἱερὸν, Τυρρηνῶν ἵδρυμα καὶ κτίσμα: τὴν δ' Ἥραν ἐκεῖνοι Κύπραν καλοῦσιν: *Deinceps Cypræ Fanum* (vel Cupræ) *conditum, dedicatumque ab Etruſcis, qui Junonem Cupram vocant*. Cypra igitur, vel Cupra perinde valent; Græca enim litera y. in Latinam pæne ſemper mutatur in V. dixi alibi hoc opere. *Cuprenſes* autem populum pro oppido, ut ſolet, in quinta ponit regione Plinius libr. 3. cap. 13. Ptolemæo Κύπρα eſt, eaque duplex Μαριτίμα, καὶ Μοντάνα. *Maritima, & Montana*. Meminit Pomponius Mela libr. 2. cap. 4. *Ancona inter Gallicas, Italicaſque gentes quaſi terminus intereſt; hanc enim prætergreſſos Piceni litora excipiunt, in quibus Numana, Potentia, Claterna, Cupra urbes: Caſtella autem Firmum, Adria, Truentum*. Ferdinandus Pintianus ex Cupra, quam maritimam Ptolemæus vocavit, duas urbes facit, *Cupram* ſcilicet, & *Maritimam*, fretus auctoritate ejusdem Melæ loco laudato; ubi ſic: *Ab ea Senogallia maritima ad Aterni fluminis oſtia*. Interpungit ille, & legit, *Senogallia, Maritima*. Acute: neſcio, an bene. Hubertus Goltzius in Theſauro *Cupram maritimam* conjunctim legit. Judicium ſit doctiorum: ego ſane maritimam Cupram facile probavero ex Silio Italic. libr. 8. quo loco cum Geographis congruit:

Hic & quos paſcunt ſcopuloſæ rura Numanæ,
Et queis literæa fumant altaria Cupræ,
Quique Truentinas ſervant cum flumine turres,
Cernere erat.

Petrus Marſus: *Cupra oppidum ad mare, habebat quondam templum Junonis, Tuſcorum* ædificium, qui Junonem Cupram nominabant. Ergo a Dea nomen accepit, ideo dicit, illic fumaſſe altaria, quoniam *Cuprenſes Junonis ſacris operabantur*. Cupra, quæ maritima vocabatur, hodie eſt *Gritto* caſtellum: montana vero, D. Virginis templo celebris, *Coreto* audit, ut quibusdam placere video.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Regium, cognomento Lepidi.

CAP. CXII.

Regium, non vero *Rhegium* (id enim in Magna Græciâ, *extrema Italiæ civitas*. Varnefr. libr. 3. cap. 33.) ut docet Aldus Manutius in Orthographica ratione, cognomento *Lepidi*, ut habetur in Epiſtola Ciceronis ad Caſſium, ab Etruſcis & condita, & inhabitata, in Æmilia via, ut Itinerarii Tabulæ Anonymi Scoti, ſeu Antonini Auguſti oſtendunt. Ptolemæo Ῥήγιον Λεπίδου. *Regium Lepidium*. Paulus Varnefridus lib. 2. cap. 18. *Æmilia a Liguria incipiens inter Apeninas Alpes, & Padi fluenta verſus Ravennam pergit: hæc locupletibus urbibus decoratur, Placentia ſcilicet, Parmaque, Regio, & Bononia, Corneliique Foro, cujus caſtrum Imolas appellatur*. Coloniam Romanam facit ex Ptolemæo Onufrius Panvinius Imp. Rom. 98. Auctores ejus Etruſcos fuiſſe ex Livio Polybioque aſſerit Paulus Merula libr. 4. parte 2. Coſmogr. cap. 34. Hic *Forum Lepidi* olim fuit, ut notatum a Feſto. Tam varias paſſa eſt novercantis fortunæ clades, ut vix alia ſæpius dominos mutaverit; nam præter Cæſares, Germanos, & Gallos, eam tenuerunt Pontifices, Canoſſari, Ateſtini, Foliani, Scaligeri, Gonzagæ, Galeatii, Othoboni, a quibus ad Ateſtinos eſt devoluta, ab his ad Pontifices, iterumque extincto Adriano VI. ad priores Dominos Sereniſſimos Ateſtinos rediit, hodieque ſub juſtiſsimo moderamine Sereniſsimi D. N. Cæſaris incomparabilis animi conquieſcit, qui majorum virtutes æquat, an ſuperat, admirabili in literas & literatos affectu, principatu eſt digniſsimus. Adeundi Corius parte 2. Hiſtoriar. Bartholom. Platina in Bonifacio IX. Ant. Sabellic. libr. 9. Ennead. 9. Joann. Baptiſta Pigna, quem Latina civitate donavit Joannes Baro libr. 6. de Principib. Ateſtin. pag. 453. & alibi.

Incolæ Rhegii in Brutia *Rhegini*: hujus vero *Regienſes a Lepido* a Geographis audiunt. C. Plin. libr. 3. cap. 15.

Etru-

Digitized by Google

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Parma: ab Etruſcis condita, & de ea pauca.

CAP. CXIII.

IN eadem via Æmilia clariſsima civitas eſt Parma, Latinis Græciſque ſcriptoribus Πάρμα, celebratiſsima, condita primum a *Cryſo* Trojano, ut vult Sicardus Cremenſis: vel a *Chryſo* Placentino. Albertutius de Urbib. Ital. Sed re vera illius, ut multarum eo in tractu civitatum, auctores ſunt Tuſci. Notat Paul. Merula part. 2. Coſmogr. libr. 4. cap. 34. & totum eum tractum ab Etruſcis poſſeſſum docent Strabo libr. 5. pag. 150. Et Polybius libr. 2. pag. 105. T. Liv. 4. Decad. libr. 9. Q. Fabio Labeone, M. Claudio Marcello COSS. ſub annum Urbis 471. *Mutina, & Parma Coloniæ Romanorum Civium ſunt deductæ, bina millia hominum in agro, qui proxime Bojorum, ante Tuſcorum fuerat, octogena jugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt. Deduxerunt Triumviri M. Æmilius Lepidus, Tit. Æbutius Carus, L. Quintius Criſpinus.* Cum alias, ut ceteræ Italiæ urbes, graves paſſa eſt hæc injurias, tum maxime ſub Triumvitis, quam calamitatem deplorat M. Cicero Philipp. ult. Eſt in veteri lapide mentio (1).

PRAEF. LEG. XX VALEN
VICTOR. PRIMIP. LEG
X GEM. PIAE. FIDEL
CENT. LEGION. III. SCY
THICAE. XI. CLAVD. XIII. GEM
VII. GEM
PATR. COL. IVL. AVG. PARM
PATR. MVNICIPIORVM. FORODRVENT. ET. FORO
NOVANTR. PATR. COLLEGIOR. FABR. ET. CENT
ET. DENDROPHOR. PARMENS. COLLEG. CENT. MERENTI
EXERCITORES. RATIVM. VLPIAN

Operibus publicis olim commendabatur, ut amphitheatro. Procop. libr. 1. Bell. Gothic. & legendi, ut veteres omittam, Barthol. Platina in Innocentio IV. Pandulphus Collenutius libr. 4. Hiſtor. Regni Neapolitani, Blondus, Sabellicus, & alii. Agro fertili laudem debet feracique caſei & lanæ, quam M. Varro libr. 8. Ling. Lat. *Gallicanam* appellat; ut præter alios Martial. libr. 2. Epigr. 43. abunde teſtatur:

Vel

(1) Apud Gruter. pag. 492. num. 5.

Digitized by Google

Vel quam ſepoſito de grege Parma dedit.

Et libr. 5. Epigr. 13.

Tondet & innumeros Gallica Parma greges.

Et libr. 4. Epigr. 37.

Ex pecore redeunt ter ducena Parmenſi,

Et libr. 14. Epigr. 153.

Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis
Nobilis . . . . . .

Mutationes hiſtorici referunt, quas ego conſulto tranſeo; nam hic tantum obiter de ea agendum. Ultimo a Paulo III. Pontifice Illuſtriſſimæ Familiæ Farneſiorum ceſſit, primuſque fuit Dux *Petrus Aloyſius*, quo intra biennium crudeliter a ſuis cæſo, ſucceſſit *Octavius* filius: cujus hæres fuit *Alexander Octavius*, Belgicorum exercituum, incomparabili virtute ac præſtantia, præfectus ac gubernator: cujus filius hodie Sereniſſ. Princeps *Ranutius*, bono Reipublicæ literariæ ac Chriſtianæ regnat, regnetque, precor, longum.

Etruriæ trans Apeninum urbs & Colonia Mutina: ac de ea paucula.

CAP. CXIV.

IN eodem tractu, in Etruſcorum priſcorum agro occurrit *Mutina*, ſive, ut male in vulgato textu Antonini Aug. ſeu Scoti Anonymi, *Motina*. Livii docet auctoritas proxime ſuperiori capite allata. Μέτινα eſt apud Dionem Coccejanum libr. 74. & Appianum Alexandrinum libr. 3. & libr. 5. Bellor. Civil. Ptolemæus in Gallia Togata locat. Plinius in octava regione, haud procul Apennino. Pleni ſunt ſcriptores ejus commemoratione: veteres, L. Florus, T. Livius, M. Cicero, C. Tacitus, C. Plinius, Pomponius Mela, Silius Italicus: recentiores, Blondus, Sabellicus, Corius, Platina, Volaterranus, & Carolus Sigonius inde oriundus, qui non modo patriæ ſuæ, ſed & literarum omnium eſt ornamentum: ad quos lectorem remitto. Meminit & vetus Inſcriptio(1).

Q. AMBILIVS. T. F
POL. TIRO. MVTIN
MIL. COHORT. VII. PR
7. GRAECINI. VIXIT. ANN
XXX. MILITAVIT. ANN. XII
ARBITRATV

MYR-

(1) Apud Gruter. pag. 520. num. 2.

MYRMELIAE. VERVCVNDAE
SORORIS
T. F. I

Altera Romæ in ædibus Colotians (1).

M. BALLONIO
M. F. POL. PAVLLO
MVTINA
MIL. COH. X PR. 7
FRONTONIS. MIL
ANN. VIII. VIX. ANN
XXXVI. T. P. I

Habuit hæc urbs, ut omnes aliæ, varios caſus: reliquos prætereo: ſuperiori ſeculo, anno 1510. Julius II. Pontifex eam Ateſtinis ademit, & tum Maſſimiliano I. Imperatori ceſſit: tum Clemente VII. Pontifice Mole Hadriani concluſo, fortiter ab Ateſtinis Principibus eſt vindicata, ſub quorum dominatu hodie feliciſſime acquieſcit. Ego ad alia propero.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Bononia, Fluvio Rheno inclita: olim Felſina a Rege Etruſcorum.

CAP. CXV.

AD Apennini radices, in octava regione, ut vult Plinius: in Gallia Togata, ut placet Ptolemæo: in via Æmilia, ut videtur Zoſimo libr. 3. Hiſtoriar. eſt *Bononia*, prius a Rege Etruſcorum Felſino appellata, cum regione vicina, *Felſina*. Plin. libr. 3. cap. 15. *Intus Coloniæ, Bononia, Felſina vocata, cum princeps Etruriæ eſſet*. Vide, quæ dixi libr. 2. ſupra hoc opere cap. 33. *Felſina* ergo a Rege Etruriæ primum vocata: poſtea *Bononia*, quaſi *Bojonia* a populo ſcilicet Gallico, qui Etruſcis ea in regione ſucceſſit, Boiis, renovato nomine, dicta. Raphaël Volaterranus libr. 4. pag. 117. Videantur, quæ a me ſunt poſita libr. 1. ſupra hoc opere cap. 9. ubi & T. Livii locus inſignis 4. Decad. libr. 7.

Fluvius hic Rhenus, in quo, Plutarcho teſtante in Cicerone pag. 884. Auguſtus, Antonius, & Lepidus de proſcriptione convenerunt.

(1) Apud Gruter. pag. 533. num. 7.

Meminit & Plinius libr. 16. cap. 36. *Nullus ſagittis aptior calamus, quam in Rheno Bononienſi amne, cui plurima ineſt medulla, ponduſque volucre, contra flatus quoque pervicax liora*, Hic, ad differentiam Rheni Germanici, *parvus* vocatur. Sil. Italic. libr. 8.

Et quondam Teucris comes in Laurentia bella
Ocni priſca domus, parvique Bononia Rheni.

Pomp. Mela libr. 2. cap. 4. *Urbium, quæ procul a mari habitantur, opulentiſſimæ ſunt, ad ſiniſtram, Patavium Antenoris, Mutina, & Bononia, Romanæ Coloniæ.* Vetus Lapis(1).

POMPONIVS. Q. F
LEMONIA. FORTVNATVS
BONONIA. MIL. COH.
VIII. PR. 7. PERPENNAE
MIL. ANN. IX. VIX
ANN. XXIIX
T. F. I

Et alia Inſcriptio(2).

Q. ENEIVS. Q. F.
LEM. MONTANVS
BONONIA
MIL. COH. II. PR
7. IVLI. SECVNDI
MILIT. ANN. XV
VIX. ANN. XXXIII
T. P. I

Tertia eſt in Via Caſsia(3).

CLAVDIAE. VENERIAE
A. GELLIVS. A. F. LEM
SECVNDVS
BONONIA
FECIT. ET. SIBI
INFR. P. VI. IN. AGR. P. IX

Hiſtoriam alii narrent; neque enim eſt noſtri inſtituti. A Pepulis, Vicecomitibus, Bentivoliiſque ad Pontificem Romanum pervenit, cui hodie cum ſummo præeſt imperio Illuſtriſſ. Octavius Bandini Cardinalis Florentinus, magno raroque virtutis, & literaturæ politio-

(1) Apud Gruter. pag. 558. num. 1. (2) Apud eundem pag. 540. num. 6. (3) Apud eundem Gruter. pag. 772. num. 3.

Digitized by Google

litioris exemplo. De ea urbe ſic Hadrianus in Itinere Julii II.

Urbs antiqua, ingens; Etruſcis Regia quondam
Felſina, tum Boiis fato irrumpentibus impar
Accepiſſe novum fertur Bojonia nomen.
Verum ubi ſunt Boii Romano milite pulſi,
Barbariem excuſſit, cæpitque Bononia dici.
Subditur ad Boream radicibus Apemini,
Planitie acclivi procumbens Solis ad ortus,
Inter aquas Sapinæ, & Rheni, quarum utraque in urbem
Ducta, vehit, revehitque rates, piſtrinaque verſat.
Æmiliæ decus, & belli, paciſque patrona,
Dives opum variarum, & nullius indiga cultus,
Muſarum domus, atque omnis nutricula juris.

Academiam fundatam ajunt anno ſalutis 423. Petronio rogante, a Theodoſio Hiſpano, ubi, *ſcientiarum omnium fontem, & arcanorum ſuorum armarium* vocat in privilegio. Reſtauravit collapſam Carolus Magnus, dum Pariſienſem & Ticinienſem fundaret, quo odio Bononienſium eam transferre voluit Federicus Aug. cognomento Barbaroſſa; ſed Lotharius Cæſar decrevit, *ut una eſſet, & ſola legum & juris ſchola Bononia*. Hic primo volunt Pandectas in Italia viva voce explicatos, auctoribus *Irnerio, Bulgaro, Martino, Hugone, & Jacobo*; ideo Laonicus Chalcondylas libr. 6. *Bononia opibus, & reliqua felicitate præcipuis Italiæ urbibus non cedit, literarum vero ſtudiis ſuperat*. Quare Clemens V. in Concilio Viennenſi decrevit, ut ibi *Hebraica, Chaldaica, Arabica* linguæ traderentur. Gloſſ. l. fin. C. de Teſtamen. *Legum nutricem* vocat. Azo J. C. *Bononia legalium ſtudiorum ſemper monarchiam tenuit*. Baldus, mille ante ſe annos floruiſſe teſtatur. Petro Anchorano eſt *vera ſtudiorum mater*. Didac. Covarruvias libr. 3. Variar. Reſolution. cap. 1. Et Hieronym. Gigas Tractatu de Penſionib. Quæſt. 23. Thomas Eduardus Anglus in Deſcript. Urb. Italicar.

Excellit ſtudiis facunda Bononia cunctis.

Epiſcopos libello eleganti edito illuſtravit Carolus Sigonius: viros illuſtres commendarunt Merula, & Leander Alberti.

Etruriæ trans Apenninum urbs & Colonia Brixia, ab Etruſcis, aut Brenno condita.

CAP. CXVI.

AD radices Alpium eſt *Brixia*, *Cenomanorum*, ut ait T. Livius 4. Decad. libr. 2. *caput;* ſed a quo condita, non eſt facile explicare. Gallos nonnulli ductu Brenni, in ea veniſſe loca contendunt. Gottofrid. Viterbienſ. Chron. par. 9. pag. 231.

Brixia fundatur, Ticino Papia paratur.

Alii ad Germanos referunt. Baptiſta Mantuan.

Brixia magnorum genitrix animoſa virorum,
Gallia ſeu genuit, ſeu te Germania mater;
Nam genus abſcondit tenebris adoperta vetuſtas:
Tu Cenomanorum quondam regina fuiſti.

Eſt tamen certum, Gallos eo ex tractu Etruſcos expuliſſe, ut ſæpe ſupra, Livio, Polybioque auctoribus, eſt demonſtratum: & clare ex Trogo Pompejo M. Junian. Juſtin. libr. 20. Hiſtor. ideoque, ut ceteræ in ea regione civitates, facile convincitur, originem a Tuſcis cœpiſſe. Vetus Inſcriptio meminit. Romæ ad D. Blaſii(1).

D M
C. NIGIDIO. C. F.
FAB. MARCELLI
NO. BRIX. MIL.
COH. I. PR. 7. LEPIDI
MIL. ANN. V. VIX. ANN
XXIIII. D. RESTIANVS
IVSTVS. B. M. F

Altera eſt Noviomagi in Geldriæ Ducatu (2).

Q. BISIVS. SECVNDVS
Q. F. DOMO. BRIX.
MIL. LEG. X. G. 7. COMINI
CELSI. AN. XXX. STIP. VII
HERED. EX. T. F. C

Juven-

(1) Apud Grater. pag. 554. num. 9. (2) Apud eundem pag. 534. num. 1.

Juventus Brixiana in veteri lapide (1).

M. PVBLICIO
M. F. SAB. SEXTIO
CALPVRNIANO
EQVO. PVBLICO
FLAMM. D. IVLI
PRAEF. AEDIL. POT
QVAESTOR. AERARI
SACERD. IVVEN. BRIX.
COLLEGIA
CENTON. ET. FABROR

Sed & *Synagoga Brixiana*, vetuſta Inſcriptione (2).

CORLIAE
PATERNAE. MATRI
SYNAGOGAE
BRIXIANORVM

Coloniam eo deductam, & jure civitatis a Julio Dictatore donatam ſcribunt Suetonius in eo, Aſconius Pedianus in Piſonianam, Plinius libr. 3. cap. 19. Lapides ſic capiendi (3).

COLLEG. FABR. ET. CENT
SEX. SEXTIO. ONESIGENI
ORNAMENTIS. DECVRIONALIBVS
BRIXIAE. VI. VIR. AVGVSTAL
PATRONO. COLLEGIORVM
FABROR. ET. CENTONARIOR. ET
DENDROPHORORVM

Et alter Lapis itidem huc ſpectans (4).

COLLEGIA. FABROR. ET. CENT
L. CORNELIO. PROSODICO
VI. VIR. AVG. BRIXIAE. ET
VERON. SACERD. COLLEG
IVVENVM. BRIXIAN
PRIMVM. INSTITVTI
OB. MERITA. EIVS
HONORE. CONTENTVS

IMPEN-

(1) Apud Gruter. pag. 460. num. 5. (2) Apud eundem pag. 323. n. 3. (3) Apud eundem pag. 469. n. 4. (4) Apud eundem pag. 397. num. 1.

IMPENDIVM. REMIS
DATIS. IN. TVT. COLONIS. H-S
N̄ . D.

Sub Veneti Senatus majeſtate hodie feliciſsime acquieſcit, multaſque familias, ſi ulla nobiles, pleroſque viros illuſtres Sanctitate, aut ſcriptis produxit, de quibus alii, & ego cum reliqua Italia fortaſsis alias.

Etruriæ trans Apenninum urbs, & Colonia Adria, ſive Hadria, aut Atria: penitus hodie interiit.

CAP. CXVII.

CLariſsima urbs, in eo tractu ab Etruſcis condita, eſt *Atria*, ſive *Adria*, aut *Hadria*, a qua & mari Hadriatico nomen, & atriorum apud Romanos inventio, dixi libr. 3. ſupra hoc opere cap. 69. & obſervat Guilielmus Philander ad Vitruvii libr. 6. cap. 4. Ἀδριανὴν χώραν, *Adrianam regionem* vocat Polybius libr. 3. pag. 239. Eleganter encomia ejus percenſet Stephanus Byzantinus libr. de Urbib. Ἀδρία, πόλις, καὶ παρ' αὐτὴν, κόλπος Ἀδρίας, καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος, ὡς Ἑκαταῖος. ἡ χώρα τοῖς βοσκήμασιν ἐστὶν ἀγαθή: & quæ ſequuntur, quæ ad verbum Suidas exſcripſit, & Latine reddit Hieronymus Volfius: *Hadria urbs, & prope ipſam ſinus Hadriatici maris, & fluvius eodem nomine, ut tradit, Hecataeus. Regio illa pecudibus bona eſt, adeo ut capræ bis in anno pariant, & gemellos, ſæpe etiam ternos, & quaternos, interdum & quinos hædos, & plures. Ferunt & gallinas bis in die ova ponere, ſed omnibus avibus eſſe minores. Civis, & accola, Hadrianus, & Hadriaticum pelagus.* Et de Gallinis Hadriaticis, ut hic Hecatæus, ita Athenæus libr. 7. pag. 285. ex Chryſippo libro *de iis, quæ per ſe optabilia ſint.*

Hæc a quibusdam eſt Atria appellata. Servius Honoratus ad libr. 1. Æneid. pag. 219. *Alii dicunt, Atria Etruriæ civitatem fuiſſe, quæ domos amplis veſtibulis habebat.* Alii *Adriam* malunt, quod damnat Iſaacus Caſaubonus, quamquam ambigue Strabo libr. 5. pag. 148. pag. 157. & alibi, modo Ἀδρίαν, modo Ἀτρίαν appellans. Eadem etiam apud Plinium varietas; nam libr. 3. cap. 13. *Ab Æterno amne, ubi nunc ager Adrianus, & Adriana Colonia:* & eodem libro cap. 16. *Omnia ea flumina, foſſaſque primi Aſagi fecere Tuſci, egeſto amnis impetu per transverſum in Atrianorum paludes, quæ ſeptem maria appellantur, nobili portu oppidi Tuſcorum Atriæ, a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Hadriaticum.* Sed nec conſtans Plutarchi lectio in Camillo pag. 136. Τὴν μὲν γὰρ βόρειον θάλασσαν Ἀδρίαν καλοῦσιν, ἀπὸ Τυρρηνικῆς πόλεως Ἀδρίας,

Ἀδρίας. *Septentrionale pelagus Adriaticum vocaverunt, ab urbe Etruſca Adria.* In aliis editionibus eſt Ἀτρία, & Ἀτρίαν. Auctor de Limitib. *Adrianus ager limitibus maritimis & Gallicis, quos nos D. & K. appellamus, finitur.* Et eodem libro alibi: *Pinnes, ager ejus in ea lege continetur, qua & ager Hadrianus.* Et alii ſcriptores.

Nobilis hæc urbs *portu*, & *ſinu*, ut ex Hecatæo ſupra oſtenſum. Nobilis etiam *Coloniæ* Romanæ jure, quam Coloniam numero 39. facit Onufrius in Imp. Rom. pag. 63. *eodem* ſcilicet *anno, quo Sena deducta.* L. Flor. Epitomaſt. libr. 5. *Alterum mare, Adriaticum ab Adria, Tuſcorum Colonia, gentes vocavere Italicæ.* Ubi Florus Coloniam vult Romanorum civium factam; Livius vero ante Romam conditam Etruſcorum trans Apenninum Coloniam. Sic Poëtæ. Juvenal. Satyr. 4. principio:

. . . . . *Adriaci ſpatium admirabile rhombi.*

M. Varro in Satyra Menippæa, cui titulus: *Pranſus paratus.*

. . . . *Luna ſpectante Adria*
Se itiner longum ſermone levavit.

Virgil. libr. 2. Georg.

Adria qua longe ponto ſonat unda refuſo.

Martial. libr. 3. Epigr. 93.

Et Adrianus dulcius culex canet.

Horat. libr. 1. Od. 16.

Sive mari jubet Adriano.

Quin imo *Adriam* pro ipſo mari ſupero idem uſurpat libr. 3. od. 9.

Iracundior Adria.

Ortu etiam Hadriani Imperatoris claritudinem conſecuta eſt. Æl. Spartian. in ejus vita: *Origo Imperatoris Hadriani vetuſtior a Picentibus, poſterior ab Hiſpanienſibus manat; ſiquidem Adria ortos majores ſuos, apud Italicam, Scipionum temporibus, reſediſſe, in libris vitæ ſuæ Hadrianus ipſe commemorat.* Eadem Sext. Aurelius Victor in Hadriano: *Ælius Hadrianus ſtirpis Italicæ Ælio Hadriano Trajani Principis Conſobrino Adriæ orto, genitus: quod oppidum agri Piceni, etiam mari Adriatico nomen dedit.* Supra quoque hoc libro, Picentes eſſe Etruſcorum Colonos, eſt probatum.

Miror Trogi Pompeji, diligentis alioquin, & patriarum laudum amantis, exſcriptorem M. Junianum Juſtinum libr. 20. Hiſtor. in limine, contra omnes melioris notæ ſcriptores, Adriam, non Etruſcam, ſed Græcam urbem facere: *Denique multæ urbes adhuc poſt tantam vetuſtatem, veſtigia Græci moris oſtentant; namque Tuſcorum populi, qui oram Inferi maris poſſident, a Lydia venerunt: & Venetos, quos incolas ſuperi maris videmus, capta & expugnata Troja, Antenore duce, miſit: Adria quoque Illyrico mari proxima, quæ & Adriatico mari nomen dedit, Græca urbs eſt.* Hæc ille, nimium Etruſcorum gloriæ adverſus, & Græcorum impenſius, quam par eſſet, fautor.

Hodie

Hodie interiit, nec præter piſcatorum mapalia quicquam extat. Terellus viculum, antiquæ urbi vicinum, *Adri* hodie vocari, in Veronæ urbis deſcriptione, aſſerit: nec mirum, cum ævo Pauli Varnefridi eſſe urbs deſiiſſet; ſic enim ille libr. 2. Geſt. Longobardor. cap. 19. *Et vetuſtate conſumpta Adria, quæ Adriatico pelago nomen dedit.*

Eandem denique ex Stephano, & Euſtathio in Dionyſii Periegeſin Ἀδρίαν, *Ætbriam* appellari, viri eruditi adnotarunt: & ego non repeto.

Etruſcæ Viæ, quæ Roma in alias provincias ducebant: earum curatores: aggeres dictæ, quia ſtratæ lapidibus: Flaminia, Aurelia, Cornelia, Sempronia, Portunia, Vitellia, Æmilia, Caſſia, Ciminia, Claudia, Annia, Auguſta, Portuenſis.

CAP. CXVIII.

Sic ſe habent urbes in triplici Etruria, ante Romanum Imperium fundatum, conditæ: noſtra ætate penitus exciſæ: populique exſtincti, ac gentes olim potentes, hanc, quam deſcripſimus, ſuorum geſtorum memoriam reliquerunt. Nunc vero de Viis agendum, quæ Roma per Etruriam euntes ducebant, quæ variæ erant, ut infra aperietur hoc ipſo capite. Sed primum illud eſt obſervandum, *Viarum Curatores* fuiſſe ſub Auguſto inſtitutos, qui vias munirent, viderentque, ne non ſtratæ, ac iter facientibus commodæ eſſent. Sueton. Auguſto cap. 37. *Nova officia excogitavit, curam operum publicorum, viarum, ac aquarum, alvei Tiberis, ac cloacarum.* L. Sen. in Apocolocynt. *Appiæ viæ Curator eſt.* C. Plin. Jun. libr. 5. Epiſt. 15. *Æmiliæ viæ accepiſſe curam.* Sicul. Flacc. libr. de Conditionib. agror. *Viarum non omnium una eſt eademque conditio; nam ſunt viæ publicæ regales, quæ publice muniantur, & auctorum nomina accipiunt, & curatores habent.* Pompon. J. C. l. 2. ff. de Orig. Jur. *Quatuorviri conſtituti ſunt, qui Viarum curam agerent.* Ac de IVviris hiſce Veteres Inſcriptiones apud Onufrium (1).

CN. DO-

(1) Apud Gruter. pag. 403. num. 1.

Digitized by Google

CN. DOMITIO. SEX. F. VEL
AFRO. TITIO. MARCELLO
CVRINO. LVCANO
COS. PROCOS. PROVINCIAE. AFRICAE
LEGATO. EIVSDEM. PROVINCIAE. TVLI
FRATRIS. SVI. SEPTEMVIRO. EPVLONVM
PRAETORIO. LEGATO. PROVINCIAE. AFR

Et poſt pauca.

TRIB. MIL. LEG. V. ALAVDAE. III. VIR. VIARVM. CVRAND. PATRONO
OPTIMO
D . D

Eſt & altera Inſcriptio (1).

. . . . . .
PRAED. CER. Q. PROVINC
CYPRI. PRO. P

TRIB. MIL. LEG. III. AVGVST
III. VIR. VIAR. CVRAND
PATRONO
COL
D . D . P

In tertio lapide Hadriano dicato recenſentur nomina quatuor virorum Viarum curandarum (2). Curatores iſti Vias ſternebant: initio in urbe, ſilice: extra, glarea tantum, ſed poſtea ubique ſtratæ Viæ ſilicibus, aggere ſublevato, & eminenti. Ammian. Marcellin. libr. 19. *Tamquam itinerario aggere, vel ſuperpoſito ponte, complanatum ſpatium.* Rutilius Itiner. libr. 1. *Aurelius agger.* Sic Stat. Papin. libr. 2. Silv. 1. v. 175.

. . . . . *Flaminio quæ limite Milvius agger*
Tranſvehit.

Et libr. 4. Silv. 4. principio:

Hac ingreſſa vias, qua nobilis Appia creſcit
In latus, & molles ſolidus premit agger arenas.

Vias nobiliores percenſeo, ac primum fuit *Flaminia*, ab auctore vocata, ſcilicet C. Flaminio, iterum Conſule, qui ad Lacum Traſimenum eſt cæſus. Livius 4. Dec. libr. 9. L. Flor. Epitomaſt. ad libr. 20. Caſſiodor.

(1) Apud Gruter. pag. 492. num. 4. (2) Apud eundem pag. 248. num. 6. apud quem vide in *Indice dignitatum* alios lapides.

Digitized by Google

dor. in Chronico. Feſt. Pomp. libr. 3. in voce *Clitellæ*, & libr. 17. in voce *Sacrum*, & libr. 6. in voce *Flaminius*. Contra horum omnium ſententiam putat Strabo, non hunc, ſed filium ejus fuiſſe, qui viam hanc ſtraverit libr. 5. pag. 150. & 156. & 157. Ejus creberrima apud auctores mentio. Ciceron. libr. 1. ad Attic. Epiſt. 1. Velius Fidius Jubentius. Poſt ea longe tempora duravit nomen. Q. Symmachus libr. 2. Epiſt. 24. *Ad portam Flaminiæ*. Et libr. 8. Epiſt. 21. *Mihi Flaminia emetienda eſt*. Paul. Varnefrid. libr. 2. cap. 19. Geſt. Longobardor. *Conſtat Aureliam, Æmiliamque, & Flaminiam, e conſtratis viis, quæ ab urbe Roma veniunt, & ab eorum vocabulis, a quibus ſunt conſtratæ, talibus nominibus appellari*. Sic Poëtæ. Martial. libr. 4. Epigr. 64.

Illic Flaminiæ, Salariæque
Geſtator.

Et libr. 6. Epigr. 28.

Juncto Flaminiæ jacet ſepulchro

Et libr. 8. Epigr. 74.

Lingonus a recta, Flaminiaque recens.

Et libr. 9. Epigr. 57.

Nec quæ Flaminiam ſecant ſalebræ.

Et libr. 10. Epigr. 6.

Totaque Flaminia Roma videnda via.

Denique libr. 11. Epigr. 14.

Quiſquis Flaminiam teris viator,

Claudian. libr. 2. de Laudib. Stilicon.

Quæ tunc Flaminiam ſtipabunt millia vulgi.

Et Epiſtola ad Olybrium:

Ceſſant Flaminiæ pulverulenta viæ.

Rutilius Numatian. libr. 1. Itiner.

. . . cum Flaminiæ regionibus irem.

D. Juvenal. Sat. 1. v. 61. & in fine:

Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina.

A ponte Milvio incipiebat. Statius ſupra hoc capite laudatus. Et Ariminum uſque portendebatur. Sueton. Auguſto cap. 20. C. Tacitus non uno loco, præſertim libr. 3. Annal. poſt principium, & libr. 2. Hiſtoriar. Vetus Interpres Juvenal. ad finem Satyræ primæ, in ea nobilium ſepulchra fuiſſe ait. Meminit vetus Lapis (1).

L. OVINIO. L. F
QVIR. RVSTICO
CORNELIANO
COS. DESIG. PRAET
INTER. TRIBVNICIOS
ADLECTO
CVRAT.

(1) Apud Gruter. pag. 446. num. 9.

CVRAT. VIAE. FLAMIN
CL. IN
LEG. LEG. VII.
MYS. INFERIOR
CVRAT. VIAE. TIBVRTIN
CVRAT. R. P. RICINIENS
RVSTICA. OVINIA
CORNELIANA. FIL
PATRI. PIENTISSIMO

Succedit dignitate *Aurelia* Via. Rutilius Numatianus, & Paulus Varnefridus locis ſupra proxime laudatis. Anonymus Scotus, ſive Antoninus Auguſtus in Itinerario. Roma per maris Inferi, ſeu Tyrrheni litus, per Alpes Arelate in Gallias ducebat. Fragmentum quidem Itinerarii alibi hoc libro ſupra habes. Cicero Philip. 12. *Tres viæ ſunt ad Mutinam, a mari ſupero Flaminia, ab Infero Aurelia, media Caſſia*. Duæ vero hoc nomine: *Vetus* una, altera *nova*. Vetus & *conſularis*, & *Trajana* dicta, ut quidam putant, ab *Aurelio*, viro conſulari. Vetus Lapis (1).

C. POPILIO. C. F. QVIR. CARO
PEDONI. COS. VII. VIR. EPVLON
SODALI. HADRIANALI. LEGATO
IMP. CAES. ANTONINI. AVG
PII. PROPR. GERMANIAE. SVPER. ET. EX
ERCITVS. IN. EA. TENDENTIS. CVRATOR
OPER. PVBLICOR. PRAEF. AERAR. SATVR
CVRATORI. VIAR. AVRELIAE. VETERIS. ET
NOVAE. CORNELIAE. ET. TRIVMPHALIS. &c.

In eodem, ut videtur, tractu via fuit *Cornelia*, cujus apud P. Victorem libello de Regionib. Urb. Romæ eſt mentio, & in Inſcriptione proxime allata, & in alia, ſed mutila (2),

.....
M. F. GAL. PRIMO. X. VIR. STL
IVD. TRIB. LEG. VII. GEM. FE
LICIS. HISPAN. CITERIORIS
Q. VRBAN. AED. CVRVL
PRAETORI. CVRAT. VIAE
AVRELIAE. PROCONS. LY
CIAE. PAMPHILIAE. CONS

POLYMVS. LIB

(1) Apud Gruter. pag. 457. num. 6. (2) Apud eundem pag. 491. num. 12.

Et in tertia Romæ in domo Cæſiana(1).

C. SALLIO. ARISTAENETO. C. V
SEPTEMVIRO. EPVLONVM
SODALI. AVGVSTALI. IVRIDICO
PER. PICENVM. ET. APVLIAM
CVRATORI. VIARVM. AVRELIAE
CORNELIAE. TRIVMPHALIS
PRAETORI. K. TVTELARIO. QVAESTORI
DESIGNATO. ET. EODEM. ANNO. AD
AEDILITATEM. PROMOTO. X VIRO
STLITIB. IVDICANDIS. ORATORI
MAXIMO
DECVRIONES. ET. PLEBS. COLONIAE. ASCVLANO
RVM. PROPTER. HVMANITATEM. ABSTINENTIAM

In baſis ſiniſtro latere.

CVRA. AGENTIBVS
ARTILIO. PRISCIANO. ET
TETTIENO. PROCVLO

Quarta eſt Via *Æmilia*, de qua Varnefridus loco proxime ſupra laudato. P. Victor libr. de Reg. Urb. Rom. ad finem. C. Plin. Jun. libr. 5. Epiſt. 15. Ejusdem, tanquam *quæ incidat in Flaminiam:* Διαδεχομένη τὴν Φλαμινίαν, meminit Strabo libr. 5. pag. 150. De eadem agit Martial. libr. 3. Epigr. 4.

Æmiliæ dices de regione viæ.

Et libr. 6. Epigr. 85.

Funde tuo lacrimas orbata Bononia Rufo,
Et reſonet tota planctus in Æmilia.

Hæc dicta *Æmilia Lepidi*, quod ſtrata fuerit a M. Æmilio Lepido, Marci filio, qui bis Conſul, Cenſor ac Senatus Princeps ſexies lectus fuit. Alia fuit Via Æmilia a *Marco Æmilio Scauro* dicta. Strabo eodem loco Aureliæ partem facere videtur, dum ait: Διὰ Πισῶν καὶ Λούνης μέχρι Σαββάτων: *Per Piſas & Lunam Sabbatios uſque* pertingere (2). Hæ certe pars aliqua Aureliæ, & Flaminiæ fuerunt; nam, ut Aurelia per Piſas ducebat, & Lunam, vadaque Sabbatia, per quæ loca certum eſt porrectam Aureliam: & Mutina, Bononia, Faventiaque in

(1) Apud Gruter. pag. 465. num. 5. (2) Es minus nota, quia Aureliæ nomine communiter cenſetur. Panvinus a Marco Æmilio Scauro, qui triumphavit de Gatiſceis & Liguribus, de manubiis hoſtium ſtratam cenſuit. Eam tamen in publicis monumentis ſub Antonino Pio ſuum Æmiliæ nomen retinuiſſe evincit lapis miliarius, in Agro Piſano Romam verſus effoſſus plurimis ab hinc annis, quem refert Fabrettus Inſcript. cap. 10. num. 43. pag. 678.

Digitized by Google

in altera fuiſſe leguntur, quæ in diverticulo Flaminiæ.

Quinta eſt *Caſſia*, mediam interſecans Etruriam, ut ex Philipp. 12. conſtat apud Tullium; erat enim *inter Aureliam, & Flaminiam media, ducebatque per Sutrium & Volſinios uſque Ciminiam Silvam, a L. Caſſio Longino*, qui eam ſtravit, accepit, nomen. Is fuit annus ſexcenteſimus vigeſimus octavus, quo ille Cenſuram geſſit. Mentio apud P. Victorem libello de Region. Urb. Romæ ad finem, & Paulum Diaconum Feſti epitomaſten libr. 3. & Vetuſtam Inſcriptionem, Manut. Orthogr. pag. 99. (1)

C. OPPIO. C. F. VEL
SABINO. IVLIO. NEPOTI
M. VIBIO. SOLEMNI. SEVERO
COS
ADLECTO. A. SACRATISSIMO. IMP
HADRIANO. AVG
INTER. TRIBVNICIOS. PR. PEREGR
CANDIDATO. AVG
LEG. PROV. BAETHICAE. CVR. VIAR
CLODIAE. ANNIAE. CASSIAE
CIMINAE. TRIVM. TRAIANARVM
ET. AMERINAE. LEG. LEG. XI.
CL. P. F. LEG. AVG. PR. PR
PROVINC. LVSITANIAE
PROCONS. PROV. BAETHICAE
PATRONO. COL
LEONAS. LIB
ADCENSVS. PATRONI
ET. IN. DEDIC. STATVAE
COLONIS. CENAM. DEDIT

Sexta eſt Via *Ciminia*, a Silva Ciminia ſortita nomen: ubi ipſa incipiebat, Caſſia terminabatur, ut apparet. Viſuntur etiam hodie illius quædam veſtigia ex lapide quadrato, paulo ſupra Viterbum. Mentio eſt in Inſcriptione proxime ſupra laudata, & apud P. Victorem libello de Reg. Urb. Romæ. Neque quicquam de ea amplius mihi compertum.

Septima eſt *Annia* via, incertum quo auctore ſtrata; hoc tamen certum in Faliſcis ab Flaminia, veluti diverticulum, exiiſſe. Mentio in Inſcriptione allegata, & apud P. Victorem ibidem loci. Alius etiam vetus lapis, qui Caſtellanæ in Faliſcis viſitur (2).

HO-

(1) Apud Grater. pag. 446. num. 4. (2) Apud eundem pag. 149. num. 5.

HONORIS

IMP. CAESARIS. DIVI. F
AVGVSTI. PONT. MAXIM
PATR. PATRIAE. ET. MVNICIP
MAGISTRI. AVGVSTALES
C. EGNATIVS. M. L. GLYCO
C. EGNATIVS. C. L. MVSICVS
C. IVLIVS. CAESAR. L. ISOCHRYSVS
Q. FLORONIVS. Q. L. PRINCEPS
VIAM. AVGVSTAM. AB. VIA
ANNIA. EXTRA. PORTAM. AD
CERERIS. SILICE. STERNENDAM
CVRARVNT. PECVNIA. SVA

PRO. LVDIS

Octava eſt Via *Auguſta*, de qua nihil habeo hucuſque compertum, præter Inſcriptionem proxime allatam. Pars certe fuit Flaminiæ, ab Auguſto, ut videtur, reſtituta.

Nona fuit via *Claudia*, ſive, ut alii volunt, *Clodia*. Meminere Victor, & Vetus Lapis ſupra poſitus. *Lucam per Cluſium & Aretium* ducebat. Itiner. Auctor. Scotus, aut Antoninus. Particulam eam etiam fuiſſe Flaminiæ, haud obſcure docemur ex auctoritate P. Ovidii libr. 1. de Ponto, Eleg. 9.

Nec quos pomiferis poſitos in collibus hortos
Spectat Flaminiæ Claudia juncta viæ.

Decima erat *Portuenſis*: quia Portum ducebat, nomen accepit. De Portu autem Etruriæ antiquiſſima civitate, dixi hoc libro ſupra cap. 22. Adde hic locum Petri Damiani libr. 1. Epiſt. 9. *Cujus poſtmodum corpus, conſummato triumphali martyrio, in civitate, quæ Portus dicitur, Chriſtiana devotio ſepelivit*. Diſtat Roma octodecim paſſuum millibus, ut habetur in Itinerario Scoti Anonymi, ſeu Antonini Aug. ſeu ſtadia centum viginti ſex, ut apud Procopium libr. 1. de Bello Gothico. Non longe in decurſu Tiberidis hic eſt inſula, quæ cognominatur *ſacra*, ubi Caſtor & Pollux religioſe colebantur, de qua Æthicus corruptus, ita corrigendus in Coſmographia: *Tiberis inſulam facit inter Portum urbis* (antea vitioſiſſime legebatur, *inter portam urbis*) *& Oſtiam civitatem, ubi populus Romanus cum urbis præfecto, vel Conſule, caſtrorum celebrandorum cauſa egreditur, ſolemnitate jucunda*. Rutilius capite laudato citatus:

Pande precor gemino placatum Caſtore Portum.

Undecima via eſt *Poſtumia*, & ipſa pars Flaminiæ. Mentio apud C. Taci-

Tacitum libr. 3. Hiſtoriar. *Siſtere tertiam legionem in ipſo viæ Poſtumiæ aggere jubet*. Hæc fuit in Gallia togata prope Bebriacum, celebris clade Vitellii, ac victoria Veſpaſiani.

Duodecima habetur per Tuſciam Via *Sempronia*. Oritur & ipſa a Flaminia ad Forum Sempronii, unde nomen habet, & per Umbriam ducit. Onufr. Roma pag. 78.

Decimatertia fuit via *Vitellia*. C. Sueton. in Vitellio cap. 1. *Viam Vitelliam a Janiculo ad mare uſque*. Igitur a Janiculo, ſive Janiculenſi porta initium ſumens, uſque ad mare, exiguo tractu protendebatur.

In Etruria optimatium Romanorum Villæ, & ergaſtula: Alſia, Cære, Vejens, Janiculum, Ocricola, Sutrium Faliſci, Pompeii, Meſſallæ, Sejani, Plinii Junioris, Trajani Aug., Virginii Ruſi, Liviæ Auguſtæ, Lippini, aliorum.

CAP. CXIX.

AMœnitas hæc, celebritaſque regionis iſtius, invitavit patricios Romanos, ut ſeceſſus ſuos, ac villas, agentibus rei ruſticæ curam ſervis hic compararent, inſtruerentque. Ad iſtam frequentiam optimatium in Etruria habitantium, ac familias ſervorum alentium alluſit Martial. libr. 9. Epigr. 22.

Ut Setina meos conſumat gleba ligones,
Ut ſonet innumera compede Tuſcus ager.

Compede, dixit recte; nam in Villis catenati ſervi operibus inſiſtebant, quare in ſingulis ruſticis manſionibus, locus includendis ſervis, ſeu mancipiis erat, qui *ergaſtulum* dicebatur. Juvenal. Sat. 8. v. 180.

Quid facies, talem ſortitus, Pontice, ſervum?
Nempe in Lucanos, aut Tuſca ergaſtula mittas.

Quæ horum in ergaſtulis mancipiorum cura ſit habenda, quomodo edocendi, exercendi, alendi, coërcendi, erudite & graviter explicat L. Jun. Mod. Columella libr. 1. Rei Ruſt. cap. 8. Et ergaſtuli ruſtici meminere L. Apulejus libr. 9. Mileſiar. L. Seneca libr. 5. Controv. 4. Suetonius Tiberio cap. 8. Doſitheus Magiſter libr. 2. Sententiar. pag. 41. L. Flor. libr. 3. cap. 19. & cap. 21. Vetus Scholiaſtes D. Juvenalis ad Satyr. 6. v. 150. *Ergaſtula proprie dicuntur loca, in quibus ad pœnam vincti opus faciunt: hic ergo ergaſtula dixit, ruſticorum ſervientium multitudinem*. Et ad v. 24. Satyræ 14. *Inſcripta ergaſtula, quamquam ibi inclu-*

Digitized by Google

includuntur, inſcripti ſunt. Corrigendum puto: *quoniam qui ibi includuntur*. Nomen ab Ἐργάζομαι, *operor*. Iſidor. libr. 15. cap. 6. vel ab Εἴργω, *probibeo*, aut *detineo*, quod ſcilicet ad opus includatur, & detineatur. M. Tull. Orat. pro Cluentio habita. Et deſcribit eleganter C. Plinius libr. 18. cap. 3. *Vincti pedes, damnatæ manus, inſcripti vultus*. Et eod. libr. cap. 5. *Rura coli ergaſtulis peſſimum eſt*. C. Lucil. libr. 15. Satyrarum apud Nonium Marcellum cap. 5. in fine. Sed corruptus:

Non ergaſtulus unus & alius
Judicem oppoſuit, ut nemo ſententiam libere
Quaſi ergaſtulus poſſit dicere.

Ita alii Poëtæ. Alb. Tibull. libr. 2. Eleg. 7.

Spes etiam valida ſolatur compede vinctum,
Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Claudian. libr. 1. in Eutrop.

Rupta Quirinales fumant ergaſtula cinctus.

Lucan. libr. 1. Pharſal. v. 96.

. . . . *conflato ſævas ergaſtula ferro*
Exeruere manus.

Ad Villas redeo, prima quarum erit *Alſienſis* Cn. Pompeii Magni. Cicero in Miloniana: *Divertit in Villam Pompeii: Pompejum ut videret? ſciebat in Alſienſi eſſe procul inde.*

2. Villa fuit in *Caretano*, L. Junii Moderati Columellæ, ut ipſe libr. 3. Rei Ruſt. cap. 3. teſtatur: *Nam illa videntur prodigialiter in Caretanis noſtris accidiſſe, ut aliqua vitis apud te excederet uvarum numerum duorum millium, & apud me octogena ſtirpes inſitæ intra biennium ſeptenos culleos perequarent*. Mira profecto fœcunditas, & vix credenda.

3. In eodem *Caretano* Villa fuit P. Silvini, cui libros ſuos Columella inſcripſit: patet ex loco laudato.

4. In *Caretano* rurſus Villa fuit Hilari cujusdam, apud Martialem, libr. 6. Epigr. 73.

Nam Caretani cultor notiſſimus agri
Hos Hilarus colles, & juga læta tenet.

In quibusdam editionibus nullo ſenſu, & depravatiſſime legitur:

Hos hilares colles, & juga læta tenet.

5. In fundo *Vejentano*, ſive *Vejente* Villa erat Septimii Severi, ut eſt apud Statium Papinium libr. 4. Silv. 5. ad finem:

Sed rura cordi ſæpius, & quies
Nunc in paternis ſedibus, & ſolo
Vejente.

6. In eodem *Vejente* agro Villas loquitur magni ſuo ſeculo fuiſſe momenti Horatius, apud quem libr. 2. Epiſt. 2.

Emptor Aricini quondam, Vejentis & arvi
Emptum cœnat olus.

7. In

Digitized by Google

7. In Vejentano via Flamina ad nonum lapidem Villa fuit Liviæ, Auguſti uxoris, *Ad Gallinas* vocata. Sueton. Galba cap. 1. *Liviæ olim poſt Auguſti ſtatim nuptias Vejentanum ſuum reviſenti, præter volans aquila gallinam albam, ramulum lauri roſtro tenentem, ita ut rapuerat, demiſit in gremium: cumque nutriri aliteni, pangique ramulum placuiſſet, tanta pullorum ſoboles provenit, ut hodie quoque ea villa ad Gallinas vocetur.* Diſſentit non leviter ab hac narratione C. Plinius libr. 15. cap. ult. *Liviæ Druſillæ, quæ poſtea Auguſta matrimonii nomen accepit, cum pacta eſſet illa Cæſari, gallinam conſpicui candoris ſedenti aquila ex alto abjecit in gremium illæſam: intrepideque miranti acceſſit miraculum, quonium teneret roſtro laureum ramum, onuſtum ſuis baccis. Conſervari alitem, & ſobolem juſſere aruſpices, & ramum cum ſeri, ac rite cuſtodiri: quod factum in Villa Cæſarum, fluvio Tiberi impoſita, juxta nonum lapidem, Flaminia via, quæ ob id vocatur ad Gallinas.* Uter rectius, eruditi facile judicent.

8. Eſt & Liviæ ejusdem *ſub Apennino* in Etruria Villa, alia certe a priori, quippe cum Apenninus eam Flaminiæ viæ partem non attingat. Jul. Obſequens libr. de Prodig. cap. 131. *Sub Apennino, in Villa Liviæ uxoris Cæſaris, ingenti motu terra intremuit.* Sed ubi hæc Villa fuerit, aut quomodo vocaretur, inquirendum amplius.

9. In *Janiculenſi* Villa fuit L. Petilii Scribæ. T. Livius 4. Decad. libr. 10. *Eodem anno in agro L. Petilii ſcribæ ſub Janiculo, dum cultores agri altius moliuntur terram, duæ lapideæ arcæ, octonos fere pedes longæ, quaternos latæ, inventæ ſunt, operculis plumbo devinctis: literis Latinis Græciſque utraque arca inſcripta erat: in altera Numam Pompilium, Pomponis filium, Regem Romanorum ſepultum eſſe: in altera libros Numæ Pompilii ineſſe.*

10. In eodem *Janiculenſi* Villa erat cum hortis M. Valerii Martialis, cognomento *Coqui*, ut Laurentius Ramireſius ex Joanne Saresberienſe, & Ælio Lampridio in Alexandro Severo. Sic ergo ipſe libr. 4. Epig. 64.

Juli, jugera pauca Martialis,
Hortis Heſperidum beatiora,
Longo Janiculi jugo recumbunt.

11. In *Faliſco* Villa fuit Anniani Poëtæ. A. Gell. libr. 20. cap. 8. *Annianus Poëta in fundo ſuo, quem in agro Faliſco poſſidebat, agitare erat ſolitus vindemiam hilare atque amœniter.*

12. In eodem *Faliſco* Villa fratrum Vejanorum. M. Terentius Varro libr. 3. Rei Ruſt. cap. 16. *Duo milites ſe habuiſſe in Hiſpania fratres Vejanos ex agro Faliſco locupletes, quibus cum a patre relicta eſſet parva Villa, & agellus non ſane major jugero uno, hos circa Villam totam alvearium feciſſe, & hortum habuiſſe.*

13. In *Ocriculano* Villa nominatur P. Clodii, ejus, qui Tribunus Plebis, Ciceronem in exilium expulit, & a T. Annio Milone fuit in-

Digitized by Google

teremptus. Cicero in Miloniana: *Arma in Villam Otriculanam devecta Tiberi*. Corrigendum eſt omnino: *In villam Ocricolanam*; quod in ea voce mendum apud alios pleroſque auctores dixi hoc libro ſupra cap. 49.

14. In *Ocriculano* altera fuit Villa Pompejæ Celerinæ, Socrus C. Plinii Junioris, ut habetur libr. 1. apud eundem, Epiſt. 4.

15. In *Sutrino* Villas fuiſſe apparet ex Pauli J. C. verbis libr. 15. ad Plautium, uti refertur l. 35. ff. de ſervitutib. præd. ruſticor. *Hi qui ex fundo Sutrino aquam ducere ſoliti ſint*.

16. Mæcenatis Villam *Mæcenatianam* vocat Plinius libr. 14. cap. 6.

17. Villam in Tuſcia habebat *Meſſalla*, qui Præfectus Prætorio ævo Theodoſii Senioris Hiſpani. Erat autem ea Villa prope *Thermas Tauri*, ut ex eleganti narratione Rutilii Numatiani apparet libr. 1. Itiner.

Hæc quoque Pieriis ſpiracula comparat antris
Carmine Meſſallæ nobilitatus ager.
Intrantemque capit, diſcedentemque moratur
Poſtibus affixum dulce poëma ſacris.
Hic eſt a primo ſeriem qui conſule ducit,
Uſque ad Publicolas ſi redeamus avos.
Hic & Præfecti nutu Prætoria rexit,
Sed menti, & linguæ gloria major ineſt.
Hic docuit, qualem poſcat facundia ſedem,
Ut bonus eſſe velit, quiſque diſertus erit.

18. In Tuſcia Villa *Sejani*; ſed ubi fuerit, non exprimitur: niſi credibile ſit, in *Vulſinienſi* eam fuiſſe; erat enim Sejanus Vulſiniis oriundus, ut ſupra hoc opere a me eſt explicatum. Hujus Villæ mentio apud Labeonem J. C. *libr. 2. ex poſterioribus*, ut refertur a Jaboleno J. C. l. 40. ff. de condit. & demonſtrat. *Si Publius Cornelius impenſam, quam in fundum Sejanum feci, hæredi meo dederit, tum hæres meus Publio Cornelio fundum Sejanum dato*. Sed & Marcellus J. C. l. 23. ff. de Legat. 2. *Lucio Titio fundum Sejanum, vel fundi Sejani uſumfructum lego*. Sed talia exempla familiaria ſunt Juriſconſultis.

19. Plinii Cæcilii Junioris Villa Etruſca ſæpe ab eodem memoratur, ac deſcribitur libr. 4. Epiſt. 6. *Tuſci grandine excuſſi*. Et libr. 5. Epiſt. 6. *Cum audiſſes me æſtate Tuſcos meos petiturum*. Et eodem libr. Epiſt. 18. *Ego in Tuſcis & venor & ſtudeo*. Et libr. 9. Epiſt. 15. *Perfugeram in Tuſcos, ut omnia ad arbitrium meum facerem; at hoc ne in Tuſcis quidem*. Et eod. libr. Epiſt. 35. *Queris, quemadmodum in Tuſcis diem æſtate diſponam*. Et eod. libr. Epiſt. ult. *Scribis, pergratas tibi fuiſſe epiſtolas meas, quibus cognoviſti, quemadmodum in Tuſcis otium æſtatis exigerem*. Fuit autem hæc Villa ad Tibridis ripam, non longe Tiferno Tiberino, ut ſupra hoc libro eſt dictum: tu vide cap. 88.

20. In *Alſienſi* Villa fuit Virginii Rufi. C. Plin. libr. 6. Epiſt. 10. *Cum veniſſem in ſocrus meæ villam Alſienſem, quæ aliquando Rufi Virginii*

ginii fuit, ipſe mihi locus optimi illius, & maximi viri non ſine deſiderio dolorem renovavit. Conſule hiſtoricos ævi illius.

21. In eodem *Alſienſi* Villa fuit Pompejæ Celerinæ, ſocrus ejusdem Plinii Junioris, ut locus proxime allatus oſtendit.

22. In eodem rurſus agro *Alſienſi* Villa fuit M. Æmilii Porcinæ. Valer. Maxim. libr. 8. cap. 1. *Admodum ſeveræ notæ & illud populi judicium, cum M. Æmilium Porcinam a L. Caſſio accuſatum crimine nimis ſublime extructæ Villæ in Alſienſi agro, gravi multa affecit.* Nec de ea re alibi.

23. *Prope Vadimonis Lacum* in Etruria Villa fuit Fabati, proſoceri C. Plinii Junioris, ut ipſe prodit libr. 8. Epiſt. 20.

24. In litorali Tuſcia, ad mare Inferum *Centumcellis* Villa fuit Trajani Imperatoris, ubi ille amœniſſimo loco pulcherrimum portum extruxit, ut deſcribit idem Plinius Junior libr. 6. Epiſt. 30. Tu vide, a me ſupra hoc libr. cap. 31. expoſita.

25. In *Statonenſi* Villam cum Leporario fuiſſe diſcimus ex M. Terentio Varrone libr. 3. Rei Ruſt. cap. 12.

26. In *Tarquinienſi* Villam habebat Q. Fulvius Lippinus, *in quo ſunt incluſa jugera quadraginta*. M. Varro ibidem loci, & Plinius Senior ejusdem meminit cum præclaro elogio libr. 8. cap. 52. *Vinaria horum ceterorumque ſilveſtrium primus togati generis invenit Fulvius Lippinus, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit, nec diu imitatores defuere L. Lucullus, & Q. Hortenſius.*

27. In agro *Arretino* Villam volunt fuiſſe T. Pomponii Attici. Fl. Blondus Etruria Illuſtrata pag. 56. *Cornelius Nepos in Attici Pomponii vita, quod ad Arretii dignitatem facit, Atticum ipſum dicit prædium in Arretino poſſediſſe, quod Cæcilianum ſit appellatum.* Falſum hoc omnino, & egregie imponit Blondus, neque tale quippiam in ea vita habetur; quin imo contra Cornelius Nep. hæc ibi cap. 14. *Nullos habuit hortos, nullam ſuburbanam, aut ſumptuoſam Villam maritimam, neque in Italia, præter Ardeatinam, & Nomentanam.* Et fortaſſis ſane Codex Cornelii, quo ille uſus, pro *Ardeatinam* habebat *Arretinam*. At illud, quod ſequitur, quo fonte? *Quod Cæcilianum appellatur*; nam in illo ſcriptore nihil ſimile, niſi quod in fine: *Sepulius eſt juxta viam Appiam ad quintum lapidem, in monimento Q. Cæcilii avunculi ſui.* Si verum fuiſſet, Villam aliquam, ſive monimentum *Cæcilianum* inde ſequi inferendum; at illa tamen non in Etruria, agro Arretino, ſed in Latio, in quo notum eſt, viam eſſe Appiam.

Inſulæ Etruſcæ in utroque mari: primum Ilva: ferri fodinæ, ferri uſus, & ſtrictura.

CAP. CXX.

ITa ſe continens habet. Sequuntur Inſulæ, quæ ab omni rerum in Europa geſtarum, aut hiſtoriarum memoria, Etruſcæ ditionis fuiſſe comperiuntur; ideoque *Tyrrhenicæ* a Græcis, a Latinis *Etruſcæ* nuncupantur. Diodor. Sicul. libr. 5. Hiſtor. pag. 294. Appianus Alexandrinus in ſua ad hiſtoriam præfatione pag. 3. totius Orbis celebriores Inſulas enumerat, & in his ſunt νῆσοι Τυῤῥηνίδες, *Inſulæ Etruſcæ*. Prima quarum eſt *Ilva*, ſemper Tuſciæ adnumerata, licet Jul. Obſequens libr. de Prodig. cap. 49. *Ilvates Ligurum* poſuerit: quod certe de primis incolis intelligendum, vel locus ipſe oſtendit. Latinis Geographis, uti & Γλῶα Ptolemæo, at aliis eſt Αἰθαλία, *Æthalia*, vernacule *Elba*, ut notat Leander Albertus.

Ilvam reddunt celebrem, ante Romanum Imperium, tria: Argonautarum eo appulſus, & mora: auxilia Æneæ contra Turnum præſtita: ac Romanis ſubminiſtratum vena incredibili ferrum. Argonautas certe in hoc mare Inferum deſcendiſſe, ſupra hoc opere eſt plene probatum. Hanc Inſulam appuliſſe, & veſtigia ſui adventus, dum Medeæ invitatricem Circen quærerent, reliquiſſe, Auctor libri de Mirabilium Auſcultatione, ſive Ariſtoteles, ſive alius, diſerte eo opere pag. 882. teſtatur: locus non eſt ad manum. Ex Eridano in ſinum hunc maris Tuſci deſcenderat navis Argo: in Eridanum per *Acylum* fluvium, ut teſtatur Nicephorus Calliſtus libr. 7. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 50. quin imo *Æetes portus erat Tuſciæ*, ſive Αἰήτης, ubi Jaſonem & Medeam Circe expiavit, cum Argonavis eo appuliſſet. Iſaacius Tzetzes in Lycophronem. Meminit Valerius Flaccus libr. 2. Argonaut.

Phaſis, & Æetes, Scythicique pericula ponti.

Argumenta appulſus eo Argonautarum ſunt portus commodus, & lapilli litorales, quibus Græci corpora ſolebant perpolire. Apollon. Rhodius libr. 4. Argonautic. v. 654.

Στοιχάδας αὖτε λιπόντες, ἐς Αἰθαλίην ἐπέρησαν
Νῆσον, ἵνα ψηφῖσιν ἀπωμόρξαντο καμόντες,
Ἱδρῶ ἅλις: χροιῇ δὲ κατ' Αἰγιαλοῖο πέχυνται.
Γκελοι, ἐν δὲ σόλοι καὶ τέυχεα θέσπελα κείνων
Ἐν δὲ λιμὴν Ἀργῶος ἐπωνυμίην πεφάτισται.
Καρπαλίμως δ' ἐνθένδε δ' ἐξαλὸς οἶδμα νέοντο
Αὐσονίης ἀκτὰς τυρσηνίδας ἀς ὁρόωντες
Ἴξον δ' Αἰαίης λιμένα κλύτον.

Stecha-

Digitized by Google

Stœchades poſtea linquentes, ad Æthaliam delati ſunt Inſulam, ubi lapillulis abſtergebant feſſi ſudorem diligenter, colori vero litoris ſunt ſimiles, inde diſci & arma inſignia illorum, indeque portus Argous cognomine dictus. Illico vero inde per maris æſtum navigabant, Auſoniæ litora Tyrrhena aſpicientes, appulerunt Æeæ ad portum nobilem. Quis hic portus ſit Etruriæ, nec Geographi exponunt, nec ego conjectura aſſequor. Eandem eſſe *Æthaliam*, ac hanc noſtram *Ilvam*, congruunt doctiores, ut habetur apud Petrum Victorium libr. 19. Variar. Lection. cap. 10. Celeberrima olim, atque etiamnum hodierna tempeſtate ferri fodinis. Julius Solinus cap. 8. Polyhiſtor. *Dicamus ferri feracem Ilvam.* Plena manu Plinius ſatisfacit libr. 3. cap. 6. *Ilva cum ferri metallis, circuitu centum millia, a Populonia decem, a Græcis Æthalia dicta.* Idem Plinius apud Servium Honoratum ad libr. 10. Æneid. *Dicit Plinius Secundus, cum in aliis regionibus effoſis metallis terræ ſint vacuæ, apud Ilvam hoc eſt mirum, quod ſublata renaſcuntur, & in iisdem locis effodiuntur.* Hic locus Plinii non extat hodie in illis Plinianis operibus, quæ circumferuntur; ſed eſt alius locus apud eundem libr. 34. cap. 14. *Ferri metalla ubique propemodum reperiuntur, quippe Inſula Italiæ etiam Ilva gignente.* Dixit in Commentario ad Fr. Petrarcham Nicolaus Erythræus. Fœdiſſime corruptus eſt Æthicus in Coſmographia: *Oceani occidentalis famoſæ inſulæ ſunt* (inquit) *Hyberus, Mevania, Britannia, Heboſo, Balearis minor, Corſica, Orcades, Illyricum, Noricum, Ingeonici, Hiſtrici, Matronæ, Fiotiæ, Martianæ, Juliæ, Smingaule.* Depoſita ſunt, & immedicabilia: ſi tamen locus conjecturæ, putarim reponendum, pro *Hibero*, qui amnis eſt Hiſpaniæ notiſſimus, *Hiberne*, ut Claudian. Paneg. de 4. Conſul. Hon.

. . . . . *flevit glacialis Hiberne.*

Pro *Mevania*, quæ pars eſt Umbriæ, partis Tuſciæ, reſtituo, *Mona*, quæ Druidum ſedes antiquiſſima. Pro *Heboſo*, qui nullibi terrarum locus eſt, quod ſciam, legendum *Ebuſus*, uti infra dicam. Pro *Illyricum*, non Illyrici in Danubio inſulas, ut indocte ſomniat Joſias Simlerus; ſed *Igilium*, ſive *Egilium*, aut *Iginium*, ut mox patebit. Pro *Noricum*, repone *Norenſes*, qui maritimi in Inſula Sardinia populi. Plin. libr. laudato cap. 7. *Smingaule* monſtrum eſt, non nomen regionis, inſulæ, aut loci: putarim reſtituendum *Strongyle*, quæ tertia eſt Æoliarum Inſularum, ut inter omnes Geographos convenit Cornelius Severus in Ætna:

Inſula, cui nomen facies dedit ipſa rotunda.

Juliæ etiam corrupte, lego *Ilva*, tranſpoſitis quibusdam elementis. Audienda deſcriptio ex Itinerarii libr. 1. Rutilii Numatiani Galli:

Occurrit chalybum memorabilis Ilva metallis,
Qua nihil uberius Norica gleba tulit.
Non Biturix largo potior ſtrictura camino,
Nec quæ Sardonio cæſpite maſſa fluit.

Plus

Digitized by Google

Plus confert populis ferri fœcunda creatrix,
Quam Tarteſſiaci glarea fulva Tagi.
Materies vitiis aurum lethale parandis.
Auri cæcus amor ducit in omne nefas.
Aurea legitimas expugnant munera tædas,
Virgineoſque ſinus aureus imber emit.
Auro victa fides munitas decipit urbes,
Auri flagitiis ambitus ipſe furit.
At contra ferro ſqualentia rura coluntur,
Ferro vincendi prima reperta via eſt.
Secula ſemideum ferrati neſcia Martis
Ferro crudeles ſuſtinuere feras.
Humanis manibus non ſufficit uſus inermis
Si non ſunt alia ferrea tela manus.

Quem locum eo libentius adſcripſi totum, quod Aurel. Caſſiodorus videatur diſerte ex iſto uſum ferri legitimum expreſſiſſe libr. 3. Epiſt. 25. *Ferrarias prædictæ Dalmatiæ cuniculo te veritatis jubemus inquirere, ubi rigorem ferri parturit terrena mollities, & igne decoquitur, ut in duritiem transferatur. Hinc auxiliante Deo defenſio patriæ venit: hinc agrorum utilitas procuratur, & in uſus humanæ vitæ multiplici commoditate porrigitur: auro ipſi imperat, & ſervire cogit locupletes pauperibus conſtanter armatis. Convenit itaque hanc ſpeciem diligenti indagine rimari, per quam & nobis lucra generantur, & hoſtibus procurantur exitia.* Idem libr. 12. Epiſt. 5. *Arripiant ferrum, ſed unde agros excolant: ſumant cuſpides, boum ſtimulos, non furoris.* Sed ut nobiliſſimum ferrum Rutilius Gallicum aut ex Ilva Inſula; ita Clemens Alexandrinus libr. 2. Pædag. cap. 3. Ἰνδικὸν σίδηρον, *Indicum ferrum* facit. Porro & ad eruendum ferrum, & liquefaciundum damnati, addictique & deſtinati, quod Ulpianus libr. 18. ad Sabinum dixit, *inquirere ferri fodinas*, quod erudite dicitur *ad ferrum damnari*. Aliud vero eſt Σιδήρου, καὶ θηρίων ἐν τοῖς θεάτροις, ut ait Joſephus libr. 6. Bell. Judaic. cap. 44. *Ferro & beſtiis in theatris* obiici aut conſumi: quod invenies etiam apud Ferculphum Lexonienſem Tom. 2. Chronic. libr. 1. cap. ult. nihil enim aliud id eſt, quam gladiatoribus ferro armatis concurrere inermes, uſque ad internecionem. Sueton. Nero cap. 12. Revertor ad Ilvam, quam Strabo libr. 2. pag. 84. aliam ab Æthalia facit: Πρόσγειοι δὲ Αἰθαλία τε, καὶ Πλανασία, καὶ Γλῦα, καὶ Πιθηκοῦσαι, καὶ Προχύτη, καὶ Καπρέαι, καὶ Λευκασία, καὶ ἄλλαι τοιαῦται. *Prope continentem Æthalia, & Planaſia, & Ilva, & Pithecuſæ, & Prochyta, & Capreæ, & Leucaſia, & aliæ ſimiles.* Libro tamen 5. ferri Ilva effoſsi, ſed, ut elaboretur, extra delati, mentionem invenies: ubi utitur voce συλλιπαίνεσθαι, quod eſt *cogi in ſtricturam*, ſive *maſſam fieri*. M. Varro apud Servium Maurum: *Naſcitur quidem in Ilva ferrum; ſed in ſtricturam non poteſt cogi, niſi tranſvectum in Populoniam, Tuſciæ civitatem.*

Digitized by Google

tem. Ideo ſupra Rutilius ea voce uſus, ut & Priſcianus in Periegeſi:

Decoquat in maſſas fervens ſtrictura ſecures.

P. Virgil. libr. 8.

. . . . . ſtridunique cavernis
Strictura chalybum.

Idem de Ilva libr. 10.

. . . . . aſt Ilva trecentos,
Inſula inexhauſtis chalybum generoſa metallis.

Sil. Italic. libr. 8. Punicor.

Non totidem Ilva viros, ſed lectos cingere ferrum
Armarat patrio, quo nutrit bella, metallo.

Etruriæ Inſula Pityuſa, ſeu Ebuſus, ſaccari inventione celebris.

CAP. CXXI.

Mineus Martianus Capella, libr. 6. de Inſulis Tyrrheni maris, epigraphen ponit, deindo eas enumerat: *Ebuſum, Baleares, Colubriam, Metinam, Stoechades, Corſicam, Plinaſiam, Urgonem, Caprariam, Igilium, Palmariam, Sinopiam, Pontias, Pantadatariam, Procbytam, Inarimem, Capreas, Leucotheam*: de quibus ago ordine.

1. Ac primum de *Ebuſo* Æthicus capite proxime præcedenti correctus. Strabo libr. 2. pag. 84. Ἔβυσος Græcis eſt, interdum βύσος. Ptolemæo eſt Ἔβυσσος; ſed forte librariorum eſt error. Sil Italic. libr. 3.

Jamque Ebuſus Phœniſſa movet, movet Artabus arma
Alcide.

De ea ſic Martian. Capella loco laudato: *Tranſeo Pityuſas, a ſilvâ pinea memoratas, quæ nunc Ebuſus appellatur*. Locus eſt corruptus indubie; nam cum duæ fuerint *Pityuſæ* nomine Inſulæ, una harum *Ebuſus*, altera *Ophiuſa* dicta. C. Plin. libr. 3. cap. 5. *Inſulæ per hæc maria, primæ omnium Pityuſæ a Græcis dictæ, a frutice pineo, nunc Ebuſus vocatur, utraque civitate fœderatæ*. Et hic quoque aliquid deeſt; nam cum duas Inſulas dicat Pityuſas vocatas, & utramque civitate fœderatam, unam ſolum nominat Ebuſum.

Multa de ea memorabilia. Terra ejus fugat ſerpentes, nec cuniculos gignit. Plinius loco laudato, & libr. 8. cap. 58. & libr. 34. cap. ult. *Ebuſitana terra ſerpentes necat*. Denique ſaccarum ibi credunt inventum, cujus apud veteres aliquis ſane, ſed non tam frequens, atque

eſt

eſt hodie, uſus erat. Galenus apud Joannem Brodæum libr. 4. Miſcellaneor. cap. 22. Et Statius libr. 1. Silv. ult.

Quod ramis pia germinat Damaſcus,
Et quas præcoquit Ebuſia cannas,
Largis gratuitum cadit rapinis.

Etruſci maris Inſulæ aliæ, raptim percurſæ: Baleares a Piſanis ſuperatæ: Colubraria, Metina, Stoëchades, Corſica, Planaſia, exilii locus, & Monachorum ſedes, Gorgon, Caprariaque, Igilium, Pandataria, Prochyta, Inarime, Capreæ, Gallinaria, ac de iis ſingularia.

CAP. CXXII.

CElebratiſsimæ ſunt maris Tyrrhenici Inſulæ *Baleares funda beliçoſæ*, ut loquitur Plinius libr. 3. cap. 5. *Gymnaſias* vocat Ariſtoteles libr. de Mirab. Auſcult. pag. 879. Et Martian Capella. Celebres inventione fundæ. Plinius jam laudatus: & in exercitu Romano *Baleares funditores* ſæpiſſime apud Livium, & fortaſſe nomen ἀπὸ τῦ βαλλεῖν, a jaculando ſit impoſitum. Polyb. libr. 3. Hiſtor. pag. 188. fuſiſsime auget conjecturam, quod Ptolemæo ſint Βαλλιάριδες, *Balliarides*. Βαλέριδες, *Balerides* habet Strabo libr. 3. pag. 115. Βαλιαρίδες, *Baliarides* apud Stephanum. Eædem Χαράδες, *Chœradas* ab Apollonio Rhodio vocatas notat Gerbelius, & Timæus Hiſtoricus apud Iſaacium Tzetzem in Lycophronem. Primi hominum tunicas prætextas geſtaſſe dicuntur, & circa caput tres fundas habentes, diſcincti in aciem exibant. Philetas Epigrammatarius in *Hermenia* apud Strabonem libr. 3. pag. 116. *Piratica rabie corruperant maria*. L. Flor. libr. 3. cap. 8. *Boccboris Regnum frugibus a cuniculis exeſis*. Jul. Solin. cap. 36. *Major, minorque parvo a ſe ſpatio ſecernuntur*. Pomp. Mela libr. 2. cap. ult. Vet. Gloſſogr. MS. *Balearicus, ſagittator, fundibularius, balea, funda*. M. Junius Philargyrius ad libr. 1. Georg. v. 309. *Balearis funda, quia apud Inſulas Baleares fundarum uſus repertus eſt: & Inſula Baleares primum Gymneſiæ dictæ* (Lege ex omnibus, quos ſupra Græcos Latinoſque citavi, *Gymnaſiæ*) *poſt vero, cum a Græcis occupatæ ſunt, quia cum lapidibus fundæ rotantes ſubmoverent adverſarios, quas incolebant* παρὰ τὸ βάλλειν, *Baleares appellant*. Ad eundem

dem locum Servius Honoratus Maurus: *Balearis funda, Hiſpanica, a Balearibus Inſulis Hiſpaniæ, ubi inventa eſt funda*. Hiſpanicam vocat a vicinia; revera enim ditionis Etruſcæ erant, & inter maris Tyrrheni, ſeu Tuſci Inſulas Geographi eas ponunt. Mentio frequens apud Poëtas. Virgilius loco laudato:

. . . . . *Balearis verbera funde*.

Stat. Papin. libr. 1. Thebaid.

. . . . . *funda Balearis habenas*.

P. Ovid. libr. 2. Metamorph.

Non ſecus exarſit, quam cum Balearica plumbum
Funda jacit,

Sidon. Apollinar. carm. 23. v. 244.

Non fundis Balearibus rotatâ
Unquam ſic liquidos poli meatus
Rupit plumbea glādium procella.

Sil. Italic. libr. 1.

Hic crebram fundit Baleari verbere glandem.

Et libr. 3. Punicor.

Fervida bella ferens Balearis, & alite plumbo.

Et libr. 9. Idem:

Et torto miſcens Balearis prælia plumbo.

Hæ Inſulæ ſub annum ſalutis 1108. Paſchale II. Pontifice ſummo ſuadente, infidelibus extortæ, Reginaque majoris cum filio Piſas devecta, ut pius Piſanorum triumphus, ita & glorioſus loquitur. Eorum autem, qui eo in bello obiiſſent, Piſanorum tumulus eſt in æde D. Victoris Maſſilienſis, cum Epitaphio honoratiſsimo, quod vide apud Raphaëlem. Volaterranum libr. 5. Commentar. pag. 125. & alibi dicam.

3. *Colubraria*, *Metina*, quæ & *Blaſcon*, item *Stœchades*, paulo ſunt remotæ a litore noſtræ Etruriæ, ideo & alienæ a noſtro propoſito. Videantur Plinius, Mela, Solinus, Ptolemæus, Strabo, Martianus Capella locis laudatis.

Plus operæ ponendum eſſet in *Corſica*, ſive *Cyrno*, ut Geographi volunt; ſed ab inſtituto eſt paulo alienum. L. Seneca in Epigrammatis:

Corſica, quæ Grajo numine Cyrnus eras.

Ea & Κύρνος apud Stephanum libr. περὶ πόλεων; ſed & Τυρὸς, ut vult Scholiaſtes Callimachi. Vet. Scholiaſt. Juvenal. ad Sat. 5. v. 91. *Corſica Inſula, in Tyrrheno mari poſita*. Servius Maurus ad Eclog. 9. *Taxus venenata arbor eſt, quæ abundat in Corſica. Hæc autem Inſula Græce Cyrne dicitur, a Cyrno Herculis filio, unde fecit hanc derivationem, Cyrnæas taxos, ideſt Corſicanas, quibus apes paſtæ, amariſſima mella faciunt*. Præter Geographos, mentio mellis Corſici apud M. Martialem libr. 9. Epigr. 27. Et libr. 11. Epigr. 43. Omnia animalia fera in ea eſſe, reprehenſo Timæo, docet Polybius libr. 12.

Hiſtor. pag. 654. Poëtice deſcribit Rutilius Numatianus libr. 1. Itinerar.

Incipit obſcuros oſtendere Corſica montes,
Nubiferumque caput concolor umbra levat.
Sic dubitanda ſolet gracili vaneſcere cornu,
Deſeſſiſque oculis Luna reperta latet.
Hæc ponti brevitas auxit mendacia fama,
Armentale ferunt quippe nataſſe pecus,
Tempore Cyrneas quo primum venit in oras,
Forte ſecuta vagum femina Corſa bovem.

4. Sequitur *Planaſia*, ut ait Martianus Capella libr. 6. *Fallax navigantium, mentienſque propinquitas*. Strabo libr. 2. pag. 84. Coſmographos omitto, & Joannis Poldi ignaviam ineruditam tranſeo, qui in Hiſtoria Nemauſenſi *Planaſiam* Plinii, aliorumque Scriptorum, urbem facit in mediterranea Gallia ad Rhodanum, cui hodie nomen *Pons Sancti Spiritus;* at Planaſia, ſecundum omnes, maris Tyrrhenici eſt Inſula, cum tamen urbs ea in continenti ſit, ac tridui itinere a mari abſit. Rectius Thomas Fazelus prioris Decadis de Reb. Sicul. libr. 1. *Palmarolam* credit. Inſula ea exulibus ſedes conſueta; nam Auguſtus Agrippam eo relegavit. C. Tacit. libr. 1. Annal. *Nam ſenem Auguſtum devinxerat, adeo ut nepotem unicum, Agrippam Poſthumum in Inſulam Planaſiam proiiceret, rudem ſane bonarum artium, & robore corporis ſtolide ferocem, nullius tamen flagitii compertum*. Et eodem libro, paucis interjectis: *Rumor inceſſerat, Auguſtum electis conſciis, comite uno Fabio Maximo, Planaſiam vectum, ad viſendum Agrippam*. Eadem narrantur a Dione Coccejano libr. 55. in fine. Ubi τὴν Ἰουλίαν ὡς μητρυιὰν διέβαλλεν, *Juliam ut novercam aſpernabatur;* atqui Julia erat mater, quam non eſt veriſimile, illum aut voluiſſe, aut debuiſſe aſpernari. Potior ergo lectio τὴν Λιουίαν, *Liviam*, ſane enim Livia in totam Auguſti familiam novercali odio femina, & ob id merito ab Agrippa ea contempta, aſpernataque. Errat pueriliter Vetus Juvenalis Scholiaſtes ad Sat. 6. v. 156. *Dedit hunc Agrippa ſorori. Juliam neptem Auguſti ſignificat, quæ nupta Æmilio Paulo, cum is majeſtatis crimine periiſſet . . . . . a barbaro relegata eſt, poſt revocata, cum ſemet vitiis addixiſſet, perpetuo exilio damnata eſt. Supplicio hujus Agrippa frater propter morum feritatem in Siciliam ab Auguſto relegatus, poſt cujus mortem juſſu Tiberii eſt interfectus*. Duplex error, nec ferendus; nam Agrippa non fuit in Siciliam relegatus, ſed Planaſiam, ut jam dictum eſt: neque Agrippa ille, de quo Juvenalis loquitur, nepos fuit Auguſti, ſed Rex Judæorum, qui regnum poſt exceſſum Tiberii adeptus eſt, ut ex Joſepho libr. ult. Antiquitat. Judaicar. notat Joannes Britannicus.

Huic ſuccedit *Gorgon*, ſive *Urgon*. Martiano Capellæ loco toties laudato appellatur *Urgo*. Stephano eſt Ὄργυν, νῆσος Τυῤῥηνίας. *Orgo, Inſula Etruriæ*. Apud Plinium libr. 3. cap. 6. *Orgon, Urgo;* ſed & *Gorgona*,

Digitized by Google

gona, ut obſervat Hermolaus Barbarus in Caſtigationib. Plinian. Pompon. Mela libr. 2. cap. ult. *Urgo, Ilva, & Capraria*. Ptolemæo Ὄργων νῆσος, *Orgon Inſula*. Hæc, ſicut Capraria, locus erat Religioſorum, ſive Monachorum, qui ſolitudinem illarum amantes, plurimas ædes Deo ibi erexerunt, & cum exemplo Deo rite famulati. Et Etruſcæ olim eas fuiſſe ditionis, probat D. Gregorii reſcriptum ad Venantium Lunenſem Epiſcopum, ut recitat Gratianus in Decreto, Diſtinct. 50. cap. 10. D. ſane Gregorius meminit ſæpe, ut libr. 1. Epiſt. 50. *De Horoſio Abbate, in Gorgona Inſula*. Et paulo infra: *Cui prefato Horoſio injunximus, ut in Inſulam Gorgonam pergat*. Et paulo poſt: *Ut experientia tua faciat, ut ex utraque re, ideſt vel providendo in Corſica monaſterio, vel corrigendis monachis in Gorgona, non noſtræ, ſed voluntati omnipotentis Dei parere feſtinet*. Idem libr. 4. Epiſt. 49. *Accedens ad Gorgonam Inſulam fraternitas veſtra diſcutiat, id quod ad nos de Saturnino presbytero eſt perlatum*. Et eodem libr. Epiſt. 60. *Sed eum in Inſula Gorgona, & Capraria ſollicitudinem de monaſteriis gerere, & in eo, in quo eſt, ſtatu, ſine cujuſquam adverſitate manere permittimus*. Rutil. Numatian. loco laudato etiam de monachis:

Aſſurgit ponti medio circumſtua Gorgon,
Inter Piſanum Cyrniacumque latus.
Adverſas ſcopulos damni monimenta recentis
Perditus hic vivo funere cuncta erat.
Noſter enim nuper juvenis majoribus amplis,
Nec cenſu inferior, conjugiove minor,
Impulſus furiis, homines, divoſque reliquit,
Et turpem latebram credulus exul agit.
Infelix putat illuvie cæleſtia paſci,
Seque premit læſis ſævior ipſe Deis.
Nunc rogo deterior Circæis fecta venenis,
Tunc mutabantur corpora, nunc animi.

Impius, & Ethnicus, Gentilique ſuperſtitioni addictus monaſticam vitam exagitat: nec mirum; cum furias Infernus noſtro hoc ævo emiſerit, quæ totum clericalis dignitatis ſplendorem, non dicam monachorum inſtituta, ab Apoſtolorum repetita temporibus, immaniter atque ſacrilege infectentur. O mea Scotia! Chriſtiano olim orbi pietatis Pharus, nunc impuritatis hæreticæ altrix: tu monachos ſanctos truculenter trucidaſti: tu Eccleſiaſtici honoris apices jugulaſti; ſed veniet tempus: & o Deus! meliora.

Ad *Caprariam* venio, de qua Gregorius Pontifex proxime ſupra. Eam *Ægilem* vocant Geographi, forte a Caprarum multitudine. Ea etiam inter Fortunatas reponitur, *grandibus lacertis referta*, ut habet Plinius libr. 6. cap. 32. niſi alia ſit illa ab hac noſtra. *Ægilion* vocat Martianus Capella libr. 6. pag. 239. Rutil. libr. 1. Itinet.

Proceſſu pelagi jam ſe Capraria tollit,
Squallet lucifugis inſula plena viris.
Ipſi ſe monachos Grajo cognomine dicunt,
Quod ſoli nullo vivere teſte volunt.
Munera fortunæ metuunt, dum damna verentur;
Quiſquam ſponte miſer, ne miſer eſſe queat.
Quæ nam perverſi rabies tam ſtulta cerebri,
Dum mala formides, nec bona poſſe pati?
Sive ſuas repetunt ex fato ergaſtula pœnas,
Triſtia ſeu nigro viſcera felle tument
Sic nimiæ bilis morbum aſſignavit Homerus
Bellerophonteis ſollicitudinibus.
Nam juveni offenſo ſævi poſt tela doloris
Dicitur humanum diſplicuiſſe genus.

Impii hominis amentiam de Chriſtianam pietatem ſequutis monachis, damnat, ac eleganti refellit ſtylo D. Paulinus Epiſt. ad D. Auſonium:

. . . . . licet avia multi
Numine agente colant, clari velut ante Sophorum
Pro ſtudiis Muſiſque ſuis, ut nunc quoque caſtis,
Qui Chriſtum ſumpſere animis, agitare frequentant,
Non inopes animi, neque de feritate legentes
Deſertis habitare locis, ſed in avia verſi
Sidera, ſpectanteſque Deum, verique profunda
Perſpicere intenti de vanis libera curis
Otia amant, ſtrepituſque fori, rerumque tumultus,
Cunctaque divinis inimica negotia donis,
Et Chriſti imperiis, & amore ſalutis abhorrent.

Ex homine tamen, ethnicam impietatem ſecuto, ſatis conſtat, etiam primis illis naſcentis Eccleſiæ temporibus, monaſticæ vitæ regulam ſtrictam admodum, ac difficilem obſervatu fuiſſe, brevis ſomnus, iſque in cæſpite. Reg. Monach. cap. 32. D. Hieronym. in Ezechielem cap. 41. Petrus Arvernus Venerabil. libr. 3. cap. 20. D. Paulin. libr. 4. de S. Martino:

At ſi quando brevi ceſſiſſent lumina ſomno,
Nuda humus ad tenuem ſat erat ſubjecta ſoporem.

Sidon. Apollinar. Carm. 16. v. 96.

Succinctos gelido libantem cæſpite ſomnos
Anachoreta tremit.

Quare monachi extra mundum poſiti cenſebantur. Recte Sidonius idem libr. 9. Epiſt. 9. *Iſtius mundi bis peregrinus. Peregrinari* enim *a ſeculo* monachus dicitur. Sulpicius Severus in Dial. Fauſtus in Homilia de S. Maximo. *Stupebat in ſinu ſuo patriæ civem ſuum peregrinari, & intra*

intra fines proprios novæ converſationis legibus exulare. Eucher. Homil. 4. de Epiphan. *Nos illi laudabiles eremitæ, qui extra mundum nos credimus, mundum intra nos incluſum tenemus*. Et eadem verba ſunt repetita Homilia 4. ad Monachos.

Ob eam cauſam nec inter clericos monachi primis ſeculis numerati, quod aliis obſervatum ſcio, eruditiſſimis Joanni Savaronio, & Hieronymo Bignonio. Juſtinian. Aug. l. 52. C. Epiſc. & Cleric. *Sancimus monachos, licet non ſint clerici, habere immunitatem*. Unde in Can. 4. Synodi Chalcedon. *probibentur ſecularibus ſe aut eccleſiaſticis negotiis immiſcere;* quia nec ſeculares, nec clerici. Et in eadem Synodo Can. 8. *Non depoſitione, ut clerici, ſed excommunicatione, ut laici, puniuntur*. Et in Synodo Ticinenſi circa Annum 877. *Laici & monachi perpetuo anathemate feriantur*. Qui locus extat apud Continuatorem Hiſtoriæ Francicæ Aimon. libr. 5. cap. 35. Div. Hieronym. Epiſt. ad Heliodorum de laudib. Vitæ Solitariæ, & inter ejusdem opera Epiſtola eſt Epiphanii ad Joannem Hieroſolymitanum Epiſcopum, in qua presbyter ordinatur, qui *monachis Syriæ ſacramenta exhibeat*. Et Siricius Pontifex circa Annum 385. Epiſt. 1. cap. 23. *Licentiam monachis, morum probitate ſpectatis, concedit, ut ad clericatum promoveantur*.

Hæc primis ſeculis obſervata; at deinceps omnia virtutum ſemina monaſteriis incluſa, ac nullæ alibi ſcholæ. Euſeb. libr. 5. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 10. Eucherius Epiſt. ad Salonium de quæſtionibus veteris & novi Teſtamenti. Concil. Gangrenſe Can. 5. & ex eo Burchardus libr. 2. cap. 156. *Dignum eſt, ut filios ſuos donent ad ſcholas, ſive ad monaſteria*. Can. 12. Quæſt. 1. Concil. Cabillon. Can. 3. Concil. Namueten. Can. 9. Gregor. Turonen. libr. 1. de Miracul. cap. 76. Et in hiſtoria S. Patrocli. Lupus Ferrarien. Epiſt. 1. & Epiſt. 46. Carolus Magnus libr. 1. Capitularii cap. 72. O deplorandam popularium meorum calamitatem! O incredibilem ingeniorum jacturam! Hæretica rabies monaſteria omnia, piorum cenſu fundata, virtutis ſacraria, ante annos ſeptuaginta funditus excidit, ferroque flammiſque evertit, præclaraque ingeniorum omnis ætatis monimenta cum religionis dedecore abolevit. Sed pergo.

Sequitur *Igilium* Inſula, cognomento *Dianium:* forte a Dianæ fano ibi ſtructo; ſed non affirmo. Ejus elegantiſſima, & hiſtorica deſcriptio apud Rutilium Numatianum libr. 1. Itinerarii:

Eminus Igilii ſilvoſa cacumina miror,
Quam fraudare nefas laudis honore ſuæ.
Hæc proprios nuper tutata eſt inſula ſaltus
Sive loci ingenio, ſeu domini genio.
Gurgite cum modico victricibus obſtitit armis,
Tamquam longinqua diſſociata mari.

Hæc

Hæc multos lacera ſuſcepit ab urbe fugatos:
Hæc feſſis poſito certa timore ſalus.
Plurima terreno populaverat æquora bello
Contra naturam claſſe timendus eques.
Unum mira fides vario diſcrimine portum
Tam prope Romanis, tam procul eſſe Getis.

Pomponio Melæ eſt *Igivium*: hodie paululum nomine mutato, *Giglio* audit.

In eodem ſinu eſt *Pandataria*, ſive Πανδατία, *Pandaria*, Strabone auctore libr. 2. pag. 84. *Pandateria* ubique in Tacito, niſi error ſit. Hæc in Puteolano ſinu celebratiſſima eſt, relegatione in eam filiæ Auguſti, & uxoris Neronis. De prima C. Tacit. libr. 1. Annal. *Julia ſupremum diem obiit, ob impudicitiam olim a patre Auguſto, Pandateria Inſula, mox oppido Rheginorum, qui Siculum fretum accolunt, clauſa.* Eadem Dio Coccejanus, & alii: maxime C. Sueton. Auguſto cap. 65. De poſteriori etiam Tacitus libr. 14. Annal. ad finem, *Inſulaque Pandateria Octaviam claudit.* Sueton. Neron. cap. 35. *relegavit*, ſimpliciter ſcripſit. Ita eſt intelligendus L. Seneca in Octavia ad finem, ubi ſic ipſa de ſe Octavia:

Non inviſa eſt mors iſta mihi:
Armate ratem, date vela fretis,
Ventiſque petat puppis rector
Tandem Phariæ litora terræ.

Nugas agit Martinus Delrio: reſcribendum, ut ſuadet J. Lipſius:

Pandatariæ litora terræ.

Nunc de *Prochyta*, quæ in eodem Puteolano ſinu: *Proſida* hodie. Erat Servius ad libr. 9. Æneid. pag. 568. *Prochyta alta tremit; atqui hæc Inſula plana eſt, ſed epitheton de præterito traxit; nam, ut dicit Plinius in Naturali Hiſtoria, Inarimes, Inſula fuit alta, quæ terræ motu diffuſa aliam Inſulam fecit, quæ Prochyta ab effuſione dicta eſt, ἀπὸ τῦ προχύσεως. Hanc Nævius in primo Belli Punici, de cognata Æneæ nomen accepiſſe dicit; ſed Narimes nunc Ænaria dicitur, & ſæpe fulguribus petitur, ob hoc quod Typhœum premat, & quia in eandem contumeliam ſimiæ miſſæ ſunt, quas . . . atorum lingua Narius dicunt: ob quam cauſam Pithecoſam etiam vocitent, licet diverſi auctores varie dicant; nam alii hanc Inſulam Typhœum, alii Enceladum tradant premere: & putatur, novo dictum Inarimen, quod & ſingulari numero, & addita Syllaba dixerit, cum Homerus ἴναρίος dixerit. Lybius in libro nonageſimo quarto Inaryme in Maconiæ partibus eſſe dicit, ubi per quinquaginta millia terræ igni exuſtæ ſunt.* Locus varie eſt depravatus: ac primum locus Plinii longe aliter ſe habet libr. 3. cap. 6. *In Puteolano autem ſinu Pandataria, Prochyta, non ab Æneæ nutrice, ſed quia profuſa ab Ænaria erat, Ænaria ipſa a ſtatione navium Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecu-*

Digitized by Google

Ibecuſa, non a ſimiarum multitudine, ut aliqui exiſtimavere, ſed a figlinis doliariorum. Deinde in ſequentibus, lege *Pitheconſam:* & *Livius*, pro *Lybias;* ejus enim opus in libros, non in Decades diviſum, alibi oſtenſum. Ac paulo poſt: *in Maconiæ partibus*, non dubito, quin ad hiſtoriam legi debeat in *Maeoniæ partibus*. Juvenal. Satyr. 3. in principio:

. . . . *ego vel Prochytam præpono Suburræ*

Ovid. libr. 14. Metamorph. fab. 3.

Inarimen, Prochytamque legit, viridique locatas
Colle Pithecuſas.

Virgil. libr. 9. Æneid.

Cum ſonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile
Inarime, Jovis imperiis impoſita Typhœo.

Sil. Italic. libr. 12. Punicor.

Apparet Prochyte ſævum ſortita Mimanta,
Apparet procul Inarime, quæ turbine nigro
Fumantem premit Enceladum, flammaſque rebelli
Ore ejectantem.

Succedit in eodem litore, non longe terra *Inarime*, a Latinis ſic vocata, ut ſupra laudati Poëtæ faciunt fidem, ac Plinius, quem reprehendit Nicolaus Erythræus in Indice Virgiliano, defendit Hermolaus Barbarus, licet revera Homerus de Ἀρίμοις, habeat, quas duas dictiones Latini unam fecerunt, contra uſum & mentem Homeri. Euſtathius in locum Homeri, mox citandum. Stephanus in Ἄρμα. Martian. Capella libr. 6. *Inarime dicta a Græcis Pithecuſa*. Stephano ſunt Πιθηκοῦσσαι παρὰ Τυρρηνοῖς, *Pithecuſæ in Etruria*; unde apparet fuiſſe Etruſcæ ditionis hanc inſulam. Strab. libr. 2. pag. 84. ac libr. 5. pag. 171. abunde ex Pindaro & Timæo, quos ibidem conſule, qui fabulæ de Typhæo, ſeu Typhone, ibi fulminato, ac ſepulto, rationem a ſoli natura deducunt, quod *ſulfure plenum, flammas facile eructat, quas concepit*, quod de toto illo Campaniæ litore, uſque fretum Siculum verum eſt. De hac vetuſtiſſimi ſcriptores, Artemon, Xenagoras, Harpocration, & Suidas videantur, apud Joannem Parrhaſium ad libr. 3. Claudian. de Raptu, *rupitque Typhœja cervix Inarimen*. Ita Poëtæ audiendi. Homer. libr. 2. Iliad. v. 784.

Ἐν Ἄρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνὰς
In Arimis, ubi dicunt Typhœi eſſe cubilia.

M. Lucan. libr. 5. v. 100.

. . . *ceu Siculus flammis urgentibus Ætnam*
Undat apex, Cumana fremens ceu ſaxa vaporat
Conditus Inarimes æterna mole Typhœus.

Claudian. Præfat. ad Conſul. 6. Honorii:

Enceladus mihi carmen erat, victuſque Typhœus

Hunc

Hunc premit Inarimes, hunc gravis Ætna domat.

Poëtis & Geographis *Inarime*, forte apud Plutarchum in Mario pag. 426. eſt Ἐναρία, *Enaria*, ut ex deſcriptione ea colligitur. A ſimiis, ut Ovidius libr. 14. fab. 3. Et Stephanus, aliique volunt, an a figlinis nomen habeat. Diſcutit Janus Parrhaſius, loco laudato: & Virgilium contra Grammaticos culpantes defendit Hadrianus Turnebus libr. 20. Adverſarior. cap. 18. & Pherecydes, vetuſtiſſimus ſcriptor apud Scholiaſtem anonymum, ſed doctiſſimum Apollonii Rhodii ad libr. 2. Argonautic.

Claudunt hunc de Inſulis Etruſcis tractatum Inſula *Capreæ*. C. Plin. libr. 3. cap. 6. *Tiberii principis arce nobiles Capreæ, circuitu quadraginta millia paſſuum*. Sueton. Tiber. cap. 40. *Uno parvo litore aditur, ſepta undique præruptis immenſæ altitudinis rupibus*. Antiquiſſimi hujus incolæ erant Teleboi. C. Tacit. libr. 4. non longe a fine: *Græcos ea tenuiſſe, Capreaſque Telebois habitatas fama tradit*. Servius Honoratus ad Virgilii libr. 7. Æneid. pag. 481. *Teleboi Caprearum ſunt populi, quos Telon ſuo regebat imperio: quidam dicunt, Capreas a Capreo, qui in illis regionibus potens fuit, nominatas*. Virgil. loco jam laudato:

. . . Teleboum Capreas cum regna teneret.

J. Lipſii ἁμαρτιμαμνημόνευτον eſt, qui Auſonium laudat, cum ſit Papinius Statius libr. 3. Silv. 1. v. 131.

. . . dites Capreæ, virideſque reſultant
Taurubulæ . . . . . .

Sed eſt corrigendum *Teleboë*. Hanc parvo ſpatio a continenti diſtantem, Neapolitani occuparunt: quibus ea adempta, Auguſtus Pithecuſas dedit; hanc vero *ædificiis exornavit*. Strabo libr. 5. pag. 172. Dio Coccejan. libr. 52. in fine. Cauſam habet Suetonius in Auguſto cap. 92. Præter alia ornamenta etiam ibi pharus, ſeu turris, dirigendo noctu navium advenarum curſu. Meminit Suetonius Tiberio cap. 72. *Turris phari terræ motu Capreis concidit*. Statius Papin. libr. 3. Silv. ult. ad finem:

Seu tibi Bacchæi viueta madentia Gauri,
Teleboumque domos trepidis, ubi dulcia nautis
Lumina noctivagæ tollit Pharus, æmula Lunæ,
Caraque non molli juga Surrentina Lyæo.

Poſtea Auguſto defuncto, Tiberius *Capreas ſe in Inſulam abdidit*, ut loquitur Tacitus ad finem libr. 4. Annal. Eratque, ut eſt apud Suetonium Tiber. cap. 62. *Locus Capreis carnificinæ ejus;* uſque adeo, ut ibi *Villa* eſſet, quæ *Jovis* vocaretur. Idem cap. 65. argumento Deorum nomina manſionibus illis a Tiberio indita. Vetus Scholiaſtes Juvenalis ad Satyr. 10. v. 94. *Tiberius Nero ſeceſſum eum elegerat, de qua Inſula Auguſtus* Ἀπραγόπολιν *dixit, quod ibi eſſet otii locus, ut ait Suetonius, Sedentis, ſignificat, & divum turpiter vixiſſe Capreis Tiberium, qui Sejanum velut tutorem habuiſſet*. Locum corruptum facile eſt reſtituere:

Digitized by Google

tuere: *ſedentis, ſignificat & diu & turpiter vixiſſe*. Ita de eo ſeceſſu Poëtæ: D. Juvenal. loco laudato:

Illum exercitibus præponere, tutor haberi
Principis, anguſta Caprearum in rupe ſedentis.

D. Auſon. in Cæſaribus, de mortibus Impp.

Sera ſenex Capreis exul Nero fata peregit.

Et in eodem opere poſt:

Fruſtra debinc ſolo Caprearum clauſus in antro,
Quæ prodit, vitiis credit operta ſuis.

Claudian. libr. 2. in Eutrop.

Quid ſenis infandi Capreæ? Quid ſcæna Neronis
Tale ferunt?

Et de 4. Honor. Conſul.

. . . quem rupes Caprearum tetra latebit
Incæſto poſſeſſa ſeni?

Sidon. Apollinar. Carm. 5. v. 320.

Poſt Capreas Tiberi, poſt turpia numina Caii,
Cenſuram Claudi, thalamos, cytharamque Neronis,
Poſt ſpeculi immanis pompam.

Et Carm. 7. v. 104. ubi ſic Roma ipſa:

. . . fio lacerum de Cæſare Regnum,
Quæ quondam regina fui, Capreaſque Tiberi,
Et caligas Caii, Claudi cenſura ſecuta eſt,
Et vir morte Nero triſti.

Licet ineffabilis Tiberii libido infamem poſt obitum ipſius Inſulam hanc fecerit; tamen eo vivo ſummum ei deferebat honorem, uſque adeo ut naves tranſeuntes antennas, non tantum, ſuppara, demittere cogerentur. L. Seneca Epiſt. 77. aliis obſervatus. Stat. libr. 3. Silv. 2.

Prima Dicarchgis Pharium gravis intulit annum,
Prima ſalutavit Capreas, & margine dextro
Sparſit Tyrrhena Mareotica vina Minervæ.

Denique *Epiſcopi Caprearum*, quem tamen non nominat, meminit Illuſtriſſimus Petrus Damiani Cardinalis Oſtienſis libr. 1. Epiſt. 9.

Finem Inſularum tractationi impoſueram, cum M. Varronis auctoritas inhibuit, ac deſidem retraxit. Is enim libr. 3. Rei Ruſt. cap. 9. *Ab his gallinis dicitur Inſula Gallinaria appellata, quæ eſt in mari Tuſco, ſecundum montes Liguſticos*. L. Moderat. Columella libr. 8. cap. 2. *Ruſtica, quæ non diſſimilis villaticæ per aucupem decipitur: eaque plurima eſt in Inſula, quam nautæ in Liguſtico mari, producto nomine alitis, Gallinariam vocitarunt*. Liguſticum ibi mare eſt pars Inferi, ſive Tuſci, ut apud Varronem; ſed & mentio ejus apud Severum Sulpitium in Vita S. Martini. Hermias Sozomen. de eodem S. Martino libr. 3. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 14. Verba Latina apponam ex verſione Joannis Chriſtophor-

ſoni Angli; nam Græca non ſunt ad manum. *Atque ad aliquod temporis ſpatium radicibus herbarum contentus, Inſulam, quam Gallinariam vocant, incoluit. Eſt illa quidem Inſula parva, & ædificiorum expers, in Tyrrheno mari poſita.* Quantum conjectura aſſequor, alia eo in tractu eſſe non poteſt, quam quæ ſpecula rupi unicæ impoſita, ſatis periculoſo ſinus tranſitu ab *Albenga*, ſive *Albio* oppoſita in continenti civitate nomen ſortita eſt. Ita Geographi cenſent hodierni.

Æolias Inſulas Etruſcæ fuiſſe ditiônis, diſces ex libr. 2. ſupra hoc opere cap. 19. imo & Regum in iis ſedes.

FINIS LIBRI QUARTI.

Clusij Apud Hæredes N.V. Alexandri Nardi [illegible]

AD

AD LIBRUM QUINTUM

PRÆFATIO.

QUalis eſſet Etruriæ antiquæ ſtatus, ut potui, expedivi: ſupereſt, ut ad earum civitatum deſcriptionem accedam, quæ ut olim celebres ac potentes, ita hodie illuſtres ac florentes ſuperſunt: in quarum rebus, procul ab odio, aut aſſentatione ſcribam: De origine, & conditoribus, ac tempore: De rebus, præclare geſtis: De Viris, ſcriptis, aut bellica gloria claris: De Sanctis, eorumque ſolemnibus feſtis: De Pontificibus, & Cardinalibus: De Præſulibus, eorumque ſucceſſione. In iis enarrandis ſequar, ut potero, temporum rationem, nulla hodierni principatus aut conditionis habita ratione. Quare perpaucæ quidem illæ urbes, ſed virtute ac rerum geſtarum ſplendore ſupra alias Italiæ, ac forte totius mundi civitates eminentes ſunt. Piſæ, *Græcorum ex Elide Colonia.* Volaterræ, *ab Indigenis contra Pyratas conditæ.* Lucâ, *una ex duodecim urbibus primis.* Arretium,

una ex duodecim ſequiori ævo. Cortona, *forte Corythus*. Peruſia, *Achæorum opus*. Piſtorium, *ſive* ad Piſtores. Senæ, *Gallorum Senonum Colonia*. Florentia, *a Triumviris condita*. Acula, *ſive* Aquila, *quæ hodie* Aquapendente.

LIBER



Vas Fic. Alt. P. I. Vn. IIII. Romæ Apud Em. Cur. Gualterio

LIBER QUINTUS

Piſæ, ſive Piſa, aut Teuta, Etruriæ urbs antiquiſſima, a Piſæis ex Elide Græcis condita: ejus ſitus: Arno & Æſare amnibus clauſa: opera publica, & in his turres privatorum, Turris Campanaria Meridiem verſus inclinata, Campus Sanctus, cum Metropoli Eccleſia: potentia: res in Italia ac in Oriente glorioſe geſtæ: Colonia Romana, ac municipium: Livallia, ſilva proxima: Piſatiles cives: in Pontifices ſtudium: libertatis amiſſio: Academia: Equitum D. Stephani ſedes: & Augurum Romanorum.

CAP. I.

QUANDOQUIDEM inter Etruſcorum veteres urbes, quæ hodie ſuperſunt, de quibus in hoc Libro quinto verba facturi ſumus, *Piſæ*, antiquitate & rerum geſtarum gloria ſupereminent; ab hac civitate exordiendum ſum arbitratus. Et primum quidem a nomine, quo diverſimode fuit appellata. *Piſſa* enim, vocatur apud Iſacium Tzetzem in Lycophronem: Πίσσα ἡ πόλις τῆς Τυῤῥηνίας: *Piſſa urbs Etruriæ*. Ptolemæo etiam Πίσσαι, *Piſæ*, eodem errore. De ejus ortu variæ ſententiæ apud Servium Honoratum ad libr. 10. Æneid. pag. 583. *Alphæus fluvius*

vius eſt inter Piſas & Elidem civitates Arcadiæ, ubi eſt templum Jovis Olympici: ex quibus locis venerunt, qui Piſas in Italia condiderunt, appellatas a civitate priſtina, unde nunc: Urbs Etruſca ſolo, *cum præmiſiſſet:* Alpheæ ab origine Piſæ. *Sane Piſas antiquitus conditas a Peloponneſſo profectis, vel ab his, qui cum Pelope Lidem venerunt* (corrigendum eſt omnino claro ſenſu: *Elidem venerunt*) *Alii Piſum, Celtarum Regem fuiſſe Apollinis Hyperborei filium, & cum Samnitibus bellum geſtaſſe* (legendum cenſeo, ex uſu hiſtoricorum frequenti: *Bellum geſſiſſe*) *a quorum regina, qui poſt conjugis mortem marito ſucceſſerat, receptum in Etruria, oppidum ſuo nomine condidiſſe. Alii locum . . . . . ex Deo privigno genitum, juvenem, magnis viribus Piſas condidiſſe ajunt. Cato Originum, qui Piſas tenuerunt ante adventum Etruſcorum, negat ſibi compertum, ſed inveniri Trachonem* (corrigendum eſt ex cap. 32. libr. 2. ſupra hoc opere, *Tarchonem*) *Tirrheno oriundum poſtquam eorundem . . . . ſermonum cœperit, Piſas condidiſſe, cum antea regionem eandem Teutones quidam, Græce loquentes, poſſederint. Alii, ubi modo Piſæ ſunt, Phocida oppidum fuiſſe ajunt: quod nobis indicio eſt, & Peloponneſo id oppidum originem trahere;* (ſed malim legere *a Peloponneſo.*) *Alii incolas ejus oppidi Teutas fuiſſe, & ipſum oppidum Teutam nominatum, quod poſtea Piſas Lydi ſua lingua, ſingularem portum ſignificare dixerunt. Quare huic urbi a portu Lunæ nomen impoſitum. Alii ab Epeo, Trojani equi fabricatore, conditum tradunt, qui cum aliis Græcis in hanc regionem rejectus ſit, ubi, poſtquam Trojanæ captivæ metu dominarum, ad quas deducebantur, naves incenderunt, deſperatione reditus remanſit, urbemque condidit, & ab ea, quæ in Peloponneſo, Piſas cognominavit.* At de Piſis Peloponneſiacis Idem ad libr. 3. Georg. in principio.

Græcanicam originem aſſerunt huic igitur ſcriptores, plerique probæ auctoritatis, apud Servium jam laudatum, ſive *Pelops*, ſive *Epeus*, ſive *Teutones* auctores fuerint; nam quod *de Piſo* Rege Celtarum dicitur, idoneum alium ſcriptorem non habet. Ad Græcos vero originem ejus refert ex Trogo Pompejo M. Junianus Juſtinus libr. 20. *Sed & Piſæ in Lyguribus Græcos auctores habent.* Male *in Liguribus*, nam *Piſæ & locus & nomen Etruſca.* Mela libr. 2. cap. 4. atque Polyb. libr. 2. pag. 104. etiam C. Plinius libr. 3. cap. 5. *Colonia Luca a mari recedens, propiorque Piſæ, inter amnes Auſurem & Arnum orta a Pelope, Piſiſque, ſive Atiutanis Græca gente.* In aliis Codicibus erat *Atimanis*, in aliis *a Teutanis*, ſed & in nonnullis, *Tencanis.* Accedit Strab. Amaſianus libr. 5. pag. 154. Ἡ δὲ Πίσα, κτίσμα ἐστὶ τῶν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ Πυλίων, οἱ μετὰ Νέστορος ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντες, κατὰ τὸν ἀνάπλουν ἐπλανήθησαν, οἱ μὲν εἰς τὸ Μεταπόντιον, οἱ δ' εἰς τὴν Πυσάτιν, ἅπαντες Πύλιοι καλούμενοι. *Piſæ a Piſeis Peloponneſiis conditæ ſunt, qui cum Neſtore ad Trojam profecti, in reditu navigantes ejecti ſunt, alii ad Metapontium, alii ad agrum Piſanum, cum univerſi Pylii dicerentur.*

De auctoribus certum, nunc de tempore inquirendum. Dionyſius Hali-

Halicarnaſſeus libr. 1. Antiquit. Rom. pag. 16. Aboriginum urbes recenſet, quæ ſunt: Ἄγυλλα, Πίσα, Σατορνία, Ἄλσιον. *Agylla*, *Piſa*, *Saturnia*, *Alſium*; ut videri poſſit, Græcorum conditorum, temporum longorum præſcriptione, memoria abolita, ad indigenas urbis poſſeſſionem tranſiſſe. Certe enim eam Græci condiderunt, diu ante Æneæ in Italiam adventum; ideoque nec Epæum, nec Neſtorem conditores fuiſſe cenſendum eſt. Rutil. Numatian. libr. 1. Itiner.

Alphea veterem contemplor originis urbem,
Quam cingunt mediis Arnus & Æſar aquis.
Comum pyramidis coëuntia flumina durant,
Intratur modico frons patefacta ſolo.
Sed proprium retinet commuui in gurgite nomen,
Et pontem ſolus, ſcilicet Arnus habet.
Ante diu, quam Trojugenas fortuna penates
Laurentinorum regibus inſereret;
Elide deductas ſuſcepit Etruria Piſas,
Nominis indicio teſtificata genus.

Hæc de antiquitate. Situm etiam primi Rutilii verſus depingunt; eſt enim inter duos amnes, *Auxerem* ſive *Auſerem*, aut ut Petrus Angelius Bargæus cenſuit, *Æſarem*, & *Arnum*. Vide libr. 4. ſupra hoc opere cap. 5. Errat Petrus Victorius, qui libr. 17. cap. 3. Variar. Lection. putat, *Auſerem* hunc olim mœnia ſtrinxiſſe; nunc vero longe deflexo curſu per agrum Lucenſem, vocarique *Serchium*; nam *Serchius* ille idem per agrum Lucenſem ſemper fluebat, *Æſar* infra Piſas, Arno commixtus nomen amittebat. Derivatus hic fluvius in rivos multos fuit, poſteaque ſiccato alveo, nihil præter nomen relictum ab incolis, qui locum, per quem labebatur *Valle d' Anſari* corrupte vocant. Sic iratum Cyrum ſiccaſſe *Gyndum* amnem altum narrat Herodotus libr. 1. de Sen. libr. 3. Ira cap. 21. de Cambyſe, ſed de Cyro plures, præter Herodotum Petrus Damiani libr. 4. Epiſt. ult. Et male hunc auctores quidam *Guiden*, ut Petrus Damiani: aut *Sinden*, ut Tacitus libr. 11. Annal. poſt principium: aut etiam *Cydnum* nominavere, ut veteres Albii Tibulli editiones:

Rapidus Cyri dementia Cydnes.

Ad Æſarem & Arnum redeo, de quibus Strabo, libro jam, ac loco ſupra laudatis. Δυοῖν δὲ ποταμοῖν κεῖται μεταξὺ, κατ' ἀυτὴν τὴν συμβολὴν, Ἄρνου καὶ Ἄσαρος. ὧν ὁ μὲν ἐξ Ἀρρητίου φέρεται πολὺς, οὐχὶ πᾶς, ἀλλὰ τριχῇ σχισθὲς, ὁ δ' ἐκ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν, συμπεσόντες δ' ἀς ἓν ῥεῖθρον, μετεωρίζουσιν ἀλλήλους ταῖς ἀντιοποταῖς ἐπὶ ἴσοῦται, ὥστε μὴ ἐπὶ τῶν ἡϊόνων ἐπῶλας ἀμφοτέρων, μηδ' ἕτερον ὑπὸ θατέρου κατερῶσθαι. ὡς' ἀνάγκη διαπλάττειν ἐς θαλάττης εἶναι. τέλος δ' ἀσὶ τῷ ἀνάπλου, περὶ κ' Μυθύουσι δ' ὑπὲ πρώτου ἐκ τῶν ὀρῶν κατεφέροντο οἱ ποταμοὶ ὅτοι, κωλυόμενοι ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων, μὴ συμπεσόντες ἐς ἓν, κατακλύζειν τὴν χώραν, ὑπισχνέῖθαι μὴ καταλύσειν, καὶ φυλάξειν τὴν πίστιν. *Inter duos amnes ſita ſunt, Arni & Æſaris, qua illi concurrunt: alter ab Arre-*

Arretio copioſus deſcendens, ſed in tres diviſus alveos: alter ab Apennino: & ubi confluunt, alter alterius violento incurſu ita ſe invicem attollunt, ut qui utrinque in ripa ſtant, alius alium videre non poſſit; itaque eo ſubvectionem a mari neceſſe eſt fieri difficilem, quæ eſt ſtadiorum circiter XX. Fertur fabula, quo tempore primum illi amnes fuerint a montibus delati, incolis obſiſtentibus, ne in unum confluentes alveum, diluvio agros vaſtarent, pollicitos fuiſſe amnes, ſe eluvionem non facturos, ac ſtetiſſe promiſſis. Nec de confluentia, aut promiſſis alibi quicquam.

Sitæ ſunt in amœna & fertili planitie, cœlo ſalubri, niſi eadem violenta marinæ peſtilentiæ aura, ut totum litus, ita has quoque infeſtaret. Franciſcus Petrarcha in Itinerario ad Mediolanenſem, non longe ab initio: *Piſarum urbs pervetuſta, ſed decente & decora ſpecie: & licet in plano ſita, non tamen, ut magna pars urbium, paucis turribus, ſed tota eminentiſſimis ædificiis apparet, ut & maris potentiſſima, donec patrum memoria non modo vires æquoreas, ſed animos, navigandique propoſitum, magno victi prælio Genuenſium amiſere.*

Latitudo Italiæ ampliſſima inter Piſas & Anconam cenſebatur. M. Lucan. libr. 2. verſ. 404.

Mons inter gemmas medius ſe porrigit undas
Inferni ſuperique maris, colleſque coërcent.
Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Piſæ:
Illinc Dalmaticis obnoxia flectibus Ancon:

Ædificia hic olim ſplendida ac præclara, publica privataque: ac de privatis Franc. Petrarcha proxime ſupra laudatus. Beniamin filius Jonæ Tudelenſis, gente Judæus, domo Cantaber, qui vixit anno 933. Is in Itinerario, quod Hebraice ſcriptum, Latinitate donavit Benedictus Arrias Montanus: *Diſtant a Genua Piſa duorum dierum itinere, ingens urbs, in cujus domibus fere decem mille turres numerantur, ad pugnandum aptæ & inſtructæ, ſi quando diſſidium, aut pugna neceſſitas exiſtat. Cives vero ipſi omnes ſtrenui, neque Regi, neque Principi alicui parentes, ſed Magiſtratui ab ipſis creato. Erant autem hic Judæi fere viginti, in quibus primi Moiſes Nabum, & Joſeph. Urbs ipſa muris non eſt munita, diſtatque a mari quatuor milliaribus, in quod navigiis deſcenditur per fluvium, qui regionem ipſam mediam perlabitur, urbemque intrat.* Sunt inter Annalium Piſanorum auctores, qui *ad quindecim millia turrium privatarum* ponant: adduntque, nulli, niſi patricio, turrem habendi jus fuiſſe. Quod, ſi verum eſt, & quindecim millia patriciorum in ea urbe fuerint, omnes Europæ urbes incolarum numero facile ſuperaverit. Ac de his turribus L. Sen.

Piſaſque domos turribus inclytas.

In publicis ædificiis Metropolitana Eccleſia, ſive Archiepiſcopium jure numerabitur, quod Deiparæ Virgini dicatum, nulli Italicarum pulchritudine, ac ædificii claritudine cedit: ad cujus ante annos 500.

ex-

Digitized by Google

extructionem maturandam æs contulerunt, ac in tabulas publicas nomina retulerunt ſua triginta quinque mille familiæ: qui numerus, niſi actis publicis fides adhiberetur, incredibilis cuilibet videretur. Templum autem iſtud ſumptuoſiſſimum, & marmoribus extra intraque incruſtatum, facile Piſani tunc populi opum affluentiam ac pietatis inſigne ſtudium loquitur: ex ſpoliis Hieroſolymitanis, vel, ut alii rectius Annales, Panormitanis extructum. Columnæ intus ex ſolido marmore quadraginta octo. Fores ex ære, elegantiſſimis anaglyphis ornatæ, ædificari publico urbis gaudio cœptæ, incenſo miſerabili caſu auguſtiſſimo templo, anno 1595. die 15. Octobris. Juxta, D. Joannis templum rotundum, in quo publicum totius civitatis, more Italico, Baptiſterium, opere ac materia nobile, ac nulli ſecundum. Ab altera parte *Turris* mirandi artificii *penſilis*, quam *Campanile* vocant: cujus hæc eſt in Itinerario Italiæ Anonymi Germani deſcriptio, quam ego totidem verbis apponam: *Turris penſilis, artificio inſignis, & marmore illuſtris: nulla eſt alibi ſimilis, excepta turre Bononienſi, de Gariſendis dicta, quæ tamen illius Piſanæ magnificentiam nulla ex parte aſſequitur; illa enim ex cocto tantum lapide, hæc ex ſolido marmore facta: illa mutila atque imperfecta, hæc perfectiſſima, & marmoreis columnis ſuffulta, undique ſeptem ambulacris, ſive periſtyliis pulchro ordine circundata eſt: gradus habet ſupra fundamentum in altitudine centum quinquaginta tres. Facta eſt hæc turris artificioſiſſima ab architecto Germano Jenue de Inſpruck anno 1174. menſe Auguſto.* Nathan Chytræus:

Antiqui ſplendoris adhuc monimenta ſuperſunt
Inclita, marmoreis fulgentia tecta columnis,
Turris & inclinata foris, minitanſque ruinam
Pendula, recta intus, ſi videris.

A latere Eccleſiæ Cœmeterium eſt *Campus Sanctus*, plumbo tectus: mirificis, ſed veteſtis picturis exornatus. Hic gentilis erat Piſanorum ſepultura, terra a Sancto Domini ſepulchro quinquaginta triremibus advecta, in qua conſumi credunt cadavera triplici mutatione ſpatio viginti quatuor horarum, ſive diei naturalis. Hic, præter Piſanos, clarorum virorum tumuli, Philippi Decii, Jo: Franciſci Veggii, ac Gabrielis Boncompagni J. C. & aliorum. Idem Nathan Chytræus:

. . . . . *area longa*
Gloria Romani Decius qua maxima Juris
Conditus eſt: ubi vicenis & quatuor horis
Corpora conſumi memorant hic obruta terris;
Quin, Nicomede, tui monſtrant monimenta ſepulchri.

Ad geſta venio, quæ magnifica olim, atque etiam avorum noſtrorum memoria. Multa T. Livius, ſed hæc præcipua 4. Decad. libr. 4. non longe a principio: *Piſas quadraginta millia hominum, affluente quotidie multitudine ad famam belli, ſpemque prædæ, circumſedebant.* Polyb. libr. 3. pag. 209. Quin imo florebat opibus ſub Æneæ in Italiam adventum.

Virgil. loco laudato:

Hos parere jubent Alphææ ab origine Piſæ,
Urbs Etruſca ſolo.

Cenſent non male viri eruditi, maximas opes Piſanis creviſſe, ab uno latere Populonia exciſa, ab altero Luna everſa: quod veri ſpeciem habet, maxime cum Livius libro 5. Decadis laudatæ referat: *Diſceptatum inter Piſanos Lunenſeſque Legatos: Piſanis quærentibus, agro ſe a colonis Romanis pelli: Lunenſibus affirmantibus, eum, de quo agatur, a Triumviris agrum ſibi aſſignatum eſſe.* Piſæ primum municipii jure fruebantur, hoc enim docemur ex Feſto Pompejo libr. 11. in voce *Municipium*. Poſtea vero *Coloniæ* quoque *Romanæ* nomen accepit. Ptolemæus auctor eſt, ac T. Liv. 4. Decad. libr. 1. A. Poſtumio Albino, C. Calphurnio Piſone COSS. Anno Urbis 574. *Piſanis agrum pollicentibus, quo Latina Colonia deduceretur, gratiæ a Senatu actæ, Triumviri creati ad eam rem Q. Fabius Buteo, M. & P. Popillii Lenates.* Hoc ipſum liquet ex duobus marmoribus antiquis, ante aliquot annos Piſis repertis. (1)

Jam vero varias hujus civitatis res, cum gloria bellica in Italia & Oriente geſtas, percurram: non ignarus, multa me jejune tractaturum, aliqua etiam præterituram; ſed danda venia eſt, neque enim hic hiſtoriam ſcribo. Primum igitur Paulum Jovium libr. 1. Hiſtoriar. ad finem audiamus de inſigni Piſanorum in re navali gloria: *Conceſſerant Piſani, multos ante annos diuturno bello victi, in Florentinorum ditionem; cum paulo ante, cum ſumma opum amplitudine, tum ingenti rei navalis gloria, inter ceteros Italiæ populos magnam auctoritatem, rebus præſertim in Syria feliciter geſtis, obtinuiſſent: eoque amplitudinis rem Piſanam evectam olim memorant, ut centum eorum familiæ illuſtres, totidem roſtratas naves privato ſumptu edificaſſe, atque ad bellum Liguſticum eduxiſſe dicantur.* Vetus hoc navigandi decus. Strabo Amaſian. libr. 5. pag. 154. Δοκεῖ δ' ἡ πόλις ἐυτυχῆσαί ποτε, καὶ νῦν ἔτι ἀδοξεῖ, διά τε ἐυναρτίαν, ἣ τὰ λειτουργία, καὶ τὴν ὕλην τὴν ναυπηγήσιμον, ἧ τὸ μὲν παλαιὸν ἐχρῶντο πρὸς τὰς κατὰ θάλατταν κινδύνους. *Videtur urbs ea quondam floruiſſe, ac ne nunc quidem ignobilis eſt, ob fertilitatem, lapicidinas, & materiem navalem, qua olim uſi ſunt ad maritima prælia.* Materia hæc navalium ex *Livallia Silva*, quæ Piſis proxima. Auctor Anonymus Vitæ S. Guilielmi, Comitis & Eremitæ. Licet itaque aliquantiſper a mari abeſſet, tamen & rei navalis honore perquam celebris habebatur, & totus ille, qui adjacet, tractus importuoſus, *Sinus Piſanus* audiebat. Cornel. Tacit: libr. 3. Hiſtor. *Fabius Valens e ſinu Piſano, ſævitia maris, aut adverſante vento, Portum Herculis Monæci depellitur. Haud procul inde agebat Marius Maturus, Alpium maritimarum procurator, fidus Vitellio, cujus ſacramentum, cunctis circa hoſtibus, non exuerat.* Claudian. libr. de Bell. Gildonic.

ab

(1) Proculdubio intelligit de duobus marmoribus, quæ doctiſſimis Commentariis illuſtravit Cl. Mem. Cardinalis Noris, cui operi nomen dedit *Cenotaphia Piſana* &c. In eo plura reperies, quæ ad præcipuam illuſtrationem Piſanæ Urbis faciunt.

Digitized by Google

ab iſto ſinu profectionem in Gildonem tyrannum Africæ deſcribit:

Ut fluctus tetigere maris, tunc acrior arſit
Impetus: arripiunt naves, ipſique rudentes
Expediunt, & vela legunt, & cornua ſummis
Aſſociant malis: quatitur Tyrrhena tumultu
Ora, nec Alphea capiunt navalia Piſæ.

Magna, poſt declinationem Imperii Romani, populi hujus virtus, nec minor fama. Notiora repetam.

Anno 962. Otho I. Imperator Piſas venit, ibique ſeptem familias nobiles reliquit, *Caſamactam*, *Ripam Fractam*, qui hodie *Roncioni* dicuntur, *Orlandos*, *Gatanos*, *Guſemarios*, *Vicecomites*, *Dodos*.

Anno 1066. in Saracenos expeditionem ſuſceperunt Piſani, eoſque ſuperarunt, Muſacto Rege Sardinia fugato, inſulæque imperio occupato.

Anno 1030. Carthaginem expugnarunt: Regem captum ad Pontificem duxerunt.

Anno 1050. Panormum Saracenis eripuerunt, ingentemque prædam domum retulerunt. Diſerte Thomas Fazelus Poſterior. Decad. de Reb. Sicul. libr. 7. pag. 397.

Anno ſequente Corſicam ſui juris fecerunt, infidelibus inde expulſis.

Anno 1070. ob Corſicam ademptam bellum cum *Genuenſibus* ſuſceperunt, biſque eos uno die profligarunt.

Anno 1090. in expeditionem Hieroſolymam, ad Sancti Sepulchri recuperationem, cum valida claſſe ſunt profecti: ingentique nomine parto, Chriſtianam cauſam promoverunt.

Anno 1108., hortatu Paſchalis II. Pont. moverunt in Baleares inſulas, e quibus Saracenos ejecerunt, Majoris Rege necato, uxore filioque captis.

Anno 1160. Albigaunum cœperunt: eaque de cauſa grave bellum cum Genuenſibus ſuſcepere, quod compoſitum per Gregorium VIII.

Anno 1168. Hieroſolymitano Regi Americo, Siciliæ Regnum Rogerio, in gratiam Innocentii II. auferre tentarunt: ſeptennioque toto Neapolim urbeſque vicinas obſederunt, Amalphique Pandectas Juris abſtulerunt, qui inde Piſani, ac nunc Florentini dicuntur.

Partibus Friderici Imperatoris ſtudentes, ſubſidium ei in obſidionem Mediolanenſem, Paleario Conſule, ac Gherardo Comite ducibus, miſerunt: ac poſt Urbis Veteris expugnationi adfuerunt.

In gratiam ejusdem Imperatoris claſſem quinquaginta triremium in Bellum Sacrum, duce Ubaldo Lanfranco, deſtinarunt.

Cum Aragonum Rege periculoſum bellum pro Sardinia geſſerunt.

Friderici vero Auguſti partibus impenſius, quam par erat, contra Pontificem faventes, & Cardinales a Gregorio VIII. ad Concilium e Galliis evocatos, depreſſerunt, & auxilio adfuerunt contra Pontificem Manfredo, Siciliæ Regi, Friderici filio, quo crimine Sacris inhibiti, ac poſt a Clemente IV. abſoluti.

Anno 1258. cum Venetis fœdus contra Genuenſes in decennium pepigerunt, eoſque in Syria ſuperarunt, ducibus Sigerio Saxecta Conſule, & Henrico Gatano.

Sed nihil æque glorioſum ab iis eſt geſtum, atque illud bellum, quod auxilio Boëmundi advenientes pro Chriſti ſepulchro geſſerunt; ut videre eſt ex Chronico Hieroſolymitano Reinerii Reineccii Steinhemii libr. 7. cap. 59. Et libr. 9. cap. 27. licet eodem libro cap. 29. & ipſi, & Genuenſes parum laudentur, quod contra fidem datam urbem Ptolemaidem diripuerint. Certe tamen egregiam operam Sacro eo bello navarunt, ut teſtantur Robertus Monachus in Hiſtoria Hieroſolymitana, & Baldricus Archiepiſcopus Dolenſis, & Raimondus de Agiles Canonicus Podienſis, & Albertus Aquenſis, omnes in Hiſtoria Hieroſolymitana, Fulcherius Carnotenſis in Geſt. Peregrinat. Francor. Guibertus Abbas, Guilerm. Tyri Archiepiſcopus: quod uſque adeo magni fuiſſe momenti creditum, ut in Venetorum ac Piſanorum concordia certam victoriæ ſpem collocaverint Chriſtiani. Marinus Sanutus Torſellius, patricius Venetus, Secretor. Fidel. Cruc. libr. 3. part. 12. cap. 5. Auctor Anonymus vetuſtus, qui fuit patronus Regiarum cauſarum in Ducatu Aquitaniæ, libr. de Recuperatione Terræ Sanctæ: *Igitur Januenſis, Venecenſis, & Piſana civitates, quæ propter ſuas diſcordias & guerras maritimas, ſolitas hactenus non punitas, Terræ Sanctæ recuperationem & conſervationem impedire conſueverunt*. Denique primus Patriarcha Hieroſolymitanus inter Latinos fuit Archiepiſcopus Piſarum, ut ſequenti capite dicetur, ubi de Piſanæ Eccleſiæ ſucceſſione.

Mirus Piſanorum amor ac ſtudium in Pontifices Romanos proclive ſemper enituit, quos & ſummopere ſunt venerati, ac pulſos a ſuis hoſpitio acceperunt; nam Gelaſium III. contra Henricum III. protexerunt: & Calliſtum II. e Burgandia Romam euntem, honorificentiſſime habuerunt, a quo Sardiniæ inſulæ proprietate ſunt donati: Innocentium II. Roma pulſum, humaniſſime invitarunt, ac contra hoſtes tutati ſunt. D. Bernard. Epiſt. 130. *Piſanis noſtris Conſulibus, cum Conſiliariis & Civibus univerſis. Benefaciat vobis Deus, & meminerit fidelis ſervitii, & piæ compaſſionis, & conſolationis, & honoris, quæ ſponſæ filiæ ejus in tempore malo, & in diebus afflictionis ſuæ exhibuiſtis, & exhibetis. Et quidem hoc jam impletur ex parte, & orationis hujus nonnullus capitur fructus, digna plane retributio celeri jam compenſatur effectu: aſſumitur Piſa in locum Romæ, & de cunctis urbibus terræ, ad Apoſtolicæ ſedis culmen eligitur. Nec fortuito, aut humano contigit iſtud conſilio; ſed cœleſti providentia, & Dei benigno favore fit, qui diligentes ſe diligit, qui dixit Chriſto ſuo Innocentio: Piſam inhabita; & ego benedicens benedicam ei: hic habitabo, quoniam elegi eam; me auctore tyranni Siculi malitiæ Piſanæ conſtantia non cedit, nec minis concutitur, nec donis corrumpitur, nec circumvenitur dolis. O Piſani! Piſani! quæ civitas non invidet? Serva depoſitum urbis fidelis, agnoſce gratiam, ſtude prærogativæ non inveniri ingrata: honora tuum, & univer-*

verſitatis patrem: honora mundi principes, qui in te ſunt, & judices terræ, quorum te præſentia reddit illuſtrem, glorioſam, famoſam. Vide Hiſtoricos.

Hæc de Piſanorum rebus proſpere geſtis: ſequuntur adverſæ.

Anno 1228. Libertatem, quam incredibili virtute animiſque illibatam conſervaverant, amiſerunt, Remp. invadente Ugolino Comite; ſed ille in carcere cum filiis impuberibus mori inedia coactus, locuſque cuſtodiæ hodie *Turris famis* vulgo audit.

Anno 1364. Joannes Agnellius, Dux Piſanorum dictus, tyrannidem exercuit.

Tertia infelicitas a Gerardo Apiano, qui Remp. Joanni Galeatio Mediolanenſium Duci vendidit, qui crudeliter imperavit.

Anno 1405. Joannes Gambacurta Florentinis patriam vendidit, ſub quorum manſit octuaginta ſeptem annis, ut Jovius vult ad finem libr. 1.

Anno 1509. Simone Orlando auctore, a Carolo VIII. Gallorum Rege, Neapolim pergente, libertatem recuperarunt; quam cum infeliciter tuerentur, majoreſque eſſent Florentinorum opes, in ditionem Venetorum conceſſerunt; ut eleganter Paulus Jovius libr. 4. pag. 147.

Sed poſt acerrima ſeptemdecim annorum bella, Florentinorum poteſtati ſubjecti ſunt, tanta animorum indignatione, ut plerique nobilium exilium ſibi perpetuum indixerint, quorum nunc in Sicilia magna pars agit; ſed Sereniſſ. Magnorum Etruriæ Ducum clementia reſpirant, ac placidiſſime habiti in unum corpus cum reliqua Etruria coaleſcentes, priſtinæ dignitatis notam receperunt. Hujus infelicitatis cauſam *violatos Cardinales, negleſtamque religionem* volunt eſſe, inter alios Baptiſta Egnatius libr. 1. cap. 2. Dictor. Memorab. Thomas Eduardus Anglus in Deſcript. Urb. Italic.

Flent Piſæ, amiſſum dum contemplantur honorem.

Jul. Cæſar Scaliger libr. de Urbibus:

Piſa vetus victi ſpoliis orientis onuſta,
Invidiæ armavi livida tela trucis.
Sic nocuit viciſſe, aliis ſic vicimus ergo,
Sic res eſt humili tutior arcta loco.
Mortales ſperate vices, nec credite fatis;
Nam quod nos aliis, illa dedere mihi.

Academiæ jus conceſſum, ut ajunt, anno 1309. in qua celeberrimi omnium ſcientiarum profeſſores floruerunt. Ego præſentibus ero contentus, qui ſingulari doctrina omnes, ac honeſtis Minervalibus Juventutem numeroſam, nobilem, ac modeſtam erudiunt: qui hoc ordine ſunt in Programmate.

CURATOR.

Illuſtriſs. ac Reverendiſs. D. Hieronymus Sommai, Patricius Florent. Græce Latineque literatiſsimus, D. Stephani Equeſt. Ord. Prior.

Do-

Digitized by Google

Doctores Excellentiſſimi hi ſunt.

Theologiæ.

Lælius Baglionius Florentinus Ordin. Serv.
Hieronymus Pellerius Florentinus Ordin. Min.

Ordinarii Juris Canonici.

Franciscus Falconettus Florentinus, Eques D. Stephan.
Philippus Facchineus Forojulienſis.
Petrus Accoltus Arretinus.
Petrus de Hieronymis Florentinus, Eques D. Stephani.
Vincentius Maccantius Miniatenſis.

Ordinarii Juris Civilis.

Sanctes Ballarinus Peruſinus.
Attilius Cursius Florentinus.
Benedictus Pinellus Luſitanus.
Antonius Curinus Pontremulenſis, Eques D. Stephani.
Antonius Dias Pinto Luſitanus.

Ordinarius Pandectarum.

Thomas Dempsterus Scotus.

Extraordinarii Juris Canonici.

Paulus Ruschius Canonicus Piſanus.
Alexander Puccinius Florentinus.

Extraordinarii Juris Civilis.

Petrus Roncionius Canonicus Piſanus.
Antonus Merenda Forolivienſis.

Juris Criminalis.

Jacobus Vannellius Carrarienſis.

Inſtitutionum Juris Civilis.

Nicolaus Buonaparte Miniatenſis, Civis Florentinus.
Lælius Manchinus Politianus.
Matthæus Stephanus Florentinus.
Joannes Viscontius Piſtorienſis.
Angelus Favilla Florentinus.
Franciscus Schippisius Piſanus.

Lælius Lanfrancus Piſanus.
Cosmus Coluccius Piſanus.
Joannes Baptista Mannus Florentinus.

Methaphyſicæ.

Joannes Baptista Costaccius a Viſſo Ord. D. Auguſtini.
Albertus Campanius Florentinus Ordinis D. Dominici.

Theorici Ordinarii Medicinæ.

Stephanus de Castro Luſitanus.
Joannes Baptista Carthenius Bagnonenſis.
Matthæus Carrarius Bargæus.

Practici Ordinarii Medicinæ.

Julius Guastavinus Genuenſis.
Marcus Cornacchinus Arretinus.
Julius Titius Piſanus.

Ordinarii Philoſophiæ.

Augustinus Gallesius Bononienſis.
Andreas Bellavitus Canonicus Piſanus.
Oliverius de Celatis Piſanus.

Extraordinarii Philoſophiæ.

Scipio Aquilanus Piſanus, Eques D. Stephani.
Franciscus Segherius a Monte Carolo.

Philoſophi Morales.

Curtius Cintoletta Canonicus Piſanus.

Logicæ.

Bartholomæus Talentonius Fivizzanenſis.
Nicolaus Ansaldus Miniatenſis.
Georgius Morais Luſitanus.

Chirurgiæ.

Petrus Ruschius Piſanus.

Simplicium Medicamentorum.

Dominicus Vigna Florentinus.

Literarum Humanarum.

Julius Cæsar Bulengerus Gallus Juliodunenſis.

Lite-

Literarum Græcarum.

FRANCISCUS TRINUS Athenienſis.

Mathematicæ.

BENEDICTUS CASTELLIUS Brixianus, Monachus Caſſinenſis.

Sunt in Academia hac noſtra, Collegia quatuor: *Magno-Ducale*, a Coſmo I. Magno Etruriæ Duce erectum, in quo quadraginta unus adoleſcentes impenſis Sereniſſimi aluntur: *Ferdinandi*, ubi Bartoli olim ædes, in quo par numerus juvenum ſtudioſorum ad bonas artes educantur: *Montis Politiani*, ac *Puteanum*.

Eſt & *Hortus Simplicium* capaci loco, ac eleganti aëre ſalubri, cum porticu, ubi rariſſima quæque aſſervantur, & relatu digniſſima. Curam habebat ſuperiori anno JACOBUS MACOLO Scotus, cujus frater Joannes Macolo Chymicæ Medicinæ profeſſor, ambo Academia relicta, diverſim abiere.

Sedem etiam hic Equitum D. Stephani Papæ & Martyris Coſmus I. eſſe voluit, ubi & palatium magnificum, ac ædes ſplendidiſſima, marmore incruſtata, cernitur: ac neſcio, an ullus Equitum Ordo, præter Melitenſem, tam fortiter rem Chriſti promoverit, atque hic Etruſcus, qui nullo anno non manubias Turcicas, ac triremes inſtructas domum refert.

Ad veteres Piſas redeo: cujus mirabilem aquam commemorat Plinius libr. 2. cap. 103. *Palæmonum aquis calidis innaſcuntur, Piſanorum ranæ, ad Vetulonios in Etruria, non procul a mari, piſces.*

Agrum laudat Julius Obſequens libr. de Prodig. *Quintus Minutius in agro Piſano cum Liguribus, ſignis collatis; pugnavit, & novem hoſtium millia occidit.* Cap. 53. Hic certe ager Apuanos etiam Ligures eo ſæculo comprehendebat. Notavit Flavius Blondus Etruria Illuſtrata pag. 51. Cives ejus *Piſatiles* appellati. Paulus Diaconus ex Feſto Pompejo libr. 14. *Piſatilem Nævius dixit e Piſis oriundum.* Ipſe vero Feſtus: *Piſatilem appellat Nævius Pantaleontem, e Piſis oriundum tyrannum, cujus alioqui inde profecti nunc Piſani dicantur.* Locus eſt depravatus, tu lege: *cives alioquin inde.* Piſatilis appellatio, præterquam apud Nævium, alibi, ut puto, non reperietur: communis Scriptorum uſus Piſanos vocat. Rutil. Numat. libr. 1. Itiner.

Piſani medio, quem ſtatuere, foro.

Ante Romanum Imperium per Italiam diffuſum, hic Reſpublica opulenta: quod nomen etiam Roma dominante manſit. Vetus Lapis in horto nobiliſſimorum Roncionorum Piſis (1)

D . M

(1) Apud Chimentellum de Honore Biſellii pag. 3.

Digitized by Google

D . M
Q. LARGENNIo
Q. GALL. SEVERo
AEDIL. PISAS
Q. LARGENNVS
CHRESIMVS. PATER
QVI. OB. HONORE
BISELLI. HS. L. N. V
REI. P. PISANOR
DEDIT

Atque hic etiam *Augurum Romanorum* ſedes florente Republica. Alterum marmor vetus in iisdem humaniſſimi Petri Roncioni, Canonici Piſani ac Profeſſoris Legum, hortis: quod ſuæ Florentiæ inſeruit Vincentius Borghinius pag. 216.

D. M.
MEITIA. IANVARIA. HIC. ADQ. CON
B. M.
Q. OBSEQVENTIVS. SEVERINVS
AVG. PISIS. (1)CVRIAL. FLORENTINORVM
SIBI. POSTERISQVE. SVIS

Commorabantur etiam hic Etruriæ totius Prætores, tanquam in nobiliſſima civitate. Docemur ex Inſcriptione mutila marmoris exeſi ad D. Zenonis ædem Piſis, quæ ſic ſe habet.

.....ROVIANO. OCTAVIO
.....F. PRAEF. VRB. FERIAR
.....LEG. LEG. PRIM. ITAL. COS. II
ANTONIAN. VERIAN. LEG. AVG
.....ORIS. PRAETORI. ETRVRIAE. V. PISIS
PVBLICE.
D. D
.....PATRIAM. SVAM. BENEFICIA
.....

(1) Legendum CVR. KAL. hoc eſt *Curator Kalendarii*, ita legit Chimentellus de Honore Biſellii pag. 23. & Noris de Cenotaph. Piſanis diſſert. 1. pag. 37. & ex conjecturis jam emendaverat Reineſius claſs. I. num. 24. pag. 52. & claſs. XIV. num. 166.

Corruptum hoc nomen l. 8. C. Theodoſ. de Honorariis codicill. ubi *Piſo* pro *Piſis* male. Errat Abraham Ortelius, qui putat *Piſum* loci nomen eſſe, ſed tacent Geographi.

Qui plura de Piſarum dignitate, principatu, ac rerum varietate cupis, conſule inter vetuſtos ſcriptores Agathiam, Scholaſticum Smyrnæum, & Procopium, qui non ſunt mihi ad manum: inter recentiores religioſiſsime ac doctiſsime ſcripſit Reverendiſſ. D. Raphaël Roncionus, Archipresbyter Piſanus, eleganti opere, quo patriam ſuam immortalitati commendavit: & ante illum S. Antoninus Archiepiſcopus, Flavius Blondus, Bartholomæus Platina, Leonardus Arretinus, Paulus Jovius, Raphaël Volaterranus, Antonius Sabellicus, Joan. Baptiſta Pi[illegible]. Rerum præterea Venetarum & Genuenſium Scriptores, Agnellus, cujus *Hiſtoriæ Piſanæ & Annales* in Bibliotheca Cardinalis Sirleti perhibentur MSS. fuiſſe.

Piſis oriundi Sancti ac Beati, Pontifices Romani: Eccleſiæ Piſanæ dignitas, ac ſucceſſio Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Cardinales, ac Viri in omni literatura illuſtres.

CAP. II.

UT claritudinem Piſæ ab opulentia, armorumque præſtantia olim ſibi peperere; ita ſanctitate ſuorum civium nobilitantur: quorum primus.

1. TORPES, ſeu TORPETES, qui *magnus in aula Neronis, unus ex iis, de quibus Paulus Apoſtolus*, ait Martyrologium Romanum XVII. Maii, *ad Philippenſes ait: Salutant vos omnes ſancti, maxime, qui in domo Cæſaris ſunt*: poſtea *jubente Satellico*, vel, ut vult Franciſcus Maurolycus, *ipſo Nerone*, dira pro Chriſto paſſus, ſanguine ſuo cœlum emit anno ſalutis 79. ut quidam volunt, haud recte, ut opinor. Hujus acta Artemius eo ipſo tempore dictavit, Audax excepit. Mombrit. Tom. 2. Petrus in Catalogo libr. 5. cap. 8. & carmine eum laudavit Franc. Bonad. Sanctun. libr. 2. Monod. 72. Vitam vero ſcripſit Benincaſa Benincaſi Archiepiſcopus Piſanus anno 1259. quæ MS. in Bibliotheca S. Silveſtri Piſis ſervatur. Caput hujus Sancti Piſis eſt in D. Franciſci de Paula, corpus in Gallica urbe, quæ nomen ab eo ſumpſit, religioſiſsime ſervatur.

2. RAINERIUS, non ut voluit Raphael Volaterranus libr. 5. Comment. *ruſticus*, ſed nobiliſsima Dominorum *Schaccherorum de Ripa Fracta*

ela ſtirpe oriundus: matrem etiam patricii ſanguinis *Buſaccatinam* ei fuiſſe, vita ipſius MS. a Benincaſa Benincaſi Archiepiſcopo edita olim teſtatur. Confeſſor obiit XVII. Junii, Anno 1161, ut Joannes Molanus docet in additionibus ad Uſuardum.

Hi quidem in album Sanctorum relati; at alii ſunt ſanctitate vitæ non minus conſpicui, quos apponam.

3. B. Petrus Gambacurta, auctor ac fundator Eremitarum D. Hieronymi, obiit magna ſanctitatis opinione Venetiis Anno 1380. auctore Morigea in Chronic. Ordin. D. Franciſci.

4. B. Guido Gherardeschius, quando obiit, incertum; at corpus Piſas translatum anno 1459.

5. B. Hugo Fasiani Archiepiſcopus Nicoſiæ in Cypro, anno 1268. ſepultus eſt in pago agri Piſani, cui nomen *Calci*.

6. B. Angelus Agnelli, diſcipulus D. Franciſci, ab eodem in Angliam miſſus, anno 1219. Oxoniæ, monaſterio erecto, obiit. Marcus Olyſipponenſis Chronic. Ordin. D. Franciſci 1. part. libr. 6. cap. 31.

7. B. Antonius Tegrimi, D. Franciſci etiam diſcipulus. Idem Marcus.

8. B. Andronicus Rocca, Franciſcanæ familiæ. Eodem Marco Auctore.

9. B. Albertus, diſcipulus D. Franciſci, ac comes in Angliam Agnelli. Idem Marcus.

10. B. Bonus, fundator Conventus D. Michaëlis in Burgo Piſis; monachos enim in eo collocavit templo, quod Marti olim ſacrum, hodie antiquitatem inſignem loquitur: ibidem ſepultus anno 1070. Thomas de Minis Florentinus teſtatur in Catalogo Sanctorum Camaldulenſium, ex Auguſtino libr. 2. cap. 9. part. 2. Hiſtor. Camald.

11. B. Dominicus Vernagalli, Monachus Camaldulenſis, anno 1219. in eodem loco ſepultus. Idem ſunt auctores.

12. B. Bartholomæus Monachus Camaldulenſis, anno 1220. Sepultus eſt in D. Fridiani æde Piſis. Eodem Auguſtino auctore.

13. B. Finis, Ord. D. Auguſtini. Incertum, quo anno.

14. B. Joannes, ejusdem Inſtituti.

15. B. Joannes Bonus, ejusdem Ordinis.

16. B. Joannes Page, nobiliſsimo genere genitus, in Campo Sancto ſepultus eſt Piſis.

17. B. Philippus Gambacurta, Ordinis B. Joannis Columbini.

18. B. Huguccius Sardus, fundator Cœnobii D. Catharinæ Piſarum, eo a D. Dominico miſſus, cujus erat diſcipulus.

19. B. Arigus, Ordin. Prædicatorum, ut teſtatur Hiſtoria Ordinis D. Dominici auctoribus variis, cui finem impoſuit Ugolinus: ea autem MS. in ea Bibliotheca omneş ſequentes Beatos commemorat.

20. B. Odmundus Masca, nobiliſsima gente, Ordin. Prædicator, anno 1250.

21. B. Gerardus Raon, nobili familia, Ordin. Prædicator.
22. B. Provinus Fabri, nobili ortu, Ordin. Prædicator.
23. B. Guido Cannetti, Ordin. Prædicat.
24. B. Rainerius Gherardeschius, Ord. ejusd.
25. B. Lambertus Gambassius, Ord. Præd.
26. B. Rainerius Peccoli, Ord. Præd.
27. B. Nicolaus Vicecomes, Ord. Prædicat. anno 1274.
28. B. Gerardus Verchionus, nobilissimo sanguine, Ord. Prædicat. anno 1279.
29. B. Albertus Pulta, nobili origine, Ordin. Prædicator. anno 1290.
30. B. Benedictus Plumbinensis, Ordin. Prædicator. anno 1286.
31. B. Ugolinus Cannetti, Ord. Præd. anno 1300.
32. B. Jordanus a Rivalto, Ord. Prædicat. floruit circa annum 1311. ut in eadem MS. Ugolini Historia habetur.
33. B. Bartholomæus Ciaffi, Ord. Præd. anno 1340.
34. B. Franciscus, Ordin. Prædicat. eodem anno.
35. B. Dominicus Cavalca, Ord. Præd. anno 1342.
36. B. Bartholomæus a S. Concordio, Ordin. Prædicat.
37. B. Franciscus Cinquini, Ordin. Prædicat. anno 1348.
38. B. Leonardus Orlandius, nobilissima origine genitus, Ord. Præd. anno 1348.
39. B. Michael a Vico, nobilissima familia, Ordinis Prædicator. anno 1350.
40. B. Nicolaus Tinti, Ordin. Prædic. anno 1378.
41. B. Cerbonius Campylius, Ordin. Prædicat. anno 1380.
42. B. Guilielmus Castillioni, nobilissimo stemmate, Ordin. Prædicat. anno 1388.
43. B. Thomas Ajutamechriste, nobilitate præcipua, Ordin. Prædicat. eodem anno.
44. B. Laurentius de Nobilibus de Ripa Fracta, Ord. Præd. sepultus est Pistorii.

Feminarum virtus, virili haudquaquam inferior, dedit has illi sexui exemplum singulare, & sunt:

45. B. Bona, obiit anno 1208. sepulta in æde D. Martini Pisis.
46. B. Ubaldesca, Ordin. D. Joanninæ anno 1206. sepulta Pisis ad Sancti Sepulchri.
47. B. Gherardesca, Monialis Camaldulensis, anno 1206. Thomas de Minis in Catalogo Sanctorum & Beatorum Ord. Camaldul.
48. B. Clara Gambacurta, filia Petri Gambacurtæ, tyranni Pisarum, sepulta in D. Dominici, quem Conventum acta publica, ibidem asservata, in gratiam ipsius a patre tradunt extructum. Hæc mihi magna ex parte subministravit diligentissimus patriæ suæ encomiastes Reverendiss. Raphaël Roncionius, Archipresbyter Pisanus.

Post

Digitized by Google

Poſt Sanctos veniunt Sanctiſsimi Pontifices Romani, qui Piſis orti Eccleſiam univerſam feliciter adminiſtrarunt.

1. EUGENIUS III. D. Bernardi ſuaſu ex Canonico & Vicedomino Piſanæ Eccleſiæ Monachus Claræ vallenſis, Abbas S. Zenonis Piſis, ac Anaſtaſii ad aquas Salvias Romæ, Lucio II. mortuo, Pontifex Maximus eſt renuntiatus, cum extra Collegium ageret anno 1145. Sedit annos 8. menſes 4. dies 22.

2. ROLANDUS BANDINELLUS, etſi gente & domo *Senenſis* fuerit ex familia *Bandinella*, quæ poſtea *Paparona* dicta; tamen inter Pontifices Piſanos numerari poteſt, quia Canonicus Piſanæ Eccleſiæ, Romam ab Eugenio III. vocatus, Cancellarius Apoſtolicæ ſedis, ac demum anno 1159. Pontifex creatus, & ALEXANDER III. vocatus; laudabilem Chriſtianæ cauſæ contra Fridericum Barbaruſſam navavit operam, ſedemque Apoſtolicam aſſeruit.

3. URBANUS VI. non *Neapolitanus*, ut quidam volunt, ſed revera Piſanus. Ciacconus in Pont. Vit. pag. 760. *Majoribus ac patre Piſanis* ortum tantummodo ſcribit. Is Gregorio II. ſucceſſor anno 1378. Papa deſignatus, cum ante *Bartholomæus Prignanus* Cancellariam rexiſſet.

4. NICOLAUS V. antea *Thomas Lucanus* appellatus, non fuit *Sergianenſis*, aut *Sarzanenſis*, ut plerique falſo prodiderunt; ſed ortu, ac majoribus, adeoque patre *Bartholomæo*, matre *Andreola* Piſanus. Uno eodemque anno *Epiſcopus Bononienſis, Cardinalis, ac Pontifex* factus, ſcilicet 1447: ut ſcribit Franciſcus Joannettus cap. 186. Onufrius Panvinius clare vult, *Piſanum* eſſe. Alphonſus Ciacconus Biacenſis ſubdubitat pag. 917. *Sunt, qui ſcribant, Thomam Piſis natum, Lucæ educatum, Bononiæ literas & bonas artes didiciſſe.* Sed hanc controverſiam tollit vita ipſius MS. quæ penes me eſt ab auctore ſynchrono, qui eo parvulo patrem in exilium actum una cum liberis ad ditionem Lucenſium tranſiſſe, ibique in oppido Sergiana fortunarum ſuarum ſedem fixiſſe: tanti poſtea beneficii memoriam apud Nicolaum jam Pontificem manſiſſe, ut Epiſcopi ſedem, Luna tum deſolata, eo tranferret; quod & veriſſimum, & rei geſtæ valde conſentaneum. Sed verba auctoris, quem laudavi, Jannotii videlicet Manetti ex libr. 1. recitabo: *Thomas, cognomento Sarazanenſis, qui poſtea Nicolaus V. dictus eſt, trecenteſimo nonageſimo octavo ſupra milleſimum Chriſtianæ ſalutis anno, Piſis feliciter naſcitur, quæ eſt urbs Etruriæ vetuſtiſſima, a Pelaſgis, qui e media Græcia jampridem in Italiam veneram, ab initio condita; unde celebratum illud Maronis noſtri hemiſtichium extat*, Alphæa ab origine Piſæ: *& præter vetuſtatem, qua etiam nunc plurimum celebratur, ipſa quoque cum ſitu loci, tum pulchritudine oppidi, ac regionis ubertate, atque maritima poteſtate quondam ita floruiſſe videtur, ut nulli civitatum Italicarum, pace cunctarum dixerim, quandoque ſecunda haberetur. Patre enim Bartholomæo, peregregio artium ac medicinæ profeſſore, Piſano cive, de nobili quadam, ac generoſa Parentucellorum progenie oriundo, ac matre Andreola Sarazanenſi, non*

obſcu-

obſcuro genere, Piſis, ut diximus, feliciter natus eſt; licet in quodam Liguriæ oppido, nomine Sarazana, conciperetur, proindeque, quia ibi conceptus, & quod Sarazanenſi matre genitus, idcirco Thomas Sarazanenſis vulgo ab omnibus cognominabatur. Pater quippe ſtudio partium, ut fit, patria pulſus, Sarazanam in uxorium domicilium contenderat, ibi in exilio degens, bonis fauſtiſque eminibus hunc puerulum genuit. A Petro namque propterea cognomine Gambacurta, quod ex vetuſta illa & clara progenie Gambacurtorum familiæ originem traxerat, ob egregias quasdam, ac præcipuas virtutes ſuas, magnis cum honoribus, & ingentibus anniverſariarum mercedum præmiis, in patriam allectus, ac revocatus eſt. Etenim Petrus ipſe non multo poſt fauſtam commemorati pueri conceptionem, tatum Piſanæ civitatis dominium ſibi ſoli arrogaverat. Quo circa pater cum uxore prægnante prædicto anno Piſas reverſus, paulo poſt hunc fortunatum filium, & felicem natum jucunde hilariterque ſuſcepit, quem non ob re, ſed potius opportune admodum, ut poſtea per ea, quæ ſubſecuta ſunt, manifeſtiſſime apparuit, Thomam non immerito appellavit; hoc namque nomen Hebraice abyſſum, ac geminum ſignificat, & Græce Didimus nuncupatur, ut de Sancto Thoma Apoſtolo & Martyre in Evangelio legitur. In eodem libro paulo poſt, unde error irrepſerit, his verbis teſtatur. *Septimo circiter ætatis ſuæ anno patrem amiſit; unde mater ejus vidua cum hoc unico filio Sarazanam in patriam ſuam remeavit: ibi aliquandiu commorata, cum ſe ſe deſtitutam ab omnibus cerneret, alterum virum ſuſcipere non injuria decrevit, ut ſibi rectius & commodius ad educandum filium ſuum opitularetur; etenim mater vidua unicum filium parvulum, & tenellum unice diligebat. Itaque Thomam quendam Sarazanenſem alterum virum, in conjugium accepit, atque hujuſmodi, materna de ſuſceptione novi viri opinio eam fefellit vehementer; etenim vir ille hunc puerulum, potius ut privignum, quam ut filium amabat, matre de bona filii interim educatione anxia ac ſollicita.* Toto deinde illo libro, quam præclara ſuæ juventutis tyrocinia egerit, quam probe adoleſcentiam tranſegerit, in virtutis ac bonarum artium contemplatione, ſigillatim exequitur. Libr. 2. quid glorioſe ac feliciter, pieque in Pontificatu ſuo admiſerit, non vulgariter prodit, & pleraque, quæ ſunt adhuc Eccleſiaſticis Scriptoribus ignota, commemorat. Libr. 3. ac ultimo *de præcipuo quodam, & admirabili teſtamento, quod pridie, quam moreretur, ab eo divinitus inſtitutum* (verba ſunt Jannotii) abſolvit. Hæc ego diffuſius forte, quam par erat, quod opinionem illam conceptam de patria ejus animis hominum evelli cupiam, Piſiſque civem ſuum reſtitui, maxime cum veterum monimentorum callentiſſimus Carolus Sigonius libr. de Bononien. Epiſc. 4. pag. 185. eum conſtanter *Thomam Sarazanenſem* vocet: nec quicquam de Piſis, vel ſaltem, ut in re ambigua decebat, addit.

Ad Eccleſiam Piſanam gradum faciò, cujus honorata mentio apud Petrum Damiani libr. 1. Epiſt. 10. pag. 42. olimque eximius honor, ſum-

ſummaque reverentia, *Cleri Piſani* Epiſtola habetur in Bibliotheca Sanctorum Patrum Tom. 9. Duo hic Concilia omnino celebrata: primum, anno 1409. exautoravit legitimum Paſtorem Gregorium XII. elegitque Alexandrum V. Pſeudopapam. S. Antoninus parte 3. Chronicor. tit. 22. §. 2. non *Concilium*, ſed potius *Conciliabulum* appellat. Alterum indictum anno 1511. ſed & illud in Concilio Lateranenſi Seſſ. 2. graviter reprehenditur.

Supereſt, ut hujus Eccleſiæ ſucceſsionem attingam, cujus Præſules ex Archiviis Piſanis, cum domus Civicæ, tum Archiepiſcopii collectos, apponam: qui primum *Epiſcopi* tantum, mox & *Archiepiſcopi* ab Urbano II. qui Legati Apoſtolici nati, & Primates Corſicæ, ſub quibus *Civitatenſis* in Tuſcia, *Ajacenſis*, vel *Adjacenſis* in Corſica, *Sagonenſis* ibidem, qui reſidet in oppido *Vicenſi*, aut *Calvenſi*, *Alerienſis* ibidem: erat & *Populonienſis* Epiſcopus, ſive *Populienſis* ſub Piſano; ſed ex Bullario Romano in Bulla Pii II. conſtat, illum eſſe *Senenſi* ſuffraganeum. Aubert. Miræus libr. 4. Notit. Epiſcopat. cap. 5.

Quando primum Epiſcopi hic ordinati, aut quis primum eum honorem geſſerit, nec Annales expediunt, nec in Archiviis actiſve privatis reperitur, niſi conjectura probabilis ſit, tam celebrem, tantique nominis civitatem ab ipſis Apoſtolorum temporibus ſtatim, cum Luca, ac Volaterris, Fæſuliſque Præſulem accepiſſe. Certe nullus reperitur ante annum 313. Piſanus Epiſcopus: qua tempeſtate Concilium celebratum à D. Miltiade Papa legitur, cui inter alios ſubſcripſit.

1. GAUDENTIUS PISARUM EPISCOPUS,

2. Anno 643. BEATUS ALEXANDER Piſanam Eccleſiam moderabatur, cum ex Ægypto in Italiam venit S. Peregrinus Rex Scotiæ, ut in Vita illius Sancti habetur, quæ MS. eſt apud Reverendiſſ. D. Raphaëlem Roncionum.

3. Anno 697. Concilio Romano ſubſcribit MAURIANUS EPISCOPUS PISENSIS.

4. Anno 743. ANDREAS ſedebat.

5. Anno 747. JOANNES invenitur.

6. Anno 804. JOANNES II. ut aliis in actis Archiepiſcopii reperitur.

7. Anno 830. PLATO, ex iisdem Actis.

8. Anno 837. BIUSGO. Longobardicum videtur nomen, & ea ætate ſub Longobardis maxima Tuſciæ pars erat.

9. Anno 845. ZENOBIUS.

10. Anno 846. JOANNES III. qui ſub Sergio II. coronationi Ludovici Imperatoris, Lotharii filii, interfuit. Anaſtatius Bibliothecarius in Sergio II. pag. 251. qui Eccleſiæ Piſenſis Epiſcopum eum vocat, multoſque alios enumerat.

11. Anno 860. PLATO II.

12. Anno 880. JOANNES IV.

13. Anno 910. ARDINGUS.

14. Anno

14. Anno 911. Theodoricus.
15. Anno 917. Turichius.
16. Anno 918. Volsghdius. Et hoc nomen Germanicam ſapit originem.
17. Anno 920. Volferius.
18. Anno eodem Attutronus.
19. Anno 924. Azzo.
20. Anno 925. Joannes V.
21. Anno 926. Henricus.
22. Anno 930. Zenobius II.
23. Anno 940. Grimoaldus.
24. Anno 986. Alberigus.
25. Anno 991. Raimbertus.
26. Anno 1005. Petrus.
27. Anno 1008. Guido.
28. Anno 1013. Lambertus. Hic anno ſalutis 1010. cum Cardinale Oſtienſi populum Piſanum ad juſta & pia arma in Muſactum Regem Sardiniæ infidelem capienda concitavit, & eventum res feliciſſimum habuit; quippe & inſula vi armorum ſunt Piſani potiti, & Regem in fugam compulerunt, præda Genuenſibus ultro conceſſa. Joan. Baptiſta Pigna libr. 3. de Princip. Ateſtin. pag. 229. Raphaël Volaterran. libr. 5. pag. 125. & alii Piſani Annales.
29. Anno 1015. Guido II. ex nobiliſſima Piſana familia Upezzingorum.
30. Anno 1031. Azzo II.
31. Anno 1050. Opizo.
32. Anno 1063. Guido III. Papienſis, cujus mentio in Metropolitanæ ædis frontiſpicio.
32. Anno 1078. Landolfus, ad quem D. Gregorii Papæ extant epiſtolæ.
34. Anno 1086. Gherardus Pisanus ſedebat. Agnelli Annales MSS.
35. Anno 1092. Adimbertus ab Urbano II. poſt legationem Hiſpanicam cum laude obitam, primus Eccleſiæ Piſanæ Archiepiſcopus. Epiſtolæ Synodales: ac mox ob fidelem bello ſacro Chriſti cauſæ navatam operam, primus Latinorum *Patriarcha Hieroſolymitanus* renuntiatus. Guilielm. Tyrius libr. 9. Hiſtor. Hieroſolymit. cap. 15. ubi eum Daimbertum vocat: & conſtanter libr. 10. cap. 4. qui honor in illum opera præcipue *Boemundi* collatus fuerat, ad quem auxiliaturi venerant Piſani. Fulcherius Carnotenſis in Geſt. peregrinor. Francor pag. 416. ubi eum *Daibertum* nominat. Injurius eſt Albertus, Aquenſis Eccleſiæ Canonicus, qui libr. 7. Hiſtor. Hieroſolym. cap. 7. *Dagobertum* (ita illum vocat) *Piſanum Epiſcopum*, ſcribit *fautoribus Baldovino, ac Boemundo, pecuniæ largitione ad Patriarchatus dignitatem provectum*. Quæ habentur totidem verbis in Hieroſolymitano Chronico libr. 7. cap.

Digitized by

cap. 7. Idem tamen Chronici auctor impensius pietatem *Dagoberti* ejusdem, ac eloquentiam in suis adhortandis laudat libr. 6. cap. 56. Religiosius, & simplicius Marinus Sanutus Torsellus a Rivoalto, Venetus, parte 6. libr. 3. Secretor. Fidel. Cruc. cap. 3. *Tunc Daybertus* (sic ab eo appellatur) *Pisanus Archiepiscopus eligitur, & in sede locatur, cum usque ad illa tempora Patriarchalis vacasset Ecclesia*. Hic sede sua dejectus, ad Papam conquesturus Romam concessit, regredienssque cum literis Pontificis, ei per omnia faventis, Messanæ in Sicilia obiit, Vir gentis & suo nomine extollendus. Guil. Tyr. libr. 11. cap. 4. sed seriem aliorum prosequor.

36. Anno 1115. Petrus. Annales MSS. Agnelli.

37. Anno 1122. Azzo III.

38. Anno 1125. Rogerus Pisanus.

39. Anno 1136. Ubertus de Ratta Lanfrancus, ab Innocentio II. Archiepiscopus Pisarum creatus, ac per Italiam Legatus Apostolicus: ab Anacleti II. schismate vexatus, Italiam reliquit, & Casinensi Ordini aliquot Pisana Monasteria donavit. Petrus Pisanus libr. 4. cap. 99. Pandulphus Pisanus putat, eum Cardinalem a Callisto II. creatum; sed verius est ab Honorio II.

40. Anno 1140. Balduinus, Monachus Cisterciensis, ac D. Bernardi discipulus, ut ipse meminit Epist. 136. & Epist. 144. *Quem Ecclesia vocavit ad aliud officium, & aliam dignitatem;* nam illius Ordinis primus ille Cardinalis. *Magnum Ecclesiæ lumen*, vocat Alamannus Monachus Clarævallensis, & Episcopus Altisiodorensis in vita D. Bernardi. Ejusdem meminit Chronicum Casinense libr. 4. cap. 119.

41. Anno 1166. Villanus Villanius, Pisanus domo. Ad hunc, ut opinor, scribit Alexander III. cap. 3. de *Conversione conjugatorum;* licet in Epigraphe illius capitis legatur, *Episcopo Pisano:* & existimo erratum esse, & mendum librarii, qui Episcopi nomen, pro Archiepiscopi posuerit; nam certo certius est, ab Urbano II. Archiepiscopatum erectum; qui ergo fieri potuerit, ut esset Episcopus tempore Alexandri III. qui anno 1159. coronatus est? Ad eundem est epistola ejusdem Papæ in Bullario Romano.

42. Anno 1171. Benincasa Benincasi Pisanus. Ad hunc Urbanus III. scribit cap. 12. *De jure jurando*. cap. 8. *De Temporib. Ordination. & qualit. ordinandor.* Et cap. 11. de *Desponsat. impuber*. Neque enim ad eum hæc dirigi potuerunt, cum Urbanus III. creatus esset anno 1185. Ad eundem sunt literæ Innocentii III. in Decreto item Gregoriano cap. 9. de *Arbitris*, & cap. 12. de *Foro competenti*. Et cap. 20. de *Jurejurando*, & cap. 17. de *Præscriptionibus*, & rursus cap. 17. *De Regularibus & transeuntibus ad Religionem*. Denique cap. 13. de *Conversione conjugatorum*.

43. Anno 1206. Ubaldus Lanfrancus, nobilissima familia Pisanus, exercitum conscripsit, & duxit in Terram Sanctam, magna pieta-

tis & religionis æſtimatione. Annales Agnelli MSS. & Volaterranus libr. 5. pag. 126.

44. Anno 1215. Lotharius.

45. Anno 1216. Aleprandinus. Ad eum eſt reſcriptum Honorii III. qui eodem anno Pontifex fuit creatus. Extat cap. 43. *De Sentent. Excommunicat.* in Decreto Gregoriano, ubi ſic: *Gravem Venerabilis F. N. Piſani Archiepiſcopi recepimus queſtionem*. De alio non poteſt intelligi.

46. Anno 1245. Vitalis Marzius, Piſanus, cujus in Archiepiſcopio eſt teſtamentum.

47. Anno 1274. Federicus Vicecomes, Piſanus.

48. Annò 1296. Rogerus Ubaldinius. In Chronic. Piſan. & Agnellus MS.

49. Anno 1299. Theodoricus II. Archivium Capituli Canonicorum Piſanorum.

50. Anno 1323. Fr. Joannes VI. Ordin. Prædic. Magiſter General.

51. Anno 1324. Fr. Oddo Sala, Piſanus, Ordin. Prædicator.

52. Anno 1340. Fr. Simon Saltarellius Florentin. Ordin. Prædic.

53. Marcus Roncionius, a Capitulo electus.

54. Anno 1348. Dinus, ex Comitibûs Radicofani, nobiliſsima gente.

55. Anno 1360. Joannes VII. Scharlatti, Piſanus.

56. Anno 1361. Franciscus Puccius, Piſanus, cujus eſt in Archiepiſcopio electio.

57. Anno 1371. Franciscus II. Prægnanus, ſeu Maricottus de Vico, Piſanus, ab Urbano VI. Cardinalis creatus, Epiſcopus Prænestinus, ac S. R. E. Cancellarius. Piſis in Metropolitana ſepultus. Plura de eo Alphonſus Ciacconus pag. 768.

58. Anno 1382. Bernardus Malespini, etiam in Eccleſia Archiepiſcopali ſepultus.

59. Anno 1390. Lottus Gambacurta, Piſanus.

60. Anno 1400. Joannes VIII. Pontremulenſis, cognomine *Gabriellius*.

61. Anno 1406. Ludovicus.

62. Anno 1412. Alamannus Adimarus, Florentinus, cum apud Regem Francorum nuntius eſſet, Cardinalis abſens a Joanne XXII. creatus, cum antea fuiſſet Archiepiſcopus Tarentinus. Vir gravis, prudens, & diſertus.

63. Anno 1417. Petrus Riccius Florentinus, ſepultus in Eccleſia Cathedrali.

64. Anno 1418. Jacobus Obizius Lucenſis. Franciſc. Sanſovinus in Elogio familiæ *Obizie*, & Agnelli Annales MSS.

65. Anno 1460. Julianus Riccius Florentinus, qui quadraginta duos annos vixit Archiepiſcopus, ſepultus in Metropoli.

66. An-

Digitized by Google

66. Anno 1477. Philippus Mediceus Florentinus.

67. Anno 1479. Franciscus Salviatus Florentinus. Hic, cum conjuraſſet in Mediceorum perniciem, adeoque Julianum Medicen perduelles in templo tempore ſacri interfeciſſent, Laurentiuſque alter frater in veſtiarium ſe recepiſſet, e feneſtra Palatii ſuſpenſus fuit, quam mortem, ut tanto viro indignam, diu ante Aſtrologi prædixerant, ac ille fatum ſuum riſerat. Simon Majolus Dieb. Canicul. Colloq. 1. ad finem, ac Hiſtorici Florentini.

68. Anno eodem Raphael Riarius, cognomento Galeottus Savonenſis Ligur, Epiſcopus Imolenſis, Legatus in Hungariam, Archiepiſcopus Conſentienſis, Salernitanus, ac a Sixto IV. Cardinalis creatus.

69. Anno 1511. Cæsar Riarius.

70. Anno 1560. Onufrius Bartolinius, Florentinus.

71. Anno 1561. Scipio Rebiba, Siculus, a Paulo IV. Cardinalis factus, ac Epiſcopus in Apulia Trojanus, Patriarcha Conſtantinopolis, obiit Romæ ætatis anno 73. Sepultus in Monte Quirinali ad D. Silveſtri.

72. Anno 1561. D. Joannes IX. Mediceus, Coſmi Magni Etruriæ Ducis I. ex Heleonora de Toleto Hiſpaniæ filius, decimum ſeptimum ætatis annum agens, ob eximiam indolem, Cardinalis renuntiatus, a Guidone Aſcanio Sforcia, & Ludovico Lotharingo Cardinalibus, Florentiam miſſis, galerum excepit, Piſanus Archiepiſcopus deſtinatus, regimine rei Eccleſiaſticæ Ragulino Archiepiſcopo commiſſo, immatura morte Piſis extinguitur anno 1562. 12. Dicembr. Unaque cum Garſia fratre ſepultus.

73. Anno 1562. Angelus Niccolinus Florentinus, Legatus Coſmi Magni Etruriæ Ducis ad Carolum V. & Paulum III. Senarum Gubernator: mox, uxore defuncta, Archiepiſcopus Piſanus: demum a Pio IV. in Cardinalium collegium adſcitus, Piſis obiit, ætatis anno 66. ſalutis 1567. & Florentiam tranſlatus, majorum ſepulchro conditur.

74. Anno 1573. Joannes Riccius Politianus, Legationibus ad Carolum Gallorum Regem, Carolum V. Aug. perfunctus, in Hiſpaniam nuntius miſſus, Julii III. Theſaurarius, Archiepiſcopus Sipontinus, Cluſinæ Eccleſiæ Præpoſitus, ab eodem Julio Cardinalis creatus, a Pio IV. obtinuit patriæ ſuæ Epiſcopatus honorem, primuſque illum adminiſtravit, Collegium Piſis juventuti Politianæ erexit, atque ut patriam ſuam undequaque excoleret, ducenta quinquaginta millia aureorum ædificiis extruendis impendit, vir pius, doctus, & liberalis.

75. Anno 1575. Petrus Jacobus Borbonius a Monte.

76. Anno 1576. Antonius Antinorius, Florentinus.

77. Anno 1580. Bartholomæus Junius, Florentinus.

78. Anno 1583. Matthæus Rinuccinius, Florentinus.

79. Anno 1607. Carolus Antonius Puteus, Inſuber.

Digitized by Google

80. Anno 1612. Sallustius Tarusius. Politianus.

81. Sedet nunc Franciscus Boncianus, vir patricia Florentiæ familia, morum ſuavitate, ac in literatos mira animi propenſione, doctrinaque non vulgari, ſuppellectili libraria notæ melioris, ſumptu immenſo undique in ſtudioſorum, non ſui tantum compendium, comparata, legationibus inſuper Gallicis cum laude perfunctus (1).

Cardinales plerique Piſas ſuas illuſtrarunt, quorum, ut potero, nomenclaturam edam.

1. Numerianus, tit. S. Marci Evangeliſtæ, a Leone I. creatus anno 440. Jacobus Corellius MS. libro de Cardinalibus.

2. Jovius, tit. S. Martini in Monte, creatus a D. Pelagio I. anno 556. Ibidem Corellius, & Annales Piſani.

3. Fontinus tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano, creatus a Conſtantino I. anno 707. Idem Corellius ibidem loci.

4. Hugo Caprosia, a Paſchali II. creatus, nobile patribus Carthuſianis cœnobium erexit anno 1100.

5. Petrus Vicecomes, tit. S. Suſannæ, eodem tempore.

6. Hugo Vicecomes, tit. Baſilicæ duodecim Apoſtolorum. Difficillimo Eccleſiæ tempore Beneventum, a Paſchali II. ſibi commiſſum, egregie contra Imperatorem propugnavit: Gelaſius II. eandem provinciam ei confirmavit: a Calliſto II. ad Rogerium, Siciliæ Comitem, Legatus.

7. Chrysogonus Malcondinorus, tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano, eodem tempore.

8. Petrus Gherardescus ex Comitibus Donoratici de Natalico. Hic creatus a Paſchali II. anno 1100. in Schiſmate contra Innocentium II. Anacleto adhæſit, eoque extincto, Victorem III. Antipapam ſecutus eſt; quo tamen relicto, ad ſaniorem mentem rediit, parteſque Innocentii II. ſibi ſequendas propoſuit.

9. Buozo Buozi, invenitur in Annalibus Piſanis Cardinalis anno 1115. ſed ſine titulo.

10. Ubertus de Ratta Anfrancus, forte Lanfrancus, ab Honorio II. anno 1125. creatus tit. S. Clementis. Vide in Archiepiſcopis Piſanis.

11. Petrus Gualandius, Monachus Caſinenſis, ab Anacleto pſeudopapa Cardinalis factus, tit. S. Euſebii, anno 1137. quo defuncto ad Innocentium II. rediit, confirmatuſque ab eo eſt.

12. Robertus, ab eodem Innocentio II. creatus.

13. Petrus Gherardescus, ab eodem.

14. Joannes Moriconus, ſive de Morcone, Archidiaconus Tyri, poſtea tit. SS. Silveſtri & Martini ab Eugenio III. creatus, anno 1150.

15. Henricus Moricottus, Monachus Ciſtercienſis, tit. SS. Nerei & Achillei. Ab eodem.

26. Ber-

(1) Series hæc Præſulum Piſanorum diſcrepat ab ea, quam adfert Ferdin. Ughellius *Italia Sacra* tom. 3. tum in annis, tum in numero, ac nominibus Præſulum.

Digitized by Google

16. Bernardus Fredonius, tit. SS. Cosmi, & Damiani eodem anno.

17. Guido Moricosus, de Vico, tit. SS. Laurentii & Damasi. Hunc alii ab Innocentio II. creatum volunt, alii ab Eugenio III. sed forte ab illo creatus titulum priorem mutavit, ut videretur, de novo in illustrissimum Collegium adscitus.

18. Gualfredus de Nobilibus a Ripafracta, ab Eugenio III. anno 1156. creatus.

19. Ridolfus Nigellus, anno 1184. a Lucio III. creatus sub titulo S. Georgii in Velabro, postea a Clemente III. titulum S. Cæciliæ accepit: sub Cœlestino III. Legatus Apostolicus in Siciliam missus, *magnæ honestatis, literaturæ, ac religionis*. Robertus Abbas, qui Chronicon Sigiberti supplevit.

20. Rolandus Rhedonensis, Monachus Cisterciensis, tit. SS. Cosmæ & Damiani, anno 1150. ab Eugenio III. adscitus.

21. Mag. Gratianus, ab Alexandro III. anno 1178. tit. SS. Cosmæ & Damiani creatus, Procellarius Apostolicus sub Innocentio III. obiit.

22. Mag. Pandulphus Mascha, tit. Basilicæ SS. Duodecim Apostolorum, a Lucio III. anno 1182. creatus, a Cœlestino III. sub annum 1196. Genuam missus, ad pacem inter Pisanos & Genuenses componendam, ac biennio post legatus Apostolicus in Tusciam. Registrum Innocentii III. cujus anno 1. obiit. Bullæ Ecclesiæ Vercellensis Lucii III. Annales Pisani. Hic grave & serium edidit opus de Vitis Pontificum.

23. Jacobus Columna, licet domo Romanus, tamen, quia Pisanæ Ecclesiæ Archidiaconus, inter Pisanos Cardinales ponetur, creatus a Nicolao III. anno 1278. a Bonifacio VIII. Cardinalatu dejectus, diu apud familiarem quendam Perusiæ delituit; sed a Benedicto II. expiatus, ac Philippo Rege Francorum Lugduni præsente, dignitati a Clemente V. restitutus est anno 1305. Causas legitimas excommunicationis probat Bonifacius VIII. libr. 6. Decretal. tit. de Schismaticis.

24. Franciscus Maricottus, ab Urbano VI. cui affinis erat, creatus. Archiepiscopus Pisanus. Vide in serie Episcoporum Pisanorum, anno 1371.

25. Marcellus Lantes, ortu quidem Pisanus, ex nobilissima ac primaria familia, creatus a Paulo V. Vivit, dum hæc scribo (1).

Jam ad Viros Illustres accingor, qui vel Sanctimonia vitæ, vel Scriptorum gloria, vel rei militaris peritia, se, patriamque suam nobilitarunt.

1. Peregrinus Philosophus, cujus documenta insignia apud A. Gell. libr. 12. cap. 11. Pisis natus, Lucianus. Hic se anno 2. Olympiadis 236. hoc est post salutem partam anno 168. se cremavit. Philostrat. libr. 2. de Vit. Sophist.

2. Petrus Pisanus Diaconus, *quem Carolus Magnus in discenda Gram-*

(1) Nonnulla adest varietas in serie Cardinalium Pisanorum inter Dempsterum, & Scriptores Historiæ Pontificiæ, ut videre est apud Ciconium, atque Oldoinum.

Digitized by Google

Grammatica ſenem audivit, in ceteris diſciplinis Albinum, ſive Alcuinum Scotum, ait Abbas Urſpergenſis in Chronico, ubi de rebus Caroli Magni.

3. ROMANUS DE UPPEZZINGHIS, Dominus *Calcinaræ*, oppidi ad Eram fluvium, Archiepiſcopus Ravennas, anno 879. Hieron. Rubeus Hiſt. Ravenn. libr. 5.

4. MARCUS RONCIONIUS, *ſanguine nobilis, moribus longe nobilior, ad D. Catharinæ Piſis Ordinis D. Dominici Religioſus, Lector, ac Prior, Definitor Capituli Generalis, Vicarius Provinciæ, Prædicator Generalis, poſtulatus a Capitulo in Archiepiſcopum Piſanum, ſed ab alio præventus, Urbinatium Epiſcopus creatus a Clemente VI. circa annum* 1246. *dum Roma rediret, naufragio periit.* Hæc fere verbatim Chronicon MS. ad D. Catharinæ Piſis, cujus auctores ſunt Dominicus Peccholi, Bartholomæus a S. Concordio; ac deinde ultimam manum ei impoſuit Ugolinus Junior: hæc excerpta ſunt ex folio 24. pag. 2.

5. ROBERTUS STATERA, Epiſcopus Albienſis in Gallia, anno 1319. & 1330.

6. ROBERTUS LANFRANCUS, Epiſcopus Bobienſis, ſedebat anno 1374.

7. ROBERTUS TIGNOSIUS, Epiſcopus Uſellenſis in Sardinia, anno 1337.

8. FRIDERICUS SARDIUS, Epiſcopus S. Juſtinæ in Sardinia, Ord. Prædicat. anno 1316.

9. ODDO SALA, Ordin. Prædicator. Epiſcopus Albienſis.

10. POLANUS, Archiepiſcopus Arboreæ, & Piſarum, Patriarcha Alexandriæ. Obiit anno 1324.

11. ROBERTUS DAL DRAGO. Ordin. Prædicat. Epiſcopus Uſellenſis in Sardinia, anno 1320.

12. FATIO GHERARDESCHIUS, Ordin. Prædicat. Epiſcopus Turonenſis, anno 1333.

13. JACOBUS COCCHIUS, Ord. Prædic. Epiſcopus S. Juſtinæ in Sardinia 1339.

14. FRANCISCUS CINQUINI, Ord. Prædicator. Epiſcopus Tauruſii, anno 1348.

15. NICOLAUS SAMMARTINUS, Epiſcopus Recanatæ, ac poſt Maceratæ, Ord. Prædicator.

16. JACOBUS GUALTEROTTUS LANFRANCUS, Dominicanus, Archiepiſcopus in Turribus Sardiniæ. Ita præferunt vetera monimenta, & acta publica Piſis; fuit ergo Archiepiſcopus Turritanus.

17. GUIDO LAMBARDUS, ejusdem familiæ Monachus, in Græcia Epiſcopus.

18. JACOBUS DEL FORNAJO. Dominicanus, Archiepiſcopus Thebanus anno 1409.

19. ANDREAS BUONCONTI. Sub Urbano VI. titularis alicubi Epiſcopus,

Digitized by Google

copus, Dominicanus. Horum omnium eſt mentio apud D. Catharinæ Piſis in Chronico, quod inibi MS. aſſervatur.

20. Origenes Orlandius, Epiſcopus Alerienſis in Corſica: crebra ejus in Annalibus Piſanis mentio extat, anno 1328.

21. Gherardus Orlandius, in eodem Epiſcopatu ſucceſſor, anno 1329. Annales Piſani.

22. Zacharias Palmerius, Epiſcopus Chalcedonenſis, vivebat anno 1506. Annales Piſani.

23. Baldovinus Baldovini. Epiſcopus Averſanus, interfuit Concilio Tridentino.

24. Julius Gallettus, Epiſcopus Alexanus, eidem Concilio interfuit.

25. Jacobus Gallettus, Julio in Epiſcopatu ſucceſſit.

26. Odoardus Gualandius, Epiſcopus Cyrenas, non ita pridem vivebat, anno 1591.

27. Camillus Gualandius, patruo Odoardo in Epiſcopatu ſucceſſor.

28. Gabriel Maria Cesanus, Epiſcopus Salutienſis.

29. Hieronymus Vecchianius, Epiſcopus Vulturiacenſis, vivebat anno 1565.

30. Joannes Boldronius, Ord. D. Auguſtini, Epiſcopus Signiæ, anno 1335. Archivium Fratrum Auguſtinianorum ad D. Nicolai Piſis.

31. Augustinus Lanfrancus, Epiſcopus Foſſombronæ, vivebat anno 1344. Acta familiæ Roncioniæ apud Jacobum Roncionium.

32. Franciscus Lantes, Epiſcopus Lunenſis, in cujus gratiam Piſani literas ad Legatum ſuum Jacobum Appianum dederunt, ut res ejus apud Ducem Mediolanenſem promoveret, anno 1386. Annales Piſani.

33. Jacobus Villanius Gaetani, Epiſcopus Piſtorienſis, anno 1263. Vide ſeriem illorum.

34. Hermannus, ex familia Episcoporum, Piſtorienſis Antiſtes ab anno 1303. uſque ad annum 1325. dixi in nomenclatura Epiſcoporum Piſtorienſium, quam reperies infra hoc libr. cap. 13.

35. Daimbertus, ſive, ut alii volunt, Dagobertus, primus Latinorum Patriarcha Hieroſolymitanus, ut in ſerie Piſanorum Antiſtitum ſupra hoc capite ex variis eſt oſtenſum.

36. Franciscus a S. Simone. Anton. Poſſevin. Apparatu ſacro pag. 507.

37. Albertus, Pisanus cognomento, ſed & Etruscus. Idem pag. 34.

38. Bartholomæus Albichi. Triginta volumina reliquit anno 1380. Idem pag. 182.

39. Bartholomæus, cognomento Pisanus, ut docet Trithemius Abbas, anno 1388. Idem pag. 184. & alii meminerunt, in his Fanutius Campanus MS.

40. Bar-

Digitized by Google

40. Bartholommæus Spinæus. Idem pag. 184. Fanutius Campanus MS. libr. 5.

41. Hugo Etereanus, Idem Poſſevin. pag. 62.

42. Rainerius, aut Reinherus, ſive, ut alii volunt, Ragnerius. Ordin. Prædicator. ex familia Granchia, Generalis Ordinis ſui, *reconditæ doctrinæ, gravis eloquentiæ, & magnæ ſcientiæ*, ait Fanutius Campanus MS. libr. 5. Egregium opus ſcripſit, quod *Summam Piſanellam*, nomine non addito, vocavit. Bibliotheca Mundi. Claruit, ut vult Trithemius, anno 1300. Eſt & opus MS. apud me, *Prælia Tuſcorum* octo libris comprehenſum, cujus eſt principium.

Urbs mea, te memorem faciat Romana vetuſtas,
Quæ regitur junctis animis, dum captat honores,
Et dum per varios manet inconſulta ruitque,
Mentibus unitis agnoſcet Roma triumphos.

43. Franciscus Tigrimus, cujus *opera magni ſunt momenti*, ait Jacobus Bergomas in ſupplemento Chronicor. ad annum 1350. *Bartoli præceptor, eminentiſſimæ ſcientiæ, ac ſanctæ vitæ*. Fanutius Campanus MS. libr. 5. ut teſtatur Baldus non uno loco. Reliquit librum, quo *utriuſque Juris contradictiones conciliavit*. Bibliotheca Mundi, & libr. 3. Conciliorum.

44. Bulgarus, ex nobiliſsima *Vecchianorum* familia, anno 1199. *Clarus Legum gloſſator antiquus*, ut Bartolus docet, in l. *Hac conſultiſſima*. C. qui teſt. fac. poſſ. tanta eloquentia, ut *os aureum* diceretur, cum eſſet Imperatoris Bononiæ Vicarius. Scripſit Tomum unum *Conſiliorum*, ac librum *de ſumma poteſtate Papæ*. Bibliotheca Mundi.

45. Matthias Palmerius, Piſanus, Chronicon D. Hieronymi, quod Matthæus Palmerius ab anno 449. ad annum 1445. deduxerat; inde ad annum 1481. continuavit. Aubert. Miræus in Chronico.

46. Laurentius, cognomento *Piſanus*, anno 1054. *Carmine heroico hortatus eſt Piſanos, ad bellum Genuenſibus inferendum*, ait Laurentius Bonincontrius Sanminiatenſis MS. in Bibliotheca Vaticana. In eo opere Lucam & Volaterras Piſanorum Colonias facit: neſcio, an vere. Principium operis eſt.

O ſatis a Cadmo felix Antonia patre.

47. Laurentius alter Tericolus, Canonicus Piſanus, ſub annum 1464. Scripſit *Dialogos* eleganti Stylo *de Amore*, ac *Enchiridion*, quæ MSS. aſſervantur apud Reverendiſſ. Raphaëlem Roncionium, Archipresbyterum Piſanum.

Ex Indice Cypriani Pagnii hi ſunt Juris ſcientia clari adnotandi.

48. Franciscus Bartolottius.

49. Franciscus Damiani.

50. Jacobus Famigliæ.

51. Jacobus Furnajus.

52. Jacobus Vannius.

53. Pe-

Digitized by Google

53. Petrus d' Albizius.
Familias ſingulas recenſere, nimis foret moleſtum. Quid? quod ultimo excidio, dum poſt bellum annorum ſeptemdecim, incredibili fortitudine, ac majoribus animis cum Florentinis geſtum, nobiliores pleræque familiæ aliæ ſeceſſerunt, ac maxime Panormum in Sicilia, ideo ſelectiores ex unaquaque viros ſeligam, qui tantæ civitatis honoratam memoriam ad poſteros tranſmittere poterunt: idque ex opere Reverendiſs. D. Raphaëlis Roncionii, Archipresbyteri Piſani, viri humanitate ac literatura commendatiſſimi, ſi quis alius hoc noſtro ævo.

54. Bettus Galganus, Orator ad Regem Aragoniæ deſtinatus, ad pacem novam ineundam, cum aliis Piſanis, anno 1310.

55. Jacobus Ugolini, ſubſidio miſſus Piſtorienſibus, a Caſtrutio Caſtracano obſeſſis, qui Lucæ Dux, ac Ludovici Bavari Præfectus anno 1329.

56. Bettus alter, Legatus ad Robertum Neapolitanum Regem, anno 1330.

57. Joannes Franciscus, Orator miſſus ad Luchinum & Joannem Vicecomitem, Mediolani Principem, pro pace componenda anno 1348.

58. Cecchus Bindi, unus ex Præfectis Lucæ, datis a Piſanis, anno 1364.

59. Philippus, Dux triremium, *Columbanum* pyratam, mare Tyrrhenum infeſtantem, repreſſit, anno 1372.

60. Colus Mariani, Caſtrorum Præfectus plena auctoritate, anno 1499.

Hi omnes ex nobiliſſima familia Agliata, ex Annalibus Piſanis, & Archivio ejusdem civitatis ſunt deprompti, ut & ſequentes.

61. Marianus Antonii Augustinus, ex familia Auguſtinia, honeſta quidem illa & potente, bello Florentino ultimo Turri ac Portæ *Parlaſcie*, ſive Lucenſi Præpoſitus, anno 1497.

62. Jacobus Laurentii Ancrojus, Orator ad Lucenſes deſtinatus, anno 1503.

63. Henricus ex nobiliſsima Angelorum familia, Legatus Genuam pleno Piſani Senatus conſenſu, anno 1341. ac Romam, anno 1348.

64. Littus, ex familia Appiana, Caſtri Montis Calvuli Præfectus, anno 1330.

65. Maximus, ex familia Aquilana, Medicinæ diu in Belgio profeſſor, mox in Indicam expeditionem Regis Catholici profectus, anno 1579.

66. Barnabas, ex nobiliſsima Baldovinia gente, Caſcinæ Præfectus, anno 1497.

67. Dominicus, ex familia Bernarda, Buriani Caſtri Rector, anno 1350.

68. Joannes Pauli, ex familia Berzighellia, Antianus anno 1298.

ut eſt in Archivio Piſano libro rubro, cui titulus: *Chronica Antianorum Piſanorum*, pag. 5. plures ex eadem gente ibi.

69. Simon Gasparis, ex familia Bizzarria, Caſcinæ arcis Præfectus, anno 1496.

70. Tinetus Bernardi, ex nobiliſsima familia Bocchiorum, Judex Appellationum anno 1165. ut eſt in Annalibus Piſanis.

71. Bartholomæus Simonis, ex nobiliſsima familia Borgorum, Conſul Piſanus anno 1241.

72. Franciscus ex familia Botticellorum, Quæſtor Caſtrenſis anno 1364.

73. Banduccius, ex nobiliſsima familia Buoncontiorum, Legatus ad Genuenſes, anno 1299.

74. Ugolinus J. C. Legatus ad Azzonem Vicecomitem, Mediolani Ducem, anno 1324.

75. Ninus, ex nobiliſsima familia Buonvannorum, Caſtri Donoratici Præpoſitus, anno 1235.

76. Vannius, ex familia Campia, Conſulum maris unus, anno 1350.

77. Opizus ex eadem familia, ditionum Piſanarum in Sardinia Præfectus, anno 1355.

78. Jacobus, ex eadem familia, Legatus ad Venetos & Patavinos, anno 1369.

79. Salimbenus, ex familia Campiglia, turmæ ductor in eo exercitu, qui contra obſeſſos Piſtorienſes eſt miſſus, anno 1329.

80. Ceus, ex familia Cepannolia, Rotajæ Caſtri Præfectus, anno 1325.

81. Bulsus Petri, ex nobiliſsima familia Casapiera, Conſul Juſtitiæ, anno 1190.

82. Petrus, Rainerius, Ganus triremium duces in acie ad Meloriam, anno 1284.

83. Andreas a Statera dictus, ex eadem gente, Legatus ad Regem Tunetum, anno 1301.

84. Cacciabestia, ex nobiliſsima familia Castelli Anselmi, Doctor Juris celeberrimus, magnum patriæ ſuæ lumen, anno 1242.

85. Laborator, Persavallus, Ugolinus, & Lambertus fratres claruerunt, anno 1249.

86. Gerardus, ex eadem familia, Ord. D. Franciſci, Prior S. Martini in Chiniſica (regio urbis erat) & fundator Præpoſituræ Pontaderæ, ut patet ex actis apud Monachos D. Martini, anno 1271.

87. Lambertus, ex eadem familia, Ord. D. Auguſtini, S. Thelogiæ Doctor, anno 1273. Acta MSS. apud Monachos S. Silveſtri, Piſis.

88. Puccius, ex nobiliſsima familia Cascina, Turri Foſſæ Arni Præpoſitus, anno 1330.

89. Buonagiunta, ex eadem familia, Legum Doctor, ac Canonicus

Digitized by Google

cus Metropolitanæ Piſanæ, anno 1215. ut in Archivio Capituli Piſani eſt.

90 FRANCISCUS, ex nobiliſsima familia CATIGNANIA, Legatus ad Regem Galliæ, anno 1496.

91. TANELLUS, ex nobiliſsima familia CEULORUM, arci Tojanæ Præpoſitus, anno 1348.

92. BUONACCURSUS BENEVENUTI, ex familia CIAMPOLIA, Legatus ad Florentinos, anno 1370.

93. MICHAEL JACOBI, ex familia CHIOSTRA, Legatus ad Florentinos anno 1427.

94. BARTHOLOMÆUS, ex familia CINIA, Arci Tojanæ Præpoſitus, anno 1360.

95. RENATUS, ex familia COMPAGNIA, Arci Ripæ Fractæ Præpoſitus, anno 1323.

96. RAINERIUS, ex nobiliſsima gente DAMIANA J.C. ad Lucenſes Legatus, anno 1317. & ad Ludovicum Bavarum, anno 1328. a Carolo IV. Comes Palatinus creatus anno 1350. Acta publica Archivii Piſani.

97. RAINERIUS, ex nobiliſsima familia GAETANA, una ex octo, quas reliquit Otho L. *Marzucci* filius, ter Piſarum Conſul, annis 1165. 1173. 1191. Legatus ad Federicum Barbaroſſam, & Remp. Genuenſem. De hujus familiæ ſplendore ac dignitate, multa eſſent dicenda; ſed præter Annales Piſanos, præoccupavit Clariſſ. D. Conſtantinus Cajetanus Abbas S. Barontii Catinenſis, Ord. D. Benedicti, a Sacris Sedis Apoſtolicæ monimentis, in Epiſtola ad Hiſpan. Regem.

98. GERARDUS ex eadem familia, triremium ductor, Maſsiliam miſſus, anno 1175.

99. HENRICUS, ex eadem familia, triremes ducebat, cum inter Tyrum & Ptolemaidem clariſsima pugna Genuenſes a Piſanis ſunt profligati, anno 1258.

100. ANDREAS,
101. JACOBUS SOSII,
102. PHILIPPUS SCIARRÆ,
103. SIMON BOCCHETTI,
104. GUIDO SCANNELLI,
105. STEPHANUS MATTAJONI.
106. GUIDO GADDUBBII,

omnes CAJETANI, & Equites, triremibus imperabant, cum Piſani a Genuenſibus infauſta acie ſunt victi, ut poſtea numquam navigandi ex animo propoſitum repetierint, neo vires recuperaverint, anno 1284.

107. COLAS, ex nobiliſsima familia GALLETTIA, Lucæ Rector, anno 1358. poſtea Legatus ad Carolum IV. Imperatorem, anno 1369.

108. CIOLUS, ex nobiliſsima familia GRAMOLDIA, Dux exercitus conſcripti ad Sardiniam protegendam ab injuria Regis Aragoniæ, anno 1322.

109. Bartholomæus, ex eadem familia, Legatus ad Ludovicum Regem Neapolis, anno 1354.

110. Gualandus, ex nobiliſsima familia Gualandia, Piſarum Conſul, anno 1127.

111. Uguccio Alberti, ex eadem familia, Conſul Piſarum, anno 1140.

112. Albertus J. C. ex eadem familia, Conſul etiam Piſanus, anno 1172.

113. Sigerius, ex eadem familia, Legatus ad Genuenſes, anno 1188.

114. Obizius,
115. Nicolaus Tancucci,
116. Benedictus Maccajoni,
117. Lupus Rosignoli,
118. Bettinus Parranæ,
119. Jacobus Bugliæ,
120. Binaglia Nobilis Buriani,

equites omnes, turmas ductabant, in infeliciſsimo illo prælio contra Genuenſes, quo res Piſanorum penitus fractæ, anno 1284. Annal. Piſani, ac Hiſtoriæ Genuenſium.

121. Lambertus, ex nobiliſsima familia Lanfrancorum, triremem ductor regebat in exercitu in Sardiniam miſſo, anno 1165.

122. Pellarius, ex eadem familia, unus ex ducibus, qui Lucenſes memorabili acie fuderunt anno 1172.

123. Jacobus,
124. Pandulphus Pandulphi,
125. Benedictus Malepæ,
126. Rainerius Gualterotti,
127. Duccius Passagliæ,
128. Rainerius Fanæ,
129. Franciscus Nazari,
130. Galganus Chiccoli,
131. Benedictus Taccolæ,
132. Joannes Brocciæ,
133. Simon Pistelli,
134. Andreas Struffi,

omnes ex eadem familia militarium turmarum duces, in cruenta illa ac infauſta cum Genuenſibus pugna, anno 1284. Annales Piſani, ac Archivia publica, privataque.

135. Paganellus ex nobiliſsima familia Lanfreduccia, J. C. clariſsimus, anno 1270.

136 Nicolaus, ex eadem familia, eques aureatus, triremis ductor in infauſta illa cum Genuenſibus pugna, anno 1284.

137. Jacobus J. C. Neapolis Conſul, anno 1289.

138. Mi-

Digitized by Google

138. Michael Cei, ex nobiliſsima familia Lantiorum, caſtellis aliquot Lucenſibus Præpoſitus, dum Luca ſubdita eſſet Piſanis, anno 1350.

139. Bartholomæus, ex eadem familia J.C. Legatus ad Pontificem, & ad Florentinos, anno 1435.

140. Bettus Joannis, ex nobiliſſima familia Leolia, Caſtri Capalbi Præfectus, anno 1298.

141. Nicolaus J.C. ex eadem familia, arci Catalitanæ in Sardinia Præfectus, anno 1316.

142. Pighinus, ex familia Lupa, Montis Calvuli Præfectus, anno 1323.

143. Jannottius Michaelis, ex nobiliſſima familia Maraccia, Dux regionis urbis, quæ ad D. Franciſci eſt ædem, anno 1496.

144. Bartholomæus Rainerii, ex nobiliſſima familia Maschianorum, Legatus ad Rempublicam Florentinam, anno 1433.

145. Henricus, ex nobiliſſima familia Moschia, Dux arcium in collibus Piſanis, anno 1311.

146. Nicolaus, ex eadem gente Præpoſitus arci Lucæ, cum Piſanis pareret, anno 1346.

147. Gherardus, ex familia Paulia, Caſtri Martis Præfectus, anno 1391.

148. Gherardus Franciſci, ex familia Pitiia, Legatus ad Florentinos, anno 1428.

149. Gherardus, ex nobiliſſima familia Poggia. Claruit anno 1171. Archivium Capituli Piſani, & in Actis privatis.

150. Joannes, ex eadem familia, Buriani Caſtri Præfectus, anno 1341.

151. Silvester, ex eadem familia, omnium ſuo ævo civium clariſſimus, toties ad omnes pæne Europæ principes pro patriæ ſuæ ſalute legationibus functus, præter Annales Piſanos, & Archivia, meminit Paulus Jovius.

152. Ugolinus, ex familia Pontadera, anno 1280.

153. Joannes Guiducci, ex familia Primia, arci Livorni Præfectus, anno 1395.

154. Benevenutus, ex familia nobiliſſima Rau, Præfectus arci Catalitanæ in Sardinia, cum Piſanæ eſſet ditionis, anno 1272.

155. Buonacursxs, ex nobiliſſima familia Roncionia, una ex iis, quas ſub nomine *Ripæ Fractæ* Otho I. Piſis reliquit, ut ex actis illius domus, ac monimentis perſpexi: Senator Piſanus, cum decernerentur Oratores ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, anno 1198.

156. Gottifridus Bonaccursii, ex eadem familia, J. C. & eques, ut clarum eſt ex privilegio ipſi conceſſo ab Imperatore, anno 1220.

157. Thomas Marci, Doctor, anno 1301.

158. Marcus. Vide ſupra in Epiſcopis.

159. Joan-

159. Joannes,
160. Jacobus,
161. Antonius,

equites omnes, ex nobiliſſima familia Rosserminia, prœlio interfuerunt, turmarum ductores, quod ad Meloriam commiſſum, anno 1284.

162. Lambertus, ex nobiliſſima familia Sancasciana, Conſul bis Piſis fuit, anno 1162. 1178.

163. Federicus J. C. ex familia Sardia, Ord. D. Dominici, Epiſcopus S. Juſtinæ in Sardinia, obiit vero anno 1324.

164. Cinus, ex eadem familia, Legatus ad Simonem Buccamnigram I. Ducem Genuenſium, qui electus eſt anno 1363.

165. Gherardus Alberti, ex nobiliſſima familia Scorna, Conſul Piſanus, anno 1186. Acta publica.

166. Bottacius, ex nobiliſſima familia Seta, centum ſagittariorum ductor, anno 1315.

167. Sozzus, ex eadem familia, alter Conſulum Mercatorum, anno 1325.

168. Jacobus Nicolai, ex familia Setajola, Palajæ Præfectus, anno 1343.

169. Philippus ex nobiliſſima familia Testa, Præpoſitus arci Sergionæ, ſive Sarzanæ, anno 1330. cum adhuc Piſis pareret.

170. Franciscus Joannis, ex familia Tertia, exercitus Piſani Quæſtor, anno 1497.

171. Thomas J. C. ex familia Tripallia, anno 1300. Archivium Archiepiſcopale Piſan.

172. Blancus, ex familia Vannia, Viæ Regiæ Præfectus, anno 1323. cum Luca Piſis ſubeſſet.

173. Bartholomæus Andreæ, ex familia Varnia, Legatus Florentiam, anno 1464.

174. Signorettus, ex familia nobiliſſima Vecchiania, Canonicus Piſanus, ſcriptis clarus, anno 1130. Archivium Archiep. Piſan.

175. Cinus, ex eadem familia, Præfectus Motronis arcis, anno 1341.

176. Lupardus ex eadem familia, Legatus Florentiam, anno 1420.

177. Bartalottus Brandalisii, ex nobiliſſima familia Venerosia, Comes Palatinus, anno 1335.

178. Jacobus, ex familia Vitalia, Legatus ad Florentinos, anno 1323.

179. Bartholomæus Jacobi, ex familia Uliveta, arcis Peccioli Præfectus, anno 1298.

180. Augustinus Laurentii, J. C. ex familia Uvitia, Legatus ad Senenſes, anno 1496. & ad Pontificem Romanum.

181. Guido Travaldæ, ex nobiliſſima familia Upezzinghia, Epiſcopus Piſarum, anno 1015. ut in Epiſcoporum nomenclatura videbis.

182. Uguccio, Conſul Piſanus, anno 1231.

183. Fi-

Digitized by Google

183. Tilius,
184. Cius Maraffi,
185. Franciscus Bordonesii,
185. Benedictus Paltonerii,
187. Bindus Schetocculi,

omnes ex eadem familia, equites, turmarum ductores, aut triremium Præfecti, cruenta illa pugna, qua Pisanorum potentiam fregerunt Genuenses, anno 1284.

188. Petrus, ex nobilissima familia *Urbania*, arcis Stampacæ Præfectus, anno 1496.

Volaterræ, Urbs antiquissima, ab Indigenis condita: ejus, in administranda olim Republica, institutum: situs: Colonia ejus, Populonia: ipsa Colonia Romana: res gloriose gestæ: quod Syllanæ proscriptioni restitisset, civitate Romana donata: Othoniana appellata, & Oëna, & Oënarea.

CAP. III.

QUam longissima est, seu Mythologorum, seu Historicorum in rebus Italicis memoria, Saturnus in Etruria *Saturniam*, Janus *Janiculum* condidit: reliqua tota regio a rudibus adhuc incolis, tuguriis, & mapalibus habitabatur: *Pisas* deinde advenæ Græci extruxerunt: ac contra piratarum violentiam indigenæ *Volaterras* erexerunt, quæ novo Tyrrhenorum adventu, politiorique vitæ genere invitati, cum iis in unum veluti corpus coaluerunt, atque in civitatem suam ultro admiserunt, ut jure *Vola Tyrrhenorum* dici potuerit, hoc est, *urbs*; prisca enim Etruscorum lingua *Volam* dixerunt *urbem*: non quod ab iis fuerit condita, sed quia reformata, & in meliorem statum redacta videretur. Raphaël Maffæus Volaterranus libr. 5. & ex eo totidem verbis Flavius Blondus in Etruria Illustrata: *Volaterras primam Etruriæ civitatem, priusque ædificatam, inter duodecim fuisse, plura sunt argumento, ante omnia nomen ipsum, quasi Volatyrrhenorum, hoc est, Etruscorum urbem appellatam; nam Tuscos veteres VOLA oppidum aut arcem vocasse, indicant multa apud eos, Volsinii, Volcæ, Vola, Voltumna Etruscorum Dea: Tyrrhenos quoque Græci Etruscos vocant, a Tyr-*

Digitized by Google

a Tyrrheno Lydorum Duce, huc applicante, ac duodecim civitates conſtituente, ante bellum Trojanum annis fere centum, ante Urbem conditam quingentis. Deinde locus natura munitus; nam teſte Thucydide, tunc ob piratas frequentes, & toto orbe latrocinia, altiora loca, ac munitiſſima occupabant. Deinde Plinii auctoritas, qui Volaterranos appellatos eſſe dicit Etruſcos. Poſthæc in antiquis eorum diariis, quæ ad manus meas venerunt, comperio Etruriam oppidum nobile ad oram eos diu poſſediſſe, rebellantemque quandoque Tuſcinatum cognominaße, ac ob inundationem in mare obiiſſe, vadaque juxta ædificata, hodieque ferunt accolæ veſtigia ſub aqua per maris tranquillitatem clariſſime conſpici. Præterea multa hic nuper refoßa veterum monimenta, ſimul & ſtatuæ cum literis Etruſcis, quæ Livio Plinioque teſtibus in pretio apud Romanos fuere, nec uſpiam alibi locorum conſpiciuntur. Denique Petrus Apoſtolus hanc, ut in Etruria primam, ante omnes ad fidem vocavit, miſſo Romulo Sanctiſſimo viro, qui per Herculis portam ingreßus, ſicuti ſcribitur, ubi eos Chriſtianos fecit, Fæſulas abiit, ac urbis utriuſque Præſul eſt conſtitutus.

Hæc ſunt argumenta, quibus ille ſuæ patriæ antiquitatem aſſeruit. Non probo, quod probare nititur, unam eſſe ex duodecim, quia *Vola* ſit lingua Etruſca urbs: ea cauſa ab indigenis conditam probat, quia vox patria ea eſſet, quum Lydi Græcum nomen impoſuiſſent. Nec vero fabulam Annii de Etruria civitate probare poſſum, quum ab eo in opprobrium literarum ſit conficta. Accedat dignitas, & prærogativa Regiæ ſedis, quæ ibi frequenter, ut ſæpe libr. 2. hujus operis ſupra eſt demonſtratum. Fidem facit Ivo Carnotenſis MS. libr. de Europæ Regionibus undecim: *Volaterræ, ſola in Etruria ab indigenis condita, ideo & prima omnium eo tractu urbium: ad cujus imitationem multis poſtea annis Græci advenæ duodecim urbes condiderunt.* Præclarum teſtimonium, quo antiquitas ei egregia aſſeritur; ſed nunc ad alia pergo.

Quam mirabile fuerit Rempublicam adminiſtrandi inſtitutum, ut quod ſervos manumittere quotannis ſolerent, qui ſummæ rerum præeſſent, Ariſtoteles libr. de Mirab. Auſcult. docet, cujus locum reperies libr. 4. ſupra hoc opere cap. 59. & notarunt inter recentiores viri docti ac diligentes Jacobus Dalechampius, ac Petrus Victorius.

Situm ejus mirandum idem locus deſcribit, & Strabo libr. 5. pag. 154. Τῶν δὲ Οὐολατερράνων, ἡ μὲν χώρα κλύζεται τῇ θαλάττῃ, τὸ δὲ κτίσμα ἐν φάραγγι βαθείᾳ, λόφος ἐστὶν ὑψηλὸς περίκρημνος πάντῃ, τὴν κορυφὴν ἐπίπεδος, ἐφ' ᾗ ἵδρυται τὸ τεῖχος τῆς πόλεως, ἡ δ' ἐπ' αὐτὴν ἀνάβασις, πεντεκαίδεκα σταδίων ἐστὶν ἀπὸ τῆς βάσεως, ὀξεῖα πᾶσα καὶ χαλεπή. ἐντεῦθα συνέῤῥησαν ταὶς τῶν Τυῤῥηνῶν καὶ τῶν προγεγραμμένων ὑπὸ Σύλλα. πληρώσαντες δὲ τέτταρα τάγματα στρατέας, διετῆ χρόνον ἐπολιορκήθησαν, εἶθ' ὑπόσπονδοι παρεχώρησαν τῷ τόπῳ. *Volaterranorum ager mari alluitur, urbs condita eſt in valle profunda, ſupra collem celſum, & undequaque præcipitem, plano vertice, in quo urbis arx ſita eſt: ab imo ad ſummum aſcenſus arduus eſt, & difficilis quindecim ſtadiorum. Eo confluxere aliquando quidam Etruſcorum, & a*

Sylla

Digitized by Google

Sylla proſcriptorum, qui quatuor cohortibus armatorum conſtitutis, per biennium tolerata oppugnatione, tandem publicam ſecuti fidem loco iſto ceſſerunt. Mire omnia conveniunt cum loco Ariſtotelis, & Stephani Byzantini, loco a me laudato allato, niſi quod ibi aſcenſus eſt triginta ſtadiorum, hic quindecim tantum.

Situm eundem non male Paulus Jovius libr. 29. in limine delineat. *Empoli capta direptaque, Vaſtius inde celeriter copias educens cum Sarmento Volaterras eſt profectus, quod ad oppugnandam urbem Maramaldus juſtum tormentorum apparatum ſibi advehi crebris nuntiis poſtulaſſet. Nihil cuniculis profecerat, propter incomparabilem loci difficultatem; nam Volaterræ in arduo monte ſitæ ſunt, vetere priſcorum ſtudio excelſa quærentium juga, tanquam tutiora contra omnes hoſtium impetus, ſalubrioraque campeſtribus locis, quæ ſæpenumero caliginoſis atque denſiſſimis nebulis obſidentur. Nam Volaterrani originem ſuam a Tyrrheno Lydorum Rege repetunt, qui olim nobiliſſimas duodecim Etruriæ civitates condiderit.* Quæ omnia nulla ſyllaba mutata ſupplemento Hiſtoriar. libr. 14. in principio inſeruit Ant. Coccius Sabellicus, ut pleraque alia ex aliis ſcriptoribus.

Antiquitatem Volaterrarum docet etiam imperium ac jus, quod in totum illud litus olim ante Romam conditam habuerunt, ubi & Populoniam Coloniam deduxerunt. Ivo Carnotenſ. MS. cujus verba lege libr. 4. ſupra hoc opere cap. 14. Servius Honoratus ad libr. 10. Æneid. pag. 582. *Quidam Populoniam, poſt duodecim populos in Etruria conſtitutos, populum ex inſula Corſica in Italiam veniſſe, & condidiſſe dicunt: alii Populoniam Volaterranorum Coloniam tradunt: alii Volaterranos eripuiſſe Corſis Populoniam dicunt.*

Ipſæ quoque Volaterræ Romanæ *Coloniæ* jus habebant. Notat Onufrius Panvinius Imp. Rom. pag. 90. Jul. Frontin. libr. de Colon. *Colonia Volaterrana lege Triumvirali in centurias ſingulas jugera ducenta decimanis & cardinibus eſt aſſignata: quam etiam veterani in portionibus diviſam pro parte habent, in quos limites recepit intervallos P. II. CCCC. in quibus centuriis unuſquiſque miles accepit jugera XXV.*

Ad geſta illuſtria deſcendo. Cum Romani magnitudinis ſuæ fundamenta jacerent, potentiſſimi erant Volaterrani. Dionyſ. Halicarnaſſ. libr. 3. pag. 189. Τυῤῥηνοὶ δὲ συμμαχίαν ἀποστελεῖν ὡμολόγησαν, ἧς ἂν αὐτοὶ δεηθῶσιν οὐχ ἅπαντες ἐπὶ τῇσδε τῇ αὐτῇς γενόμενοι γνώμῃς, ἀλλὰ πέντε πόλεις μόναι, Κλυσῖνοί τε, καὶ Ἀρρητῖνοι, καὶ Οὐολατέρραι, οἱ Ῥασέλλιοί τε, καὶ ἔτι πρὸς τούτοις Οὐετυλωνιῆται, ταύταις ἐπαρθέντες ταῖς ἐλπίσιν οἱ Λατῖνοι παρασκευαζόμενοι δυνάμει διαφόρου εὐχῆς, καὶ παρὰ Τυῤῥηνῶν λαβόντες, ἐς τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐνέβαλον. *Etruſci ſubmiſſuros ſe auxiliorum quantum ſatis fuerit, non tamen reſponſum eſt hoc de communi omnium ſententia, ſed a quinque tantum civitatibus: hi fuere Cluſini, Arretini, Volaterrani, Ruſſellani, Vetulonienſes. Hac ſpe Latini arrecti, parabant domi magnum exercitum, & aſſumptis, quos Etruſci miſerant, in Romanum agrum invaſerunt.* Eadem

dem nomenclatura apud Claudium Ptolemæum, niſi quod primo loco Volaterras recenſuit: Ουολατέρραι, Ρ'υσέλλαι, Α'ρρήτιον, Ουετυλώνιον, Κλύσιον: *Volaterræ, Ruſellæ, Arretium, Vetulonia, Cluſium.*

Paulo deinde poſt ea tempora ipſi Romanis bellum indixerunt. T. Livius 1. Decad. libr. 10. *Conſules inter ſe provincias partiti ſunt, Scipioni Etruria, Fulvio Samnites obvenerunt, diverſique ad ſuum quiſque bellum proficiſcuntur. Scipioni ſegne bellum, & ſimile prioris anni militiæ expectanti: hoſtes ad Volaterras inſtructo agmine occurrerunt: pugnatum majore parte diei, magna utrinque cæde: nox incertis qua data eſſet victoria, intervenit: lux inſequens victorem victumque oſtendit; nam Etruſci ſilentio noctis caſtra reliquerunt.* Vide narrationem ſequentem.

Devicta vero Etruria, & Volaterræ in Romanam ditionem legè belli tranſierunt, juveruntque non mediocriter Rempublicam ſuis opibus, quæ ea tempeſtate eximiæ. Tit. Liv. 3. Decad. libr. 8. *Etruriæ primum populi pro ſuis quiſque facultatibus conſulem adjuturos polliciti, Cæretes frumentum ſociis navalibus, commeatumque omnis generis, Populonienſes ferrum, Tarquinienſes lintea in vela, Volaterrani armamenta navium & frumentum, Arretini triginta millia ſcutorum, galeas totidem, pila, geſa, haſtas longas, millium quinquaginta ſummam pari cujuſque generis numero expleturos, ſecures, rutra, falces, alveolos, molas, quantum in quadraginta longas naves opus eſſet, tritici centum & viginti millia modium in viaticum decurionibus remigibuſque collaturos: Perufini, Cluſini, Ruſellani abietem in fabricandas naves, & frumenti magnum numerum: abiete ex publicis ſilvis eſt uſus.* Hæc ille eo loci.

Interjectis deinde aliquot ſeculis Syllana proſcriptione maximam fidei gloriam eſt conſecuta ea urbs, quippe quæ oppugnationem biennio ſuſtinuit, ne Syllanum furorem contra Senatus dignitatem ſequi videretur. Strabo Amaſian. loco jam laudato. L. Flor. Livii Epitomaſtes libr. 89. *Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat, obſeſſum in deditionem accepit.* Hoc eſt, quod ab Appiano Alexandrino ſcribitur, Marianas partes Etruſcis fuiſſe cariores. Verba ejus ſunt libr. 1. Bellor. Civil. pag. 391. Γάϊος δὲ Μάριος τούτων πυθόμενος ἐς Τυρρηνίαν κατέπλευσεν, ἅμα τοῖς συνεξελαθεῖσι, καὶ θεράποντων αὐτῶν ἐπελθόντων ἀπὸ Ρώμης, ἐς πεντακοσίους μάλιστά που γεγονότι. *His rebus cognitis, Cajus Marius in Etruriam appulit, cum ſociis exilii: eis ab Urbe familiares occurrerunt, ad quingentorum fere numerum.* Ob hanc egregie Reipublicæ navatam operam, conſervatamque fidem, perpetuo civitatis jure ſunt donati Volaterrani. M. Cicero Orat. pro Domo ſua ad Pontifices: *Populus Romanus L. Sylla Dictatore ferente, comitiis centuriatis municipiis civitatem adeuit: ademit iisdem agros: de agris, ratum eſt; fuit enim populi poteſtas: de civitate, ne tandiu quidem valuit, quandiu illa Syllani temporis arma valuerunt. An vero Volaterranis, cum etiam tum eſſent in armis, L. Sylla victor Republica recuperata, comitiis centuriatis, civitatem eripere non potuit: hodieque Volaterrani, non modo cives, ſed etiam optimi cives fruuntur nobiſcum ſimul hac civitate.*

Aliam

Aliam tamen datæ Volaterranis cauſam civitatis Hiſtorici aſſignant: quod ſcilicet difficili Reipublicæ tempore ad defectionem ſpectarent; ſed donati jure civitatis in fide permanerent. Narrat fuiſſe hoc eodem bello civili hoc jus indultum Appianus Alexandrin. libr. 1. Civil. pag. 379. Τῶν πρῶτον ἐς ἐλευθέρων δι' ἀπορίαν ἀνδρῶν καταλεγέντων Ἰταλιωτῶν δὲ τοὺς ἔτι ἐν τῇ συμμαχίᾳ παραμένοντας ἐψηφίσατο εἶναι πολίτας, οὗ δὴ μάλιστα μόνοι πάντες ἐπεθύμουν. *Tum primum libertis ob virorum inopiam admiſſis in militiam, ſociis vero, qui etiam tum in officio manerent, decrevit jus civium, quod præcipue concupitum erat omnibus. Jus civium* reddit εἶναι πολίτας, *eſſe cives*. Subdit, καὶ, τάδε ἐς Τυῤῥηνοὺς πεμπόμενα, οἱ δὲ ἄσμενοι τῆς πολιτείας μετελάμβανον. κ᾽ τῇδε τῇ χάριτι ἡ βούλη τοὺς μὲν ἑαυτοὺς εὐνοεστέρους ἐποίησε, τοὺς δὲ ἀνδριάζοντας ἐβεβαιώσατο. τοὺς δὲ πολεμίους, ἐλπίδι τοῦ τῶν ὁμοίων πρᾳοτέρους ἐποίησε. *Et decretum id dimiſit circa Etruriæ populos excipientes avidiſſime. Eo beneficio & amicos devinxit amplius, & dubios in fide retinuit, & hoſtem ſimilia ſperantem, mitiorem reddidit.*

Ut ampliſſimum conſervatæ fidei a Senatu ſunt teſtimonium conſecutæ Volaterræ, ita acerbiſſimas Syllani furoris contumelias ſunt perpeſſæ; nam & eas, ut dixi, biennio toto obſeſſas variis afflixit incommodis, & agrum publicavit. M. Cic. libr. 1. ad Attic. Epiſt. 16. *Liberarum agrum eum, qui P. Mutio, L. Calpburnio COSS. publicus fuiſſet: Syllanorum hominum poſſeſſiones confirmabam: Volaterranos & Artemitanos, quorum agrum Sylla publicarat, neque diviſerat, in ſua poßeſſione retinebam.* Adverſus hanc Syllanæ proſcriptionis iniquitatem Volaterranorum advocatus fuit Cicero, ut ex loco jam laudato liquet, & libr. 13. Famil. Epiſt. 4. *Cum municipibus Volaterranis mihi ſumma neceſſitudo eſt, magno enim meo beneficio affecti, cumulatiſſime mihi gratiam retulerunt.* Et infra: *Syllani temporis acerbitatem Deorum immortalium benignitate ſubterfugerunt.* Paucis deinde interjectis: *Hanc actionem meam C. Cæſar primo ſuo Conſulatu lege in Agraria comprobavit, agrumque Volaterranum, & oppidum omni periculo in perpetuum liberavit.* Ac deinde Q. Valerium Proprætorem orat, atque hortatur Volaterranis adeſſe velit, fide, juſtitia, bonitate.

Hæc vetera. Eandem deinde ſub lapſum Imperii Romani cum aliis Etruriæ civitatibus ſortem perpeſſa: a Vandalis primum, mox ab Hunnis eſt graviſſime vexata; donec barbaris gentibus illis tota Italia exactis, Otho I. Imperator eam honorifice habuit, fixitque in ea ſedem Imperii, aulamque Auguſtam, familiaſque multas ac nobiles in eam tranſtulit. Interjecto deinde tempore Longobardorum Reges in ea Regiam fixiſſe, veluti locum ſecurum ac tutum, ſine veteris Scriptoris teſtimonio produnt. Ipſi viderint. Poſt Othonis I. tempora, ea, quæ totam Italiam occupaverat peſtis factionum, Volaterras quoque vexavit; nam Gibellini, *Bonparentes, Alegretti, Topi, Ciacci, Aliocti, Ardingelli, Magalocti, Ciafarones, Maricones:* ac Guelfi, *Belfortes, Tignoſelli, Bonaguidi, Acceptantes, Baldinocti, Marcheſi, Manecti, Gabretani, Libiani Quercetani*, ita civitatem laceravere, ut modo hæc, modo illa pars

ſuperior, ſemper autem publicæ libertati, ac civium quieti male eſſet.

Anno 1361. populus optimatium tyrannidem exoſus, *Bochium Belfortem* capitis reum peragunt libertatis aſſertores, ac in foro ſecuri percutiunt. Exinde Florentinorum, certis pactis, cum ipſis privatim non conveniret, ditioni ſe ſubmiſere, ut Raphaël Volaterranus, Paulus Jovius, Guicciardinus, & alii ſequioris ævi hiſtorici ſcribunt, quos tu conſule.

Meminit Julius Obſequens libr. de Prodigiis cap. 113. *Volaterris ſanguinis rivus manavit.*

Licet apud probatum ſcriptorem Latinum non aliud nomen, quam Volaterræ, inveniatur; tamen ſequiori ævo *Othonianam* etiam, ab Othonis I. inibi mora dictam, ſuperius admonui. Nugantur barbari, qui *Antoniam* vocatam contendunt, ex Facio Uberti, qui bonas literas eo ſeculo neſcire potuit. Græcis ſane Οἶνα, *Oëna* audit, auctore Stephano Byzantino, & Οἰναρία, *Oënarea* apud Auctorem libelli de Mirabil. Auſcult. ſive Ariſtoteles ſit, ſive quilibet alter. Vide libr. 4. ſupra hoc opere cap. 59. Sed cur nomen mutatum, aut cur Latinis unum nomen, Græcis aliud placuerit, non eſt facile indicare, & ex SC. formula N. L.

Volaterris oriundi, aut culti Sancti: Pontifices Summi: Epiſcoporum ſucceſſio: Viri, ſcriptis aut militia illuſtres.

CAP. IV.

COmmendat Volaterras non tam antiquitatis honor, quam Sanctitas ſuorum civium: quorum merito primus eſt Linus, de quo ſacra profanaque pleniſsime hiſtoria, & Illuſtriſſ. Cardinalis Baronius Tom. 1. Annal.

2. Romulus, Martyr. Licet hunc Volaterrani ſuum eſſe velint Apoſtolum; tamen *Feſularum Epiſcopus* dicitur, ibique ſub Domitiano martyrio affectus. Martyrolog. Roman. 6. Julii.

3. Atinia, Virgo & Martyr.

4. Græciniana, Virgo & Martyr.

5. Regulus, Martyr. De hoc, libro 4. ſupra hoc opere cap. 14. diſſerui.

6. Cerbonius, Epiſcopus Populoniæ. De iſto etiam loco laudato egi.

7. Felix, Martyr, diſcipulus S. Reguli.

7. Ju-

Digitized by Googl

8. Justus, Epiſcopus.
9. Germanus, S. Juſti frater.
10. Octavianus, Confeſſor, comes itineris ex Africa SS. Juſti & Germani.
11. Marius, Martyr, cum ſociis.
12. Victor, Martyr.
13. Ugus, Epiſcopus.
14. Galganus, Confeſſor, Ordin. Eremitarum D. Auguſtini.
15. B. Jacobus, cognomento Volaterranus.
16. B. Bonamicus Bonamici, frater laicus Ordinis S. Franciſci.
17. B. Michael, Franciſcanus.
18. B. Apollonia Picchenesia, Franciſcana.
19. B. Eufrasia, Franciſcana.
20. B. Cæcilia, Ordin. D. Franc.
21. B. Andreas Bandini, ejusdem familiæ.
22. B. Domitilla Falconcini, Franciſcana.
23. B. Clara Palvia, Ordin. D. Franc.

Hunc Sanctorum Beatorumque indicem, etſi in pleriſque minus probabilem, quod plerique horum aliis civitatibus attribuantur, plerique in Martyrologio Romano non inveniantur; tamen inſerendum duxi, quod Marius Joannellius jam in lucem eum emiſiſſet. Videantur Chronica Ordinis D. Franciſci part. 4. libr. 4. cap. 30. ubi harum Beatarum mentio, ſi tamen illi operi fides omnino certa. Ad Pontifices Romanos venio.

1. Linus, D. Petro Apoſtolorum principi, ſucceſsit, cujus meminit D. Paulus II. ad Timotheum cap. 4. Euſeb. libr. 3. cap. 12. Optat. Milevitan. libr. 2. contra Parmen. Epiphan. hæreſi 27. & hæreſi 41. Nicephor. Calliſt. libr. 3. cap. 2. Gregor. Turon. libr. 1. Hiſt. Franc. cap. 27. Irenæus libr. 3. cap. 3. Tertullian. libr. de Præſcriptionib. cap. 32. Ignatius Epiſt. 4. Errant, qui non Linum Volaterranum, ſed Clementem D. Petro ſucceſsiſſe volunt, ut probat Baronius.

2. Leo I. Sanctus, & Doctor Eccleſiæ, Papa numero quadrageſimus ſextus, ſedere cœpit anno ſalutis 440. Etruſcus fuit, patre Quintiano, domo Volaterranus.

3. Sabinianus ſedere cœpit anno ſalutis 604. Anaſtaſius Bibliothecarius: *Sabinianus, natione Tuſcus de civitate Ulera*, corrige: *de civitate Volaterra*: quæ correctio placuit Cæſari Baronio Tom. 8. *Sabinianus, natione Tuſcus, patria Volaterranus, patre Bono*.

Ad Epiſcopos Volaterranos venio, qui ſecularem poteſtatem ſpirituali olim conjunctam habebant, quorum ſucceſsionem oſtendere quidem non poſſum, ſed mihi obiter hinc inde notatos apponam.

1. D. Romulus, D. Petri Apoſtolorum principis, ut dixi, diſcipulus, Roma ab eodem miſſus, primam hanc, quia antiquiſsimam Etruriæ civitatem e tenebris gentilitatis ereptam luce Evangelii perfudit, in-

ingreſſus ſcribitur urbem per *Portam Herculis*, quæ hodie, ut viris doctis placuiſſe video, corrupto vocabulo, *Porta ad Arcum* eſt.

2. D. Justus, qui ex Africa, comitibus *Clemente* fratre, & *Octavio* Presbytero, Volaterras appulit, urbemque Arriana hæreſi infectam purgavit, cui Maurus, Senenſium Præſul, templum ibidem erexit.

3. Petrus circa annum 844. *Vollaterrenſis Eccleſiæ* reperitur *Epiſcopus*, ſedente Sergio II. Anaſtaſius Bibliothecarius pag. 251.

4. D. Ugus, ex Caſtro Urbi vicino *Anagnano*, nobili *Saladinorum* familia.

5. Rainerius Belfortus, qui ſequeſter inter factiones tumentes, pacem compoſuit, concordiamque civitatis revocavit.

6. Rinucius Alegrettus, Baronis filius, ab adverſa factione Guelforum, cum ipſe Gibellinus eſſet, pulſus, domo incenſa, cum ſuis, dum furor deſæviret, pauliſper receſſit.

7. Philippus Belfortus, Octaviani, qui rerum tum unicus potiebatur, filius, Ludovico Pannoniæ Regi, qui illac Neapoli tranſiens, magnifice fuerat exceptus, commendatus, Romam ab eodem Rege ductus eſt, & a Pontifice ſucceſſor Rinuccii renuntiatus eſt.

8. Martianus circa annum 676. ſedebat, ut eſt in Archiviis Archiepiſcopatus Piſani, in donatione quadam ævi illius.

9. Taclinus anno 1054. Contractus in eodem Piſano Archiepiſcopatu.(1)

10. Philippus, circa annum ſal. 1358. ibidem loci.

Alexander III. Pontifex ſcribit *Vulterano Epiſcopo, & Abbati Spongiæ*. cap. 1. *De Mutuis petitionibus*, in Decreto. Et Cœleſtinus III. itidem *Vulterano Epiſcopo*, cap. 14. *de Reſtitutione Spoliatorum*, ibidem operis. Sed & Honorius III. cap. 10. *De teſtibus cogendis, vel non.* Etiam in Decreto Gregoriano: *Dilectorum filiorum Vulterani Capituli ex parte una, & Epiſcopi Vulterani ex altera procuratoribus in præſentia noſtra conſtitutis*. Circa annum ſaluţ. 1216.

Sequuntur Viri illuſtres, quorum agmen ducant *Cecinnæ*, ſive *Cecinæ*, de quibus ego plena manu libr. 2. hoc opere cap. 66. ſupra, ubi multos ea ex gente adpoſui.

1. A. Persius, Poëta Satyricus. Valerius Probus: *A. Perſius Flaccus natus eſt pridie Nonas Decembres, Fabio Perſico, L. Vitellio COSS. deceſſit VIII. Kal. Decembr. Rubrio Mario, Aſinio Gallo COSS. natus in Etruria Volaterris, eques Romanus, ſanguine, & affinitate primi ordinis viris conjunctus. Studuit uſque ad annum duodecimum Volaterris, inde Romæ apud Grammaticum Remmium Palæmonem*. Euſebius Cæſarienſis in Chronico, D. Hieronymo interprete: *Anno Imp. Titi XXXII. Olympiade CCIII. Perſius Flaccus Poëta Volaterris naſcitur, & Olympiade CCX. moritur*. Caſsiodorus in Faſtis Conſul. *Gallo, & Noviano COSS. Perſius Flaccus poëta Satyricus Volaterris naſcitur*. Omnia hic controverſa; nam nec de

(1) Hujus Epiſcopi non meminit Ughellius in ſerie Epiſcoporum Volaterran.

Digitized by

de tempore, quo natus eſt, certo conſtat, cum alios Valerius Probus, alios ponat Caſsiodorus Conſules, uti nec de morte concors eſt ſcriptorum ſententia. Vixiſſe Volaterranus eum XXI. annos, D. Hieronymus ſeptem vixiſſe Olympiades vult, qui ſunt triginta quinque anni: aut ſi ineuntem annum quintum cum completis quatuor, pro Olympiade accipere placet, anni erunt triginta. Holoander ſupputat, ut XXVIII. annum non attigerit. Elias Vinetus diſputat, ſed fruſtra. Meminere M. Fab. Quintilian. libr. 1. cap. 5. & libr. 10. cap. 1. *Multum & verae gloriae, quamvis uno libro, Perſius meruit.* Martial. libr. 4. Epigr. 29.

Sepius in libro memoratur Perſius uno,
Quam levis in tota Marſus Amazonide.

Sidon. Apollinar. Carm. 9. v. 260.

Non Perſii rigor, aut lepor Propertii.

Huic cognomentum facit Caſaubonus *Severus;* ſed errat vehementer; nam ille Perſius, non ſatyricus noſter, ſed puer octennis. Inſcriptio eſt apud Volaterranum pag. 542. Commentarior. (1)

A. PERSIVS. A. F
SEVERVS
V. A.N. VIII. M
III. D. XIX

Mentio quoque ejus apud Lampridium, Priſcianum, Diomedem Grammaticum libr. 3. *Satyra dicitur carmen apud Romanos, nunc quidem maledicum, & ad carpenda hominum vitia archaeae comoediae charactere compoſitum, quales ſcripſerunt, Lucilius, Horatius, & Perſius; ſed olim carmen, quod ex variis poëmatibus conſtabat, ſatyra vocabatur, quales ſcripſerunt Pacuvius & Ennius.* Laudant eundem alii plerique, & in his D. Auguſtinus libr. 2. Civit. Dei cap. 6. Scripſit vero alia praeter ſatyras, dum puer eſſet *Praetextam*, & librum Ὁδοιπορικὸν, ſive *Itinerarii*; ſed & verſus *in ſororem Thraſeae*, atque etiam *in Arriae matrem*. Auctor eſt Cornutus, ſeu Valerius Probus.

9. JACOBUS AMANATUS, quia Epiſcopus erat Ticini, dictus vulgariter *Cardinalis Ticinenſis*, a Pio II. in Collegium Illuſtriſsimum cooptatus. Eum Volaterranum faciunt Paulus Merula part. 2. Coſmograph. libr. 4. pag. 899. Licet Alphonſus Ciacconius pag. 944. Lucenſem faciat, multum contradicente Leandro Alberti pag. 54. qui toto ſtudio in id incumbit, ut Volaterranum faciat.

10. HIEREMIAS CONTUGIUS, Epiſcopus Aſiſii, ac deinde Calaritanus Archiepiſcopus.

11. JACOBUS NICOLAUS GHERARDI, Orator ab Innocentio VIII. ad Mediolanenſes, Florentinos, Ferdinandum Siciliae Regem, & a Leone X.

(1) Apud Gruter. pag. 700. num. 4.

Digitized by Google

ne X. ad Venetos miſſus. Obiit ætatis anno 90. obiit Romæ Epiſcopus Aquini anno 1516.

12. Gaspar Zacchius, a Pio II. Auximatium Epiſcopus: ejusdem civitatis deſcriptionem, & Epiſcoporum ſucceſsionem edidit. Obiit Romæ, ſepultus ad D. Mariæ Majoris anno 1472. uti ex epitaphio ibidem fixo liquido conſtat.

13. Marius Maffæus, Epiſcopus Aquini, ac poſtea Cavallonæ in Galliis, comitatu Avenionenſi, a Clemente VII. Canonicus DD. Petri & Adriani Romæ, Archipresbyter Volaterranus, ac Abbas D. Juſti creatus, obiit anno 1537.

14. Zacharias Contugius, Epiſcopus Aſſiſii.

15. Jo: Franc. Lottinus, a Pio IV. creatus Epiſcopus Converſanus, Coſmo I. Mag. Etr. Duci a ſecretis, ſcriptis abunde judicium & eruditionem teſtantibus immortalitate dignus.

16. Jacobus Guidius, Epiſcopus Pennenſis, clarum nomen Concilio Tridentino meruit. Vitam Coſmi I. vere & eleganter ſcripſit, cui 35. anno ſine offendiculo a ſecretis fuit, a Franciſco Guicciardino Hiſtorico impenſius laudatus: obiit anno 1587. Volaterris ſepultus.

17. Lucas Joanninus, Epiſcopus Anagniæ a Paulo III. factus. Obiit anno 1541.

18. Guido Serguidius, a Gregorio XIII. conſecratus Aſtæ Epiſcopus.

19. Raphael, Volaterranus cognomento, ex familia nobiliſsima Maffæorum, vir ſupra illam ætatem Latine Græceque doctus, Marii frater, & ſcriptis & ſanctitate immortalis.

20. Philippus, Volaterranus cognomine, cujus ſcripta commendat Antonius Poſſevinus in Apparatu ad Hiſt. Sacr. pag. 83.

21. Propertius, Octaviani Capelli filius, per Cardinalem Madruzzium creatus a Sixto V. Cerentiæ in Calabria Epiſcopus.

22. Hieronymus Incontrius, a Paulo V. Epiſcopus Burgi S. Sepulchri in Etruria creatus.

23. Bocchius Belfortius, Volaterrarum Dominus, ad quem legatio Florentinorum memoratur: facultatem inſtituit creandi Doctores, nobiles, aliaque principatus inſignia, anno 1361.

24. Robertus, Bocchii frater, eodem anno, diviſa Republica Florentina, florebat.

25. Fortinus Zacchius, Eques Hieroſolymitanus, Latine Græceque doctiſſimus.

26. Apollo Zacchius, Eques, ac quindecim annis Juriſprudentiam Piſis profeſſus cum inſigni fama, ut ex decreto publico liquet, in id edito. Obiit anno 1283.

27. Benedictus Zacchius, Orator inſignis, Bononiæ Vicelegatus ſub Beſſarione Cardinale, ut ex Bullâ Nicolai V. apparet. Obiit anno 1472.

28. Gabrielius Zacchius, Orator eximius, ac poëta laureatus, Archipresbyter Volaterranus, circa annum ſalut. 1460.

29. Gad-

29. Gaddus Cavalcantius, Equeſtri dignitate ornatus a Bocchino Belfortio, anno 1340.

30. Octavianus Guerrerius. Anno 1370.

31. Antonius de Antonio Inghiramius. Abbreviator Apoſtolicus.

32. Thomas Phædra Inghiramius, a Phædra L. Senecæ actitata; ſic dictus, Comes Palatinus, Poeta Laureatus ſub Julio II. anno 1497.

33. Franciscus Phædrus, ab Ottinello Inghiramius, Notarius Brevium Apoſtolicorum.

34. Paulus Ottinellus Inghiramius, Canonicus D. Petri Romæ; cujus meminit Raphaël Maffæus cum elogio.

35. Augustinus Persius Falconcinus, Orator ad Rempublicam Florentinam, Urbini Ducem, ac ad Clementem VII. ut ex Bulla ejus conſtat, anno 1531.

36. Joannes Francisci Marchius, Falconcini in legatione Florentina ſocius.

37. Alexander Joannes Marchius, Roccæ gubernator tempore belli Senenſis, anno 1554.

38. Augustinus Bava, eodem bello ac anno Montis Rotundi Præfectus.

39. Zacharias Zacchius, ſtatuarius peregregius, eodem anno florebat.

40. Joannes Zacchius, Zachariæ filius, etiam ſtatuarius, obiit Romæ, anno 1565.

41. Daniel Ricciarellius, pictor inſigni nomine. Obiit anno 1560.

42. Ugo Banius, primus Eques D. Stephani ex Volaterranis.

43. Paulus Michael Banius, ſive Riccobaldius, eſt enim eadem familia, Margaretæ Auſtriacæ, filiæ Caroli V. uxoris Octavii Farneſii, ac poſt Alexandri Ducis Florentiæ, comes in Flandriam, ac domui Præfectus. Obiit anno 1572.

44. Joannes Guidius; Decii ac Socini coætaneus, a Clemente VII. & Carolo V. Orator deſtinatus ad Alexandrum Mediceum Ducem.

45. Franciscus Babbius, Civis Romanus, ac Florentinus, Cubicularius Apoſtolicus, ac Sereniſſ. Cosmo & Franciſco Magnis Etr. Ducibus a ſecretis. Fratres habuit civitate Romana etiam donatos.

46. Bartholomæus Babbi, Collis Præfectus, nondum civitatis, ac Petræ Sanctæ.

47. Alexander Incontrius, Auditor Rotæ Genuenſis. Obiit anno 1596.

48. Manutii, Paulus, et Aldus, hic Typographiæ eximius promotor, ille literarum humaniorum Piſis profeſſor, notuſque æternitati ſcriptis ſuis anno 1588. Volaterrani fuerunt. Vivos non attingo; alioquin & literatorum in hac aula fautorem eximium, omnis humanitatis ac comitatis virum, Camillum Guidium, legationibus Romana, Genuenſi, Hiſpanica, ac Gallica obitis illuſtrem, Equitem D. Stephani;

ac Sereniſſ. M. E. D. a ſecretis, auctorem pæne, certe ſuaſorem hujus operis non præterirem: uti nec fratrem JOANNEM FRANCISCI, Sereniſſ. Chriſtianæ Lotharingiæ Magn. Etr. Duci dotali a comitatu.

Si vivos commemorare vellem, ſuam laudem haberet JACOBUS INGHIRAMIUS, triremium ab anno 1602. Præfectus, rebus glorioſe in Oriente geſtis æternitati commendatus, ac dum hæc ſcribo, Livorni Gubernator.

Dum hæc ſcribebam, incidit in manus *Marii Joannellii Chroniſtoria Volaterrana*, ante paucos annos edita, e qua pleroſque illuſtres hoſce viros exſcripſi, & Epiſcopos exſcribam; licet enim ille, Auguſtiniani Ordinis ſocius, parum in bonis literis ſit verſatus, tamen nomenclaturam & ſucceſſionem Eccleſiæ, ab illo ex archiviis collectam, mirifice probo.

D. ROMULUS, ſupra hoc capite. Sedit ann. 15.

D. JUSTUS, ſupra itidem. Anno 424. ſedit annis 18.

ELPIDIUS, anno 502. ſubſcripſit quintæ & ſextæ Synodo ſub Papa Symmacho. Sedit ann. 10.

GEMINIANUS, ſubſcribit Synodo ſub Martino I. circa annum 652.

MARTINIANUS, ſubſcribit Synodo ſub Papa Agathone anno 680. Hunc ſupra monui, *Martianum* in Archiviis Piſanis dici.

GUIDO I. anno 682. ſedit ann. 16.

PETRUS I. anno 698. ſedit ann. 8.

GAUGHINUS I. anno 706. ſedit ann. 4.

GRIPPO, anno 710. ſedit ann. 25.

ALBUINUS, anno 735. ſedit ann. 30.

ANDREAS, anno 766. ſedit ann. 40.

ALPARTUS, anno 826. ſedit ann. 37.

ADELARDUS I. anno 880. ſedit ann. 27.

PETRUS II. anno 909. Hic eſſe debuit ille Petrus, qui ſuperius laudatur ſub Sergio II. ſed non quadrat annorum numerus; quippe Sergius II. anno 844. Pontifex creatus, ſedit tribus ſolis annis: qua ratione ergo hic, qui ſub eo laudatur, Petrus, anno 909. Volaterranæ Eccleſiæ præeſſe potuit? Nec vero ad *Petrum* primum referri poteſt, qui anno 698. Præſul conſecratus, ſedit tantum annos octo, ut ille eſſe non potuerit.

ADELARDUS II. anno 929.

GAUGHINUS II. anno 936. ſedit ann. 14.

ALBUINUS II. anno 952. ſedit ann. 30.

ADELARDUS III. anno 983. ſedit ann. 22.

BENEDICTUS I. anno 1005. ſedit ann. 2.

BOSNIUS, anno 1007. ſedit ann. 9.

GUIDO II. anno 1016. ſedit ann. 10.

GOTHEFREDUS, anno 1026. ſedit ann. 4. hujus meminere Chronica Camaldulenſia.

Guido III. anno 1030. ſedit ann. 5. de eo etiam eadem Chronica.

Eumantius, anno 1035. ſedit ann. 5.

Ermannus, anno 1050. ſedit ann. 27. Hic eſt ille, qui ſuperius, ut puto, ſub nomine *Taclini* nominatus eſt, & potuit fieri, ut hæc duo nomina Germanica unius & ejusdem fuerint; ſed deliberandum.

Eucharistius, anno 1084. Hic accuſatus a ſuis, poſtulatuſque coram Pontifice, exauctoratus, & convictus eſt, ut in Decreto Gratiani habetur. Circa hæc tempora Epiſcopum quidam Belfortius in ipſo Metropolitanæ ædis veſtibulo interfecit, quare civitati ſacris interdictum totis viginti novem annis, donec a Pontifice Paſchali II. abſoluta expiataque eſt anno 1113. die D. Cæciliæ.(1)

Rogerus, anno 1113. ſedit ann. 17. Hic Caliſtum II. Romam ad conſecrationem euntem, obvius Vadis in urbem invitavit.

Crescentius, anno 1134. ſedit ann. 5.

Adimarius Adimarii, Florentinus. Hic cenſum annuum Epiſcopatus auxit, emptis multis ſua propria pecunia fundis.

Guido IV. anno 1140. ſedit ann. 18.

Galganus, anno 1152.

D. Ugus, anno 1163. ſupra hoc capite.

Ildebrandus, anno 1185. uti prior, aut deceſſor a Friderico Barbaroſſa impetravit directum dominium territorii Volaterrani in temporalibus.

Guilielmus, anno 1200. Ord. Prædicator.(2)

Paganus, anno 1213. ſedit ann. 23.

Galganus II. anno 1236. ſedit ann. 30.

Albertus Scolarius, Florentinus, ann. 1266.

Rainerius Ubertinus, Arretinus, ann. 1276.

Rainerius Riccius, Florentinus, anno 1291.

Rainerius Belfortus, Volaterranus, ann. 1306.

Joannes Rossius, Florentinus ann. 1324.

Rinuccius Alegrettus, Volaterranus, ann. 1333.

Philippus Belfortus, Volaterranus anno 1351. ſupra.

Americus Costius, anno 1351. S. R. E. Quæſtor.

Andreas Cordonus, Bononienſis, ann. 1358.

Petrus Corsinus, Florentinus, anno 1360.

Paulus Corsinus, Florentinus.

Andreas, Nepos prioris Andreæ, Bononien. anno 1364.

Lucius Callus, anno 1370.

Simon Paganus. Regienſis.

Onufrius Bisdomini, Florentinus. Ord. D. Auguſtini, anno 1384.

(1) Ferdin. Ughellius hunc Eucheriſtium, Epiſcopatu ſpoliatum fuiſſe narrat a Gelaſio II. quod bona Eccleſiæ male adminiſtraſſet; de ejus vero clade ne verbum quidem habet.

(2) Nondum Prædicat. Ordo inſtitutus fuerat, quamobrem tum ex hac cauſa, tum quod uſque ad ann. 1209. vixerit Ildebrandus, aliucinantur Jeannellius, Falconcinius, Centius, & noſter Auctor, qui Guilielmum in Catalogo horum Epiſcop. ponunt.

Antonius Cipollonus, Florentinus, anno 1390.
Joannes Riccius, Florentinus, anno 1397.
Ludovicus a Prato, Collector Regni Angliæ, anno 1398.
Jacobus Spini, Volaterranus, anno 1410.
Stephanus a Prato, anno 1411.
Robertus Adimarius, Florentinus, anno 1435.
Christophorus a Prato, anno 1440.
Joannes Dettisalvus, Florentinus, ann. 1446.
Robertus Cavalcantius, Florentinus, ann. 1440.
Ugolinus Junius, Florentinus, anno 1455.
Antonius Aglius Florentinus, anno 1470.
Franciscus Soderinus Florentinus, postea Cardinalis anno 1475. ab Alexandro VI. creatus.
Jelianus Soderinus, Florentinus, anno 1494.
Franciscus a Ruvere, Savonensis, anno 1509.
Matthæus Sartorius, Mutinensis, anno 1530.
Joannes Salviatus, Florentinus, anno 1545. Hic etiam S. R. E. Cardinalis.
Benedictus Nerlius, Florentinus, anno 1548.
Alexander Strozzius, Florentinus, anno 1565.
Ludovicus Antinorius, Florentinus, ann. 1568. Hic postea ad Ecclesiam Pistorienſem transiit.
Marcus Saracinus, Arretinus, sedit septem tantum mensibus.
Guido Serguidius, Volaterranus, ann. 1574.
Lucas Alamannus, Florentinus, Episcopus primum Matisconensis in Gallia ad Ararim, postea Volaterranus, ann. 1598. (1)

De familiis Volaterranis hodiernis, nihil est mihi ab amicis communicatum: de antiquis pauca ex Fanutio Campano MS. libr. 4. de Illustr. Ital. Famil. cap 10. ex libro Memorabilium Italiæ: *Nobilissimæ atque antiquissimæ Volaterris familiæ sunt: Cecina, Othonia ab Othone I. Lombardi a Longobardis orti sunt: & ex istis descenderunt nobiles de Trebio, & de Narnia Saladinorum a Castro Agnano, Bardini, Belfortes, Alegretti, Topi, Aliocli, Ardingalli, Magaletti, Mariçones, Tignoselli, Bonagardi, Acceptantes, Marchesii, Manocli, Venerii, Gabretani, Libiani, Quercetani. Descenderunt a Germanis, & Longobardis, & sic appellantur a castris, quæ possidebant: Ciacchii, Cianfrones, Baldinotti, orti a Germanis. Auctor Chronicorum de Brunforte dicit, Othonem I. plantasse Volaterris nonnullas familias, quæ in libro albo scriptæ 43. quæ sunt nobiliores ceteris. Zacchii, Maffæi, Bomparentes, ortum habent post mortem Othonis I. sed hi etiam a Germanis ducunt originem.* Hæc pauca de Italiæ nobilissima urbe dixi, quia peregrinus potiora ignorabam.

Luca

(1) Ferdinandus Ughellius in tom. primo Italiæ Sacræ in recensendis Episcopis Volaterranis, tam in annis, quam in numero, & nomine Præsulum multum a nostro Dempstero discrepat. Sicuti etiam Scipio Ammiratus in eorumdem Episcoporum Catalogo.

Digitized by Google

Luca una e 12. Etruriæ urbibus primis: non in Liguribus: municipium ſui juris, poſtea Colonia Romana: res ejus glorioſe geſtæ: pecunia Lucenſis, ac Luculenſis: variæ mutationes: Reſpublica libera.

CAP. V.

IN amœna ac patenti planitie *Luca eſt urbs magna*, ait Benîamin Tudelenſis pag. 20. Itiner. ante annos quadringentos quinquaginta. Ea in Italia nec antiquius quicquam, nec ſplendidius Hiſtorici loquuntur; nam & ſitus cœlique temperies in paucis gratus, & civium induſtria opes inſignes, & quod mirifice omnes advenas afficit, præcipuus candor, incredibili humanitati conjunctus, ut nullum unquam pœnitudo ſubire poſſit, Lucam luſtraſſe: ad hæc ſuaviſſimi ſingulorum mores, & impenſius in bonas artes ſtudium. Inter duodecim fuiſſe primas Etruriæ urbes, dictum eſt ſupra libr. 4. hoc opere cap. 9. Jure Jul. Cæſar Scaliger in Poëmatis:

Tuſci delitium, Tuſci laus inclyta cœli,
Juſtitiæ illeſo robore, Luca potens.
Luca potens opibus, felix concordibus armis,
Cui veneranda fides, mens pia, pura manus.
Cœleſtis vegetum comitatur candor acumen,
Ad veteres referens candor acumen avos.
Iratis igitur dum ſervit Etruria fatis,
Virtutis merito libera ſola fuit.

Nominis varia ratio; nam quidam a *luce fidei*, quod primi Lucenſes in Etruria Chriſtianæ pietati acceſſerint. Vita S. Willibrordi Scoti incerto auctore:

Pervenit in claram famoſo nomine Lucam,
Sic dictam, fidei quoniam ſplendore coruſcet,
Primaque in Etruſcis Chriſti veſtigia preſſit.

Annius, & auctores ab illo ſuppoſiti, *a Lukio Lucumone*, qui eam condidit. Utraque ſententia falſa; nam ante fidem Chriſtianam, imo ante ipſum aſſertorem humani generis Chriſtum natum, ſic vocabatur; ac Luckius ille Lucumo viris doctis nullus eſt. Alii forte rectius a Ducis cujusdam nomine; ſed quis ille ſit, nec ipſi expediunt. M. Varro a *luce clypeorum*, qui in ſummis mœnium turribus collocati, egregium virtutis bellicæ ſplendorem longe lateque diffundebant. Ego a *Lucio*

Ægi-

Digitized by Google

Ægilio forte nomen datum cenſuerim, qui unus e Triumviris fuit, hujus Coloniæ deductoribus, ut infra patebit: hoc autem familiare, nomina Coloniis Romanis a deductoribus imponere, qui veluti ſecundi conditores. Prætereo fabulas: unicus eſt locus Ivonis Carnotenſis MS. libro de undecim Europæ Regionibus: *Ad Auxerem Luca eſt, urbs valida, a Lucumonibus condita, quorum Regia ibi ob loci amœnitatem deligebatur*. Hæc ſola vera eſt opinio; nam quod de *Nitedula* in vexillis geſtata, ac poſtea, quod ea noctu luceat, ſicque illius augurio conditam urbem prodat Rodamannus, quia auctore caret antiquo; probabile mihi non videtur.

Eam in Liguria collocat Sextus Julius Frontinus libr. 3. Stratagemat. cap. 2. exemplo 1. ut infra probabunt verba apponenda: ac Cæſarem eo veniſſe volunt, quaſi ea Gallicanæ provinciæ eſſet. Sed Ptolemæus cum Mediterraneas Etruriæ civitates triginta ſex poſuiſſet, Lucam in iis enumerat, Plinius, Strabo, Livius, Tabulæ Peutingeri, Antonini, ſeu Anonymi Scoti Itinerarium, hiſtoricique omnes in Etruria concordi conſenſu locant. Laonicus Chalcocondylas infra hoc capite laudandus. Quod de Cæſaris adventu colligunt extra Italiam, ideoque Etruriam fuiſſe, quia extra provinciam ſuam ille venerit, decepti Romanarum rerum inſcitia; nam proconſulibus provinciarum cum exercitu in fines Romani Imperii ſine Senatus commeatu venire non licebat: ſolis extra provinciam ſibi commiſſam, ſine exercitu venire inhibitum non erat, ut ex Senatuſconſultis liquet. Strabo libr. 5. pag. 150. Πρὸς δὲ τοῖς ὄρεσιν ἐσὶ πόλις τοῖς ὑπερκειμένοις τῆς Λίγυος Λῦκα. *Ad montes, ſupra Ligurem ſitos, eſt Luca.*

Fuit Luca municipium tertii generis. Feſt. Pomp. libr. 11. *Tertio cum id genus hominum definitur, qui ad civitatem Romanam ita venerunt, uti municipia eſſent ſua cujuſque civitatis, & coloniæ, ut Tiburtes, Præneſtini, Piſani, Arpinates, Nolani, Bononienſes, Placentini, Nepeſini, Sutrini, Lucenſes*. In gloſſis Philoxeni *Municeps* eſt πολίτης, & in Baſilicis περὶ πολιτῶν, *ad Municipalem* redditur in Digeſtis libr. 50. tit. 1. & *originarios* vocat Imperator libr. 10. Cod. tit. 38. Videantur & hic & illic Juriſconſulti.

Jus etiam Coloniæ habuit Luca. Vell. Patercul. libr. 1. Hiſt. Rom. *Bononia Colonia deducta ab hinc annos fermè ducentos ſeptemdecim, ac poſt quadriennium Piſaurum ac Potentia, interjectoque triennio Aquileja & Graviſca, & poſt quadriennium Luca*. Qui annus Urbis Conditæ 577. Conſules habuit C. Claudium Pulchrum, T. Sempronium Gracchum, ut ex Faſtis Capitolinis clarum. Plin. libr. 3. cap. 5. *Colonia Luca a mari recedens*. Hanc 73. numero Coloniam Onufrius facit. T. Liv. 4. Decad. libr. 1. *Lucam colonia eodem anno duorum millium civium Romanorum ſunt deducta. Triumviri deduxerunt, P. Ælius, L. Ægilius, Cn. Sicinius, quinquagena & ſingula jugera, & ſemiſſes agri in ſingulos dati ſunt. De Ligure captus is ager erat, Etruſcorum antequam Ligurum fuerat.*

Hinc

Hinc forte error manavit, ut in Liguribus Luca diceretur, quod ager ille, qui Coloniæ deductæ fuiſſet aſſignatus, a Liguribus caperetur. Hujus nullam a Julio Frontino mentionem factam valde demiror.

Ad res ejus præclare geſtas deſcendo, ac primum celebre nomen bello Punico ſecundo habuit. Liv. 3. Decad. libr. 1. ad finem. *Secundum eam pugnam Hannibal in Ligures, Sempronius Lucam conceſſit.* Centum deinde ac quinquaginta pæne annis poſt, cum in Romanam non tranſiſſet adhuc ditionem, obſeſſa eſt. Sext. Jul. Frontin. libr. 3. Stratagem. cap. 2. Exemplo 1. *Domitius Calvinus cum obſideret Lucam, urbem Ligurum, ſitu non tantum & operibus, ſed etiam propugnatorum præſtantia tantum, circuiri muros frequenter omnibus copiis inſtituit, eaſdemque reducere in caſtra qua conſuetudine inductis ita oppidanis, ut crederent exercitationis gratia id facere Romanos, & ob hoc nihil ab eo conatu caventibus, murum illum obumbulandi inſubitum direxit impetum, occupatiſque mœnibus expreſſit* (ita Franciſcus Modius. Antea erat *oppreſſit* haud convenienter) *ut ſeipſos dederent, & oppidum.* Illuſtrem ergo & munimentis, civiumque bellicoſorum frequentia, non noſtro modo ævo, ſed & antiquitus, ex hoc loco, fuiſſe palam eſt. Nobilitat eam Cæſaris ex Gallia huc adventus. Plutarch. in Craſſo pag. 551. Καίσαρος γὰρ εἰς Λοῦκαν πόλιν ἐκ Γαλατίας καταβάντος, ἦλθε τε πολλοὶ Ῥωμαίων ἐφίκοντο, καὶ Πομπήϊος, καὶ Κράσσος ἰδίᾳ συγγενόμενοι πρὸς αὐτὸν, ἔγνωσαν ἐγκρατέστερον ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων, καὶ πᾶσαν ὑφ' ἑαυτοῖς ποιεῖσθαι τὴν ἡγεμονίαν, Καίσαρος μὲν ἐν τοῖς ὅπλοις μενόντος, ἄλλας δὲ ἐπαρχίας καὶ στρατεύματα Πομπηίου, καὶ Κράσσου λαβόντων. *Nam cum Lucam Cæſar ex Gallia veniſſet, frequenteſque Romani ad eum eſſent profecti, Pompejus quoque, & Craſſus privatim cum eo collocuti, ſtatuerunt acrius ſummam rerum capeſſere, ac totam Rempublicam ſui juris facere, Cæſar, ut in armis maneret, alias provincias exercitusque Pompejus & Craſſus caperent.* Eandem hiſtoriam repetit in Pompejo pag. 646. Ὡς ὑπερβάλλοντες ἀυτὴν τὰς Ἄλπεις, καὶ διαχειμάζοντος ἐν Λύκῃ, πᾶσι μὲν ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν ἐμπλεομένων καὶ φερομένων τοῦ πλήθους γένεσθαι, συγκλητικοὺς δὲ διακοσίους, ἐν οἷς καὶ Πομπήϊος ἦν καὶ Κράσσος, ἀθυπάτους δὲ καὶ στρατηγοὺς ἑκατὸν εἴκοσι ῥάβδους, ἐπὶ τῶν Καίσαρος θύρων ὀφθῆναι. *Itaque ad eum, poſtquam Alpes tranſmiſit, Luce hibernantem, cum ingens virorum ſimul & mulierum certatim confluxit agmen, tum Senatores, inter quos Pompejus & Craſſus fuere, ducenti conſpecti fuerunt pro Cæſaris foribus proconſulum, & prætorum centum & viginti faſces.* Vide ſequentia.

Multis deinde interjectis annis, imo ſeculis, ſub Juſtiniano, Gothi eam, ut pleraſque alias Etruriæ urbes, poſſederunt, a qua illi expulſi a Narſete Eunucho. Anton. Coccius Sabellic. Ennead. 8. libr. 5. in principio: *Narſes movit celerrime in Etruriam, fecitque caſtra ad Auſerem amnem: Luca multo validius defenſa eſt, quam ab initio Narſes conceperat: aſſedit itaque urbi aliquot menſes.* Septem menſibus obſeſſam a Narſete, antequam expugnaretur, non indiligenter ſcribit Flavius Blondus libr. 12. Hiſtoriar.

Lon-

Digitized by Google

Longobardi ducentis, & amplius annis poſt hæc illius imperio potiti: extatque porta, veteris, ſed bellicæ ſtructuræ, auctore, ut volunt, Deſiderio Rege condita. Tum inclinato Romano Imperio easdem, quas aliæ Italiæ urbes, ſuſtinuit vices, de quibus pauca, ſi prius de moneta.

Fridericus Barbaroſſa rogatu Lucii III. Pontificis, privilegio Lucæ indulſit, ut nulla alia eſſet præter *Lucenſem*, ſive ut alii habent *Luculenſem*, in Italia pecunia. Hujus meminerunt Scriptores plerique ævo ſequiori. Petrus Damiani libr. 6. Epiſt. 25. *Cumque uxor ejus propter vilem cœnam, gravem ſequeretur pertuliſſe jacturam, vir magnanimus hoc æquanimiter tulit, doloremque conjugis blandis adhortationibus lenire curavit: ſex, inquit, adhuc denariorum Lucenſium libras habemus, hujus ſummæ dumtaxat impendio valemus iter noſtrum honeſte tranſigere.* Innocentio III. cap. 20. *De Cenſibus, exactionib. & procur.* In Decreto Gregoriano: *Tres Lucenſes pro ſingulis denariis Papienſibus perſolvebant, cum tamen unus denarius Papienſis valeat ſex Lucenſes.* Albertus Aquenſis libr. 3. Chronici Hieroſolymit. cap. 52. *Crudeli occiſione Boëmundi ſociorum, amplior & validior fames in populo cœpit multiplicari, & inæſtimabilis mortalitas humilis plebis fieri, & exercitus attenuari: nec mirum; nam ſolus paniculus, qui antea denario Luculenſis monetæ poterat mutuari, nunc duobus ſolidis vendebatur indigentibus.* Idem rurſus libr. 4. ejuſdem operis cap. 34. *Scio, quod horreſcunt aures, mala & tormenta inaudita famis auſcultantes, quibus populus Dei incluſus opprimebatur; pro uno namque ovo gallinæ, ſi inveniri poterat, ſex denarii Lucenſis monetæ numerabantur: pro decem fabis, denarius: pro capite unius aſini, equi, bovis, cameli, Byzantius unus dabatur: pro pede, vel aure, ſex denarii.* Ex quibus locis apparet in Terræ Sanctæ expeditionibus hanc monetam vel præcipuam uſitatioremque fuiſſe. Raimondus de Agiles Canonicus Podienſis Hiſtor. Hieroſolymitanæ pag. 165. *Volebat nobis dare ex Tripolis quindecim millia aureorum Saracenæ monetæ, præterea equos & mulos, & veſtes multas, & tributa deinceps ſingulis annis, multo his ampliora, ſi non expugnaretur a nobis; valebat quippe unus aureus octo vel novem ſolidos monetæ noſtri exercitus. Erat moneta noſtra hæc: Pictavini, Cartenſes, Manſei, Lucenſes, Valentinenſes, Mergoreſi, & duo Pogeſii pro uno iſtorum.* Sed redeo ad varias dominandi vices, quas Luca experta.

Anno Salutis 898. Luca, ac Parma ſponte in ditionem *Sigifridi*, ſive, ut alii volunt *Sigiberti* conceſſerunt, incurſiones Saracenorum, & Hunnorum verentes, qui civilibus armis implicatis Italiæ Principibus, Etruriam penetraverant. Joan. Baptiſta Pigna libr. 1. Ateſt. Princip. Hunc *Sigisbertum Longobardium* vocat. Fanutius Campanus MS. libr. 3. Familiar. Ital. Illuſtr. cap. 8. eum imperium incepiſſe vult ab anno 864. Et cap. 20. eum regnaſſe uſque ad annum 903.

Anno 970. ab avo Sigifrido Ateſtino *Thedaldus* Parmæ Lucæque domi-

dominium eſt conſecutus. Franciſc. Sanſovin. de Orig. Famil. Illuſtr. pag. 368.

Anno 1040. *Bonifacius*, qui Matildem genuit ex Beatrice, Henrici Imperatoris filia, urbis dominatum invaſit. Cum Piſanis graves deinde ortæ diſcordiæ anno ſcilicet 1227. ut habetur in Decreto Gregoriano cap. 19. *De reſtitutione ſpoliatorum*.

Anno 1300. *Ugutius Fagiolanus*, cum mercenariam operam Reip. Lucenſi vocatus præſtaret, Principatum ſibi arrogavit, Florentinoſque variis cladibus afflixit. Volaterran. libr. 5. pag. 127.

Anno 1331. *Joannes Bohemiæ Rex*, ſponte ſe dedentes, in tutelam Lucenſes accepit, contraque Florentinos mirifice juvit. Joann. Baptiſta Pigna libr. 4. pag. 282.

Anno 1333. Eidibus Octobris idem Joannes Rex, Luca diſcedens cum filio, in Germaniam iturus, *Petro Roſcio* Lucam triginta quinque millibus florenorum vendidit. Idem eodem libro pag. 290. Hunc *Rutrium* vocant rerum Germanicarum Scriptores, & in his Paulus Merula libr. 4. part. 2. pag. 888. Biennio deinde poſt, eam Florentini arctiſſima obſidione cinxerunt, & ad duriſſima compulerunt. Hiſt. Florentin.

Anno 1336. *Rolandus Roſcius* Lucam *Maſtino Scaligero* vendidit, cui ille præſidium impoſuit, duce Giberto Alamanno: quam eodem anno Piſani arctiſſima obſidione cinxerunt, ob vexatos fines ſuos ab Alamanno. Agnellus MS. in Annalib. Piſanor. Porro hunc *Maſtinum* ex Interminellorum familia ortum ſcribit, neſcio quam vere, Fanutius Campanus MS. libr. 3. Famil. Illuſtr. Ital. cap. 7.

Anno eodem apparatum ingentem Florentini confecerunt, conſcriptiſque undique copiis Lucam toto impetu obſeſſuri videbantur; itaque, ne eam jure belli Maſtinus amitteret, Florentinis vendidit. Hieron. Rubeus libr. 6. Hiſt. Ravennat. pag. 250. & Hiſtorici Florentini. Summa fuit 25. aureor. myriades.

Anno 1341. mira rerum Italicarum viciſſitudine, dominos paſſa eſt *Florentinos*, qui eam eodem anno tranſmiſerunt *Roberto* Siciliæ, atque ille ultro *Piſanis*, eam tum arcte obſidentibus, conceſsit. Joan. Baptiſta Pigna libr. 4. pag. 309. & alii ſequioris ævi Hiſtorici.

Anno 1393. *Paulus Guiniſius*, domo Lucenſis, nobiliſsima ortus familia, patriam ferali exemplo dira ſervitute oppreſsit, ac triginta totos annos tyrannice adminiſtravit. Idem Pigna libr. 5. pag. 351.

Ex hoc libertatem plenam, pecunia Imperatori numerata, Lucenſes conſecuti, tranquilliſsime eam ac miro ſtudio domi foriſque propugnant. Laonicus Chalcocondylas libr. 6. Rer. Turcicar. pag. 406. *Tyrrhenia, quæ & Etruria, incipit ab urbe Peruſio, & dextra tenens Bononiam, urbem opulentam, pertingit uſque Lucam. Luca autem, & Peruſium ſunt civitates liberæ, & in democratiam verſæ reguntur*. Et paucis interjectis: *Hæc reipublicæ forma pene omnium Tyrrhenię urbium*

eſt; nam juxta hanc gubernantur Peruſium, Luca, Arretium, Senæ. Libertatem hanc aſſecuti ſunt, exacta *Pauli Guiniſii*, ut admonebam, tyrannide. Joan. Michaël Brutus libr. 1. Hiſtor. Florent. pag. 30. qui & conſtantiam in ea defendenda, & fortitudinem civium impenſius commendat eodem libro pag. 35. Joavian. Pontan. libr. 1. Hiſtoriar. *Lucenſium civitas non tam ſuis conſiliis libera, quam alienis præſidiis, atque opibus firma, dum Florentinorum ne accedat opibus, magnæ curæ eſt ceteris.* Haud ingenue ſane; cur enim conſideratiſsimi ac fortiſsimi populi libertatem aliorum adſcribit curæ, non aſſertorum prudentiæ? Eodem ſenſu Thomas Eduardus Anglus in Catalogo Urb. Italicar.

Libera Luca tremit, ducibus vicina duobus.

Quanta ſit in excipiendis Principibus, peregriniſque comitas, patebit ex adventu Caroli V. patrum noſtrorum memoria, ut recitat Paulus Jovius libr. 34. Hiſtoriar. pag. 311. *Lucam intravit tanta alacritate amicæ civitatis, ut neque ſplendidius excipi, neque donari liberalius, neque uberius ali exercitus, comitatuſque, proceres omnes judicarent. Inviſit etiam urbis, de ſua libertate ſollicitæ, munitionem, intra extraque muros circundans, laudavitque militaris peritiæ erecta propugnacula, triduoque moratus, ornatiſſimæ, quamquam modicæ civitatis opulentiam, quæ tyrannis aliquando ſerviverit, & ſuperioribus temporibus Cæſarum auſpiciis libertatis jura defenderit, decurionibus commendavit, &, ut in colenda fide perſeverarent, admonuit.* Ut hoc caput concludam, facile jure audeo dicere, hanc unam civitatem advenas omnes æquos habere.

Lucæ nati, aut culti Sancti, Pontifices, Epiſcoporum ſucceſſio, & nomenclatura, Cardinales, Viri illuſtres.

CAP. VI.

UT morum elegantia civitas Luca nulli Italicarum cedit, ita nec pauciores Sanctos colit, qui vel indigenæ, vel advenæ glorioſa recordatione inibi aſſervantur. De quibus liber eſt R. P. DN. Cæſaris Franciotti, cui hanc nomenclaturam ſumus debituri, aliqua ſaltem ex parte: reliqua nos aliorum & veterum Scriptorum teſtimonio comprobabimus.

1. PAULINUS *Lucæ in Tuſcia, qui a Sancto Petro primus ejusdem civitatis Epiſcopus ordinatus, ſub Nerone, ad radices Montis Piſani, poſt multos agones, martyrium ſuum cum aliis ſociis conſummavit.* Hæc ex Martyrologio Romano die 12. Julii: & acta ejus Lucæ aſſervantur MSS.

Piſis

Digitized by Google

Piſis cauſa ipſius Sancti cognita, ad montes D. Juliani cæſus, corpuſque illibatum multis ſeculis poſtea repertum, cum hac epigraphe: *Hic eſt corpus B. Paulini primi Epiſcopi Lucenſis, & Diſcipuli Petri Apoſtoli, & Sanctorum Martyrum, Severi presbyteri, & Theobaldi militis.*

2. ANTONINUS. Obiit anno ſalutis 83. die 27. Aprilis, poſt anachoreticam vitam duodecim annis totis actam.

3. VALERIUS, Epiſcopus Lucæ, anno ſalut. 303. martyrio coronatus 29. Januarii.

4. TIBURTIUS, Martyr. anno 232. 14. Aprilis.

5. VALERIANUS, Martyr. eodem tempore. Horum duorum mentio apud Anaſtaſium Bibliothecarium in Joanne III. in fine.

6. MAXIMUS, duorum præcedentium martyrii ſocius.

7. ROMANUS miles, a D. Laurentio baptiſmate ſacro percepto, martyrium etiam eſt conſecutus. Corpus ejus eſt Lucæ; paſſionem tamen ponit Romæ Martyrologium die 9. Auguſti.

8. THEODORUS, Epiſcopus Lucæ, in ſanctorum numerum relatus, anno 1390. die 19. Maii.

9. FRIDIANUS, aut FRIDIGIANUS, aut, ut multis placet FRIGDIANUS, gente Scotus, ut in libro de ſcriptoribus Scotis abundantiſſime eſt a me probatum. Errorem præbuit, quod eo ſeculo Hiberni etiam Scotorum nomine appellati. Hic Lucæ Epiſcopus, ut eſt in Martyrologio Romano 18. Martii. De eo D. Gregorius Papa libr. 3. cap. 9. Notkerus, Rabanus, Uſuardus, Beda, & alii. Inſigne illud a D. Gregorio miraculum refertur, quod *Auſeris inundationem prohibuerit*. Meminit Innocentius III. cap. 34. *De teſtibus, & atteſtationibus*. In Decreto Gregoriano. Et rurſus idem cap. 8. *de teſtibus cogendis* ibidem. Iterumque idem cap. 20. *De Verborum ſignificatione*.

10. AGNELLUS, Abbas, Siculus domo, e ſtirpe *D. Luciæ*. Obiit quidem Neapoli, ſed corpus ſanctiſſimum Lucæ adoratur, 14. Decembris. Coætaneus fuit Imperatori Mauritio.

11. PEREGRINUS, Regis Scotorum filius, peregrinandi ſtudio accenſus, patriam reliquit, Apennino nomen impoſuit ea parte, qua a Tuſcia Longobardiam diſterminant, vocanturque illi etiamnum hodie montes *Sancti Peregrini*. Apud hiſtoricos noſtrates nulla ejus eſt mentio: nec mirum; cum annalium ſcriptores omnes vetuſtos hæreticorum rabies in Scotia exuſſerit: & moderni rebus in patria geſtis ſunt contenti; ſic neque *Tirolem*, neque *Fridebrantum*, Scotiæ Reges, hiſtoriæ noſtrates habent, cum illorum tamen nomen etiam ſcriptis celebre in Germanorum bibliothecis reperiatur. Scotus itaque *Peregrinus*, niſi forte id nominis a ſtudio ſit impoſitum, obiit anno 643.

12. RICHARDUS, Angliæ Rex, cujus glorioſus obitus Lucæ contigit anno 750. Epitaphium ejus recitat Baronius Tom. 9. Annal. & meminit Monialis Anonyma Heidenheimenſis in Hodæporico, ſeu Vita S. Willibaldi Scoti pag. 490. *Corpus patris eorum exanime paternæ pieta-*

tis affectu percipientes, vemisse involverunt, & terra tumulaverunt, in urbe Luca ad S. Frigdianum. Eadem in vita S. Wnibaldi pag. 518. sed & hunc Richardum Regem non fuisse SS. Willibaldi & Wnibaldi patrem, ostendo in libro de scriptoribus Scotis. Vide Martyrolog. 7. Februar.

13. Imago Crucifixi, multis miraculis clara, ab Episcopo quodam Pedemontano anno 782. Lucam illata, de qua Augustinus Mannus de Canthiano Selectar. Historiar. cap. 211.

14. Regulus, Afer. Dixi supra libr. 4. hoc opere cap. 14. quæ vide. Lucam translatus anno 785.

15. Senesius, Martyr & miles, cujus corpus Lucam translatum anno 707.

16. Lucina Matrona. Obiit anno 205. translata Lucam anno 787.

17. Cassius, Episcopus & Confessor. Obiit anno 256. translatus Lucam 845.

18. Fausta, Virgo & Martyr, eodem anno translata.

19. Pontianus, Martyr, translatus anno 926.

20. Davinus, Armenius, cum locorum sanctorum ergo in Italiam venisset, Lucæ obiit anno 1050. Martyrolog. Roman. 3. Junii.

21. Alexander, Papa & Martyr, Lucam translatus anno 1070.

22. Jason Martyr, incertum, quando translatus.

23. Maurus, Jasonis frater, & Martyr.

24. Hilaria, mater duorum supra nominatorum Sanctorum.

25. Silaus, Episcopus & Confessor, translatus Lucam anno 1100.

26. Vincentius, Episcopus & Martyr, translatus Lucam anno 1183.

27. Benignus, frater Vincentii, Diaconus & Martyr, eodem tempore translatus.

28. Blancus, Peregrini Scoti socius, non in album quidem Sanctorum adhuc relatus, sed tamen pie Beatus creditus, ut & sequentes.

29. B. Sita, Virgo. Obiit anno 1278.

30. B. Avertanus, Confessor, translatus anno 1380.

31. B. Romeus, socius Avertani.

32. B. Benedictus, Confessor.

33. B. Joannes I. Episcopus Lucensis. Obiit anno 803.

34. B. Conradus, Episcopus Lucæ. Obiit anno 931.

35. B. Æmilius Dux.

36. B. Gezius. Ord. Augustiniani.

37. B. Dorotheus. Quorum ultimorum trium incertus est obitus.

38. Miror profecto D. Anselmum Episcopum Lucensem prætermissum, cum eum nominari plurimum interesset. Ego de eo infra, ubi de Episcoporum successione disseram, & inter Sanctos relatum, & opera præclara edidisse ostendam.

1. Ad Pontifices Lucenses venio, quorum primus est Lucius I. albo

bo Sanctorum adſcriptus, ſedit anno 256. Eum omnes neoterici gente Romanum, patre Porphyrio faciunt; ſed rectius Anaſtaſius Bibliothecarius: *Lucius natione Tuſcus, de civitate Luca ex patre Lucino.*

2. ALEXANDER II. domo Mediolanenſis, Epiſcopus Lucenſis, ſub nomine *Alexandri II.* Pontifex creatus anno 1061, antea *Anſelmus Bedagius* vocatus.

3. ALEXANDER III. a Raphaële Volaterrano Lucenſis dicitur libr. 5. Commentar. pag. 129. ſed re vera fuit Senenſis.

4. Lucius III. Ubaldus Allucingolus, Bonagiuntæ Morli filius, Canonicus Lucenſis, ab Innocentio II. Cardinalis creatus, ab Hadriano IV. Epiſcopus Veliternus & Oſtienſis conſecratus, anno 1181. ſummus Pontifex renuntiatus eſt, ſedit menſes duos, dies 28. ſupra annos 4.

Ad Eccleſiæ Lucenſis dignitatem, ac ſucceſſionem accedo. Alexander II. *Lucenſis Eccleſiæ clero & populo* ſcribit Cauſ. 1. Quæſt. 3. cap. 9. in Decreto Gratiani: cujus epiſtolæ authographum habent in Bibliotheca Vaticana cum operibus Anſelmi. Et Innocentius III. *Canonicis Lucanenſibus, & Priori S. Fridiani*, Cap. 27. *De Electione, & Electi poteſtate*. In Decreto Gregoriano. Et *Lucanam Diœceſim* appellat Gregorius IX. cap. 10. *De Procuratoribus* in eodem opere. Et cap. 19. *De reſtitutione ſpoliatorum*, Ibidem. Et cap. 34. *De teſtibus*, *Lucanum* non *Lucenſem* uſurpat. *Epiſcopo Lucano* cap. 18. *De Præſcriptionibus*. Ibid. Et Eugenius Papa *Lucano Epiſcopo*, cap. 2. tit. ult. libr. 3 Decretal. Et ad eundem morem Alexander III. cap. 4 tit. 6. libr. 4. Decretal. Gregorius tamen Pontifex *Lucenſi Epiſcopo* ſcribit cap. 2. libr. 5. tit 6. ejusdem operis. Eſt & in eodem corpore Honorii III. reſcriptum, *Capitulo Lucano*, cap. 3. *De Sortilegiis*. Et cap. 3. *De Clerico percuſſore* in eodem opere. Ex quibus locis quanta dignitas hujus Eccleſiæ fuerit, facile judicari poteſt. Sed ad Præſules enumerandos ſerie hiſtorica nunc accingor,

1. S. PAULINUS, ſupra, ubi de Sanctis.

2. S. VALERIUS, civis Lucenſis, etiam ſupra. Ab hujus Pontificatu ceſſavit Epiſcoporum ſucceſſio, ut videtur, ſæviente perſecutione, aut certe vitio temporum amiſſa Præſulum memoria, qui huic ſucceſſerunt; neque enim ab anno 90. quo ille paſſus, quenquam Lucenſes antiſtitem reperiri volunt, uſque ad annum 324. a quo continuatus ordo ſic habet.

3. Anno 324. S. THEODORUS, domo Lucenſis, ex familia BOLINGHORUM. Supra dixi.

4. Anno 340. PAULINUS II. a quo nulla Epiſcopi Lucenſis mentio reperitur, uſque ad annum 450.

5. Anno 450. S. FOLLANUS. Hic comes S. Urſulæ Virginis, & Sanctarum cum ea Virginum Britannicarum, in Germania martyrii palmam ſuſcepit; cujus tamen in Martyrologio nulla mentio: qui tamen in Sanctorum Lucenſium commemoratione omitti non debuit.

6. Anno

Digitized by Google

6. Anno 465. S. Felix. Hic Concilio Romæ, ſub Hilario Pontifice celebrato, interfuit, ut ex actis ejusdem Concilii conſtat: neque hunc omittendum oportebat, inter Sanctos Lucenſes, quum Epiſcopus ejus urbis fuiſſet.

7. Anno 467. S. Obsequentius, præfuit, ut volunt, paulo minus 14. annis.

8. Anno 566. S. Fridianus Scotus. Supra dictum.

9. Anno 676. Eleutherius. Cujus certiſſima memoria in Archivio Piſano, illo anno.

10. Anno 588. S. Valerianus.

11. Anno 640. Letus. Hic reperitur inter Præſules, qui decretis Concilii Romani ſubſcripſerunt ſub Martino I. Pontifice.

12. Anno 675. S. Eleutherius. Hic Concilio Conſtantinopolitano ſubſcripſit, quod eo anno ſub Agathone Papa celebratum.

13. Anno 679. Felix.

14. Anno 725. Wilperianus.

15. Anno 749. Wiprandus.

16. Anno 752. Walpertus. Hic Titianum Caſtrum, pecunia ſua ptum, ditioni Epiſcopali adjecit. Videtur, ut duo præcedentes, origine Longobardus; nam gens ea ſub hæc tempora Italiam penetraverat, ibique ſedem fixerat.

17. Anno 750. Peredeus. Hunc Epiſcopatui deſtinavit Aiſtulphus Longobardorum Rex, ut teſtantur inſtrumenta publica in Archivio Lucenſi.

18. Anno 775. Gherardus.

19. Anno 781. Joannes I. Huic *Vultus Sancti*, ut vocant, ſive *Imaginis Nicomedeæ* Lucam translatio cœlitus nuntiata eſt. Publica Inſtrumenta.

20. Anno 801. Jacobus I. Hujus præſulatu grave ortum ſchiſma legitur.

21. Anno 816. Petrus I. Concilio Romano ſub Eugenio adfuit.

22. Anno 822. Gherardus II.

23. Anno 831. Berengarius. Hic eodem anno, quo Petrus Epiſcopatum adminiſtrabat, ſedere ex Inſtrumentis publicis deprehenditur. Neſcio, an civili diſcordia id contigerit; tunc enim peſtilentiſſimum gliſcebat ſchiſma: an potius ille urbi, hic ſuburbanis præeſſet, quod multis ſeculis ea in civitate contigiſſe audio.

24. Anno 843. Ambrosius. Hic cum multis aliis Præſulibus diverſarum Eccleſiarum nominatur ab Anaſtaſio Bibliothecario in Sergio II. Pontifice, creato anno 844. pag. 251.

25. Anno 848. Hieremias I. Inſtrumenta publica.

26. Anno 865. Orchizus.

27. Anno 871. Theodilereius.

28. Anno 877. Gherardus III.

29. Anno 891. Petrus II.

30. Anno

Digitized by Google

30. Anno 926. JACOBUS II. Hic Roma corpus S. Pontiani Martyris cam tranſtulit.

31. Anno eodem. RAIMONDUS, eodem jure, quo antea diximus. Hic parœchiam *Torris* inſtituit, ut publica Inſtrumenta fidem faciunt.

32. Anno 931. CONRADUS. Hic Concilio Romano ſubſcripſit, ut in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum 963. recitat Illuſtriſſ. Baronius: ſeditque poſt illud Concilium totis triginta annis.

33. Anno 967. GUALTERIUS.

34. Anno 969. ADELONGUS, qui in actis publicis reperitur ſediſſe anno 981.

35. Anno 980. GUIDO.

36. Anno 984. THEODUGRIMUS, ſive, ut aliis viſum, potius *Tegrimus*. Acta publica.

37. Anno eodem ISALFREDUS, vel, ut alii volunt, *Alfridus*. Publica Acta.

38. Anno 989. GHERARDUS IV. Archivium Lucenſe.

39. Anno 995. TADDOLUS; etiamſi GHERARDUS, ut inſtrumenta publica teſtantur, vixerit uſque ad annum 1002. argumento perſpicuo, duos ſimul Epiſcopos fuiſſe ejusdem Eccleſiæ, quod & antea obſervatum.

40. Anno 1002. THEOGRIMIZUS, aut, ut quibusdam placet, GRIMIZUS.

41. Anno eodem. ROCCHIGIANUS.

42. Anno 1026. JOANNES II. Hic Epiſcopatus cenſum auxit, ſuis pecuniis empto & adjecto Caſtro *Perignaſſo*, anno 1031.

43. Anno 1033. EDDO. Licet certum ex actis publicis habeatur, Joannem uſque ad annum 1058. vixiſſe; ſed eadem, qua prius, cauſa, duo tum Epiſcopi.

44. Anno 1047. CONRADUS, Lucenſis Eccleſiæ Præſul eſt in Archivio Piſano.

45. Anno 1058. ANSELMUS BÆDAGIUS Mediolanenſis, Papa creatus ſub nomine ALEXANDRI II. Epiſcopatum Pontifex non depoſuit.

46. Anno 1073. ANSELMUS II. Confeſſor Mathildæ Comitiſſæ, ut barbare ajunt. Hic in Sanctorum album relatus, clarus habebatur anno 1080. ut Tritemius Abbas de Scriptorib. Eccleſiaſt. teſtatur, & Abbas Urſpergenſis in Chronico: meminit & Sixtus Senenſis libr. 4. Bibliothec. Sanct. Edidit pleraque opera:

In Pſalterium libr. 1.
In Jeremiam Prophetam libr. 1.
Epiſtolarum ad diverſos libr. 1.

Ac nuper edente Henrico Canifio J.C. Ingolſtadii profeſſore Canonum ſacrorum ordinario, prodiere, ipſius Tom. 6. Antiquar. Lection.

Contra Guibertum Antipapam libr. 2.
Epitome Canonum.

47. Anno 1086. JOANNES III.

48. Anno 1091. GOTHEFREDUS, aut, ut aliis placet ſcribere, GOTTEDUS.

49. Anno

49. Anno 1098. Rogerus, ſive, ut in actis illius anni vult Cæſar Baronius, Retingerus.

50. Anno 1100. Guilielmus.

51. Anno 1103. Rangerius, ſive Rainerius.

52. Anno 1114. Ridolfus.

53. Anno 1119. Benedictus.

54. Anno 1129. Ubertus.

55. Anno 1140. Otto.

56. Anno 1147. Gregorius I.

57. Anno 1154. Anselmus III.

58. Anno 1155. Laudus I.

59. Anno 1158. Gregorius II.

60. Anno 1165. Plebanus.

61. Anno 1167. Gregorius III.

62. Anno 1170. Landus II.

63. Anno 1178. Gulielmus II.

64. Anno 1182. Ubertus Allocingolus, Lucenſis domo, imo vero Gerardus, ut infra docebo, & prodit Alfonſus Ciaconius in Vit. Pont. pag. 490.. (1)

65. Anno 1191. Guido II.

66. Anno 1200. Robertus I. qui hoc anno conſecratus, vixit uſque ad annum 1217. ut ex Archivio D. Juſti Lucenſis liquet.

67. Anno 1218. Honorius. Ibidem loci.

68. Anno 1228. Opizus.

69. Anno 1236. Gregorius IV. qui non toto anno ſedit.

70. Anno eodem, ſed Gregorio defuncto, Otto, qui Caſtro D. Petri addito, Epiſcopatus cenſum auxit.

71. Anno 1237. Guilielmus III. ex Archivio RR. PP. S. Romani Lucæ.

72. Anno eodem Ildebrandus, forte ob cauſam ſuperius dictam, vel ob ſchiſma eo ipſo tempore in Eccleſia natum inter Pontificem & Cæſarem Fridericum.

73. Anno 1239. Guercius, Senenſis domo.

74. Anno 1257. Henricus I.

75. Anno 1263. Robertus II. licet revera adhuc viveret Henricus, qui, ut Acta publica teſtantur, vixit in Epiſcopatu ad annum 1276. ſed hoc ſolemne Lucenſibus, duos ſimul præſules uni Eccleſiæ præfectos habere.

76. Anno 1276. Paganellus I.

77. Anno 1279. Petrus, domo Lucenſis, ex familia Angelellia. Ord. Prædicator.

78. Anno 1281. Paganellus II.

79. Anno

(1) In Edit. vero Romana ann. 1677. cum additionibus Oldoini tom. 1. pag. 1114. & 1115. fit mentio Uberti & Gerardi Cardinalium, ex familia Allucingola, qui Gerardus Lucenſis Epiſcopus dicitur.

Digitized by Google

79. Anno 1284. HENRICUS II. Ord. Minor. vixit in Epiſcopatu uſque ad annum 1323. Acta publica pluribus locis Lucæ.

80. Anno 132.. RODIGIANUS II. aut, ut prius dicebam ROCCHIGIANUS, Lucenſis, ex familia nobili, & antiqua TADOLINIA.

81. Anno 1334. GUILIELMUS IV. Ord. Prædicatorum.

82. Anno 1342. JOANNES IV. ex Archivio Sanctimonialium D. Juſtinæ Lucenſis.

83. Anno 1344. GUILIELMUS V. dictus a *Monte Albano*, Ordin. Prædicator. Sepultus Lucæ in templo D. Romani.

84. Anno 1349. BERENGARIUS, ex privilegio quodam Caroli IV. Imperatoris.

85. Anno 1364. NICOLAUS Monachus, ex Archivio Archiepiſcopatus Piſani; hic enim domo fuit Piſanus. Raphaël Roncionus indicavit.

86. Anno 1368. GUILIELMUS VI. qui obiit anno 1372. a cujus obitu ſedes biennio vacavit, Vicarias obeunte PETRO Monacho.

87. Anno 1374. PAULUS GABRIELLIUS Eugubinus, obiit Peruſiæ anno 1380. Acta publica.

88. Anno 1380. JACOBUS III. qui eodem anno obiit.

89. Anno 1381. ANTONIUS DE RIPARIA. Obiit Lucæ.

90. Anno 1383. BARTHOLOMÆUS RAPONDIUS Lucenſis.

91. Anno 1384. JOANNES V. Lucenſis domo, profeſſione Monachus, ex familia SALUTIORUM. Acta publica Epiſcopatus Lucenſis, & templi S. Nicolai Novelli.

92. Anno 1394. NICOLAUS GUINISIUS, Lucenſis domo, vixit uſque ad annum 1435. cum Reipublicæ libertatem acerrime, contra affinem ſuum & gentilitium Paulum Guiniſium tyrannum, propugnaret, in exilio obiit.

93. Anno 1435. JACOBUS IV.

94. Anno 1436. NICOLAUS MAURINIUS. Domo Lucenſis.

95. Anno 1441. BALTHAZAR MANNIUS. Lucenſis ortu.

96. Anno 1448. STEPHANUS TRENTA, Lucenſis.

97. Anno 1477. JACOBUS V. AMANATUS, S. R. E. Cardinalis. Hunc, non Lucenſem ortu, ſed Volaterranum volunt, ut ſuperiori capite dictum. Videatur locus.

98. Anno 1479. NICOLAUS SANDONNINIUS, Lucenſis, Epiſcopus antea Mutinenſis.

99. Anno 1499. FELINUS SANDÆUS, Ferrarienſis.

100. Anno 1503. GALEOTTUS FRANCIOTTUS, Lucenſis, S. R. E. Card.

101. Anno 1508. SIXTUS GARA, S. R. E. Cardinalis.

102. Anno 1517. FRANCISCUS RIARIUS.

103. Anno 1546. BARTHOLOMÆUS GUIDICCIONIUS, Lucenſis, S. R. E. Cardinalis.

104. Anno 1549. ALEXANDER GUIDICCIONIUS, Lucenſis, Cardinalis nominati nepos.

105. Anno 1601. Alexander alter Guidiccionius, Alexandri præcedentis conſanguineus; vir pius, ac prudens: hodie ſedet.

Sequuntur Cardinales, Luca oriundi, hoc pacto.

1. Hubaldus Cornelius, ab Hadriano I. creatus, incertum, quo anno.

2. Joannes Datus, ab Eugenio II. anno 825.

3. Ugobaldus Obitius, a Stephano VIII. circa annum 840. ex Archiviis Reip. Lucenſis.

4. Ubertus de Podiis, Epiſcopus Prænestinus, ab eodem Stephano Cardinalis creatus. Acta publica Reipublicæ Lucenſis.

5. Hugobaldus Obitius alter, a Stephano X. creatus, Ciaconius pag. 310.

6. Ubertus alter de Podiis, ab eodem Stephano. Ciac. ibid.

7. S. Anselmus, ab Alexandro II. creatus. Dixi ſupra in Epiſcopis, & Ciacon. pag. 325,

8. Paulus Gentilis, ab Urbano II. ſubſcripſit Concilio Vaſtallenſi anno 1106.

9. Hubaldus de Lunata, ab Innocentio II. ut Bullæ ejus teſtantur anno 1135. Ad eum celebrandum ſufficit locus D. Bernardi libr. 4. de Conſecratione pag. 251.

10. Hubaldus Allucingolus, Bonagiuntæ filius, ab Innocentio II. Poſtea Pontifex creatus ex Epiſcopo Oſtienſi, dictuſque Lucius III.

11. Bernardus, S. Fridiani Lucenſis Prior, ab Eugenio III. creatus Cardinalis.

12. Albertus de Monte Sacrato, humili loco natus, ab Anaſtaſio IV. in Cardinalium cœtum adoptatus, anno 1153.

13. Hieronymus, ſub Alexandro III. anno 1164.

14. Arduinus, ab eodem allectus in Cardinalium Collegium, anno 1178. Huic doctiſſimo, ac ſcriptis claro ſuis, librum inſcripſit Hugo Etereanus *Contra errores Græcorum*. Auctores ſunt Joan. Tritemius Chronic. Canonicor. Regular. Alexandri III. Bullæ.

15. Hubertus Allucingolus, a Lucio III. anno 1182. Cardinalis factus.

16. Gerardus Allucingolus, Pontificis Lucii III. affinis, Lucenſis Epiſcopus, Legatus in Umbriam ad Sacramentum a Conrado Spoletinorum Duce exigendum, eumque abſolvendum ab Excommunicatione, in quam inciderat ob vexata Eccleſiæ oppida; in Gallias item a Latere Legatus. Incertus Auctor MS. in Bibliotheca Vaticana de rebus Siculis. Pandulphus Colenutius in Compendio libri de Regno Siciliæ. Lundenſis in Dania ad annum 1201. Obiiſſe creditur ſub Innocentio III.

17. Orlandinus Vulpellius. A Benedicto XII. Antipapa Avenione Cardinalis creatus anno 1396. die 9. Januarii.

18. Jacobus Amanatus, humili loco natus Lucæ, ut quibusdam pla-

(1) Videat Lector Tom. 1. Ital. Sacræ Ferdinandi Ughelli, qui a Dempſtero valde diſcrepat in recenſendis Epiſcopis Lucenſibus.

Digitized by Google

placet: ut aliis videtur, Volaterris, a Pio II. Cardinalatum adeptus.

19. Galeottus Franciottus de Ruvere, Julii II. ex sorore Luchina nepos, ab eodem ex Episcopo Patavino, Cremonensi, Archiepiscopo Beneventano, Cardinalitia dignitate ornatus ab eodem Julio, Joanni Medicæo supra fidem charus. Obiit 11. Septembr. anno 1508.

20. Sixtus Gara de Ruvere, Galeotti frater, ac Luchinæ sororis Papæ Julii II. ex secundo marito filius. S. R. E. Cardinalis, & Vicecancellarius.

21. Bartholomæus Guidiccionius, Episcopus Lucensis, & Aprutinus, Major Pœnitentiarius, a Paulo III. in Collegium Cardinalium cooptatus, anno 1539.

22. Joannes Baptista Castrutius, Vincentio Castrutio, & Angela Lilia, nobilissimis parentibus ortus, Lucæ natus 1541. a Sixto V. Cardinalis factus, sumptu publico funeratus.

De Illustribus tandem in omni scientiarum genere viris aggredior: quorum agmen exiguum quidem pro tantæ civitatis præstantia, sed operosum peregrino.

Ac primum apud Martialem libr. 1. Epigr. 2. nominatur quidam Lucensis:

Libertum docti Lucensis quære Secundi,
Limina post Pacis, Palladiumque forum.

1. Sanctes Pagninus, Orientalium Linguarum peritissimus, patrum nostrorum memoria, multa scripsit. Antonius Possevinus Apparatu pag. 191.

2. Paulinus Bernardinus. Ordin. Prædicator. Possevin.

3. Flaminius Nobilius. Anton. Possevin. pag. 485.

4. Gerardus Busdragus. Idem pag. 542.

5. Hieronymus Balbanus.

6. Hieronymus alter, cognomento de Luca J.C.

7. Thomas Bonus, Possevin. pag. 302.

8. Antonius, cognomento Lucensis. Idem.

9. Benedictus Manfredius J.C.

10. Cæsar Nobilius. J.C.

11. Philippus de Vitalibus. J.C.

12. Rodolphus Romandinus, J.C.

Hos ultimos quatuor habeo ab Indice virorum scripto clarorum Cypriani Pagnii.

13. Agnellus, literis & moribus ornatissimus, ait Raphaël Maphæus Volaterranus libr. 5. pag. 129.

14. Antonius Bonvisius, *facile omnium mercatorum princeps, non solum ob magnitudinem opum, sed multo magis ob fidei & integritatis laudem*. Ait Nicolaus Sanderus Schismat. Anglicani libr. 2. pag. 306. Ad eum Epistola Thomæ Mori, non atramento, quod illi, jam martyrio vicino, tyrannice ademptum, sed carbone notata extat: ex qua con-

Digitized by Google

conſtat, eum jam nullatenus ſolvendo, tamen piiſſima liberalitate Antonii ſublevatum. Hic inſuper in omnes Anglos Catholicos munificentiſſimus; & cum Londini Eduardo VI. regnante ſubſiſteret, & cum Lovanium, miſere hæreticorom perfidia Anglia vexata, ſedem fortunarum ampliſsimarum tranſtuliſſet. Videatur idem Hiſtoricus.

Hiſtoriam Lucenſium patrum noſtrorum memoria, vir nobilis ac diligens Gerardus Maccharinius, domi foriſque clarus, ſcripſit, quæ MS. aſſervatur apud ejus abnepotem, juvenem virtuti deditiſſimum, ac bonarum artium ſtudioſiſsimum, juriſprudentiæ, dum hæc ſcribo, ſedulo incumbentem, Paulum Maccharinum.

Familias recenſet quamplurimas Fanutius Campanus libr. 4. de Illuſtr. Ital. Famil. cap. 7. ex Chronicis Brunfortianis, & præcipue notat a Narſete tres familias ibi plantatas, *Interminellios*, *Parentios*, *& Panginos*: a Deſiderio, Longobardorum Rege, relictos vult, *Nardutios*, *Mordos*, *Lilios*, *& Celamos*,

Blaſius Fantolinus in Memoriali, *Interminellios* Nobiles & *Lucæ*, & in *Fano* Piceni eſſe docet, ex iiſque ortos *Caſtrocanes*.

Aretium, ſive Arretium Etruriæ urbs antiqua, ac potens, una ex duodecim primis, ſecundum aliquos: muro inſigni inclyta: ſiglinis, ac vino, ac fonte oraculi inſtar, ſtagnoque celebrata: Colonia, ac municipium: res glorioſæ geſtæ: olim Reſpublica, ac Academia.

CAP. VII.

Aretium (male in Itinerarii Peutingeri Tabulis *Adretium*) Græca conſuetudo Ἀρρήτιον, *Arretium* vocat. Polybius Megalopolytan. libr. 2. pag. 104. ἕως τῆς Ἀρρητίνων χώρας, *Uſque ad fines Arretinorum*. Sic & lapides antiqui Tiferni in Umbria.

C. AVINIVS(1). C. F. POM. GALLVS
DOMO. ARRETIO. *7*. LEG. IIII.
SCHYTH. MILITAVIT. IN
PR. AN. XVII.
EVOC. A N. II.
7. IN. LEG. IIII. SCYTHIC

AN.

(1) Gruter. pag. 510. num. 3. C. ANIVIS.

Digitized by Google

AN. XVIIII. VIXIT
AN. LX. MERV. AN. XXXVIIII.
H. S. E. ATIMETVS. L.
EX. TESTAMENTO. F. C

Latini tamen ſimplici R. efferunt. Jul. Obſequens libr. de Prodig. cap. 48. *Cælum Aretii ardere viſum*. Et cap. 53. *Aretii puer natus unimanus*. Et cap. 109. *Aretii mulieri e naſo ſpicæ farris natæ*. Cap. 112. *Aretii ſignum æneum Mercurii ſudavit*. Cap. 113. *Aretii duo androgyni inventi*. Cap. 114. *Aretii frangentibus panes cruor e mediis fluxit*.

Ab *Aretia*, Jani uxore, nomen deducit inſanus Annius, cum nihil ſimile unquam memoriæ ſit a quoquam traditum: alii ab *aratura* quod circa frugiferi ſint campi, & arabiles: nonnulli ab *ariditate*; ſed veriſsima eſt ſententia ab *aris*, ibi fortaſsis primum erectis, appellationem acceptam. Videatur libr. 3. cap. 11. Hanc inter duodecim primas Etruriæ civitates eſſe contendunt, ex loco Dionyſii Halicarnaſſei libr. 3. pag. 189. Τυῤῥηνοὶ δὲ συμμαχίαν ἀποστελεῖν ὡμολόγησαν, ἢν ἀν αὐτοὶ δεηθῶσιν, οὐχ ἅπαντες ἐπὶ τῆς αὐτῆς γνώμης γενόμενοι, ἀλλὰ πέντε πόλεις μόναι, Κλουσῖνοίτε, καὶ Ἀρρητῖνοι, καὶ Οὐολατέρραι, οἱ Ῥουσελλῖνοίτε, καὶ ἔτι πρὸς τούτοις Οὐετυλωνιᾶται. *Etruſci ſubmiſſuros ſe auxiliorum, quantum opus fuerit, non tamen reſponſum eſt hoc de communi omnium ſententia, ſed a quinque tantum civitatibus: Hi fuerunt Cluſini, Arretini, Volaterrani, Ruſellani, & Vetulonienſes*. Eadem nomenclatura in Ptolemæo, & aliis.

Murum celebratiſſimum habuiſſe eam urbem conſtat. Pollio, Vitruv. libr. 2. cap. 8. *Itaque in nonnullis civitatibus & publica opera, & privatas domos, etiam regias, e latere ſtructas licet videre: & primum Athenis murum, qui ſpectat ad Hymettum montem & Pentelenſem: item parietes in æde Jovis, & Herculis lateritias cellas, cum circa lapideæ in æde epiſtylia ſint, & columnæ: In Italia Aretii vetuſtum egregie factum murum*. Eadem pæne poſt illum C. Plin. libr. 35. cap. 14. *In Italia quoque lateritius murus Aretii & Mevaniæ eſt*. Non tantum e cocto lapide, ſeu lateribus hic murus ſtructus, quod pretioſum ſane eo ævo, ſed etiam altitudine admirabilis. Sil. Italic. libr. 5. Punic.

An Corvinæ ſedet, clauſum ſe Conſul inerti
Ut teneat vallo, Pœnus nunc occupet altos
Areti muros? Corythi nunc diruat arcem?
Hinc Cluſina petat? poſtremo ad mœnia Romæ
Illæſus contendat iter?

Non minus gloriæ a figlina quæſivit; nam vaſa fictilia, quæ totius Italiæ ulibus ſerviebant, Aretii fiebant. C. Plin. libr. 35. cap. 12. *Major quoque hominum pars terrenis utitur vaſis: Samia etiamnum in exculentis laudantur. Retinet hanc nobilitatem & Aretium in Italia: & calicum tantum Surrentum, Aſta, Pollentia: in Hiſpania Saguntum, in Aſia Pergamum*. Fruſtra eſt Joannes Baptiſta Perſii futilis enarrator, & eum ple-

plerique ſecuti, qui de *Ereto*, vico in Sabinis, non de Aretio, Etruriæ civitate, Plinii verba accipiunt. Vide Turnebum libr. 10. Adverſarior. cap. 26. Iſidor. libr. 20. cap. 4. *Aretina vaſa, ex Aretio, municipio Italiæ, dicuntur, ubi fiunt; ſunt enim rubra.* Ita Poëtæ. M. Martial. libr. 1. Epigr. 53.

Sic Aretinæ violant cryſtallina teſtæ.

Et libr. 14. Epigr. 96. lemma eſt: *Vaſa Aretina.*

Aretina nimis ne ſpernas vaſa, monemus,
Lautus erat Tuſcis Porſena fictilibus.

Cœlius Sedulius Scotus Præfat. ad libr. 1. Carmin.

At nos exiguum de paupere carpſimus horto,
Rubra quod appoſitum teſta miniſtrat olus.

Vini, uvarumque bonitatem laudat idem Plinius libr. 14. cap. 3. in principio: *Hactenus publica ſunt genera, cetera regionum, locorumque, aut ex his inter ſe inſitu mixta. Siquidem Tuſcis peculiaris eſt Tudernis, atque etiam ejus nominis Florentia, eſt opima* (in aliis, *optima*) *Aretio talpana, & eteſiaca, & conſeminia.*

Admirabilis in vicinia urbis fons erat, unde incolæ reſponſa petebant. Anonymus auctor Vitæ D. Bernardini Senenſis cap. 40. *Extra mœnia urbis fons antiquus fuit, jam olim temporibus illis, quibus Idololatria regnabat, impuris dæmonibus dicatus. Solebant eo cives Aretini, & alii circumquaque vicini, tanquam ad oraculum Apollinis, confluere, reſponſa petentes ad occultas quæſtiones ſuas. Id vero animadvertens Bernardinus, verus Chriſtianæ Religionis cultor & amator, adverſus hunc dæmonum cultum fortiſſime ſe erexit: & primo quidem concione ad populum habita & abſoluta, magnopere omnium confirmatis animis, hortatus eſt eos, ſequi ſe ad demoliendam impuriſſimorum dæmonum habitationem, prorſuſque abolendam: mox vero arrepta ſecuri vel malleo, cum populo egreſſus eſt ad fontem. Cumque ad ſanum dæmonis pervenißet, primus ipſe ictibus cæpit contundere, evertitque aram, & fontem lapidibus penitus obturavit.* Fit mentio etiam in Concilio Antiſiodorenſi. Tomo ſecundo Conciliorum. Hæc doctiſſimus Antonius Delrio in Diſquiſit. Magic.

Celebratur etiam ſtagnum Aretinum, fons, ut puto, Clanis. Meminit Julius Obſequens libr. de Prodig. cap. 100. *Multa millia hominum, intumeſcente Pado, & ſtagno Aretino, obruta.* Ab Aretio quoque fluere Arnum flumen oſtendit Polybius libr. 2. pag. 104.

Habuit & Coloniæ jus, quam 94. numero ponit Onufrius, Jul. Frontinus libr. de Colon. *Arretium muro ducta Colonia lege IIIvirali, iter populo non debetur, ager ejus limitibus eſt aſſignatus.* Et eodem libro: *Colonia Arretina lege Auguſti, conſita limitibus Gracchanis, qui recturas maritimas & montanas ſpectabant: poſtea per cardines decimano & duodecimano eſt adſignata, & numerum centuriarum manet, quæ quadratæ ſunt.* M. Cicero in Orat. pro L. Murena ſcripſit: *Catilinam cir-*

cum-

cumfluente Arretinorum & Faſulanorum colonorum exercitu alacrem incidere.

Nec minus & Municipium ſui juris. Iſidorus loco proxime laudato. Pſeudocornutus, aut alius A. Perſii Scholiaſtes ad Satyr. 1. v. 144. *Nec ille mihi ſit auditor, qui ſe putat honorabilem eſſe, & incomparabilem præterea, quod meruit dignitatem ædilitiam in aliquo oppido Italiæ, fracturus in æquales menſuras, ideſt mimora vaſa ex Aretio municipio, ubi fiunt Aretina Vaſa.* Ipſe Perſius:

Seſe aliquem credens, Italo quod honore ſupinus
Fregerit heminas Arreti ædilis iniquas.

Et in veteri lapide.

L. ANSIMIVS. L. F
PVB. FARRIANVS
CC. MVNICIP. ARRETIN

Situm urbis & poſituram docet Strabo libr. 5. pag. 156. Μάλιστα δ' ἐς̀ μεσογαῖα τὸ Ἀρήτιον πρὸς τοῖς ὄρεσιν, ἀπέχει γοῦν τῆς Ῥώμης ἐν μεσογαίᾳ χιλίους σταδίους. *Maxime in mediterranea recedit Arretium, montibus vicinum, abeſt a Roma ſtadiis mille.* Illud ultimum ἐν μεσογαίᾳ, *in mediterraneis*, abundat. Plinius libr. 3. cap. 5. egregie commendat, tripliceſque facit Aretinos ſub Romano Imperio, quod neſcio, an ulli alteri populo conceſſum. De cetero *Aretini veteres, Aretini fidentes, Aretini Julienſes.* In quibusdam codicibus, pro *Fidentes*, erat *Fidenates*, haud recto ſenſu; quippe Fidenatibus transTiberim, quid commune cum Aretinis in mediterranea eſſe potuit Etruria?

Ad res domi foriſque glorioſe geſtas deſcendo, quarum prima jure eſſe poterit, quod a Gallis obſeſſa, fortiter fidem ſuam, ac Remp. tutata eſt. Narrat Polybius Megalopolitan. libr. 2. pag. 107. Διαγεγενημένων δὲ πέλαι ἐτῶν δέκα, παρεγένοντο Γαλάται μετὰ μεγάλης σφετέρας πολυρριήσαντες τὴν Ἀρήτιον πόλιν, Ῥωμαῖοι δὲ παραβοηθήσαντες, καὶ συμβαλόντες πρὸ τῆς πόλεως ἡττήθησαν. *Vix decem elapſi erant anni, ecce iterum Galli magna belli mole parentes Arretium obſidere, adſunt & Romani ad ferendam opem.* Hac iter fuit Hannibali, ut deſcribit Livius; illa enim facillimum Romam eſt iter. M. Cicero libr. 1. de Divinat. *Quid bello Punico ſecundo? nonne C. Flaminius Conſul iterum neglexit ſigna rerum futurarum magna cum clade Reipublicæ? qui exercitu luſtrato, cum Arretium verſus caſtra moviſſet, & contra Hannibalem legiones duceret, & ipſe & equus ejus ante ſignum Jovis Statoris ſine cauſa repente concidit, nec eam rem habuit religioni.* Tit. Liv. 3. Decad. libr. 2. in principio. *Certum que per præmiſſos exploratores habuit, exercitum Romanum circa Arretii mœnia eſſe.* Et paucis interjectis: *Regio erat in primis Italiæ fertilis, Etruſci campi, qui Faſulas inter Arretiumque jacent, frumenti, & pecoris, & omnium rerum copia opulenti.*

Tan-

Digitized by Google

Tantum ſane momenti in hac una urbe creditum, ut ea rebellante graviſſimus terror Romam inceſſeret, opuſque eſſe exercitibus duobus conſularibus ad motus in ea excitatos compeſcendos. Liv. 1. Decad. libr. 10. in principio. *Multiplex exinde terror eſt ortus, Etruriam rebellare ab Arretinorum ſeditionibus motu orto nuntiabatur, ubi Licinium genus præpotens, divitiarum invidia pelli armis cœpium.* Ad hanc ſeditionem Arretinorum ſedandam, non unus exercitus ſatis erat, ſed ex Marſis alterum Conſulem evocari, ac dictatorem creari erat neceſſe: prœlium deinde gravi utrinque jactura commiſſum, ut Livius ibidem loci exequitur, & addit: *Hoc prœlio iterum fractæ Etruſcorum vires;* qui tamen paucis interjectis, *habeo auctores, ſine ullo memorabili prœlio pacatam a Dictatore Etruriam eſſe, ſeditionibus tantum Arretinorum compoſitis, & Licinio genere cum plebe in gratiam reducto.*

Nec vero cum reliqua Etruria penitus domiti Arretini, ſub finem belli Punici ſecundi hæc de iis T. Livius 3. Decad. libr. 4. *De Arretinis & fama in dies gravior, & cura creſcere patribus. Itaque C. Hoſtilio ſcriptum eſt, ne differret obſides ab Arretinis accipere, cui traderet Romam deducendos.* Illud tamen memorabile, quod ab eodem refertur 1. Decad. libr. 9. *Jam omnes Etruriæ populi, præter Arretinos, ad arma ierant.* Inſignis iſtius civitatis commendatio apud eundem eodem libro. *Itaque a Cortona, Peruſia, & Arretio, quæ ferme capita Etruriæ populorum ea tempeſtate erant, Legati pacem fœduſque a Romanis petentes, inducias in triginta annos impetraverunt.* Et libr. 10. ejusdem Decadis: *Tres validiſſimæ urbes Etruriæ capita, Vulſinii, Peruſia, Arretium, pacem petiere, & veſtimentis militum frumentoque pacti cum Conſule, ut mitti Romam Oratores liceret, inducias in quadraginta annos impetraverunt.* Quam liberaliter poſtea Conſulem Romanum *armatura militum ac frumento* juverint, idem hiſtoricus fidem facit: cujus locum vide ſupra hoc libro cap. 3. neque enim tranſcribo, quæ alibi hic dicta.

Denique a L. Sulla Dictatore, quod ut reliqua Etruria, impenſius Marianis partibus faviſſet, graviſſime afflicta, meminit Appianus Alexandrin. libr. 1. Civil. pag. 406. Μόνων ἐν τάξει χιλίων ἐπανελθόντων ἐς Ἄρρητον; ſed corrigendum eſt omnino ἐς Ἀρρήτιον. *Solis mille ordinibus ſervatis receperunt ſe Arretium.* Et alibi apud illum auctorem.

Hæc communem cum aliis Italiæ urbibus fortunam paſſa, variis alternationum caſibus jactata, primo Romani juris, quo imperio inclinato ſub Longobardis, ſub Gothis, Vandaliſque vexata. Poſtea iterum turbata Italia, ſui juris eſſe cœpit; ac tunc ab Henrico V. Imperatore, qui Paſchalem II. Pontificem fecerat captivum, lacerata, disjectaque circam annum 1112. ut narrat Gothefredus Viterbienſis Chronicor. part. 17. pag. 586. *Quia ſedem Epiſcopalem S. Donati Eccleſiam extra muros dirutam, intra mœnia conabantur transferre.* Anno 1252. Ghibellinis dominantibus immaniter habita.

Anno deinde 1280. licet Reſpublica eſſet, tamen cœpit ſubeſſe domi.

Digitized by Google

minio *Petramalarum*, a quibus ad plenum Reipublicæ jus rediit. Joann. Villan. libr. 7. cap. 109. cap. 114. cap. 120. narrat, qua rabie, modo Ghibellinis, modo Guelfis partibus prævalentibus, misere fuerit lacerata: nec mei est instituti, singula hæc sigillatim exequi, cum non tam historici, quam antiquarii partes sustinendas mihi duxerim: & hæc alii tractarunt.

Anno 1340. GUALTERIUS, Athenarum Dux, Principatum Arretii sibi vindicavit. Jo: Baptista Pigna libr. 4. Hist. Estens. pag. 308. cujus jugo discusso, fœdus cum Florentinis pepigerunt, missis eam in rem Florentiam oratoribus, ut exequitur Nicolaus Machiavellus libr. 2. Hist. Florent. Circa hæc tempora scribebat Laonicus Chalcocondylas, qui libr. 6. Hist. Turc. pag. 406. *Hæc Reipublicæ forma pene omnium Tyrrheniæ urbium est; nam juxta hanc gubernantur Perusium, Luca, Aretium, & Sena.*

Denique cum varias vices, bellis assiduis fatigata, sustinuisset, ut narrant Paulus Jovius libr. 17. Hist. & Ant. Sabellicus 10. Ennead. libr. 1. pag. 866. & alii sequioris ævi scriptores, tandem Reipublicæ Florentinæ cessit: inde demum sub Magnis Etruriæ Ducibus tranquillissime conquievit.

Arretio oriundi Sancti: Episcoporum successio, ac dignitas Ecclesiæ Arretinæ: Viri Illustres, Cardinales, Scriptores.

CAP. VIII.

CIvium Sanctorum gloria, Arretium non minorem famam, quam rebus fortiter gestis, & antiquitatis prærogativa, acquisivit.

1. DONATUS, Episcopus & Martyr, qui *fractum calicem sanctum orando instauravit*. Martyrolog. Roman. 7. Augusti. Meminit D. Augustinus libr. 1. Dialogor. cap. VII. Vitam hujus & acta, quæ Mombritius publicavit, & Petrus in Catalogo libr. 7. cap. 33. scripsisse putatur Severinus, qui quartus ordine Præsulum Arretinorum. Videatur Baronius.

2. GAUDENTIUS, Episcopus & Martyr sub Valentiniano. Martyrolog. Roman. 19. Junii. Actaque extant conscripta Arretii.

3. COLMATIUS, Diaconus, comes martyrii Sancto Gaudentio.

4. HILARINUS, Monachus & Martyr, sub Juliano, cujus corpus injectum Tiberi ad Ostiam civitatem delatum. Ado Viennensis, Usuardus, & Martyrologium Rom. 16. Julii.

5. PERGENTINUS, Puer ac Martyr, ſub Decio, cujus acta MSS. ſunt Arretii, & recitat Surius Tom. 3. Petrus in Catalogo libr. 5. cap. 80. Martyrolog. Rom. Beda, Fr. Maurolycus, Notkerus, Rabanus, & alii 3. Junii.

6. LAURENTINUS, Puer ac Martyr, eodem tempore, frater D. Pergentini.

Audio eſſe non longe Arretio montem excelſum, in cujus vertice fanum ſit, idolis olim dicatum, in quo innumera aſſerventur ſine nominibus corpora Sanctorum, qui glorioſo ibi, ſævientibus tyrannis, agone perfuncti.

Eccleſia Arretina, celebris pietate. Petr. Damiani libr. 1. Epiſt. 9. Et Epiſcopos jam olim, ſanctitate & doctrina illuſtres, habuit; quorum hic titulus eſt: *Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Epiſcopi Arretini, S. R. Imper. in Etruria Principes, Comites Caſæ*, ad Clanem amnem. Quis primus hanc rexerit Eccleſiam, haud facile dixerim; quum ſeries nulla, ac ne mentio quidem Epiſcopi Arretini inveniatur ante annum 352. Antiquiorem tamen hanc fuiſſe ſedem conſtat, quod ex illius Epiſcopatus cenſu ac ditione, omnes vicinæ Eccleſiæ creverint, *Senenſis, Cluſienſis, Florentina, ac Cortonenſis*, quod in Hiſtoriarum Breviario prodidit Æneas Silvius, qui Pius II. Ab Imperio igitur Conſtantini omnes Epiſcopos percenſebo.

1. S. SATYRUS.
2. S. DONATUS.
3. GELASIUS.
4. SEVERUS, ſive SEVERINUS.
5. DOMITIANUS.
6. FLORENTIUS.
7. MAXIMINUS.
8. EUSEBIUS.
9. S. GAUDENTIUS.
10. DISENTUS.
11. LAURENTIUS.
12. GALLIUS.
13. BENEDICTUS.
14. OLIBIUS.
15. VINDICIANUS.
16. CASSIANUS.
17. DATIUS.
18. DULCITIUS.
19. INNOCENTIUS.
20. MASURIANUS.
21. SERVANDUS.
22. CYPRIANUS.
23. BONUSHOMO.

Digitized by Google

24. Vitalianus.
25. Aspasius.
26. Impartianus.
27. Deodatus.
28. Eliseus.
29. Stabilis.
30. Cassimundus.
31. Aripertus.
32. Alampertus.
33. Petrus. Hujus forte est mentio apud Anastasium Bibliothecarium in Leone IV. pag. 286. sed delibero.
34. Baprotianus.
35. Petrus II.
36. Joannes.
37. Bernardus.
38. Petrus III.
39. Theodosius.
40. Everardus.

Horum quidem Præsulum, ut certa hucusque successio, ita, quia nulla apud historicos, quod sciam, eorum est mentio, nec in jure Canonico, quod magis mirum; ideo, quando aut quandiu sederint, ambiguum est.

41. Helimpertus, anno 1008. sedebat. Acta publica.
42. Albertus.
43. Theobaldus, reperitur sedisse anno 1022. & anno 1033. Acta publica.
44. Honfridius Monachus.
45. Arnaldus, anno 1052.
46. Viliermus.
47. Imnio Francus.
48. Constantinus Græcus, anno 1080. & 1084. ac demum anno 1106.
49. Sigifridus, Teutonicus.
50. Gualterius, Eleemosynarius.
51. Regius Visdominus.
52. Guido Boccatorta, anno 1116. & anno 1124. invenitur in Actis.
53. Bujanus Ubertinus, anno 1145.
54. Maurus Monachus.
55. Hieronymus.
56. Helvetus.
57. Amadeus.
58. Constantinus.
59. Martinus, anno 1220. sedebat, ut Acta præferunt Artetii publica.

Digitized by Google

60. Gregorius.
61. Theobaldus Bostolus.
62. Marcellus, ſive Marcellinus Albergottus, anno ſedebat 1242. ac inſignem cladem Eccleſia Arretina ſub eodem accepit anno 1247.
63. Guilielmus, Ubertinorum Princeps, ac factionis caput, in Actis publicis reperitur anno 1250. & anno 1256. & anno 1275. Raphaël Volaterranus libr. 5. pag. 130. Hic extremum diem clauſit anno 1289.
64. Anastasius.
65. Bandinus, factus Romaniæ Comes a Pontifice anno 1290. Villan. libr. 7. cap. 138.
66. Ildibrandinus Ubertinus.
67. Guido a Petramala, filius Angeli, & matris Freſcobaldæ Florentinæ. Hic factionis etiam caput *Tarlatæ*, anno 1318. a Roberto Rege, & Florentinis ſuperatus, pepigit certis conditionibus, quas vide apud Raphaëlem Volaterranum loco dicto. Epiſcopatus cenſum, multis Caſtellis adjectis, impenſius auxit: inter quæ fuere *Cortona*, *Burgus Sancti Sepulchri*, *Plebs S. Stephani*, *Caſentinum in valle Arni*, *Lucimanum*, *Politianum*. Ex his hodie tres ſunt civitates, & oppida triginta ſex alia, ut Acta publica loquuntur. Omnium ſuo ævo ducum maximus; nam a Pontifice Joanne XXII. *Tifernum* abſtulit; ideoque dejectus Epiſcopatu, Ludovicum Bavarum coronavit, Pontifici hoſtem.
68. Rosius Ubertinus, Riordi filius, primus item Cortonæ Præſul.
69. Jacobus de Comitibus Romanlæ.
70. Joannes Albergottus.
71. Joannes Albergottus.
72. Angelus de Ricasolis, Florentinus.
73. Petrus Riccius, Florentinus.
74. Franciscus, Politianus.
75. Rubertus de Asinis, Florentinus.
76. Capponus de Capponibus, Florentinus.
77. Philippus Medicæus, Florentinus.
78. Laurentius Acciajolus, Florentinus.
79. Gentiles de Becchis, Urbinas.
80. Cosmus Paccius, Florentinus.
81. Raphael Riarius, Savonenſis, Cardinalis S. R. E. titulo Sancti Georgii.
82. Hieronymus Riarius, Savonenſis, Raphaëlis præcedentis Nepos.
83. Octavianus Maria Sfortia.
84. Franciscus Minerbettus, Florentinus.
85. Bernardettus Minerbettus, Florentinus.
86. Stephanus Bonuccius, Arretinus, S. R. E. Cardinalis, de quo paulo infra.

87. Pe-

Digitized by Google

87. Petrus Usimbardius, Florentinus.

88. Antonius Riccius, Florentinus. (1)

Magna ſane hujus Eccleſiæ ſemper auctoritas fuit; nam Sigiſmundus Imperator, cum Cremonæ eſſet, anno 1414. Præſuli Arretino facultatem indulſit *Spurios legitimandi* (ut privilegii verbis utar) inſuper & plenum jus auferendi, *ab illicitis poſſeſſoribus bona Eccleſiaſtica*.

Politianum fuiſſe dictionis Arretini Epiſcopi, præter hiſtorias docet F. Thomas de Romanis libr. de Beneficiis cap. 185.

Cardinales ſequuntur, nam Pontifex Summus domo Arretinus, quod ſciam, nullus eſt, præter Julium III. Non me latet, Gregorium X. qui antea Thedaldus dicebatur, Placentinus, cum a Lugdunenſi Concilio rediret, Arretii obiiſſe, eſſeque in æde D. Donati Metropolitana conditum, anno 1276. III. Eidus Januarii, Pontificatus ſui anno 4. menſe 5. die 10. Creatuſque ibidem ei ſucceſſor Innocentius V.

1. Galeotus Tarlatus de Petramala, ex Protonotario Apoſtolico ab Urbano VI. Cardinalis creatus, ac ejusdem Pontificis auſteritatem timens, Genua Avenionem fugit, & Clementis VII. Antipapæ partibus ſe dedit III. Nonas Maii anno 1387. cooptatuſque inter Anticardinales titulo *S. Agathæ* in *S. Georgii* tantum mutato. Mortuo vero Clemente VII. Antipapa, Benedicto XIII. creando comitiis interfuit; unde apparet, eum ad ſaniorem mentem tandem aliquando rediiſſe. Trivultiana monimenta, & Acta conſiſtoralia ſub Clemente VII.

2. Antonius Montanus, ſeu de Monte S. Sabini Clementis VII. patruus (Falſo hæc Alfonſus Ciaconius, nam Julii III. patruus fuit) Archiepiſcopus Sipontinus, Auditor Cameræ Apoſtolicæ, ob inſignem legum peritiam a Papa Julio II. anno 1508. Cardinalis, primo *S. Vitalis* poſt *S. Praxedis*, creatus Epiſcopus Albanus, Sabinus, Tuſculanus, Prænestinus, & Portuenſis. Hujus conſilio ad Piſani Conciliabuli indignitatem abolendam, indictum eſt Concilium generale Lugdunenſe. Obiit Romæ anno 1533.

3. Petrus Accoltus, Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditor, Epiſcopus Anconitanus, ac poſtea Calenſis, & Cremonenſis, tum Archiepiſcopus Ravennas, ab eodem Julio II. eodem tempore Cardinalis S. Euſebii factus, poſt ſub Clemente VII. Epiſcopus Albanus, Prænestinus, Sabinus. Obiit Romæ, ſepultus ad D. Mariæ de Populo: vir magno rerum uſu, ac prudentia. (2)

4. Benedictus Accoltus, Petri ex fratre nepos, ſub eodem titulo a Clemente VII. ex Archiepiſcopo Ravennate Cardinalis factus. Dicam infra pleniſſime de illo.

5. Chri-

(1) Vide ſis Ughellium in Tom. 1. Italiæ Sacræ, qui plura de his Epiſcopis habet, ac valde diverſa a noſtro Dempſtero. Vide item Ammiratum in Libro, qui inſcribitur: *I Veſcovi di Fieſole, di Volterra, e d' Arezzo.*

(2) De hoc ipſo vide infra in pag. ſequenti.

5. Christophorus de Monte, ab Julio III. cujus erat conſobrinus, Cardinalis creatus anno 1551. cum antea Epiſcopus Maſſilienſis, ac Patriarcha Alexandrinus fuiſſet. Obiit octuagenarius in oppido S. Angeli prope Urbinum anno 1564.

6. Stephanus Bonuccius, ab ineunte ætate in Ordinem Servorum admiſſus, Auguſtini Bonucci, Magiſtri Generalis Ordinis ejusdem alumnus, ac ſui ejusdem ordinis Procurator Generalis Synodo Tridentinæ interfuit, comeſque exinde Hugoni Boncompagno adhæſit, a quo ad Pontificatum ſub nomine Gregorii XIII. promoto, Epiſcopus Alatrinus, mox Arretinus conſecratus, a Sixto V. anno 1587. Cardinalis creatus, obiit Romæ ætatis anno 68. ex pleuritide, ſalutis 1589. Cui in Monaſterio ſui Ordinis Sepulchri Epigraphen erexerunt nepotes, Ludovicus Bonuccius, Joannes Baptiſta Bonuccius.

Ad viros Illuſtres pergo, quorum jure merito primus erit,

1. Vido, Arretinus cognomento, qui novam Muſicæ rationem excogitavit, novamque vocum flectendarum diſciplinam, per literas, ſyllabaſque, flexuræ lævæ manus applicandas, anno 1028. ut ex Sigeberto Gemblacenſi in Chronico liquet ad eum annum, multaque alia ſcripſit, ut apud Trithemium habetur.

2. Michael Accoltus, anno 1414. celeberrimus Florentiæ cauſarum patronus, Pauli a Caſtro conſultationum ſocius in cauſa Comitum Gerardeſcorum contra Rempublicam Piſanam. Reſponſa ejus edita inter Conſilia Diverſorum per Zilettum, & quædam MS. meminit Lucas Ant. Junta in Epiſt. Jur. Canon. edit. anno 1514. Petr. Accolto Card. ejus ex filio nepoti dicavit. Franc. Vinius L. 2. Deciſ. Neapol. 379. num. 4. qui Michaël in Florentino Gymnaſio Ordin. Jur. Civil. lectione functus eſt. Index Cypriani Pagni, & Ludovicus Romanus Concil. 503. Silveſter Aldobrandinus additionibus ad Philippum Decium tit. de Officio Delegati, & Marſilius Ficinus libr. 1. Epiſtol. præclaro eulogio.

3. Benedictus Accoltus, Michaëlis filius, Advocatus etiam clariſſimus, Jur. Civil. Florentiæ Ordinar. Profeſſ. cujus conſilia MSS. complura Arretii & Florentiæ audio extare, ac publicata quædam inter opera Socini ſenioris. Hiſtoriam Belli Sacri, ad ſtyli Curtiani imitationem, edidit: & Dialogum de præſtantia Virorum Illuſtrium, ſui & ſuperioris ſeculi, quaſi parallelis, qui MS. in Bibliotheca Laurentiana aſſervatur. Obiit a ſecretis S. P. Q. Florentini. Hieron. Gigas. Silv. Aldobrand. Addit. ad Decium de Off. Deleg. Marſil. Ficin. libr. 1. Epiſt.

4. Franciscus Accoltus, Benedicti frater J. C. ſcriptis nominatiſſimus, reliquit Commentaria in jus utrumque, ac reſponſa ſingularia. Fuit a conſiliis Borſio, Mutinæ ac Regii Duci anno 1457. Superordinarius Lector Piſis, cum honorario mille quadringentorum quadraginta aureorum, anno 1479. Eques creatus auratus a Paulo II. Pontifice anno 1464. Homilias 87. D. Chryſoſtomi, Epiſtolas Phalaridis, ac Diogenis lati-

Digitized by Google

latinitate donavit, ſcriptumque extat ejus eruditum ac politum de Balneis Puteolanis, Julio II. dicatum.

5. PETRUS ACCOLTUS, Benedicti filius J. C. Piſis Profeſſor, Felini Collega, Auditor Rotæ Romanæ annis 25. ab Alexandro VI. Epiſcopus Anconæ 1505. propugnator Julii II. contra Decium, Piſani Concilii defenſorem, Cardinalis ab Julio II. creatus, ac ab Adriano VI. Epiſcopus Cremonenſis, a Clemente VII. Archiepiſcopus Ravennas: cui Tractatum Momi Leo Baptiſta Alberti inſcripſit, & Lucas Ant. Junta Jus Canonicum dicavit. De Penſionibus Hieronymus Gigas inſcripſit. Obiit anno 1532. vitæ ſuæ 77. poſtquam viginti duos annos fuiſſet Cardinalis.

6. BERNARDUS ACCOLTUS, Petri frater, cognomento *Unicus*, Orator ac Poëta, Dux Nepetis a Leone X. factus: inter Urbinates eo ævo celebres Academicos adſcitus, tempore Guidonis Baldi, ut meminit Balthaſſar Caſtillionius in Aulico, ſtatim in principio. Hieronymus Ruſſellus libr. 2. Symbolor. in fine. Ludovicus Arioſtus Od. 46. num. 10. Lucas Guaricus Epiſt. ad Tractat. de Nobilitate, quem Benedicto Card. nepoti ejus dicat. Extant pleraque, inter quæ Virginia Comœdia.

7. BENEDICTUS ACCOLTUS, horum nepos, Latine, Græceque doctiſſimus, Clementi VII. a ſecretis, a quo conſecratus Epiſcopus Cales, Arazius, Cremonenſis, ac demum Archiepiſcopus Ravennas, ac inſuper Cardinalis anno 1517. vivo adhuc Cardinale Petro patruo, quod ſane rariſsimum, ut ſimul ex eadem familia duo ſint Cardinales. Legatus Anconitanæ Marcæ anno 1533. Faneſtrem Coloniam in Vicariatum perpetuum a Clemente eodem ad vitam obtinuit. Pater luſtricus Hippolyti Aldobrandini, poſtea Clementis VIII. cujus pater Fanum prætor regebat, cum puer naſceretur. Hunc doctorum apparet fuiſſe Mæcenatem; nam creberrima ejus apud Scriptores mentio, & honorata, Jacobum Sadoletum Cardinalem, ac Paulum Manutium in Epiſtolis, Joannem Roncagallum J.C. ad tit. de Bonor. poſſeſſ. Ludovicum Arioſtum Od. 46. num. 11. Ei Daniel Barbarus Patriarcha Aquilejæ Logicalia opera, aliaque Græca ac Latina dedicavit. Carolo V. Imp. ſupra 18. M. aureos bis mutuo data pecunia, ſubvenit, ut apparet ex literis Spira datis 5. Maii anno 1554. quarum auctographum ſervant ornatiſſ. Leonardus & Petrus Accolti J. C. hic Sereniſſ. Coſmi II. a ſecretis, iſte Piſanus Ordinarius Canonum Profeſſor. Obiit Benedictus anno 23. Cardinalatus, ætatis 52. ſalutis 1549.

8. FRANCISCUS ACCOLTUS, Benedicti Card. frater, Epiſcopus Anconæ cedente Petro Card. anno 1514. Nuncupata ei Ariſtophanis opera Græca a Luc. Ant. Junta. Obiit ætatis anno 24.

9. MARCELLUS ACCOLTUS, Sereniſsimis Magnis Etruriæ Ducibus quatuor a ſecretis per annos fere quinquaginta. Obiit anno 1612.

Vivos non attingo; alioquin & meritum nomen haberent LEONARDUS & PETRUS, ex eadem familia ACCOLTI, Arretinique, quorum ille Sere-

Sereniſſ. Domino a ſecretis: hic, ut dixi, Juris Pontificii Ordinarius Profeſſor, gravis, & doctus. Sed ab hac familia vix divulſus, ad alias pergo.

10. Leonardus Brunus, Hiſtoricus inſignis.
11. Carolus, Reip. Florentinæ olim a ſecretis.
12. Joannes Tortellius.
13. Angelus Gambaleonius.
14. Franciscus Albergottus. J. C. ſummus, Bartholo ſæpe laudatus.
15. Ludovicus, Franciſci F. & ipſe ſcriptis clarus, & advocatione Florentiæ.
16. Thomas Cornachinus, Medicus, cujus opera filii ediderunt, & auxerunt, Marcus & Horatius.
17. Joannes Benedictus Moncetus, ſcriptis clariſſimus. Antonius Poſſevin. Apparat. Sacr. pag. 121.
18. Micrologus, ſive Abbas S. Crucis Guido Avellanus. Idem Poſſevin. pag. 477.
19. Paulus cognomento Arretinus. Idem pag. 22.
20. Petrus Donatus. Apparatus pag. 53. Ordin. D. Auguſtini.
21. Seraphinus a Maravia. Idem pag. 209.
22. Franciscus, cognomine Arretinus. Idem pag. 490.
23. Angelus Tancredus. Tom. 1. pag. 89. Idem.
24. Antonius cognomento Arretinus, Doctor Sorbonæ Pariſienſis, pag. 101. Idem.
25. Lapus a Castillione J. C. celeberrimus anno 1334. Scripſit librum Allegationum, & tractatum de Imperatore, maxime ſuper illa verba: *Imperator eſt lex animata in terris*. Bibliotheca Mundi, & Fanutius Campanus MS. libr. 5. Illuſtr. Ital. Familiar. pag. 124.
26. Andreas Cesalpinus, Philoſophus & Medicus.
27. Hieronymus Borrius, eadem profeſſione.

Ex Indiculo Cypriani Pagnii de Viris Illuſtribus hi eruendi.

28. Angelus de Guidonibus.
29. Benedictus Joannozius.
30. Benedictus Magnanius.
31. Bernardus Lippius.
32. Guitto de Arretio.
33. Laurentius Magistri Dominici.
34. Rosellius.

Ut finem imponam; qui Familias illuſtriores hujus civitatis cognoſcere cupit, adeat Fanutium Campanum.

Vetus vero Arretio fama a familia Licinia, cujus tanta potentia, ut Romam non leviter ejus exilium turbaverit, opuſque fuerit Dictatore, ad illam cum plebe in gratiam reducendam. Tit. Liv. 1. Decad. libr. 10. in principio, & vetus lapidis Arretini fragmentum, productum a me libr. 2. ſupra hoc opere cap. 55.

Clinia

Digitized by Google

Cilnia familia Regia, dixi libr. 2. cap. 54. supra. Silius Italicus libr. 7. Punicor. in principio:

Cilnius Arreti Tyrrhenis natus in oris
Clarum nomen erat.

Mecænatiana, etiam & ipsa Regia familia, ex qua viri illustres plerique prodiere, quorum nomenclaturam vide libr. 2. supra hoc opere cap. 55. Putantur hodie Octaviani.

Clementina, & ipsa florente Romano Imperio inclyta, ex qua Clemens, cognomento Arretinus, Consularis. Sueton. Domitiano cap. 11. *Vespasiani affinis, ac prætoriis cohortibus præfectus*. C. Tacit. libr. 4. Historiar.

Denique magna militaris rei opinione hæc urbs vigebat, adeoque patrum nostrorum memoria, ut Thomas Eduardus Anglus in Descript. Urbium Italicar. dixerit jure:

Omnibus exponit gladios Arretium acutos.

Cortona, sive Laura, aut Croton, Etruriæ urbs antiquissima, crevit ex Corythi ruderibus, quæ una e duodecim urbibus primis: Croton, mox Cortona: Colonia Romana: montes: res ejus gestæ: Episcopatus, Cardinales, Viri illustres.

CAP. IX.

ANtiquissima rerum Etruscarum memoria, *Corythus* civitas erat, inter duodecim Etruriæ primas urbes numerata, ut libr. 4. hoc opere cap. 15. supra ostensum. Hæc diruta longo temporum successu, ac ex ejus ruderibus *Cortona* nata. Eadem, ut omnes antiquæ urbes, aliis appellationibus compellata; nam *Laura* audiebat olim, teste Isaacio Tzetze in Lycophronem. Sed & *Croton* etiam nuncupata, cujus nominis tres facit Stephanus libr. de Urbib. Κρότων ἐςὶν ἑτέρα πόλις Τυρρηνίας μητρόπολις, ὁι πολῖται, Κροτωνιάται. *Croton est altera urbs Etruriæ metropolis, & cives Crotoniatæ*. Nobilissima tamen, & nominatissima Croton est in sinu Tarentino, in Magna Græcia.

Hanc vult Dionysius Halicarnasseus libr. 1. pag. 21. Aboriginum esse opus: postea, mutato nomine, *Cortonam* vocatam, Romanamque

Coloniam factam: Ἔξω γὰρ Κρότωνος τοῖς ἐν Ὀμβρικοῖς πόλεως ἀξιολόγου, καὶ εἴ τι ἄλλο Αβοριγίνων οἴκοθεν ἐτύγχανε, τὰ λοιπὰ τῶν Πελασγῶν διεφθάρη πολίσματα. ἡ δὲ Κρότων ἄχρι πολλοῦ διαφυλάξασα, τὸ παλαιὸν σχῆμα, χρόνος ὀλίγος ἐξ οὗ τήν τε ὀνομασίαν, καὶ τοὺς οἰκήτορας ἤλλαξε, καὶ νῦν ἐστὶν ἀποικία Ῥωμαίων, καλεῖται δὲ Κορτωνία. *Nam praeter Crotonem Umbriae* (falso, cum omnes in Etruria eam collocent) *civitatem memorabilem, & si quod aliud tenuerunt Aborigines domicilium, perierunt reliqua Pelasgorum oppida. Croton vero cum diu retinuisset veterem formam, non multo ante nostram aetatem & cives mutavit, & nomen, facta Romanorum Colonia, & Cortona vocata.* Ita Lapus, & Gelenius vertunt; cum tamen in Graeco textu sit Κοθωρνία, *Cothornia*, non vero Κορτώνα; nam Κόρτωναν in Mediterraneis Tusciae collocat Ptolemaeus: & C. Plinio *Cortonenses* sunt Etruriae populi libr. 3. cap. 5. licet in ora sit *Cortonienses*; nam & *Cortonenses* gens Hispaniae eidem libr. 3. cap. 3.

Nobile certe Cortonae nomen secundo bello Punico. Silius Italicus libr. 8.

Lectos Cære viros, lectos Cortona superbi
Tarchontis domus, & veteres misere Graviscæ.

A Tarchonte igitur vult conditam: ac ante illa tempora principatum Etruriae obtinere videbatur; quare Μητρόπολις a Stephano vocatur. Tit. Livius 1. Decad. libr. 9. *Sed ubicumque pugnatum est, res Romana superior fuit; itaque a Perusia, & Cortona, & Arretio, quae ferme capita populorum Etruriae ea tempestate erant, legati pacem, foedusque a Romanis petentes, inducias in triginta annos impetraverunt.*

Sitam esse constat in ipsis Etruriae claustris, nec aliud esse commodius Romam iter; quare Hannibal ea profectus, cum hinc *Montes*, ab urbe ipsa *Cortonenses* dicti, inde Lacus Perusinus urgeant. T. Liv. 3. Decad. libr. 2. paulo post principium: *Hannibal, quod agri est inter Cortonam urbem Thrasymenumque lacum, omni clade belli pervastat, quo magis iram hosti ad vindicandas sociorum injurias acuat. Et jam perveverant ad loca insidiis nata, ubi maxime montes Cortonenses Thrasymenus subit: via tantum interest peranguста, velut ad id ipsum de industria relicto spatio: deinde paulo latior patescit campus, & colles assurgunt.* Ex hisce montibus Cortonensibus *Axius* amnis fluit, Stephano auctore. Eandem de transitu Hannibalis historiam narrat Polybius libr. 3. pag. 233. Ὅτε μὲν Ἀννίβας ἅμα μὲν εἰς τοὔμπροσθεν ὡς πρὸς τὴν Ῥώμην προῆγε διὰ τῆς Τυρρηνίας, εὐώνυμον μὲν πόλιν ἔχων τὴν προσαγορευομένην Κυρτώνιον, καὶ τὰς ταύτης ὄρη δεξιὰ δὲ τὴν Θρασυμένην καλουμένην λίμνην. *Hannibal interea per Etruriam suos ducere Romam versus, habens ad levam urbem Cortonam, & adjacentes ei montes, ad dextram lacum vocatum Thrasimenum.* Quae sequuntur eadem sunt cum Livianis.

Haec vetera. At posterioribus seculis, de hac Urbe vix ullà, aut certe non honorata, mentio habetur, Gothis Vandalisque Italiam inundantibus: nec de ea quidquam, quod sciam, in rebus Longobardorum. Itaque sub

Digitized by Google

ſub annum 1409. ſuo diſpendio cœpit innoteſcere; nam cum Ladiſlaus Rex exercitum admoturus eſſet, ſponte in illius poteſtatem venit, ut eſt apud Joann. Baptiſtam Pignam libr. 6. Rer. Ateſtinor. pag. 433. Eamque ille anno 1415. Florentinis vendidit, ut eodem libro habetur pag. 447.

Varias exinde vices, fortunæque injurias paſſa: modo Arretinis eam muris nudantibus, & inducto, ut ita dixerim, aratro, evertentibus: modo Florentinis affligentibus, ſæva bellorum ſtrage oppreſſa. Videatur Paulus Jovius libr. 27. Hiſtor. pag. 114. Hodie vero poſt longas ſociorum injurias, tranquillo fruitur otio ſub Sereniſſ. Magnis Etruriæ Ducibus.

Epiſcopatus honore gaudet, fuitque primus Præſul *Joannes Biordius Ubertinus*. Audiatur Æneas Silvius in Compend. Hiſtor. *Guidonem Petramalam, poſt occupatam civitatem Caſtelli, Sacerdotio exauctoravit, Cortonam de Diocæſi Arretina ſeparavit, & in civitatem erexit, Joanne Biordii Ubertino in Cortonenſem Epiſcopum declarato*. Hic erat Joannes Pontifex XXII. vel ſecundum alios XXI. conſecratus anno 1316. qui ſui Pontificatus anno ſecundo Epiſcopatum Cortonenſem inſtituit, ad compeſcendas familiæ Petramalæ, tunc nimium potentis Arretii, inſolentias. Erratum eſt in nota numeri apud Raphaëlem Volaterranum libr. 5. pag. 130. ubi Joannem Ubertinum Antiſtitem Cortonæ factum vult anno 1216. Manifeſto erratum; nam Joannes XXI. ſecundum quosdam, qui erexit hunc titulum, qui & aliis vigeſimus ſecundus habetur, electus fuit, ut dicebam, anno 1316. atque Joannes XXII. qui nonnullis eſt XXIII. creatus Pontifex multo ſerius, anno ſcilicet 1410. Epiſcoporum exinde ſeriem non potui hactenus colligere. Et jam ad alia tranſeo, ac pauculos appono, qui urbem hanc ortu illuſtrarunt.

1. Sylvius Passarinus, Datarius ac Protonotarius Apoſtolicus. A Leone X. Cardinalis tit. S. Laurentii anno 1517. creatus, ac poſtea Peruſiæ Legatus: Vir clarus, & ſibi & patriæ immortalem gloriam peperit. Obiit Romæ anno 1529.

2. Jacobus, Peruſinorum Epiſcopus. Paul. Merula part. 2. libr. 4. pag. 906.

3. Andreas Alferius J. C.

Digitized by Google

Perusia, vel Perusium, Achæorum Colonia, aut Trojanorum, aut Mæonum: una ex duodecim primis Etruriæ urbibus, ut quidam volunt: quibus auctoribus condita: Colonia Romana: res ab ea glorioſe geſtæ: variæ ejus viciſſitudines, ac obſidio bello civili: Academia.

CAP. X.

IN Mediterranea Etruria, longiſſimo a mari receſſu, urbs antiquiſſima eſt *Peruſium*, ut apud nonnullos ſequioris ævi hiſtoricos: aut *Perusia*, ut frequentior uſus, & lapides, quorum unus Romæ ad Campum Floræ (1).

C. VITRICIO. C. F
TRO
MAXIMO
D. PERVSIA
MIL. COH. V. PR
MILIT. ANN. IIII
VIX. ANN. XXIIII
H. V. F

Eam unam ex duodecim primis Etruriæ civitatibus eſſe volunt, auctore Appiano Alexandrino libr. 5. Bellor. Civil. pag. 699. Τόδε μὲν δὴ τῇ Περυσίᾳ τέλος ἦν, δόξαν ἀρχαιότητος ἐχούσῃ καὶ ἀξιώσεως, ὑπὸ γὰρ Τυῤῥηνῶν πάλαι φασὶν αὐτὴν ἐν ταῖς πρώταις δυώδεκα πόλεσιν ἐν Ἰταλίᾳ γενέσθαι, διὸ καὶ τὴν Ἥραν ἔσεβον οἷα Τυῤῥηνοὶ, τότε δὲ ὅσαι τῶν λειψάνων τῆς πόλεως διέλαχον τὸν Ἥφαιστον σφίσιν ἔθεντο θεὸν εἶναι πάτριον ἀντὶ τῆς Ἥρας. *Hic finis fuit Perusiæ, antiquitate inclytæ; ajunt enim, unam e duodecim priſcis primis Etruſcorum urbibus fuiſſe, poſt recentem eorum adventum in Italiam conditis; quamobrem Etruſco more Junonem colebant: tunc autem quotquot diviſerunt inter ſe urbis reliquias, Vulcanum vice Junonis tutelare ſibi numen adoptarunt.* Hæc de honoribus antiquis.

Nomen illi & auctores varie affingunt, ſed vana ignorantia: quidam enim a Gripho, qui in vexillo fertur, nomen imponunt, qui lingua Scythica *Perus* dicatur. Sed quomodo in cultiſſimam Italiæ partem Scythicum idoma penetrare potuit? Alii ad *Perſeum*, Andromedæ libera-

(1) Apud Gruter. pag. 569. num. 2.

Digitized by Google

beratorem, & originem urbis & nomen referunt; ſed ridicula fabula, nullo idoneo auctore firmata, explodenda eſt. Nec deſunt, qui ad *Peruſium* Trojanum tantam gloriam trahant; ſed hoc commentum caret auctoritate. Juſtin. libr. 20. ex Trogo Pompejo: *Peruſini quoque originem ab Achæis ducunt*. A Mæonibus, ſeu Lydis Tarchonte auctore, ut ceteras Etruriæ civitates, ita & hanc conditam Appianus libro laudato ſcribit. Denique aliam affert opinionem Servius Maurus ad libr. 10. Æneid. pag. 585. *Ocnus Anenus Bianor, Mantuam dicitur condidiſſe, quam a matris nomine appellavit; nam fuit filius Tiberis & Mantus, Tireſiæ Thebani vatis filiæ, quæ ad Ituliam poſt parentis venit interitum. Alii Mantus filiam Herculis vatem fuiſſe dicunt; hunc Ocnum alii Auleſtris filium, alii fratrem, qui Peruſiam condidit, referunt; & ne cum fratre contenderet, in agro Gallico Celſenam, quæ nunc Bona dicitur, condidiſſe: permiſiſſe etiam exercitui ſuo, ut caſtella munirent, in quorum numero Mantua fuit*. Locum reſtitue: *In agro Gallico Felſinam, quæ nunc Bononia dicitur, condidiſſe*. Claro ſenſu; vult enim eodem tempore, iisdemque auctoribus conditas, Mantuam, Bononiam, ſeu Felſinam, & Peruſiam.

Res ab ea & ante Romanum Imperium in Italicas provincias diffuſum, & poſt ſubactam a Romanis Etruriam, geſtæ, glorioſæ ſunt, ac magnæ. Siquidem Livius libr. 9. Decad. 1. *Ubicumque pugnatum eſt, res Romana ſuperior fuit. Itaque a Peruſia, & Cortona, & Arretio (quæ ferme capita Etruriæ populorum ea tempeſtate erant) legati, pacem fœduſque a Romanis petentes, inducias in triginta annos impetraverunt*. Et ejusdem Decadis libr. 10. *Nec in Samnitibus adhuc, nec in Etruria pax erat; nam Peruſinis auctoribus, poſt abductum a Conſule exercitum, rebellatum fuerat: & Samnites prædatum in agrum Veſtinum, Firmianumque, & alia parte in Æſerninium, quæ Vulturno adjacet fluvio, deſcendere. Adverſus eos Appius Claudius prætor cum exercitu Deciano miſſus: Fabius in Etruria, rebellante denuo, quatuor millia & quingentos Peruſinorum occidit, cepit ad mille ſeptingentos quadraginta: qui redempti ſinguli æris trecentis decem, præda alia omnis militibus conceſſa*. Locus inſignis, qui & numeroſum ætate illa populum, & ingentes opulentiæ apparatus loquatur. Et eodem libro diſerte: *Pax tamen clarior, majorque, quam bellum in Etruria eo anno fuerat; nam tres validiſſimæ urbes, Etruriæ capita, Vulſinii, Arretium, & Peruſia, pacem petiere, veſtimentis militum, frumentoque pacti cum Conſule, ut mitti oratores Romam liceret; inducias in quadraginta annos impetraverunt, mulcta præſens quingentum millium æris in ſingulas civitates impoſita*. Alibi etiam non obſcura magnitudinis eo opere veſtigia: quæ, quia alibi ſunt a me relata, hoc in loco repetere non eſt operæ prætium.

Celebrata inſuper hæc urbs obſidione illa nobili, qua ad ultima, famemque incredibilem ſubeundam compulſus L. Antonius M. frater. Hiſtorici pæne omnes. Dio Coccejan. libr. 48. C. Sueton. cap. 14. 15. & 16.

Digitized by Google

& 16. Contigit autem ea Perusiæ obsidio anno Urbis conditæ 713. ut ex tabulis Capitolinis manifestum, COSS. Calvino & Pollione. L. Flor. libr. 4. Histor. Roman. cap. 7. Fl. Eutrop. libr. 7. *In Italia L. Antonius COS. bellum civile commovit, frater ejus, qui cum Cæsare contra Brutum Cassiumque dimicaverat. Is apud Perusium Tusciæ civitatem captus, victusque est, neque occisus.* Obiter Paul. Oros. libr. 6. cap. 18. Jul. Solin. cap. 3. Polyhist. *Naufragia Sicula, turpis ibi in spelunca delitatio, seditiones militum plurimæ, Perusina cura.* Eadem Plinius libr. 7. cap. 45. *Cura Perusinæ contentionis.* Cujus belli causa narratur a L. Floro Epitomaste libr. 125. Livianæ historiæ, & eventus libr. 126. *Cajus Cæsar, cum esset annorum viginti trium, obsessum in oppido Perusia L. Antonium, conatumque aliquoties erumpere, & repulsam, fame coëgit in deditionem venire, ipsique, & omnibus quidem militibus ejus ignovit, Perusiam dirnit, redactis in potestatem suam omnibus diversæ partis exercitibus, bellum citra ullum sanguinem confecit.* Vereor, ne non vere; nam Suetonius in Augusto cap. 15. *Perusia capta, in plurimos animadvertit: orare veniam, vel excusare se conantibus, una voce occurrens, moriendum esse. Scribunt quidam, trecentos ex dedititiis electos utriusque ordinis, ad aram Divo Julio extructam, Idibus Martiis, bestiarum more mactatos.* Quomodo, si hæc vera sunt, bellum sine sanguine ullo confectum? Vereor in Livio adulationem. De hac obsidione, aliisque bellis civilibus Servius Honoratus ad libr. 6. Æneid. pag. 445. Bella civilia *septies enim gesta sunt, a Cæsare contra Pompejum in Thessalia: contra ejus filium Magnum in Hispania item contra Jubam, & Catonem in Africa: mortuo Cæsare, ab Augusto contra Brutum & Cassium in Philippis, civitate Thessaliæ: contra L. Antonium in Perusia, Tusciæ civitate: contra Sextum Pompejum in Sicilia: Antonium, & Cleopatram in Epiro.* Easdem illas bellorum civilium clades expressit M. Annæus Lucanus sub princip. libr. 1.

Jam nihil, o superi, querimur, scelera ista, nefasque.
Hac mercede placent, diros Pharsalia campos
Impleas, & Pœni saturentur sanguine manes:
Ultima funesta concurrant prælia Munda.
His, Cæsar, Perusina fames, Mutinæque labores
Accedant fatis, & quas premit aspera classes
Leucas, & ardenti servilia bella sub Ætna.

Sext. Propert. libr. 1. Eleg. 22.

Si Perusina tibi patria sunt nota sepulchra,
Italiæ duris funera temporibus.
Cum Romana suos egit discordia cives,
Sis mihi præcipuus pulvis Etrusca dolor.

Et ejusdem libri Eleg. penult.

Tu qui consortem properas evadere casum,
Miles ab Etruscis saucius aggeribus.

Et

Et libr. 2. Eleg. 1.

Nam quoties Mutinam, aut civilia bella Philippos
Aut canerem Sicula classica bella fuga:
Eversosque focos antiquos gentis Etruscæ,
Et Ptolomæi litora capta Phari.

Ab eodem deinde Augusto restauratam volunt, ac in re Coloniæ Rom. cohonestatam, sub titulo *Coloniæ Vibiæ;* sed idoneos non reperio ejus rei assertores.

Inclinato Romano Imperio, & ipsa varietate fortunæ jactata, alios ac subinde alios dominos est sortita. Frequenter in vetustis Inscriptionibus, quarum ista in fundamentis Templi Vulcani, cujus mentio apud Appianum libr. 5. Civil. pag. 699. hic apponetur. (1)

C. VIBIO C. F. L. N̄. TRO
GALLO. PROCVLEIANO
PATRONO. PERVSINORVM
PATRONO. ET. CVRATORI. R. P. VET
TONENSIVM. IVDICI. DE. V. DEC. ÆDI
LI. PATRONO. COLLEGI. CENTON
VIBIVS. VELDVMNIANVS
AVO. KARISSIMO. OB. CVIVS
DEDICATIONEM. DEDIT
DECVRIONIBVS. -X- II. PLEBI. -X- I.
L. D. D. D.

In inverso ejusdem æræ latere.

DEDIC. IDIB. IVL
IMP. M. AVRELIO. ANTONINO. AVG. PIO. FEL. II

Altera item Perusiæ apud Manutium Orthogr. pag. 405. (2)

DIVO. ANTONINO
PIO
C. EGNATIVS. FESTVS. ÆDIL. II. VIR
HVIC. CVM. PLEBS. VRBANA, LVDOS. PVBLIC
EDENTI. AD. STATVAM. PONENDAM
PECVNIAM. OPTVLISSET. IS. HONORE
CONTENTVS. IMPENSAM. REMISIT
ET. IMPETRATA. VENIA. AB. ORDINE
PERVSINOR. OPTIMO. MAXIMOQVE. PRINCIP
DE. SVA. PECVNIA. POSVIT. CVIVS
OB. DEDICATIONEM. DARI. IVSSIT

AB.

(1) Apud Grutez. pag. 487. num. 2. (2) Apud eumdem pag. 256. num. 10.

Digitized by Google

AB. HEREDE. SVO. DECVRIONIB
SING. HS. ⅭⅭⅭⅬ. N. PLEBI. HS. ⅭⅭⅬ N
L . D . D . D

Priuſquam hinc abeo, mentionem ejus fieri admonere debeo apud Strabonem, Pliniumque, locis toties laudatis: Julium Obſequentem libr. de Prodig. cap. 101. *In agro Peruſino, & locis aliquot Romæ lacte pluit*. L. Cornel. Siſennam libr. 4. Hiſtoriar. apud Nonium Marcellum: *Tum poſtquam ad Alginos, & Peruſinos ejus facti mentionem projicit*.

A Gothis deinde, Italiam ac maxime Etruriam hanc devaſtantibus oppugnata, ſed fruſtra. Joann. Magnus Archiep. Ypſalen. libr. 13. de Gothor. Svenonumque Hiſtor. cap. 12. *Totilas ad expugnandam Peruſiam converſus, multis verbis apud Cyprianum ejus urbis præfectum, ut deditionem faceret, agere cœpit; ſed cum id fruſtra tentaſſet, omnis longioris moræ impatiens, Peruſina obſidione omiſſa, Romam petiit*. Quam fortiter, & animoſe illum Gothorum impetum Petulini ſuſtinuerint, idem ſcriptum reliquit libr. 14. cap. 2. *Nec Totilas eſt diu Tiburi commoratus, ſed cum robore copiarum in Umbriam profectus, Peruſiam decreto petiit. Fuerat ea urbs multo conatu a Gothis impugnata, ſed diligenter interim defenſata: at gravior oppugnatio ſub Regis acceſſum Peruſinis illata eſt; ferebant tamen illi fortiter omnem inimicorum impetum, intrepideque illorum conatibus obviabant*. Qua ratione tandem in Totilæ poteſtatem venerit, ex eodem habemus libr. 14. cap. 5. *Sub Beliſarii profectionem Gothi Peruſiam, longo tempore obſeſſam, vi & armis expugnaverunt. Fatale quippe huic civitati fuerat, fidem ſervare, ac hoſtiliter ſemper expugnari*.

Gothos ſequuti immanes, Longobardi truculenti, qui, ut alias Etruriæ urbes, ita hanc ſui juris fecerunt, a quibus tamen eam extorſit Romanus Patricius, ac Exarchus Ravennæ. Paul. Warnefrid. libr. 4. cap. 8. *Hac etiam tempeſtate Romanus Patricius, & Exarchus Ravennæ Romam properavit, qui dum Ravennam revertitur, recepit civitates, quæ a Longobardis tenebantur, quarum iſta ſunt nomina, Sutrium, Polymartium, Horta, Tudertum, Ameria, Peruſia, Luceolis, & alias quasdam civitates: quod factum cum Regi Agilulfo nunciatum eſſet, ſtatim Ticino egreſſus cum valido exercitu, civitatem Peruſiam petiit, ibique per dies aliquot Mauriſionem ducem Longobardorum, qui ſe Romanorum partibus tradiderat, obſedit, & ſine mora captum, vita privavit*. Unde apparet, facile hanc urbem maximi fuiſſe momenti, quod aliis contemptis, eam ſolam occupare Rex Agilulphus contenderit. Porro idem ille Warnefridus inepte, contra omnes omnino Geographos, eam in Umbria locat libr. 2. cap. 16. *In Umbria vero, quæ Etruriæ in parte ponitur, Peruſium, & Lacus Clitorius, Spoletumque conſiſtum*. Falſo hæc ille.

Anno poſtea 1398. inteſtinis ſeditionibus valde eſt concuſſa, Biorde, & Michelottio principibus factionum ſævientibus; ut exequitur

Joan-

Digitized by Google

Joannes Baptiſta Pigna libr. 5. Ateſtin. Princip. pag. 364. donec anno 1402. a Bonifacio IX. per Ugolinum Trincium Fulginatem Vicecomitibus erepta, Pontificiæ ditioni eſt reddita, ut idem ſcribit eodem libr. pag. 388. Exinde periculoſa exorta eſt contentio, longo odio partium, inter *Gentilhominos* Guelfos, & *Raſpantes* Ghibellinos, ut videre potes apud Raphaëlem Volaterranum libr. 5. pag. 132.

Anno poſtea 1417. a Braccio Todione oppreſſa. Pigna libr. 6. pag. 448. Et ſtatum illum deſcribit Michaël Brutus libr. 7. Hiſtor. Florent. pag. 360. Sabellicus, Jovius; ut eos, qui Italice ſcripſerunt, omittam.

Patrum noſtrorum memoria ad Apoſtolicum cenſum adjecta, ſub Pontificis Romani tutela ac clementia conquievit, cum tamen libertatem ſemper fuiſſet acerrime tutata. Laonicus Chalchocondylas libr. 6. Rer. Turcicar. pag. 406. Miror, Flavium Blondum ſcripſiſſe, eandem, quam ante Romam conditam libertatem habuerit, inconcuſſam per tot ſecula conſervaſſe; cum & dominos peregrinos pleroſque ſit perpeſſa, hodieque a Sancta Sede Apoſtolica miſſo Rectore adminiſtretur, aliquam libertatis, ac veteris inſtituti formam remanere non negem, eandem, nec Jus victorum, nec ratio civitatis victæ retineri patiebantur.

Academia anno 1290. ut volunt, erecta, privilegiis iisdem ornata, quibus Conſtantinopolitana. Bartolus ad L. unicam. C. de Profeſſ. qui in urbe Conſtantinop. docent. Petrus Anchoranus *inter urbes Italiæ floruiſſe Perufiam Juriſprudentia* ait. Collegia hic celeberrima, *vetus*, D. Gregorio ſacrum: *novum*, D. Hieronymo dicatum. Bibliothecam audio eſſe ad D. Dominici inſignem. (1)

Denique nulla Italiæ regio Agro Perufino cultior, feraciorque vini, olei, tritici, fructuum omnis generis, ut luſtrata tota Italia Joannes Campanus eſt auctor. Et de ejusdem urbis præſtantia opuſculum extat Marii Podiani, qui ad manus meas non pervenit: & audio eſſe Hiſtoriam Antiquitatemque congeſtam, at non editam, quam avide expecto.

(1) Proſperus Podianus publico ſuorum civium beneficio Bibliothecam Perufinam, quæ nunc etiam extat, dicavit.

Digitized by Google

Perusini Sancti, Cardinales, Episcopi, Viri scriptis editis illustres.

CAP. XI.

1. CONSTANTIUS, Episcopus & Martyr sub Aureliano Imperatore cum sociis passus 29. Januarii, Martyrolog. Rom. Acta MSS. Perusiæ.

2. FELINUS, miles ac Martyr sub Decio. Ado Viennen. Usuardus, Notkerus, Rabanus, aliique Martyrologii scriptores 1. Junii.

3. GRATIANUS, miles ac Martyr, Felini socius. Iidem auctores.

4. FLORENTIUS Martyr, sub Decio, 5. Junii. Acta ejus MSS. Perusiæ.

5. JULIANUS, eodem agone perfunctus.

6. CYRIACUS, socius eorundem.

7. MARCELLINUS, eodem die.

8. FAUSTINUS, martyrii ejusdem collega.

9. EUTYMIUS, qui cum uxore & CRESCENTIO filio, Diocletiani persecutionem fugiens, Perusiæ obdormivit 29. Augusti. Acta MSS. Perusiæ.

10 HERCULANUS, Episcopus & Martyr, qui a Totila jussus decollari est: cujus corpus ita integrum & illæsum quadragesimo post decollationem die, repertum est, ac si nulla abscisio facta fuisset. Martyrol. Roman. 7. Novembr. D. Gregor. libr. 3. cap. 13. Passio ejus in annum 12. Justiniani incidit, qui erat salutis 544. Fasti Capitolini. Sigibert. in Chronico: vel ut Mariano Scoto videtur, 561. Tritem. Viror. Ordin. Bened. libr. 3. cap. 14. unde liquet, nescio quam vere, illum Benedictinum fuisse. Disputat Baronius.

11. FELICISSIMUS, Martyr, 24. Novembr.

Episcopi sequuntur, quorum successio, adeoque initium, mihi non est compertum; aliquos tamen, ut occurrerunt, nominabo. Petrus Damiani libr. 6. Epist. 30.

1. D. HERCULANUS, de quo jam dictum.

2. HERCULANUS alter, cujus mentio in Actis Carpophori, & Abundantii Martyrum: & ipse inter Sanctos relatus, ut Joann. Bracheseus Florentinus Ordinis Prædicatorum in rebus gestis SS. Carpophori, & Abundantii.

3. JOANNES, huic successit. Liber de Romanis Pontificibus in Vigilio.

4. D. CONSTANTIUS, de quo supra.

5. MAXIMIANUS, subscripsit decretis Symmachi Papæ, ut habetur Codice Canon. Veter. Eccles. Rom. pag. 561. iterumque pag. 577.

6. JOAN-

6. JOANNES LOPES. Valentinus Hiſpanus, ab Alexandro VI. S. R. E. Cardinalis creatus anno 1496. Hujus opus eſt fons egregie factus ante fores palatii cum hac Inſcriptione:

ALEXANDRI. VI. P. M. FELICI. AVSPICIO
JOANNES. LOPIS. VALENTINVS. S. MARIAE
TRANS-TIBERIM. CARDINALIS. PERVSINVS
FONTEM. VETVSTATE. INFORMEM. AD. COMMODITATEM
POPVLI. ROMANI. RESTITVIT.

Qua blando facilem producit murmure ſomnum,
Qua cadit, & tremulos efficit unda lacus:
Quod ſumis puros hauſtus, nitideque lavaris
Inſtauratori gratia habenda Lupo.
Res animumque ſuum ſpectans, dic, Romule, verum,
An minus hic pater, & quam Lupa mater erat?

7. FRANCISCUS ARMELLINUS MEDICES, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Protonotarius Apoſtolicus. S. R. E. Cardinalis Tit. S. Calliſti a Leone X. anno 1517. creatus, Epiſcopus Peruſinus.

8. VINCENTIUS HERCULANUS, Ordin. Prædicat. cujus mentio apud Illuſtriſſ. Baronium in Martyrolog. Roman. 7. Novembr.

Pontifex nullus, quod ſciam, Peruſinus domo fuit; verum tamen eſt, MARTINUM II. lenta febre correptum, Peruſiæ ſupremum diem obiiſſe, anno 1285. Pontificatus ſui anno 4.

HONORIUS IV. JACOBUS Lucæ SABELLUS, nobiliſſimus Romanus Peruſiæ creatus 17. Kalend. Maii, eodem anno, quo Martinus obiit.

Cardinales nonnulli inter Epiſcopos Peruſinos ſunt ſupra memorati.

1. FULVIUS CORNEUS, civis & Epiſcopus Peruſinus, Julii III. Pontificis ex ſorore nepos, ab eodem Papa Cardinalis creatus tit. S. Mariæ in Via, poſt S. Stephani in Cœlio Monte. Anno 1551, 13. Kalendas Januarias.

Virorum illuſtrium Catalogus hic erit.

1. HIPPOLYTUS PANTOCIUS, ſcriptis Theologicis clarus. Ant. Poſſevin. Appar. Sacr. pag. 56.
2. JOANNES BAPTISTA CORRADUS. Ord. Præd. pag. 117.
3. JOANNES PAULUS LANCELLOTTUS. Pag. 236.
4. ISIDORUS MOSCONIUS. Pag. 296.
5. LEONARDUS. Pag. 341.
6. NICOLAUS ALEKIUS. Pag. 479.
7. PAULUS BONCAGNANUS.
8. PAULUS COMITOLUS.
9. PAULUS GRYFALDUS.
10. PETRUS DE PERUSIO. J. C. Baldi frater.

Digitized by Google

11. Philippus Francus. J. C.
12. Philippus, cognomento Perusinus. Theologus.
13. Benedictus Capra. J. C. anno 1480.
14. Thaddæus, cognomine Perusinus. Poſſevin. 269.
15. Virgilius Ceparius. Pag. 354.
16. Baldus Ubaldus. Pag. 176. Bartoli auditor.
17. Benedictus Taracredus. Pag. 221.

Ex Paulo Merula parte 2. Coſmogr. libr. 4.

18. Sebastianus. Theologus, & Aſtrologus.
19. Nicolaus Columbus, Philoſophus, & Theologus.
20. Paullus alius a dictis, qui *Collationes* edidit.
21. Angelus J. C. Baldi filius.
22. Angelus J. C. Baldi nepos.
23. Petrus Groppantes. Philoſophus.
24. Matthæus J. C. Baldi abnepos, Petri filius.
25. Baldus alter etiam J. C.
26. Nicolaus, Baldi hujus filius, Rotæ Romanæ Auditor.
27. Matthæus alter, Nicolai frater.
28. Sigismundus, horum frater. Eques auratus.
29. Ivo, ex illuſtri familia Montisperbella.
30. Joannes Petruccius, ex eadem gente.
31. Sallustius, ejusdem ſtirpis.
32. Restaurus Castaldus.
33. Jacobus Antiquarius.
34. Franciscus Maturantius.
35. Marius Podianus.
36. Franciscus Camænus.
37. Guilielmus Pontanus.

Ex Raphaële Volaterrano libr. 5. Comment. pag. 132.

38. Brachius Montonus. Cujus acta Campanus libro edito celebravit.
39. Odo Montonus. Miles ſtrenuus.
40. Carolus Montonus. Militari peritia clarus.
41. Nicolaus Fortebrachius.
42. Nicolaus Picinus.
43. Jacobus Picinus.
44. Franciscus Picinus.
55. Simon Oddo.
46. Fabritius Oddo, Spurius Simonis, factionis caput.
47. Odo Balio, & ipſe deducto a Rege Hieroſolymitano ſtemmate *Gothefredo Bolionio* factionis princeps.

Ex Indice Cypriani Pagnii hi ſunt petendi.

48. Benedictus Ser Philippi J. C.
49. Contis de Perusio. J. C.

51. Dio-

Digitized by Google

50. Dionysius Barisianus. J.C.
51. Franciscus Mansuetus. J.C.
52. Gaspar Bencius. J.C.
53. Honofrius Bartolinus. J.C.
54. Ludovicus Petri. J.C.
55. Marcus Angelellus. J.C.
56. Matthæus Tilitianus. J.C.
57. Nicolaus Alexandrini. J.C.
58. Paulus Salvuccius. J.C.
59. Rogerius de Antiqualla. J.C.
60. Salustius Bongulielmus. J.C.
61. Ufreduccius. J.C.
62. Ugolinus. J.C.

Familias enumerat Fanutius Campanus MS. libr. 2. Famil. Illuſtr. Ital. cap. 8. Joannes autem Solinus de Mirabilibus Mundi longa narratione Ballionum originem perſequitur, a Caroli Magni ævo eam deducens apud eumdem libr. 3. cap. 23.

Piſtorium, antiquiſſima urbs Etruriæ, ad Piſtores dicta: Catilinaria Conjuratione oppreſſa, nobilis: ſedes Præſidum Etruriæ: ejus ſitus, ac plurifariæ factiones.

CAP. XII.

IN patula planitie, juxta Umbronem & Stellam amnes, *Piſtorium* urbs eſt, ad Apennini radices, unde illi, ut quibusdam videtur, impoſita appellatio; Πίστις enim *fides*, ὅρος *terminus* eſt, quod ſit fidele Galliæ Ciſalpinæ Etruriæque clauſtrum; licet alii a *peſte*, quæ regionem graviter afflixit, Catilinariorum cadaveribus infectis. At ego potius *a piſtoribus*, qui cum exercitum ſequi prohiberentur, veteri lege caſtrenſi, ibi tabernas quasdam figentes, oppidum primo modicum, mox etiam urbem fecerunt. Æl. Spartian. in *Feſcennio Nigro*. Argumento eſt inſuper claro, quod Antonini Aug. ſive Scoti Anonymi Itinerarium, numquam aliter, niſi *ad Piſtores* eam voget, ut notat Abrahamus Ortelius in Theſauro. Verba autem Itinerarii ſunt.

Luca Romam per Clodiam. M. P. CCXXXVIII.
Ad Piſtores. M. P. XXV.
Florentia. M. P. XXV.

Ad ſi-

Digitized by Google

Ad fines, ſive Caſas Cæſarianas. M. P. XXV.
Arretio. M. P. XXV.

Cœlum mitiſſimum ſolum omnigenum frugum feraciſſimum, amœnus undique proſpectus, ac neſcio, an aliam urbem rebus gerendis aptiorem invenias: ad hæc mores cultiſsimi, ac mira in bonas artes animi ſagacis propenſio. Antiquitatem loquitur inſignem; nam inter Etruriæ urbes maritimas Πεωρία a Ptolemæo collocatur, *Piſtoria*. C. Plin. libr. 3. cap. 5. *Feſulæ, Ferentinum, Feſcennia, Hortanum, Herbanum, Nepet, Novempagi, Præfectura Claudia, Foroclodii, Piſtorium, Peruſia*. Et utroque antiquior M. Accius Plautus Captivis. Act. 1. ſc. 2.

Non pol mirandum eſt fugitare hanc provinciam.
Multis, & multi-generibus opus eſt tibi
Militibus; primo-dum opus eſt Piſtorienſibus:
Eorum ſunt aliquot genera Piſtorienſium,
Opus Placentinis, opus Paniceis quoque,
Opus Tudertanis, opus Ficedulenſibus.

Non me latet, eum locum quosdam ad jocum Hegionis ſenis ad paraſitum trahere, quod ſcilicet varietatem, multipliciaque genera panium milites Piſtorienſes vocet, ut eſt apud Athenæum toto libro. 14. Martial. libr. 14. Epigr. 222.

Mille tibi dulces operum manus iſta figuras
Extruit.

Melius, quam in aliis Codicibus:

Melle tibi dulces . . . . .

Ut inquam, verum ſit, jocum eſſe ad paraſitum eſurientem lepide confictum, nihil vetat, ſub illis Piſtorii generis placentis, aut panibus, civitates quoque illuſtres & veteres nominari: ſic *Placentiam*, celebertimam Galliæ Togatæ urbem, ac *Turdetanos* in Hiſpania præcipuæ eſſe claritatis in confeſſo eſt: ſed & *Ficedulenſes* idem Ortelius, licet imperite, populum vult eſſe, cum Comicus ad ficedulas, guloſorum delitias, alludat. Vet. Scholiaſt. Juvenal. ad Satyr. 14. v. 9.

Illud in confeſſo eſt, Piſtorium agrum eo ævo habuiſſe, quo Catilinaria conjuratio a L. Antonio Conſule oppreſſa: nulla autem apud antiquos Scriptores eſt differentia inter agrum & urbem; ſic ager Vejens, Caletranus, Tarquinienſis, pro Veiis, Caletra, aut Tarquiniis paſsim apud Livium & alios. C. Saluſt. in Catilin. *Plerique, quos ad bellum ſpes rapinarum, aut novarum rerum ſtudium illexerat, dilabuntur: reliquos Catilina per montes aſperos, magnis itineribus in agrum Piſtorienſem adducit*; (forte an melius fuerit, *abducit*, quaſi exercitum Conſularem fuga evitat) *eo conſilio, uti per tramites occulte profugeret in Galliam*. Cyprianus a Popina, *uti perfugerent*, aut *uti profugerent*. Sed parum intereſt. Jul. Obſequens libr. de Prodig. cap. 122. *Ab his prodigiis Catilinæ nefaria conjuratio cœpta, cum in agro Piſtorienſi Catilinam devicisſet, laureatos faſces in provinciam tulit*. Locus eſt truncatus manife-

Digitized by Google

nifeſto; nam neque cohærent ea: neque qui faſces laureatos tulerit, aut Catilinam ſuperaverit eo capite nominatur. Corruptum quoque & Chronicon Conſulare Aurelii Caſſiodori, ubi hæc ſunt:

M. Cicero, & C. Antonius.
D. Silanus, & L. Murena.
M. Pupius, & M. Valerius.

His Conſulibus Catilina in agro Piſtorienſi a C. Antonio bello peremptus eſt. Error indubitatus, & tranſpoſita, ut ſæpe opere Conſulum nomina; quare redigendi ita in ordinem Conſules ex Faſtis Capitolinis.

D. Silanus, & L. Murena.
M. Pupius, & M. Valerius.
M. Cicero, & C. Antonius.

Ad Piſtorium redeo, in qua Correctorem, ſeu Præſidem Tuſciæ aliquando Jus dixiſſe tradit Ammian. Marcellin. libr. 27. non multum a principio, ubi ridiculi portenti mentio. *Hoc tempore, vel paulo ante nova portenti ſpecies per annonariam apparuit Tuſciam: idque quorſum evaderet, prodigialium rerum periti penitus ignorabant. In oppido enim Piſtorienſi prope horam diei tertiam, ſpectantibus multis, aſinus tribunali adſcenſo audiebatur deſtinatius rugiens: & ſtupefactis omnibus, qui aderant, quique didicerant, referentibus aliis, nullaque conjectante ventura, poſtea quid portendebatur, evenit. Terentius enim, humili genere in urbe natus, & piſtor, ad vicem præmii, quia peculatus reum detulerat, officium ex præfecto hanc eandem provinciam, Correctoris adminiſtraverat poteſtate; carnificis periit manu, regente Romam Claudio.*

Eandem deinde, declinante Romano Imperio, cum aliis urbibus ſortem ſecuta, ac fortunam perpeſſa, a Deſiderio Longobardorum Rege tamquam opportunum propugnaculum munita, muriſque cincta legitur: quibus poſtea dirutis, ac foſsis complanatis, ager inter Lucenſes ac Florentinos eſt diviſus, ut memorat Paulus Merula part. 2. Coſmograph. libr. 4. Neque tamen ulla urbs majoribus animis Florentinis reſtitit, delecto Duce ſibi cive ſuo Philippo Tidice, genero Caſtruccii Caſtracani Lucenſis, qui ſumma ſollicitudine res Piſtorienſium adjuvabat. Tandem nihilominus in Florentinorum tranſivit ditionem, ut putat Volaterranus libr. 5. pag. 130. Anno 1351. ut vult Leonardus Aretinus 1251. hodieque ſub manſuetiſſimo imperio Sereniſs. Coſmi II. Magni Etruriæ Ducis conquieſcit. Certe, ut Florentia, ita Piſtorium anno 1342. Gualterio Athenarum Duci ſubjecta. Pigna libr. 4. pag. 309.

Hinc factiones, quæ totum Occidentem, non modo Italiæ pacem turbarunt, ortum habuerunt, *Alborum* ac *Nigrorum*: *Guelforum* ac *Gibellinorum*, ut narrat Paulus Æmilius Veronenſis in Hiſtoria Francorum. Ultimo *Cancellariorum & Panciaticorum*, de quibus ſequenti capite dicam, ſi prius hic locum Pauli Jovii appoſuero ex libro 38. Hiſtoriar. pag. 409. *In hunc etiam modum Piſtorienſis erat diviſus ager, ut Pan-*

ut Panciatici planis atque campestribus in locis nobilitate atque divitiis præstarent: Cancellarii vero montanis in locis numero ampliore hominum æquatis opibus valerent. Vide sequentia. Hæc factionum rabies illi a plerisque sequioris ævi Historicis *Maligne* nomen peperit; nam sunt cives illi, ut animosi, ita vindictæ ardore incitati, usque ad jacturam opum, honorumque, adeo interdum & vitæ prodigi, & sanguinis profusi.

Antiquitatem egregiam hodierna humanitate, atque opulentia compensat; nam in templo D. Jacobi ara est lamineis argenteis inauratis bracteata, & lampades ejusdem metalli viginti: In Templo Humilitatis effigies integræ Leonis X. ac Clementis VII. PP. MM. Alexandri etiam Florentiæ Ducis, ac Cosmi, Magni Etruriæ Ducis.

Pistorio oriundi Sancti: Episcoporum successio, ac Ecclesiæ dignitas: Cardinales: Viri illustres.

CAP. XIII.

1. BARONTIUS, Confessor. Martyrolog. Roman. 25. Martii. Acta MSS. Pistorii.

2. DESIDERIUS, eadem conditione, ac sanctitate, eodemque die colitur.

3. FELIX, Presbyter ac Confessor. Martyrol. Rom. 26. Augusti, & Pistorii Acta MSS.

4. RUFFINUS Episcopus Pistoriensis, & Confessor, cujus nec in Episcoporum albo nomen est, nec in Sanctorum Catalogo, aut Martyrologio Romano; aris tamen erectis, ac festo indicto per universam Diœcesim Pistoriensem colitur, sed quo ævo Ecclesiam eam rexerit, aut quando obierit, N. L. hoc unum liquet, sanctissimum ipsius corpus in Metropolitana æde asservari, una cum corpore D. Felicis.

5. ATTO, sive, ut in Actis publicis Archiepiscopatus Pisani, *Azzo* qui illam rexisse Ecclesiam invenitur 1136. anno salutis, in Sanctorum, ut monui, album relatus.

6. B. BONACCURSUS. Archiepiscopus Pisanus, cujus imago in Campo Sancto Pisis est.

7. B. BONAVENTURA DE BUONACCURSIIS, Ordinis Servorum, miraculis clarus, discipulus D. Philippi, Ordinis Servitarum Propagatoris.

8. B. JOANNES, Ordin. Prædicator.

9. B. CONRADUS DE GUALFREDUCCIS. Sepultus Florentiæ in Æde S. Mariæ Novellæ.

Episco-

Epiſcopatus eſt antiquiſſimi titulo cohonestata; ſed tamen, ſeu civilium bellorum acerbitate omnia vaſtante, ſeu ignavo ſcriptorum contemptu, ſeries non eſt integra Epiſcoporum. Volunt enim illi a S. Romulo, Volaterrarum & Fæſularum, ut ſupra dixi, primo Præſule, ad Fidem Chriſtianam converſos Piſtorienſes: & exinde nullam eſſe ſucceſſionis Eccleſiaſticæ notam uſque ad annum 937. ſed vix puto vacaſſe uſque ad ea tempora ſedem, cum & urbs celeberrima ipſa fuerit, & multis antea ſeculis Chriſtianam pietatem amplexa. Præterea inter alios Epiſcopos ſub Sergio II. Anno 844. apud Anaſtaſium Bibliotheçarium pag. 251. memoratur

1. GANSPRANDUS, Eccleſiæ Piſtorienſis Epiſcopus.

Reliquos apponam, ut mihi eorum nomenclatura ſubminiſtrata eſt a nobiliſsimo ac doctiſsimo viro D. Joanne Viſconte Piſtorienſe, Inſtitutionum Juris Civilis in Piſana Academia profeſſore. Itaque ſic ſe habent.

2. RAIMBALDUS, anno 937.
3. JOANNES, tempore Othonis II. Imperatoris anno 940.
4. ANTONIUS, anno 985.
5. RESTALDUS, anno 1012.
6. MARTINUS, anno 1043.
7. GUIDO, anno 1050.
8. LEO, anno 1085.
9. PETRUS, Monachus Vallis Umbroſæ, anno 1108. De hoc indubie intelligenda eſt inſcriptio capitis 24. Decreti Gratiani parte 2. Cauſa 2. Quæſt. 1. *Urbanus II. ſcribit Petro Piſtorienſi Epiſcopo, & Ruſtico Abbati Vallis Umbroſæ*. Ejus etiam Leonardus Aretinus meminit.
10. ILDEBRANDUS, Monachus Vallis Umbroſæ, ei ſucceſſit anno 1116.
11. ATTO, Pacenſis Hiſpanus, Generalis Miniſter Ordinis Vallis Umbroſæ, anno 1134. uſque ad annum 1133. In Sanctorum album relatus a Clemente VIII. Pontifice anno 1604. per Diœceſim Piſtorienſem, & Ordinem Vallis Umbroſæ.
12. TRACTIANUS, anno 1158.
13. RAINALDUS, Piſtorienſis, Epiſcopus creatus a Capitulo, cum ante Canonicus ibidem fuiſſet, anno 1181.
14. BONUS, anno 1187. uſque ad annum 1208. Ad eum eſt reſcriptum Innocentii III. qui creatus Pontifex fuit anno 1198. extatque cap. 9. *de cohabitatione clericorum, & mulierum*, in Decreto Gregoriano: aliudque ejusdem Pontificis cap. 33. *de ſententia excommunicationis*, ibidem. Et ejusdem Epiſcopi facit idem Pontifex mentionem, ad Lucanum Epiſcopum ſcribens, cap. 18. de *Præſcriptionibus*, in eodem opere: *Præterea ſuper hoc promulgatum a Piſtorienſi Epiſcopo, Archipreſbytero, ac Primicerio:*
15. SOFFREDUS, Piſtorienſis Canonicus, ac poſtea S. R. E. Cardinalis, anno 1210.

Digitized by Google

16. Thomas, anno 1220.

17. Gratia Dei, electus a Canonicis, anno 1223.

18. Guidalottes, Piſtorienſis, ex familia Vergeliensium, & ipſe quoque a Capitulo electus, anno 1244. obiit anno 1263.

19. Thomas, anno 1303. ſepultus in Eccleſia Fratrum Servorum. Acta publica Piſani Archiepiſcopatus, indicavit Reverendiſſ. Raphaël Roncionius.

20. Ermannus, ſive Ormannus, anno 1308.

21. Barnutus, Piſtorienſis, ex nobiliſſima Ricciardorum familia, Archipresbyter majoris Eccleſiæ, electus a Capitulo, anno 1323. & Præſul rexit Eccleſiam uſque ad annum 1340.

22. Andreas de Ciantoris, Piſtorienſis, anno 1340.

23. Remigius, Ordin. D. Auguſtini, anno 1355. rexitque eam Eccleſiam uſque ad annum 1367. Acta Piſani Archiepiſcopatus, anno 1359. eum memorant.

24. Joannes de Florens, Ord. D. Auguſtini, anno 1380.

25. Andreas de Bonaguis, ſive de Franchis, Piſtorienſis, Ordin. Prædicator. 1384.

26. Matthæus de Diamantibus, Piſtorienſis, & nepos Andreæ Epiſcopi, anno 1400.

27. Ubertinus de Albizzis, Florentinus, Ordin. Prædicator. anno 1415.

28. Donatus de Medicis, Florentinus, Præſul ſedit uſque ad annum 1475.

29. Nicolaus Pandulphinus, aliter de Caponibus, S R. E. Cardinalis, uſque ad annum 1517. ſedit.

30. Antonius Puccius Florentinus, S. R. E. Cardinalis, uſque ad annum 1531. (2)

31. Antonius Puccius alter, & ipſe Florentinus, ac Cardinalis, ab anno 1531. uſque ad annum 1544. vere, nec ne, ambigo.

32. Robertus Puccius, Florentinus, & Cardinalis, triennio Piſtorienſem Eccleſiam rexit.

33. Petrus Franciscus a Gagliano, Florentinus, ab anno 1547. uſque ad annum 1559.

34 Joannes Baptista de Ricasolis, Florentinus, ab anno 1560. uſque ad annum 1573.

35. Alexander de Medicis, Florentinus, ac poſtea Cardinalis, deindeque Pontifex Maximus ſub nomine Leonis XI., non uno toto anno ſedit.

36. Ludo-

(1) Ferd. Ughellius tom. 3. Ital. Sacr. hoc loco ponit Joannem Vincentii fil. e Viventiorum familia, Florentinum, Præpoſitum Pratenſem.

(2) Hujus Antonii Puccii nec U hellus ibid. nec Oldoinus in Additionibus ad Alphonſum Ciacconium meminerunt. Verum hoc loco reponendus eſt Laurentius Puccius Cardinalis, & Piſtorienſis: cui anno 1530. vita functo ſucceſſit in Epiſcopatu Antonius Puccius nepos, de quo immerito ambigit Dempſterus.

36. Ludovicus Antinorus Florentin., ann. 1574. duobus annis ſedit.

37. Lactantius Urbevetanus, uſque ad annum 1588. ab anno ſcilicet 1576.

38. Octavius Albiosus, Ravennas, Lactantii quadriennio toto coadjutor: quo defuncto, ille ſucceſſit, ac deinde anno 1599. Fulvio Paſſarino Cardinali munus reſignavit.

39. Fulvius Passarinus, Cortonenſis, ſex tantum menſibus Eccleſiæ Piſtorienſi præfuit, obiitque anno 1599. die 11. Decembris.

40. Alexander Caccia, Florentinus, anno 1600. nunc præſidet: vir, ut humanitate, ita generis ſplendore, ac pietatis commendatione orbi notiſſimus, ac poſteritati commendandus.

Cardinales ſubtexam, non quidem omnes illos, ſed tamen quos lectio variorum mihi peregrino ſcriptorum ſuggeſſit.

1. Soffridus, Piſtorienſis Canonicus primum, deinde Epiſcopus, poſtremo Cardinalis creatus, tit. S. Praxedis, ſed incertum a quo Pontifice, aut quando; ego tamen ex hiſtoria Eccleſiaſtica noto ab Innocentio III. Pontifice anno 1220. poſt Conſtantinopolim a Latinis captam, illum in Syriam trajeciſſe, Terræ Sanctæ ſubſidio miſſum, una cum Petro Cardinale, tit. S Marcelli, cum antea ille Legatus Byzantii fuiſſet.

2. Thomas Amanatus, a Clemente VII. Antipapa Avenione Cardinalis, ſive Anticardinalis creatus, anno 1396. cum antea fuiſſet Archiepiſcopus Neapolitanus. Obiit Avenione.

3 Nicolaus Fortiguerra, ex Epiſcopo Theanenſi a Pio II. Cardinalis tit. S. Cæciliæ creatus, anno 1460. Malateſtas, Sanctæ Sedi Apoſtolicæ infenſiſſimos, magna virtute domuit, nec minori clementia in obſequio confirmavit, ſanguinis etiam hoſtium oſor, ut Cardinalis Patavini literis continetur. Patriam ſuam omni ſtudio excoluit; Piſtorii enim Lycæum cum quatuor profeſſoribus inſtituit, & ſumptus decem adoleſcentibus, Piſis alendis, conſtituit.

4. Nicolaus Pandulphinus, ut aliis placet, de Caponibus, domo quidem Florentinus, ſed dignitate Epiſcopali Piſtorienſis, a Leone X. ſub tit. S. Cæſarei in Palatio Cardinalis factus, anno 1527. cum jam annorum eſſet 75. & Roma abeſſet.

5. Antonius Puccius, domo Florentinus, Epiſcopus Piſtorienſis, a Clemente VII. in Cardinalium collegium adoptatus ſub titulo quatuor Coronatorum, poſtea S. R. E. Major Pœnitentiarius, ac Epiſcopus Sabinus, anno 1531. (1)

6. Antonius Puccius alter, & ipſe Florentinus, Cardinalis itidem eodem titulo, ſed a quo Pontifice creatus ignoro; hoc certo tamen unicum conſtat, ex Actis publicis Eccleſiæ Piſtorienſis, duos ſibi mutuo ſuccedentes, domo ambos Florentinos, dignitate ambos Cardinalitia, Epiſcopos ibi fuiſſe; quorum prior ab anno 1517. Eccleſiam Piſtorienſem rexerit, uſque ad annum 1531. quo ille in Cardinalium cœ-

(1) Vide ſuperiorem notam.

tum, ut dixi, assumptus: alter vero, ut videtur hujus nepos, ab anno 1531. usque ad annum 1554. Pistorienſium Præsul fuit.

7. Robertus Puccius Florentinus, Episcopus tamen Pistorienſis, a Paulo III. Cardinalis creatus, anno 1542. ac postea S. R. E. Major Pœnitentiarius.

8. Alexander de Medicis, Florentinus Octaviano ac Lucretia genitus, nepos Leonis X., ac Clementis VII,, a Gregorio XIII. Cardinalis creatus, anno 1582. de quo, libro ultimo hoc opere infra plura.

9. Fulvius Passarinus, vide cap. 19. in Cortona supra hoc ipso libro; nam hic ortu Cortonenſis, Præsulatu Pistorienſis fuit.

Illustravit hanc urbem Alexander V. Pontifex, qui cum Bononiam contenderet, anno 1409. die VII. Novembris, Pistorium appulit cum sedecim Cardinalibus, mansitque ibi mensibus totis tribus in ædibus Panciaticorum: indeque digressus, Bononiæ obiit. Acta publica Pistorii.

Viri Illustres, ortu Pistorienses, quorum nomenclaturam ex parte debeo humaniſſimo nobiliſſimoque Joanni Baptistæ Fideliſſimo Medico Pistorienſi, Græce Latineque doctiſſimo. Illi, præter Episcopos & Cardinales, jam laudatos superius, sic se habent.

1. Sozzomenus, Florentino & Constantienſi Conciliis interfuit. Historias scripsit ab exordio mundi ad sua tempora, quas Leo X. Pontifex describendas curavit, & in Bibliothecam Vaticanam inferendas.

2. Dominicus de Brunis, cujus Tractatus est *Defensio Mulierum*, & alius *Nobilitas & pulchritudo feminarum*. Communicatum secum Dominicus quidam intercepit, nec reddidit, hoc sane plagiarii nomine dignus.

3. Joannes Pazzalius, Pii II. Pontificis Magnus, ut vocant, Conteſtabilis, ac Terracinæ Præfectus.

4. Filiarchus, Theologicis scriptis clarus.

5. Montemagnus, elegantia carminis Italici, ac nitore commendatus.

6. Philippus Leazzarus J. C. *mille aureis*, ut in sepulchri cippo habetur, *conductus*; sed a quo principe, ubi terrarum, aut quo tempore, inquirant alii.

7. Philippus Realis, Marchio & Comes, cujus apud historicos ejus ævi mentio, & in Actis publicis Pistorienſium.

8. Benedictus Colluccius, quem rhetorem Marsilius Ficinus appellat; declamationes quasdam edidit.

9. Conversinus, Romæ Gubernator, cujus quædam Statuta, æri inciſa, adhuc Romæ cum elogio visuntur.

10. Cynus de Singibuldis, Bartoli præceptor, ordinarias juris cathedras Parisiis, Bononiæ, ac alibi tenuit: poëtica insuper excellens, in qua auditorem habuit Franciscum Petrarcham, inter cujus opera & quædam carmina Cyni leguntur. Eum *coætaneum* tantum *Petrarchæ* vocat Fannius Campanus MS. libr. 5. pag. 115.

11. Dynus de Torsellerius, Advocatus Consistorialis.

12. Fran-

Digitized by Google

12. Franciscis Montemagnus J. C. Joannæ, Neapolis Reginæ, a consiliis.

13. Paulus Floravantius J. C. Edidit opus, cui titulum fecit *Cautelas Juris*.

14. Cynus de Tebaldis J. C. cujus *consultationes* a doctis leguntur & laudantur, & sunt, ut illa ferebat ætas, eruditæ.

15. Thomas Tanus, Romæ Auditor Rotæ.

16. Petrus Sozzus, Sedis Apostolicæ Thalassiarcha, sive Admiralius.

17. Thomas Fabronius, Dux, & Legatus exercitus Genuensium, ac postea Venetorum copiis Præpositus.

18. Vinciguerra Panciaticus, Gallicis exercitibus Præfectus.

19. Grandonius, strenuissimus suo ævo Ducum, Baleares Insulas expugnavit, civibusque suis Pistoriensibus in utraque jus hospitii reliquit. Facti memoriam servat Prætorium Pistoriense, ubi & statua, & carmen fortitudinem loquuntur.

20. Conradus Montemagnus. Caroli II. Gallorum Regis vexillum in acie ad Beneventum tulit, a quo eo nomine honoratus, tria ab illo lilia accepit, quæ familia illa etiamnum hodie in gentilitiæ ac hereditariæ nobilitatis insigniis gestat.

21. Gregorius Polidorus, scriptis Theologicis clarus. Ant. Possevin. Appar. Sacr. pag. 592.

22. Cosmus Philiarchus, Ordin. Servor. Idem pag. 358. nisi forte idem sit *Philiarcho*, cujus supra facta est mentio.

23. Hieronymus, cognomento *Pistoriensis*. Idem tom. 1. pag. 34.

24. Leonardus. Idem pag. 341.

25. Ludovicus Bicus, Theologus illustris, ac poëta eximius. Idem pag. 358.

Sunt etiam in Indice Cypriani Pagnii quidam, ut vita & factis, ita nostris scriptis æternitate consecrandi, si tamen hæc æterna erunt: ego sane, ut essent, scripsi.

26. Franciscus Cepperellius J. C.

27. Joannes Bonaccursius J. C.

28. Joannes de Ginnottis J. C.

29. Joannes de Montemagno, Perusiæ Juris Civilis professor.

30. Ludovicus Saviani, scriptis in jure nobilis. Ejus sunt Commentaria ad titulum De capite minutis.

Plura de Pistoriensium rebus Renatus Seravallinus, ac Jannotius Manettus, qui cum Prætor Pistorii fuisset pro populo Florentino circa annum 1409. res ejusdem civitatis libris tribus inclusit.

Aquila, ſeu Acula, Etruriæ urbs antiquiſſima: hodie Acquapendente.

CAP. XIV.

INter Etruſiæ Mediterraneas civitates a Ptolemæo ponitur Ἄκυλα, *Acula*, ſive *Aquila*, alia longe ab illa, quæ Regno Neapolitano. Nobilitatem ejus ex Plinio licet colligere, qui libr. 3. cap. 5. *Aquenſes cognomine Taurini*. In aliis editionibus erat, *Aquilenſes*, rectius indubie; nam Ἄκυλα, ſive *Aquila*. Eam hodie neoterici volunt dici *Acquapendente*. Urbs ea, antiquitatis non obſcura veſtigia oſtentat: cœlo, ſoloque ſalubri, ac fertili: loco etiam, ſi ars accederet, ſatis munito. Hinc ſcriptis Theologicis clarus prodiit.

FRANCISCUS BENCIUS. Anton. Poſſevin. pag. 493.

NICOLAUS AB AQUAPENDENTE. Idem Appar. pag. 478.

Medicus quoque inſignis hinc nomen ſumpſit.

Senæ urbs Etruriæ antiquiſſima, a Gallis condita: alia in litore maris ſuperi: colonia Romana: res ejus glorioſe cum Romanis, aut inter ſe geſtæ: Academia.

CAP. XV.

SEnas urbem fabuloſe quidam a *Saneſio*, Remi filio, Romuli nomine conditas volunt; ſed nec Remo filius ullus, nec Romulus ultra territorii Romæ urbis quidquam, quod ageret, habuit. Alii æque fallo, inter quos Joannes Villanius Hiſtoricus Florentinus, ejus exordium ab anno 670. referunt: quod ferri non poteſt, cum & Epiſcoporum ſeries ſequenti capite deducenda, & probatiſſimorum auctorum teſtimonia convincant, eam longe eſſe antiquiorem, ut jam patebit; ſed ille forte hoſtili in Senenſes animo hæc in clariſſimæ civitatis contumeliam finxit. Nonnulli, in quibus Flavius Blondus, impudenter ſane juxta, ac imperite, a Joanne XVIII. Pontifice circa annum 1004. eam extructam; ex territorio Arretino, Cluſino, Volaterrano, Faſulano, ac Florentino partibus deductis; quaſi tanta claritudo tam exiguo ſpatio civitati poſſet conciliari. Sed veram ego urbis originem

ad

ad Senones Gallos referendam, qui diu in Italia remanſerunt, poſt urbem Romam direptam; ita & nomen indicat, & produnt Scriptores, Joannes Saresberienſis libr. 6. Policrat. cap. 17. Gotefridus Viterbienſis Chronicor. parte 9. pag. 228. cujus hæc ſunt: *Brennius edificat Mediolanum, Veronam, & Brixiam, & Senogalliam, & urbem Senam in Tuſcia*. Ecce diſerte Senas a Senogallia ſeparat:

Nunc ſuper arma tonat Dux Brenno, creatque Veronam,
Qua contra Romam voluit geſtare coronam,
Nam quia Væ Romæ dicta Verona ſonat.
Brixia fundatur: Ticino Papia paratur:
Et Mediolanum Brenno ſatagente novatur:
Urbs maris Illyrici nunc Senogallia fit.

Ita tertium verſum correxi, cum ſcriptum eſſet *Verona*; alludit autem ad celebre illud Brenni *Væ Victis*. Duplex ergo *Sena* urbs, una ad mare ſuperum ſive Hadriaticum, altera in Mediterranea Tuſcia: utraque a Gallis Senonibus & originem & nomen ſortita. Errant turpiter, qui has confundunt, & in his Leander Alberti. Paul. Varnefrid. libr. 2. Geſt. Longobardor. cap. 22. Ptolemæus, & alii. Polybius libr. 2. pag. 108. Τῆς Γαλατίας ἀποικίαν τὴν Σήνην. *Galliæ Coloniam Senam* vocat; ſed eam ad Adriam locat, ibidem loci. Sil. Italic. libr. 5. Punicor.

Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Senæ.

Inter illas duas urbes hoc eſt diſcrimen, quod *Sena* ſit ad mare Hadriaticum, *Senæ* ad viam Clodiam.

Colonia fuit utraque, licet diverſis temporibus deducta: ſecunda quidem memoratur a C. Plin. libr. 3. cap. 5. *Intus Coloniæ, Faliſca, Argis ortæ, ut auctor eſt Cato, quæ cognominatur Etruſcorum, Lucus Feroniæ, Ruſellana, Senenſis, Sutrina*. Manifeſto *Senas* Mediterraneas ſignificat; nam ſi litoralem urbem deductam voluiſſet innuere, non intus cum Sutrio, Ruſellis, Luco Feroniæ, atque Faliſcis poſuiſſet. De prima L. Florus: Epitomaſtes ad libr. 11. Livii: *Coloniæ deductæ ſunt Caſtrum, Sena, Adria*; anno, ut quibusdam placet, 465. vel ut verius Onufrius, anno 471. quo ſcilicet Galli ad internecionem deleti; tunc enim credibile eſt in agrum, expulſis Gallis, a populo Romano occupatum, Colonias fuiſſe traductas. Liv. 3. Decad libr. 7. *C. Claudio Nerone, M. Livio Salinatore COSS. Colonos maritimos, qui Sacroſanctam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant, nullius obſervata, Oſtienſis, Alſienſis, Antias, Anxuras, Minturnenſis, Suveſſanus, & a ſupero mari Senenſis*. Mentio & apud C. Tacitum libr. 4. Hiſtoriar. niſi quod *Sienſem* vocat ultima Lipſii editio ex Codice Vaticano: *Pulſatum ſe in colonia Senienſi, cætu multitudinis, & juſſu magiſtratuum*. Et paucis interjectis: *Cognita cauſa, in convicios vindicatum, additumque S. C. quo Senenſium plebs admoneretur*.

Geſta ejus ſpecioſa admodum, ac primum nobilitatæ plurimum Senæ ſtrage Senonum conditorum. Gotfrid. Viterbienſ. pag. 229. *Brenno vincitur a Romanis apud Senas in Tuſcia:* *Mili-*

Digitized by Google

Militiæ validas nunc Brenno relaxat habenas,
Ædificatque Senas, Tuſcorum robore plenas,
Cum quibus & Roma bella reverſa monet.
Brennica pars ceſſit, dum ſanguine terra madeſcit,
Agmina cæſorum diſtinguere litera neſcit
Victa manus Senonis fuſa per arva ruit.

Multis deinde interjectis ſeculis, Pompejus ibi debellavit Martium, urbemque ipſam hoſtiliter diripuit. Appian. libr. 1. Bellor. Civil.

Quam varias rerum vices cum aliis Etruriæ urbibus, ſævientibus barbaris ſuſtinuerit, ſcripta hiſtoria poteſt cognoſci ex Rolando Malinotto patricio Senenſi, & Ænea Silvio in hiſtoriis; certe enim aëris temperie, ut canit Facius Ubertus libr. 3. od. 8. loci amœnitate, civium nobilitate, ac rebus præclare geſtis nulli Italiæ civitati poſtponendæ, multis vero anteponendæ cenſebantur. Reſpublica quippe opulentiſſima *Carolo IV.* obſequium præſtitit anno 1370. deinde ſub *Joanne Galeatio Vicecomite:* mox ſui juris iterum facta, *Alfonſum Tarraconenſem* in ſubſidium adverſus Florentinos accivit; ſed & a *Jacobo Picinio* impetita, pacem a *Paulo II.* factam ad ſe nihil pertinere arbitrata, paucos poſt annos Hiſpanicis occupata præſidiis, magnoque victa prœlio, in Sereniſſ. Coſmi I. Magni Etruriæ Ducis poteſtatem venit, ſub quo beatiſſimo ſtatu hodie agit. Inter potentiſſimas Etruriæ civitates ponit Laonicus Chalcondylas libr. 6. Rer. Turcicar. pag. 406.

Plura Nicolaus Shraderus in Delitiis Italiæ, & Itinerarium Italiæ Anonymi Germani pag. 118. Civium genius liberalis, animoſus ad bella ſimul, ac literas proclivis. Errat impudenter Boterus Relat libr. 1. par. 1.

Urbs ipſa auguſta, ædificiis ſplendida: templum Metropolitanum intus extraque marmore incruſtatum, ſub fornice ſuperno Pontificum icones, in pavimento vermiculato Sibyllarum vaticinia oſtentans.

Academia hic neſcio a quo inſtituta, magno Germanorum concurſu frequentatur, qui & civium comitate, & civitatis pulchritudine, locique ſalubritate allecti, gregatim eo confluunt. Hanc Cardinalis Franciſcus Zabarella ſub Joanne XXII. varias paſſam moleſtias ſcribit, ut pæne priuſquam nata videretur, interiret; ſed tamen poſt eas turbas inſigniter floruit, ut eſt in Clementina *Dudum* de Sepulchr. Petrus Anchoranus a Senatu Senenſi evocatus anno 1388. triennio, ut ipſe ſcribit, Decretales ibi docuit, & plerique alii viri eminentiſſimi. Collegium Sapientiæ ab *Andrea Galerano* Senenſi erectum. Caccialupus.

Senis

Senis oriundi Sancti, Pontifices, Cardinales, Episcopi, Archiepiscopi, viri illustres.

CAP. XVI.

1. AMBROSIUS, Ordin. Prædicator. sanctitate, prædicatione, & miraculis clarus. Martyrolog. Roman. 20. Martii. Cujus acta quatuor Theologi ejusdem Ordinis coætanei, jussu Honorii IV. scripserunt, ut retulit Cæsar Baronius. D. Antoninus Florentinus part. 3. Chronicor. tit. 23. cap. 10. B. Raymundus Capuanus libr. 2. de Vita Div. Catharin. Senen. cap. 35. Joannes Nider in Præceptorio, præcepto 1. cap. 6. in fine. Antonius Lusitanus in Chronico Ordin. Prædicator. anno 1260. & alibi. Ferdinand. de Castiglione part. 1. Histor. S. Dominici libr. 3. cap. 49. & alibi sæpe. Obiit anno 1286.

2. Jo: COLUMBINUS, Institutor Ordinis Jesuatorum. Martyrolog. Roman. 31. Julii. Hujus, ac sociorum acta, pietatis plenissima conscripta, atque edita a Phæo Belcario leguntur.

3. ANSANUS Martyr, sub Diocletiano passus 1. Decembr. anno 313. salutis, ut acta MSS. quæ asservantur Senis, indicant.

4. GALGANUS Eremita, cujus acta scripsit Gregorius quidam Ordinis Prædicatorum, qui eum excessisse vult anno 1181. & in Sanctorum album relatum ab Alexandro III. sed ante Galganum excessit ille Pontifex, quare aut non eo anno ille obiit, aut non ab eo Pontifice Sanctis adscriptus. Baronius Martyrolog. 3. Decembr.

5. CATHARINA Virgo, Ord. Prædicator. hujus gesta B. Raymundus Capuanus Ordinis ejusdem scripsit, & Latinitate donavit Joannes Tolosanus. Obiit anno 1380. Sanctarum catalogo adscripta a Pio II. anno salutis 1462. Extat in Bibliotheca Vaticana insignis oratio ejusdem Pontificis in Consistorio habita, super vita ac gestis hujus Virginis. D. Antoninus in Chronic. Martyrolog. 29. April.

6. B. SORORIUS, nosocomii fundator, ut ibidem extat epigraphe anno 1432.

Sequuntur Pontifices, qui patriæ suæ ornamento, ac rei Christianæ commodo, Senis oriundi.

1. ALEXANDER III. ex familia BANDINELLA, quæ postea PAPARONA dicta est, ex Canonico Pisano Romam ab Eugenio III. vocatus, Cardinalis tit. SS. Cosmi & Damiani, ac post S. Marci. Cancellarius Apostolicæ Sedis, contra Victorem IV. Antipapam creatus anno 1159. Ad eum extat D. Bernardi epistola. Sedit annos 21. Menses 11. dies 13. Romæ obiit & pius & prudens.

2. Pius II. prius *Æneas Silvius Picolomineus*, ex parentibus Silvio Poſtumo, ac Victoria Fortiguerra nobilibus, ſed injuria bellorum tenuis conditionis natus: Legatus in Scotia, ut ipſius teſtantur monumenta: Epiſcopus Tergeſtinus, ac Senenſis: a Calliſto III. Cardinalis creatus tit. S. Sabinæ: Pontifex renuntiatus eſt anno 1458. ſedit annis ſex.

3. Pius III. Pii II. ex ſorore Laodamia nepos, Nanni Tudelchini nobiliſſimi ac doctiſſimi filius, prius Franciscus Piccolomineus dictus, ab avunculo in Cardinalium Collegium adſcitus: anno 1503. Pontifex creatus, ſedit dies 26. ætatis vero excedens annum 64. ex dolore ulceris exceſſit.

Epiſcoporum ſeries ſubnectenda, quamqnam incertum ſit, quando primum Antiſtites habere cœperit. Extat Nicolai Pontificis Decretum *Gallioni Senenſi Archiepiſcopo*, Cauſa 3. quæſt. 9. cap. 12. in decreto Gratiani. Et Honorius III. ſcribit *Epiſcopo Senenſi* cap. 43. *de ſententia excommunicationis* in Decreto Gregorii.

1. Eusebius Senensis Epiſcopus, unus ex quadraginta ſex Præſulibus fuit, qui Synodi Romanæ ſubſcripſerunt, celebratæ a Papa Hilario I. ſub annum 465.

2. Maurus Senas *Epiſcopus*, inter 125. Epiſcopos, qui Lateranenſi Concilio II. ſubſcripſerunt, reperitur, quod celebratum ſub Martino I. vertente anno 652.

3. Vitalianus, ſubſcripſit Epiſtolæ Agathonis Pontificis, mittendæ per legatos ad Sanctam Oecumenicam Synodum Conſtantinopolitanam, celebrandam anno 673. Acta Archiepiſcopatus Piſani.

4. Cautio *Epiſcopus Eccleſiæ Senenſis*, inquit Anaſtaſius Bibliothecarius in rebus Sergii II. ſub annum 844.

5. Rainerius, anno 1125. Acta Archiepiſcopatus Piſani.

6. Gunteranus, anno 1176. ibidem.

7. Donus Dei Malevolti, anno 1041.

Ex Epiſcopatu ſedem eam in Archiepiſcopatum erexit, qui tunc Epiſcopus fuerat, Pius II. Pontifex Maximus anno 1459. Subſunt autem *Suanenſis*, *Cluſinus*, *Groſſetanus*, ſive, *Roſetanus*, aut certe *Roſellanenſis*. *Pientinus*, ſeu *Corſinianenſis*, *Ilucienſis*, vel *Ilcinenſis*, aut, quod idem eſt, *Montis Ilcinei*, *Maſſanenſis*, ſeu *Maſſenſis*, qui olim *Populonienſis*. Aubertus Miræus notitia Epiſcopatuum libr. 4. cap. 5. & alii plerique ſcriptores. Jam de Cardinalibus poſt Epiſcopos ago.

1. Rolandus de Paparo, tit. S. Marci, ab Anaſtaſio IV. creatus anno 1153 (1)

2. Hubertus de Comitibus de Ilcio, aut Elci. Hic creatus anno 1261. tit. S. Euſtachii ab Urbano IV. (2) *Orbitellum* oppidum emit, Eccleſiæ Romanæ nomine, a Boëmaxia, Tuſciæ Comitiſſa, uxore Guilielmi

(1) Oldoinus in Additionibus ad Ciacconium Tom. 1. pag. 1119. hunc Rolandum Cardinalem a Lucio III. Pont. Max. creatum autumat.

(2) Coſſam, non Orbitellum, emiſſe ait Oldoinus ibid. Tom. 2. pag. 159.

Digitized by Google

lielmi Comitis; ſed quia hic fratris Comitiſſæ filius erat, oppidum ei donavit. Libri Cameræ Apoſtolicæ. Obiit ſub Innocentio V. anno 1276.

3. Mag. Richardus Petronus J. C. a Bonifacio VIII. creatus tit. S. Euſtachii, anno 1294. Hic patriam ſuam ſplendidiſſimis ac piis ædificiis ornavit. Chronica Senenſia. Joann. Villan. libr. 9. cap. 22. Hiſtor. Florent. Regiſtrum ac Bullæ Bonifacii VIII.

4. Antonius Cassinus J. C. eximius, Theſaurarius Papæ, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, tit. S. Marcelli a Martino V. creatus anno 1417. fuitque Martino a conſiliis, quoad vixit.

5. Alfonsus Petruccius, Pandulphi Tyranni Senenſis filius, anno 1503. a Julio II. tit. S. Theodori creatus: a Leone X. in quem conſpiraverat, Senatu ita inſtigante, ſacris dejectus, ac a Pontifice ſervari juſſus, laqueo cervici injecto, ſtrangulatus anno 1514. ætatis ſuæ 27.

6. Raphael Petruccius, Epiſcopus Groſſetanus, Senis Præfectus, ac Caſtro S. Angeli, a Leone X. tit. S. Suſannæ anno 1513. creatus.

7. Joannes Piccolomineus de Monte Falco, eodem anno tit. S. Balbinæ a Leone X. creatus, Archiepiſcopus Senenſis, demum Epiſcopus Oſtienſis, & Collegii Decanus.

8. Hieronymus Ghinuccius, Cameræ Apoſtolicæ Auditor, Epiſcopus Aſculanus & Melivetanus, tit. S. Clementis, anno 1534. a Paulo III. creatus.

9. Fabius Mignanellus, poſt præfecturam Piceni, ac Bononienſem, uxore defuncta, in Concilium Tridentinum miſſus, a Julio III. anno 1550. tit. S. Pammachii creatus. Obiit anno 1557.

Sequuntur Viri illuſtres, quos breviter percurram.

1. Fabius Benevolentius, ſcriptis clarus, ut eſt apud Antonium Poſſevinum pag. 481.

2. Franciscus Patricius, Cajetanus Epiſcopus. Idem pag. 731.

3. Thomas Antonii. Idem pag. 295.

4. Ambrosius Catharinus Politus. Idem pag. 71.

5. Angelus Salvettus, pag. 89.

6. Augustinus Dathus, pag. 144.

7. Bernardinus Landuccius, non tantum ſcriptis æternitati conſecratus, ſed Carmelitani Ordinis Magiſter Generalis. Idem pag 222.

8. Bernardinus alter, cognomento *Senenſis*, Ordinis D. Franciſci Generalis. Idem pag. 223.

9. Bindus. Idem pag. 241.

10. Gerardus Senensis. Idem Appendice pag. 41.

11. Jacobus a S. Andrea, pag. 72.

12. Joannes Baptista Caffardus Carmelita, pag. 117.

13. Marianus Socinus J. C. publica multorum annorum in celeberrimis Academiis profeſſione, ac ſcriptis commendatiſſimus, ut ſui ſeculi Papinianus a quibusdam diceretur. Idem pag. 394.

Digitized by Google

14. Marianus Socinus Junior, ſuperioris nepos, ut ſanguine, ita eruditione illi ſimillimus, profeſſione, & ſcriptis clariſſimus, pag. 394.
15. Nicolaus Aurificus Bonfilius. Idem pag. 479.
16. Nicolaus Burgensis, pag. 480.
17. Petrus Ollicinus, J. C. pag. 62.
18. Petrus Rubeus, pag. 67.
19. Simon Fontanus, pag. 222.
20. Sixtus, cognomento *Senenſis*, Ordin. Prædicatorum; cujus Bibliothecam auxit eruditiſſimus R. P. Jacobus Hajus Scotus e Societate Jeſu, de quo libro de Scriptoribus Scotis dico. De Sixto vero idem Poſſevin. pag. 225.
21. Fridericus Petruccius, *vir magnæ ſcientiæ*, ait Fanutius Campanus MS. libr. 5. *ac præceptor Baldi: docuit Senis, & Perusiæ, & conſilia reliquit.*
22. Joannes Palatensis, *utriuſque Juris maximus Doctor*, ut ibidem Fanutius MS. & Bibliotheca Mundi. *Baldi magiſter. Conſilia plura, & Tractatum de vera militia ſcripſit.*
23. Mag. Montinus Archidiaconus. Sub Gregorio IX. S. R. E. Vicecancellarius fuit, anno 1237. ſcripſiſſe etiam aliquid perhibetur.
24. Richardus Petro, & ipſe ſub annum 1300. S. R. E. Vicecancellarius, ſedente Bonifacio VIII.

In Indice Cypriani Pagnii illi ſunt Juris ſcientiæ, profeſſione, ac ſcriptis nobilitati.

1. Guidantius Boninsignius.
2. Joannes Baptista Santius.
3. Joannes de Bellantibus.
4. Joannes de Paliarensibus.
5. Joannes Urbanius.
6. M. Antonius Bellarmatus.
7. Mignanellus de Mignanellis.
8. Nerius de Pagliarensibus.
9. Petrus Laurentius Lutius.

Paulus Merula libr. 4. part. 2. pag. 903. Coſmogr. *Florentum Senis:*

1. Nicolaus V. Pontifex.
2. Abbas Panormitanus.
3. Paulus Castrensis.
4. Bartholomæus Socinus.
5. Philippus Decius.
6. Dinus Mugellanus.
7. Hugo Senensis.
8. Franciscus Philelphus.

Plura ad hujus nobiliſſimæ civitatis ornamenta, & res geſtas contulit Clariſſ. Vir Celſus Cittadinius, patricius Senenſis, qui totum, ut audio, ſtudium in patria illuſtranda, laudabiliter, ac poſterorum commodo collocat.

Floren-

Digitized by Google

Florentia, non Fluentia, Etruriæ Metropolis: condita, ac colonia deducta ſub Triumviris: a Totila everſa: a Carolo Magno reparata: nulla plures habuit hiſtoricos: res ab ea glorioſe geſtæ.

CAP. XVII.

FLorentia, dignitate prima, ac rerum olim geſtarum gloria, reliquas non modo Etruriæ, aut Italiæ, ſed totius Europæ, poſt Romani Imperii inclinationem, urbes æquans, aut ſuperans, hoc loco, ortus ſui ratione, tractanda venit. De qua Laonicus Chalcocondylas libr. 6. Rer. Turcicar. pag. 406. *Hinc profecti venere Florentiam, Tyrrhenorum ſive Etruriæ Metropolim, urbem magnam, & opulentam, que pulchritudine omnes Italiæ urbes ſuperat. Tyrrhenia, quæ & Etruria, incipit ab urbe Peruſio, & dextra tenens, Bononiam, urbem opulentam, pertingit uſque Lucam.* (Male utrumque; nam & a Tiberi ducitur Etruriæ initium, & Macram uſque, longe ultra Lucam, protenditur. Sed ſolemne eſt hoc Scriptoribus Græculis in Coſmographia labi, ut ſæpius hoc opere eſt a me obſervatum) *Luca autem, & Peruſium ſunt civitates liberæ, & in democratiam verſæ reguntur. Florentia, extra Venetorum urbem, Italiæ eſt opulentiſſima, civeſque ad agriculturam & mercaturam extrudit: hi intelligentia reliquos excellere videntur, optimeque efficitur, quidquid viri iſti fuerint aggreſſi. Reſpublica hoc modo adminiſtratur. Eſt in ea Conſilium quingentorum virorum, qui de civitatis rebus conſultant, de bello, de pace, de legatis ſententiam ferentes. Habent duos viros peregrinos, quos accerſentes plurimum venerantur: unum criminum capitalium judicem conſtituunt: alterum reliquas urbis controverſias judicare jubent. Cives autem reliqua Reipublicæ munia obeunt. Peregrinos autem propterea adſciſcunt, ne cives, favore aut odio adducti, in alterutram partem jus dicentes, abducerentur. Ducem, ſeu Principem Reipublicæ creant, quem Signiferum nuncupant, qui trimeſtre tempus magiſtratum gerit, ad quem univerſi civitatis redditus, & tributa referuntur: ſi qui hunc adeunt, pacem, aut bellum afferentes, ſtatim deducuntur ad quingentorum Conſilium. Magiſtratus legunt de populo populares, & quorundam artificiorum præſides. Licet cuilibet ejus urbis fieri civem, ſi ſtatutum pretium intulerit. Conſilium illud ſi quid decreverit, id ut executionem ſortiatur, ducibus mandant.* Ita ſe habent illius Scriptoris verba ex verſione Conradi Clauſeri Tigurin Latina; nam Græcus textus, etſi ante paucos annos, ut audio, editus eſt, ad me non pervenit.

Floren-

Digitized by Google

Florentiæ ortum & conditores ad Syllanæ proſcriptionis tempora quidam rejiciunt: in his Gaudentius Merula libr. 3. Antiq. Gall. Ciſalpin. cap. 14. Hanc ſententiam plerique ſequuti, & in his Leonardus Arretinus in limine ſuæ hiſtoriæ. Et Ugolin. Verinus libr. 1. Illuſtrat. Florent.

Inclyta Syllanæ referam primordia gentis,
Quæ caput Etruſcas longe ſuperextulit urbes.

Joannes Annius Viterbienſis ſuis in Pſeudocatonem notis ad *Janum* originem ejus, ſi diis placet, refert.

Florinum quendam principem conditorem faciunt Facius Ubertus libr. 3. od. 7. ac Ricordanus Malaſpina; ſed commentum hoc refello libr. 2. ſupra hoc opere.

Fæſulanos meliorem, commodioremque ſedem quærentes, auctores volunt Florentiæ fuiſſe Laurentius Valla, & ſui immemor, Gaudentius Merula, libr. 3. cap. 15. Certe Fæſulanos, amœnitate vallis Arni allectos, auctores facit Florentiæ Julius Cæſar Scaliger in Urbibus:

Parva fluentiſonis aggeſta Fluentia ripis,
Mollia de nitido numina flore caput.
Feſula regnabat, verum meliora ſecutus
Merlius antiquas detulit amnis opes.
Divitias Hera, Mercurius diſcrimina linguæ,
Mercurius varias ire redire vias.
Ambitioſa, ferox, bellacia, flammea Mavors
Pectora, magnificam docta Minerva manum,
Jupiter oſtendit cœleſtes mentibus aulas,
Sirenum tribuit dulcis Apollo ſonum.
Vera vetus Romæ ſoboles, aliena requiris,
Mutua quid proprias vertis ad arma manus?

Denique veriſſima eſt Raphaëlis Volaterrani ſententia, a *Triumviris*, Auguſto, Antonio, & Lepido, *Florentiam* & urbem ſimul, & Coloniam factam. Jul Frontin. libr. de Coloniis Roman. *Colonia* (1) *Florentina deducta eſt a IIIviris, aſſignata lege Julia, centuriane in Ceſariane in jugera CC. per cardines & Decumanos, termini rotundi pedales, & diſtant a ſe invicem IICCCC. P. Sunt & medii termini, qui dicuntur Epipedonici L. longum, graſſum, & diſtant a ſe P. MCC. ceteri proportionales ſunt, qui non ad rationem, vel recluras limitum pertinent, ſed ad modum juge-*

(1) In edit Gœſi locus hic Frontini ſic legitur pag. 112. *Colonia Florentina deducta a IIIviris aſſignata lege Julia, Centuria Ceſariana in jugera CC. per Cardines & Decumanos. Termini rotundi, pedales, & diſtant a ſe P. IICCCC. Sunt & medii termini, qui dicuntur Epipedonici, pedem longum craſſum, & diſtant a ſe P. ∞CC. Ceteri proportionales ſunt. & intercifivos limites ſervant, quos veterani pro obſervatione partium ſtatutos cuſtodiunt, qui non ad rationem vel recluras limitum pertinent, ſed ad modum jugerationis cuſtodiendum, & diſtant a ſe alius ab alio P. DC. Quorum limitum curſus nulla intrajecta diſtantia in utroque laterum territorii concurrunt, ut infra monſtravi* * * *

Digitized by Google

jagerationis cuſtodiendum: & diſtant a ſe invicem alius ab alio pedes ſexcentos, quorum limitum concurſus, nulla interjecta diſtantia, in utroque laterum territorii concurrunt, ut infra monſtravi, & interſicinos limites ſervant, quos ut veterani pro obſervatione partium ſtatutos cuſtodiunt. De nulla alia Colonia tam ſpeciatim Frontinus, argumento claro magnam auctoribus Triumviris hujus Coloniæ, tum cum deduceretur, curam fuiſſe.

Nomen nonnulli a fabuloſo illo, & commentitio *Florino* deduxere: alii a *Flore*, cui ob felicitatem perpetuam ſimilis eſt: nonnulli a floridis incolarum ingeniis, ac perenni virore literas amplexis: denique, quod omnium urbium florentiſſima primo ſui ortu fuerit. Angelus Politianus libr. 1. Epiſt. 2. Hæc Mérula libr. 4. part. 2. Coſmograph. pag. 890. Sed forte verum fuerit a *floribus*, quibus ſemper cœli ſolique beneficio colles amœni circa veſtiuntur, nomen deſumtum, aut etiam a *liliis floribus*, quæ in vexillo antiquo delata. Ita ſentit Ugolinus Verinus libr. 2.

Crevere hinc cenſus, & rerum copia major,
Solertem, & vigilem numquam fortuna fefellit:
Florida ſic facta eſt longe Florentia rerum,
Et fauſto verum ſortita eſt omine nomen,
Candidaque impoſuit Syllanis lilia ſignis.

Fluentiam initio volunt, non *Florentiam* vocatam, ex L. Flori, & C. Plinii auctoritate. Ille enim libr. 3. cap. 21. in fine: *Poſitis ſingulorum hominum fere pœnis, municipia Italiæ ſplendidiſſima ſub haſta venierunt, Spoletium, Interamnium, Prœneſte, Fluentia.* Primum aliqua alia potuit *Fluentia* urbs eſſe, quæ bello Mariano ſplendidiſſimum Italiæ municipium ſit appellata: quo quidem ævo Florentia adhuc non condita: deinde Joannes Stadius teſtatur in omnibus notæ melioris MSS. loco illo *Florentia* fuiſſe ſcriptum. Plinius quidem, dum populos, urbeſque Etruriæ celebriores enumerat libr. 3. cap. 5. *Fluentini, præfluenti Arno appoſiti*. Ut vera ſit lectio, potuit forte Vallis Arni obſcurus ille fuiſſe populus, ut plerique apud eum auctorem, qui nuſquam alibi, deinde Jacobi Dalecampii fides obtineat, qui in MSS. viderat, & margini appoſuerat ſua editione *Florentini*. Denique Scriptores Græci, Latinique, veteres lapides, ac nummi *Florentiam*, non *Fluentiam* indigitant. Itinerarii Tabulæ antiquæ, quas edidit Peutingerus, *Florentia Tuſcorum*. Itinerarium Antonini Aug. ſive Anonymi Scoti ſæpiſſime *Florentiæ* mentionem facit, *Fluentiæ* nuſquam. Suidæ eſt Φλωρεντέα, *Florenteja*, forte corrupte. Ptolemæo, Procopio, ac Agathiæ Scholaſtico libr. 1. & illi libr. 3. belli Gothici Φλωρεντία diſerte audit, quorum loca, ſi ad manum eſſent, apponerem. Valentinianus & Valens AA. ad Maximinum Tuſciæ correctorem ſcribunt *Florentiæ*, ut eſt l. 8. C. Theod. tit. 1. libr 9. Hermolaus Barbarus ad Plinii libr. 14. cap. 3. notat, uvæ genus eſſe, quæ *Florentia* dicatur. Jul. Frontin. libro laudato: *In agro Floren-*

Florentino in centurias ſingulas jugera CC. qui conduxerit decimanum latum P. XL. Et eodem libro alibi: *Ager Lunenſis ea lege, qua & ager Florentinus, limites in horam ſextam converſi ſint.* C. Tacit. libr. 1. Annal. in fine: *Auditæque municipiorum, ac coloniarum legationes, orantibus Florentinis, ne Clanis ſolito alveo diverſus, in Arnum amnem transferretur, idque ipſis pernitiem adferret.* His, ut puto, antiquiſſimorum, ac probatiſſimorum auctorum teſtimoniis evincitur & Tiberio imperante, inſignem fuiſſe Florentiam urbem, quæ Legatos Romam mittere potuerit: & nullum unquam aliud nomen habuiſſe, præter *Florentiam*: illudque *Fluentiæ* appellatæ crimen a librariorum inſcitia profectum, cum in omnibus probatis editionibus genuinum ſit, ac verum nomen *Florentia*. Lapides id ipſum probant.

Unus Romæ in hortis Cæſiis apud Honuſtrium, & Aldum Manut. Orthogr. pag. 63. (1)

Q. GARGENNIVS
L. F. BCA
CELER
FLORENTIA. MIL
COH. XI. PR.
VIX. A. XXIV.
MILIT. A. V
H . S . E

Secundus refertur a Vincentio Borghinio Florentiæ ſuæ pag. 214.

Q. TERSINA. Q. F
SCAP. LVPVS
FLOREN. MILES
COH. XII. URB. 7. DES
TRI. GENIVM
CENTVRIAE. CVM
BASE. MARMOREA
TESTAMENTO
PONI. IVSSIT
POSITA. IBID. APR
MAMERTINO. ET. RUFO
CoS

Tertius Politiani eſt in rudi Lapide columnæ antiquæ forma (2).

IMP. CAESAR
DIVI. TRAIANI
PARTHICI. FIL

DIVI

(1) Apud Grater. pag. 543. num. 5. (2) Apud eundem pag. 156. num. 2.

DIVI. NERVAE. NEP
TRAIANVS. HADRIANVS
AVG. PONT. MAX
TRIB. POT. VII. COS. III
VIAM. CASSIAM
VETVSTATE. COLLABSAM
A. CLUSINOR. FINIBVS
FLORENTIAM. PERDVXIT
MILLIA. PASSVVM
XXCI

Eſt & quarti Lapidis fragmentum Volaterris.

A. CATINNA. SVPER. . . . . FLORENT. . . . . .

Quintus eſt Romæ ad D. Laurentii. (1)

DIS. MAN. S.
L. DAMARIONI. L. F. ROM
GENIANO
EVOKAT. AVG. IN. PRAET
VIX. ANN. LVII. M. IIII. D. XIII
H. S. E
T. FLAVIVS. F. F. ROM. FELIX
FLORENTIA
VETER. AVG. N. T. VESPAS
FRAT. PIISIM. F. C
IN. F. P. VI. IN. A. P. IV

Eſt & in antiquis Romanis Inſcriptionibus iſta. (2)

DIS. MANIBVS
GRANTANIVS. SCAPTIA
MACER
FLORENTIA
MIL. COH. XII. VRB
CESERN. VIX. ANN. XXII
MIL. ANN. V
EX. TEST. P. IVS

(1) Apud Borghinium part. 1. pag. 212. (2) Apud Gruter. pag. 543. num. 8.

Digitized by Google

Extat & Neapoli marmor vetuſtum cum hoc epigrammate. (1)

C. CISPIVS. A. F
SCAPT. SEVERVS
FLORENTIA
MILES. COH. III. PR
VIX. ANN. XLIII
MILITAVIT. ANN. XVII

Ex his omnibus vetuſtis marmorum, ac certiſſimis monimentis indubitatum relinquitur, ab imperitis, aut malevolis, gloriaeque Florentinorum iniquis nomen *Fluentiæ* dimanaſſe; cum Latino ævo genuinum ac primum fuerit nomen *Florentia*. Adde Itinerarium Antonini Aug. ſive Anonymi Scoti.

In Caſtello. M. P. XXV.
Amejano. M. P. XXV.
Florentia. M. P. XX.
Piſtores. M. P. XXV.
Luca. M. P. XXV.

Et in Via Clodia. Idem

Ad Piſtores.
Florentia.
Ad Fines, ſive Caſas Cæſarianas.
Arretio.
Per Statuas.

Et

(1) Apud Gruter. pag. 537. num. 3. Addi poſſunt etiam ſequentes apud eundem Gruterum pag. 556. num. 1.

L. PINARIO. L. F. SCAPTIA
MATERNO. FLORENTIA
MIL. COH. XII. VRB.
VIX. ANN. XXX. MIL. AN. VII

Utini in Domo Nobilium de Gorghis.

M. MVNATIVS
M. F. SCAP
ETRVSCVS
FLORENTINVS
VIX. ANN XIIX
Q. MVNATIVS
MIL CHOR
VII. PR
FRATER. POSVIT

Romæ reperta Via Caſſia.

C. PETRONIVS
C. F. SCAP
IVSTVS
FLORENTIA
MIL. COH. XII
VRB. P. SEVERI
MILIT. ANN. V
VIX. ANN. XXIV
T. P. I.

Romæ in Domo Nobil. de Naris.

.....
SCA. CELER.
DOMV. FLORENTIA
MILES. COH. IIII. PR
MILITAVIT. ANN. XII
VIXIT. ANN. XXXII

C. L. AVSENNA
M. F. SCA
PROCLVS
FLORENTIA
MIL. COH. VIII
PR. P. MAGI

In Fragmento ubi continentur nomina plurium militum, apud Fabrettum Inſcript. Dom pag. 605.

P. RVFI
.....TVRI. L. GAIVS. LVSIVS. FLORENT.

Digitized by Google

Et eodem Opere paulo poſt. Sed neſcio, an vere

Tannetum.
Parma.
Fidentia.
Florentia.
Placentia.

De nomine hoc ſatis. Supereſt de geſtis: inter quæ ævo Tiberii illud, quod retuli, celebratiſſimum duco, de Legatis Romam miſſis. Res deinde varias, glorioſe ac fortiter geſtas, repetere poteſt Lector ex Hiſtoricis Florentinis, qui plures urbem eam, quam ullam aliam Italiæ, præter Romam, illuſtrarunt. Quorum hæc eſt nomenclatura, ſaltem eorum, qui hactenus in manus meas venere.

1. RICORDANUS MALASPINA, immixtis in exordio ſuæ hiſtoriæ fabellis, eam ad annum 1281. perducit, atque ejus nepos GIACHETTUS quinquennium ſequens proſequitur.

2. JOANNES VILLANIUS anno 1348.

3. MATTHÆUS VILLANIUS, Joannis frater.

4. PHILIPPUS VILLANIUS, J. C. anno 1390.

5. BERNARDUS RUCELLAJUS. Ita eum Paulus Minus vocat, ſeu ORICELLARIUS, quem Michaël Urbinas Salluſtio componit. Scripſit anno 1490. (1)

6. GINUS CAPPONIUS. Bellum Piſanum anno 1420.

7. NERIUS CAPPONIUS, Gini filius, anno 1456.

8. MATTHÆUS PALMERIUS, anno 1448.

9. COPPUS STEPHANIUS.

10. GREGORIUS DATUS, ſui temporis acta anno 1470.

11. NICOLAUS MACHIAVELLUS, populo Florentino a ſecretis, cujus perioche ante res Florentinorum, cum quolibet hiſtorico conferri poſſit, ſive judicium, ſeu eruditionem ſpectes; impia tamen in eo quædam.

12. PETRUS FRANCISCUS GIAMBULARIUS, licet ex Schola Annii Scriptor.

13. BENEDICTUS VARCHIUS, anno 1566.

14. JACOBUS BRACCIOLINUS, cognomento POGGIUS, anno 1478. mendacii, ac parum probatæ fideí a Jacobo Sannazario taxatus: (2)

Dum laudat cives, damnat dum Poggius hoſtem
Nec malus eſt civis, nec bonus hiſtoricus.

(1) Hujus elegantiſſima Hiſtoria de Adventu in Italiam Caroli Octavi, in Bibliotheca Medicea MS adſervatur, Plut. 68.

(2) Jo: Baptiſta Recanatus Patritius Venetus in Vita Poggii, ab ipſo erudite ſcripta, ac Hiſtoriæ Florentinæ ejusdem Poggii a ſe editæ Venetiis 1715. præfixa, cap. 2 *Non una*, inquit, *eſt de ejus nomine* (ſcilicet Poggii) *ſententia. Jacobum appellat Thomas Dempſterus Scotus libr. VIII.* (corrige libr V.) *De Etruria Regali, quæ Coſmo II. Magno Etruriæ Duci dicata eſt, ubi illuſtres viros recenſens hæc habet:* Jacobus Bracciolinus cognomento Poggius, mendacii ac parum probatæ fidei a Jacobo Sannazzario tractatus: *additque Sannazarii diſtichon, quod in Poggium hiſtoricum ſcriptum fuiſſe omnibus notum eſt. Neque vero Dempſtero ſatis fuit, Poggio patri nomen filii tribuiſſe, ſed ætatem quoque tribuit, dum ann. MCDLXXVIII. defunctum aſſerit.*

15. Joannes Baptista Adrianus Florentinus.

16. Joannes Baptista Bochinerius Pratenſis, cujus opus *Palladium*, ut audio, inſcripſit.

17. Bartholomæus Scala, ab origine urbis ad annum 1450. libris XX. ſuaviſſimo, terſiſſimoque ſtylo abſolvit; ſed quinque tantum prodierunt: in cujus laudem vide, quæ apud Michaëlem Pocciantum ex Gerardino Protonotario Apoſtolico, & Ugolino Verino adducuntur.

18. D. Antoninus Frillius, Archiepiſcopus Florentinus, ſanctitate & doctrina illuſtris. (1)

19. Marsilius Ficinus, celebris Platonicæ Philoſophiæ inſtaurator & reformator.

20. Petrus Buonsegnius, hiſtoriam Florentinam ſcripſit quidem vernaculo ſermone, ſed fabulis de Romulo, Remo, Cæſare, Catilina, ac Cicerone, coætaneis, ac de Florino Rege, qui nuſquam fuit, fidem ceteris elevavit, ac rerum geſtarum veritatem vel conſpurcavit, vel ſuſpectam lectori peregrino reddidit.

21. Petrus Monaldus.

22. Leonardus Arretinus, ſupra illam ætatem & doctus, & diligens, cujus *Hiſtoriam Florentinam* MS. edita auctiorem, penes me aſſervo.

23. Paulus Jovius, Italorum poſteriorum verus ac diſertus Livius: nec apud me calumniæ magni ſunt momenti, quando ſeries Scriptionis eſt proba: nec nocere debet, quod ſine legitimis teſtibus venalem calamum habuiſſe eum inſimulent.

24. Franciscus Guicciardinus, ut genere nobiliſſimo apud ſuos cuilibet par, ita judicio antiquis proximus.

25. Joannes Michael Brutus octo libros de Rebus Florentinorum abſolvit.

26. Ugolinus Verinus libris tribus illuſtravit Florentiam verſu eleganti; a quo tamen fruſtra res magnas expectes.

27. Vincentius Borghinius.

28. Jacobus Nardius ab anno 1494. ad annum 1531. ſeriem rerum Florentinarum produxit, meo judicio nulli poſtponendus.

29. Paulus Minius Medicus, parecbaſia doctrina, & judicio plena, *Nobilitatem Florentiæ & Florentinorum* extulit.

30. Donatus Jannotius: De Republica Florentina, circa annum 1572. ſcribit.

31. Franciscus Pandulphinus.

32. Gabriel Landinus, Chriſtophori patruelis, bellum Piſanum heroico verſu inchoavit, ſed non abſolvit, morte præventus. Anno 1430.

33. Joannes Boccacius de bellis Florentinorum cum Duce Mediolanenſium, & Rege Aragonum ſcripſit, anno 1371.

34. Mar-

(1) D. Antoninus non e *Frillia*, ſed e *Pierozis* familia fuiſſe dicitur a pleriſque Scriptoribus, iiſque graviſſimis.

Digitized by Google

34. Marchion Coppi Stephanii Hiſtoriam Florentinam ſuorum temporum elaboravit, hoc eſt uſque ad annum 1380.

35. Marianus, Franciſcanus, multa dignitatem Florentiæ ſpectantia Chronicis Ordinis ſui, ad patriam illuſtrandam, inſeruit. Anno 1430.

36. Philippus Nerlius, univerſas hiſtorias Florentinas in *Compendium* redegit, quod aſſervatur apud nobiliſſimos ipſius hæredes in Nerlia familia MS.

37. Dominicus Joannis, Ordin. Dominicani, gravi carmine hiſtoriam Florentinam ad magiſtratum miſit, quæ in Bibliotheca Gaddiana MS. aſſervatur.

38. Baccius Baldinius, Medicus Sereniſſ. Coſmi I. Magni Etruriæ Ducis, acta conſcripſit, quæ prodierunt anno 1578.

39. Nicolaus Valorius Vitam Laurentii Mediceæi anno 1566. edidit. Errat Michaël Pocciantus pag. 149. qui non Nicolaum, ſed Philippum Valorium ejus vitæ auctorem facit.

Ad hæc Geographi moderni præclaram Florentiæ atque frequentem fecere mentionem, & in his *Leander Alberti*, *Genebrardus*, *Blondus*, *Raphaël Volaterranus*, & alii plerique. Ex quibus omnibus ſparſa quædam acta clariſſimi hujus populi ſeligam, non quia celebriora illa, ſed quia magis obvia, & peregrino mihi notiora: multa in hanc rem forte non vulgaria prodidit Paulus Minius.

Nobilitatem apud hiſtoricos vel maximam Florentia eſt conſecuta morte *Radagaiſi* Regis Gothorum, ut plene diſcuſſi libr. 4. ſupra hoc opere cap. 18. ac Regem quidem illum a Florentinis ſuperatum, occiſumque anno ſalutis 407. ut in confeſſo eſt; ita cui gloria tanti facti debeatur, valde eſt incertum.

Anno 454. Totilam cum barbaris ſuis, ac innumerabilibus copiis repreſſit, ac duriſſima obſidione tolerata, abire re infecta coëgit, Procopio teſte.

Anno 1010. Fæſulas, antiquæ nobilitatis, & divitiarum gloria ſupra alias Etruriæ urbes ea tempeſtate florentes, æmulas tamen, & ob viciniam ſuſpectas, Florentini diruerunt, præcipuaſque illuſtres familias in civitatem ſuam transduxerunt: exemplum Romanorum ſequuti, Alba Longa diruta, jus illius civibus Romanæ civitatis elargientium, ut unum corpus eſſent.

Amoto æmulæ metu anno 1170. cupidos victoriarum oculos in longinqua cœpere emittere: & quia divitiis, nobilitate, terræ feracitate omnes alias vicinas urbes longe ſuperabat Arretium, hanc unam totis viribus vel ſubdere, vel excindere ſunt aggreſſi: & pugna commiſſa graviter res Arretinorum ſunt attritæ: ac poſtea anno 1299. in Campaldina planitie tam atroci clade percuſſi, ut numquam poſtea priſtinam recuperare fortunam potuerint, donec anno ſalutis 1336. jugum acceperint.

Eadem

Digitized by Google

Eadem civitas Senenſes, tum longe lateque imperii fines dilatare parantes, aliquot prœliis coërcuit. Primo ſub Caſtro *Aſciano*, anno ſcilicet 1174.

Iterum congreſſum ſub *Monte Alto*, qua acie duo nobiliſſima tum oppida acquiſivit, *Montem Politianum*, jam urbem factam, ac *Montem Elcii*, etiam nunc civitatem: quæ victoria parta anno 1207.

Tertio ad *Collem Valdenſem*, anno 1279. quæ victoria inter præclariſſimas jure eſt ſemper habita.

Denique patrum noſtrorum memoria, auſpiciis Coſmi I. tum Florentiæ Ducis, ductu *Joann. Jacobi Medicæi*, Marignani Marchionis, ut fuſius libr. 7. dicetur, die 2. Auguſti, anno 1554. ad D. Victoriæ, fractis & Senenſium & exulum Florentinorum animis opibuſque, *Senæ* jugum accepere.

Anno 1254. *Volaterræ*, quibus nihil antiquius, aut civium virtute clarius, Italia, nedum Etruria habebat, ſuperatæ.

Anno 1331. *Piſtorium* in fidem acceptum, qua nihil erat ſplendidius, factionibus inde ortis, quæ totius Italiæ pacem turbarunt, ac Cæſarem, alioſque Principes in partes traxere.

Anno 1410. *Cortona*, nobiliſſimæ antiquitatis civitas, Florentinæ Reipublicæ adjuncta, ſub easdem leges vivere, non multo ſanguine domita, elegit.

Ad *Piſas* venio, quarum urbs ortu a Græcis nobiliſſimo, civium numero ac claritudine, longe urbes omnes Italiæ exæquans, opum vero ac facultatum magnitudine, quamlibet Italicarum, præter Romam, exſuperans: ad hæc longo Inſularum, ac maris utriuſque principatu valida, ſi non virtute, ſaltem fortuna Florentiæ impar fuit. Ac primum quidem arma harum urbium collata ad *Caſtrum Silvæ*, vulgo *Caſtel del Boſco*, anno 1222.

Iterum pugnatũ acerrime ad *Pontaderam*, decimo Piſis lapide, an. 1252.

Tertio congreſſum ad *Pontem Auſeris*, vulgo *Ponte del Serchio*, anno 1256. quam victoriam loquuntur nummi aurei, percuſſi cum pinu, ac Divi Joannis imagine.

Quarto ad *Foſſam Arnonicam* acerrime certatum, anno 1276.

Quinto ſub ipſis Piſarum mœnibus, fuſis fugatiſque Piſanis, nummum aureum percuſſit Petrus Farneſius, Prætor Florentini exercitus, monimentum rei geſtæ, anno 1356.

Sexto ad *Caſſinam* vicum, ſeptimo Piſis lapide infeliciter a Piſanis cum Florentinis certatum; nam præter acie cæſos, quadraginta quatuor plauſtra captivorum plena Florentiam ſunt deducta, anno 1357.

Denique die 9. Octobris anno 1406. tradente patriam ſuam *Jacobo Apiano*, populi Piſani Scriba, Piſis potita eſt Florentia, ducibus egregiam laudem meritis, qui erant Sforſa Cotignuola, Ginus Nerii Capponius, Bartholomæus Corbinellus, Bernardus Cavalcantus (qui tres ultimi ex iis decem erant, quos rei bellicæ præficiebant) Matthæus

Caſtel-

Caſtellanius, & Jacobus Gianfigliazzius. Et cum ſub adventum in Italiam Caroli VIII. Gallorum Regis, Piſæ libertatem, Duce Simone Orlandio, recuperaſſe viderentur; gravi ſeptemdecim annorum bello rurſus domitæ: quod, ut alios omittam, deſcribit Franciſcus Guicciardinus, non ſine verbolitatis nota, & logomachiæ: quod falſe in ridiculo illo, & nullius bonæ frugis Parnaſſo notat Trajanus Boccalinius.

Florentiæ rerum geſtarum magnitudinem non mediocriter augent hoſtium olim numerus, claritudo, potentia, vicinitas; nam continua pæne bella cum *Regibus Neapolitanis*, *Venetis*, *Vicecomitibus*, Mediolanenſium Principibus, exercuit; ut ſilentio præteream *Sacconem Tarlatum*, Arretii tyrannum, *Uguccionem Fagiolam*, *Caſtrutium Caſtrocanem*, Piſarum & Lucæ dominum. Imperatores etiam Germanos tranſeo, qui ſemper Florentiæ potentiam nimium ſuſpectam habuere: ideoque omni conatu illius conſiliis obſtabant, uſque adeo, ut vivente Federico II. Auguſto muris ſe Florentini continuerint, nec quidquam præclari unquam geſſerint: quo demum extincto, novam Reipublicæ formam inſtituerunt, *Antianis*, quos vocant, creatis, penes quos ſumma rerum eſſet, ut initio hujus capitis ex Laonico Chalcocondyla dictum. Id contigit anno 1220.

Hæc feliciter acta; ſed & obiter inauſpicate geſta, ſunt perſtringenda. Ac primum inter peſſima habenda eſt tam multiplex ſeditio, ordinum confuſio, nobilium vel cædes vel exilium, ut jure dici poſſit, non tam grave ab hoſtibus damnum ei civitati illatum, quam ab internis diſſidiis, quibus dum modo plebs, modo patricii prævalerent, effectum, ut nihil domi foriſque glorioſe ſit geſtum, & partibus alternatim ſævientibus, non modo turbatus publice ſtatus, ſed & privatim familiis quædam veluti caligo, mutatis nominibus, inducta.

Infeliciter ad *Arbiam* pugnatum anno 1260. qua acie ita conſternata urbs, ut de ſalute domi conſtituenda unicum fuerit propoſitum, omni cura vicinos domandi abjecta.

Ad *Montem Catinum* fœda ſtrages accepta ab Uguccione, quem nominavi, anno 1315.

Nec felicius cum *Caſtrutio Caſtrocane* congreſſum ad *Altum Paſſum*, anno 1325.

Aliquot deinde annis interjectis, eadem novercantis fortunæ malignitas Lucenſibus victoriam dedit, memorabili prœlio non tam fractis Florentinorum viribus, quam gloria obſcurata.

Tyrannis etiam inter adverſa eſt reputanda, quam exercuit *Gualterius* Athenarum Dux, ſpatio decem menſium, anno 1342.

Erga Eccleſiam, ac Sanctiſſimos Pontifices varie ſe geſſerunt Florentini; nam pleroſque eorum ab hoſtili injuria victricibus ſuis armis protexerunt; a ſæviente enim Henrico III. Victorem II. ſunt tutati, anno 1055. ut in actis ejus habetur, & teſtantur Bullæ, regiſtrumque ipſius,

Digitized by Google

ipſius, & Aribo S. R. E. Cardinalis ac Primiſcrinius. Iidem tutos reddiderunt *Victorem* III. ac *Gregorium* VII. ab hoſtili rabie *Henrici* IV. Imperatoris. Inde ſemina diſſidii lethalis cum *Manfredo*, *Curradino* aliis *Henricis*: inde etiam origo factionum, *Guelforum* pro Papa, & *Gibellinorum* patriam ſuam fœde lacerantium, totaque civilis factionis labes: hinc etiam internecinum odium.

Recepti etiam hic non minori pietate, quam ſumptu ſpecioſo Sanctiſſimi Domini *Gregorius X.* cum *Balduino* Imperatore Græcanico, *Eugenius IV.* & *Martinus V.* Quæ Concilia inibi celebrata dicetur ſequenti capite.

Mira tamen rerum humanarum viciſſitudine in Papas arma iidem tulerunt, non tam Sanctæ Apoſtolicæ Sedis offenſione, quam Legatorum moti injuriis, qui, in Galliis Avenione Pontificibus agentibus, res Italicas ad libitum, & plerumque perperam adminiſtrabant; nam anno 1331. *Longobardiæ*, ſive *Galliæ Togatæ* Legatus, fœdere cum *Joanne* Rege Boëmiæ icto, non modo Comitem Romaniæ eum inaugurari, ſed & totius Etruriæ dominium in illum conferre cogitabat. Quare ad arma Florentini cucurrerunt, ad Legati inſolentiam coërcendam: & ſtatim ſolutus eſt, qui Ferrariam obſidebat, exercitus, & cum Bononia verſuram fecit quidquid in eo tractu poſſidebat Rex Boëmiæ, non tantum ſperatum ex Etruriæ titulo, licet intempeſtive, honoris gradum amiſit.

Arma iterum in Eccleſiam ſumpta, quod orta incredibili annonæ caritate per Tuſciam, Legatus alter per Galliam Togatam Pontificius, totam Etruriam, & maxime Florentiam expugnare niteretur: brevi itaque effectum eſt anno 1355. ut civitates Eccleſiaſticæ rebellarent, *Civitas Caſtellana*, *Peruſia*, *Spoletum*, *Eugubium*, *Forum Livii*, *Viterbium*, *ac Bononia*: quæ multo poſtea ſanguine recuperatæ, vix in unum corpus coaluerunt.

Tertia expeditio in Eccleſiam decreta anno 1474. quia poſt conjurationem *Pactiorum*, S. D. N. *Sixtus* IV. cum Ferdinando Rege aperte vim urbi allaturus videbatur. Quæ omnes expeditiones neque maligno, neque impio in Chriſti Vicarium animo ſuſceptæ; ſed tantum ad libertatem, tanto ſanguine partam, retinendam.

Longum eſſet recenſere, quam multis illa Principibus, male habitis, & laborantibus, ſuccurrerit; aliquot tamen exempla recenſebo. *Carolus* Andegavenſis, Dux Calabriæ, cum uxore gravida Florentiam appulit: quem Imperator Legatum ſuum inibi creaverat, cujus filius natus parentes luſtricos habuit nomine Reip. *Simonem della Toſa*, & *Silveſtrem Manettum Baroncellium*: nominatuſque puer, qui octiduo tantum ſupervixit, *Carolus Martellus*. Id contigit anno 1326. pauciſque poſtea annis eundem Carolum mirifice pecunia adjuvit; cum antea, anno ſcilicet 1276. Regi *Siciliæ* ex eadem familia *Carolo*, ad regnum ſuum recuperandum, equites peditesque miliſſet, ſuis ſtipendiis

diis militaturos, duce Comite *Guidone a Battifolle*: magnumque adjumentum ea ſubſidia Regi deſerto præſtitere. *Carolus* etiam *Salerni Princeps*, ad idem regnum Siciliæ recuperandum, pecunia & milite ab eadem eſt adjutus, anno 1382. Regem quoque *Robertum*, ad res Bononiæ componendas, miſſo equitatu, ſuperiorem reddidit, anno 1311. Eodem anno, ne regnum Neapolitanum vaſtaret Henricus VII. equites peditesque ejusdem Roberti Regis fratri ſuis ſtipendiis miſit. Eidem Regi contra Vicecomites decrevit auxilia anno 1320. uti & Ludovico Regi, Joannæ marito, Roberti nepoti, anno 1354. Et in hujus familiæ Sereniſſimæ gratiam, plurima præſtitere ſemper Florentini. Nec minus Rempublicam Venetam ſuis opibus impenſius erexere, cum qua contra *Maſtinum Scalam* fœdus iniit, anno 1336. unde *Tarviſium* Venetæ ditionis facta eſt. Cum eadem aliud fœdus pepigit contra *Philippum Mariam* Ducem Mediolanenſem, ex quo *Bergomum* & *Brixiam* urbes ſui juris Veneti fecerunt: tertioque octodecim annis poſt, hoc eſt anno 1438. renovavit contra eundem Ducem pacta cum Venetis, qui honoratam ob id ab eo pacem obtinuere. *Lucæ* adfuit eadem Florentia cum Piſanis bellanti, anno 1289. Et *Bononiæ*, ut libertatem ſuam recuperare facilius poſſet, viginti quinque millia aureorum mutuo dedit anno 1369. *Peruſinis* laborantibus auxiliata eſt, contra Caſtrutium miſſo milite anno 1324. auſpiciis Manni Donati, egregii ac fortunati ducis. Ea denique benignitas ad *Bononienſes* protenta, qui cum Mantuanis bellum indixiſſent anno 1326. a Florentinis ſunt adjuti. *Ferrariæ* obſeſſæ a Legato Pontificio, Franciſcus Strozzius cum equitatu miſſus ſubvenit, anno 1335. Et pleraque hujus farinæ alia ſunt exempla, quæ Florentiæ magnitudinem loquantur: & ut ſemel abſolvero, res Italicas veluti in æquilibrio illa ſuſpendere credita, quod in meditullio poſita, eas partes validiores redderet, ad quas inclinaret: idque non tam *dominii amplitudine*, *quam ſitus opportunitate*, ait Franciſcus Guicciardinius.

Ad Carolum Magnum tandem aliquando venio, qui opera *Guillermi*, Regis Scotorum *Achaii* fratris & reſtauravit Florentiam, & prolatis mœnibus pomœrium auxit: id tamen a pleriſque negatur. Ac primum nonnulli *Attilam* cum *Totila* Rege confundunt, a quo Florentiam miſere habitam fuiſſe aſſerunt, & non modo privatas civium ædes ſolo æquaſſe, ſed & religioſa Deoque dicata templa profanaſſe. Errant, inquam, turpiter, qui Reges eos confundunt; ſiquidem *Attila* cum Apenninum tetigiſſet, ſtatim in Pannoniam revocatus, in Tuſciam numquam penetravit: *Totila* vero Etruriam vaſtavit. At dices, Procopium, auctorem gravem, affirmare, viriliter Totilæ Florentiam reſtitiſſe: quod ut verum ſit, de una tantum obſidione intelligendum cenſuerim, non de toto tempore, quo immanis ille barbarus Italiam peſſumdedit. Sic Romam ter ab illo ſcimus obſeſſam, Arretium bis, Portum Romanum etiam bis: & quid vetat, Florentiam ſemel fortiter

ſe ac ſua ab impii barbari atrocitate defendiſſe, poſtea ſuccubuiſſe? maximè cum uni Procopio multi poſſint opponi Scriptores. Attamen Vincentius Borghinius librum edidit, cui titulum fecit, *Florentia non everſa*.(1)

Florentia igitur, non ab *Attila*, ſed a *Totila* Gothorum Rege diruta: & a *Guillermo*, qui ex pacto cum Scotis icto, fratris ſui *Achaii* Regis mandato, *Carolum* Imperatorem cum ſex millibus armatorum ſequebatur, reparata, ex ſententia quoque Hectoris Boëthii libr. 10. Hiſtor. pag. 188. *Appellatus* (Carolus Magnus) *a Leone* (ſcilicet tertio) *Auguſtus, ob tam præclara merita: & per Etruriam iter faciens, Florentiam urbem, Gothorum armis magna ex parte deletam, in priſtinum decus inſtauravit: omnem nobilitatem, per oppida vicina diſperſam, in civitatem reduxit: novis eam cinxit mœnibus: templis ornavit: ut libere viverent, magiſtratuſque haberent & leges, effecit. Mira hæc in Florentinos beneficia, tametſi Caroli Regis præſtitit auctoritas, Guillermi tamen* (fratris Achaii Regis Scotorum) *diligenti operæ aſſignabantur; nam Carolus haud diu Florentiæ moratus, & in Galliam rediens, Guillermo, exequendæ rei Florentinæ, uti animo conceperat, curam omnem permiſit. Nec ſegnem Guillermus in Florentia reſtituenda ſe ſe habuit, quæcumque mandaverat Carolus, gnaviter executus. Protulit & reſtitutæ civitatis imperium, proximis quibuſque civitatibus ejus poteſtati ſubactis. Florentini autem non immemores accepti beneficii, ut Carolo Romano tum Imperatori, ejuſque Comiti ac Legato Guillermo gratificarentur, ſanxerunt, rubrum Lilium, colore tantum a Francorum Regum liliis diverſum, ſibi ſuæque poſteritati deinceps pro inſigni habendum; ut ſpectantibus foret documento, everſam barbara feritate aliquando Florentiam, Francorum beneficio in priſtinum decus reſtitutam. Publicos quoque ludos quotannis celebrandos inſtituere, & in iisdem multis ac propoſitis cærimoniis Leonem coronandum: & ut leones quidam Florentiæ; erat id genus animantis Guillermo inſigne* (imo & Regum omnium Scotiæ, ut eleganti carmine Petrus Roſſetus poëta laureatus canit) *publico ſumptu perpetuo alerentur. Vetus memorant illis fuiſſe oraculum, dum leones Florentiæ vixerint, dumque Florentinorum Leo talem geſſerit coronam, civitatem alieno imperio haud ſubactum iri. Sunt qui ſcribant, Guillermum hæc omnia inſtituiſſe, priuſquam rediret in Galliam. Ceterum quacumque tempeſtate, & quocumque auctore dicti ludi habuerint initium, eos ſingulis annis ſolitos fieri Florentiæ, ex veteri inſtituto populo congratulante, iis, qui civitatem norunt, non poteſt non eſſe notiſſimum.* Hæc ille, & pæne paria alii rerum Scoticarum Scriptores. Idem alii confirmant non Scoti, ſed Florentini. Jo: Villanius, Dantes, Boccaccius, Guicciardinus & alii teſtan-

(1) Ita exiſtimarunt antiquiores de rebus Florentinis Scriptores. Verum potius Borghinio ſtandum, quam Dempſtero noſtro; ille enim in laudata a Dempſtero diſſertatione, Italico ſermone ſcripta, validiſſimis rationibus hanc opinionem penitus everit: oſtenditque graviſſimorum Scriptorum teſtimoniis, Florentiam a Totila numquam everſam fuiſſe.

Digitized by Google

teſtantur Florentiam deſtructam a Totila, & a Carolo Magno reſtauratam.

Sed redeo ad Florentiæ urbis deſcriptionem, quæ paulo poſt *Priorum artium, & Vexilliferorum Juſtitiæ* inſtitutionem, duplici incendio pæne conſumpta: fuitque inter illa duo incendia memoratiſſima parum admodum temporis.

Multa ſunt, præclaraque antiquitatis ea in urbe monimenta, in quibus præcipua *Templum Martis*, quod ſacro Baptiſmati ſub invocatione D. Joannis hodie dedicatum, cujus forma antiquam Romanarum ædium ſtructuram apprime exprimit.

Fuere hic etiam *Aquæductus* celebres; ſed a quo, aut quando extructi dirutive, deprehendere non potui. Deſcribit etiam Vincentius Borghinius veſtigia nobilis *Amphiteatri:* uti & *Thermas* & *Capitolium* in hac eadem urbe jam ſtetiſſe validis conjecturis elicit. Vid. Orig. Florent. pag. 296.

Mediam urbem interluit Arnus, quatuor pulcherrimis ac lapideis pontibus duas partes jungentibus: quorum unus aurificibus habitatur: alter, ſacello ſacro impoſito, molas juxta habet: alii duo ædificiis carent; ubique cloacæ tectæ in amnem cryptis ſubterraneis ſordes exonerant, cum viæ omnes quadrato lapide, & mirifice ſecto ſtratæ ſint. Muri ſunt altiſſimi, turribus, æqualibus ſpatiis diſtantibus, inſigniter ornati. Circuitus ſeptem fere millium paſſuum.

Hominum inibi, cenſu acto, capita ſunt inventa non ita pridem 90000. Parœciæ 44. Monaſteria utriuſque ſexus 66. Xenodochia, ſeu Noſocomia, aut domus Hoſpitales 37. Artificum & Civium ordines, ſive Collegia 21. præcipua tamen ſeptem, & in his eminent argentarii, mercatores, qui ſerico & lana negotiantur, & bractearii.

Arces ad cives in officio retinendos cum cohortibus ſtationariis tres. Prima in plano, ab Alexandro Medice, primo Florentiæ Duce: ſtructa cujus vaſtiſſimi propugnaculi pars optima incipiebatur, cum ex Hiſpania Carolus V. rediret, qui in gratiam generi ſui Alexandri nominati, primum deſidem *victrice manu* (ut loquitur portæ inibi Inſcriptio appoſita) poſuit. Altera trans Arnum, a D. *Miniatis* æde vicina nomen habet, & ex colle urbi imperat. Tertia palatio Magni Ducis imminet, horto tantum interjecto diſſita: ſingulæ vero & ſitu, naturaque loci, ac arte valde munitæ.

Circa urbem undique amœni colles, ac frugiferi, Apennino veluti ex induſtria ſe ſe aperiente, ac leviter juga, declinante ad Septentrionem ac Meridiem, ut neque violentis turbinibus urbs ſit obnoxia, neque facile ab hoſtibus adiri poſſit: ab Oriente vero valle Arni ſuperiore amœniſſima: ab Occidente eadem inferiore recreatur, circumjectis patriciorum villis, ad numerum mille ſexcentis, quæ ampliſſimæ alterius civitatis referre poſſent magnitudinem. Aditus autem omnes undecumque oppidis firmantur munitis, ut hoſti remoræ objiciantur, quo minus ſtatim ipſam civitatem adiri poſſit. Sunt autem ea, ad ar-

cendos Arretinos, *Inciſa*, *Caſtel Franco*, *& D. Joannis*, extructa anno 1294. Ab eo tractu, qui Mediolanum reſpicit, ſunt *Scarperia*, *Florentiola*, quæ oppida anno 1306. & anno 1332. veluti ſpeculas ingreſſuris e Gallia Togata hoſtibus oppoſitas, Florentini ſtatus ſui ſolliciti erexerunt. Sed nunc celebriora urbis loca percurram.

Templum *D. Virginis Floridæ*, vulgo *S. Maria del Fiore*, Archiepiſcopi ſedes, extra marmore candido nigroque incruſtatum, ædificari cœptum anno 1290. Tholum, vulgo *Cupola*, admiranda machina, a *Philippo Brunelleſchio*, artifice peritiſſimo Florentino, perfectum. Juxta hoc, *Campanile*, magnificentiſſime marmore exornatum, cujus fundamenta poſita anno 1334. infra terram, altitudinem, quæ ſupra cernitur, exæquant: quod carere theca aut velamento, dixit Carolus V. ne ſemper, & a quovis videatur. Juxta, Templum D. Joannis, de quo dixi, cujus columnæ ante valvas ex manubiis erectæ hoſticis a Piſanis donatæ fuerunt: valvæ autem a Laurentio Cione Florentino in ære celatæ. *S. Mariæ Novellæ* ædes, a tempore forte conſtructionis vocata, Ordini Prædicatorum dedicata: ubi *Gaddiorum*, & *Antonii Strotii* ſumptuoſiſſima ſepultura ex Lydio lapide. Templum *D. Virginis Annuntiatæ*, miraculis exterorumque pio concurſu celebratiſſimum, votivis tabulis, anathematis, & donariis cultiſſimum: ubi Deiparæ imago ab Angelo picta, Ordini Servorum addictum. *D. Marci* ædes, Ordinis item Prædicatorum, ubi *Pici Mirandulæ* tumulus, *Salviatorum* ſplendidiſſima ſepultura, ac bibliotheca inſignis. Ædes *D. Laurentii*, *Mediceorum* ſepultura: ubi celebratiſſima illa, ac patrum noſtrorum decantatiſſima *Bibliotheca*, libris MSS. refertiſſima, auctore, ut quidam male contendunt, Clemente VII. Pontifice; revera reſtauratore eo & ampliatore, cum longo *Mediceorum* voto, ingentique ſumptu fundata olim fuerit, conquiſitis undique notæ melioris libris. *D. Michaëlis*, vulgo *Orſanmichele*, cum ara omnium elaboratiſſima, Virgini Deiparæ dicata. Ad hæc D. *Claræ* Monaſterium, ab *Octaviano Ubaldino* Cardinale ſtructum magnifice, & dotatum liberaliter atque opulenter. *Claritus* quidam D. Zenobii diſcipulus fundavit Monaſterium, quod a ſuo nomine hodie *Chiarito* vocatur. Monaſterium *D. Juliani* extruxit *Cinus Beneventanus*. Celebre Monaſterium, ac numquam ſatis laudatum *Muratarum*, vernacule *delle Murate*, auctorem habuit *Joannem Bencium*. Monaſterium *S. Caii*, vulgo *S. Gaggio*, ab illuſtriſſima nobiliſſimaque Corſiniorum familia fundatum. Splendidiſſimum *Carthuſianorum*, nec minus opulentum Monaſterium, a familiæ Acciajuolæ liberali ſumptu & ortum accepit, & incrementum. Cœnobium *D. Franciſci ad Montem*, opus eſt *Quarateſiorum*. Nec minus ſpecioſum habetur Ordini fratrum *D. Hieronymi* dedicatum Monaſterium ad radices Montis *Feſulani*, quod fundavit ann. 1406. *Redus*, unus ex Comitibus de *Monte Carellio*. Noſocomium *D. Matthei*, in uſum ægrotantium civium a *Lelmo Balduccio* nobili apparatu erectum. Et aliud Noſocomium, ſive domus Hoſpitalis *D. Mariæ Novæ*,

a no-

a nobiliſſimo *Folco Portinaria* incœptum, cujus nunc annui cenſus 17000. aureos ſuperare creduntur: mundiſſime hic, nitidiſſime, ac delicate valetudinarii habentur. Quid de *Auguſtinianorum*, *Franciſcanorum*, *Carmelitarum*, aliorumque religioſorum templis, monaſteriis, aut commodis omnigenis, ad pios uſus accommodatis, loquar? Quid *Laurentii*, & *Coſmi*, primario apud ſuos, non tamen Principe adhuc, loco: quid *Sereniſſimorum* ex eadem familia *Magnorum Ducum* ſtudia, liberalem pietatem, & curam dicam? qui nati videntur ut Principatum Religione tueantur, ac divino cultu firment. Sed ad profana ædificia propero.

Palatium vetus, cum altiſſima turri, ubi, ſtante Republica, Vexillifer Juſtitiæ cum Prioribus commorabatur: ingens ejus circuitus, ac magnifica extrinſecus ſpecies, intrinſecus majeſtas, ſtatuarum, & imaginum pulcherrimarum numero ac pretio aucta. In hoc Palatio gaza Magnorum Ducum aſſervatur: ibique fama celebres aſſervantur Juris Civilis *Pandectæ*, quæ *Piſanæ* primum, deinde *Florentinæ* audiunt; de quibus, ut alios omittam, erudite Antonius Auguſtinus (1): duobus tomis, holoſerico rubro tegmine contectæ, bullis, & umbilicis argenteis clauduntur. Conſtantinopoli ſcriptas liquet; nam Græcanico more B. in V. ſæpe mutatur, & ut apud antiquos Græcos, nulla ſententiarum interpunctio: Græca ſine accentu; ſed quod ſtudioſos illius ſcientiæ maxime juvat, tituli & epigraphę legum, item nomina propria incorrupta leguntur. Ibidem *Tabulæ Geographicæ* certiſſimæ, ac laborioſiſſimæ: *Imagines* etiam omnium pæne clarorum virorum: ingens *Statuarum* antiquarum numerus. Tantum, & tam Regium opus, quodque Romanam opulentiam facile referat, ædificari cœptum anno 1298. Ibidem *Emporium* eſt, vulgo la *Dogana*, ubi tributum mercibus impoſitum redditur. *Fons* juxta copioſa aqua, cum *Gigante* curru triumphali vecto: præ eo *Equeſtris ænea Statua* Coſmi I. Magni Etruriæ Ducis magnitudine rara, ac pretio. Hinc ad Arnum eunti, utrinque ſpatioſa *Ambulacra*, ingenti ſumptu ab eodem Coſmo ædificata: in ima parte hinc *Monetæ cudendæ Officina:* inde *Procuratorum Statio*, ac *Artificum Magiſtratus*. Superior contignatio *Theſauro*, rerum, numero & pretiis infinitarum, reſervatur. *Armarium* hic Principis, tribus cameris diſtinctum, admirandi artificii ex diverſis gentibus conquiſita arma præferentibus, ut ab ingenioſiſſimis ſine ſtupore ſpectari non poſſint. Totum hoc ædificium, vulgo *la Galleria* vocatur. Ab altera parte *Menſa* maximi pretii. Hic arcanum quoddam conclave, vulgo *lo Studio*, ex marmore, auro, lapidibuſque pretioſis tanti Principis divitias oſtentat. Hinc uſque *Pitthiorum* Palatium mille pæne paſſibus porticu clauſa tranſitur. Hoc *Lucas Pitthius* extruxit ambitioſa æmulatione,

(1) Multa de hoc antiquiſſimo Pandectarum Archetypo dici poſſent; ſed qui omnia prorſus in unum collecta, magno eruditionis apparatu, videre cupit, adeat eruditiſſimum Juriſconſultum Henricum Breckmanum, in libro, qui inſcribitur: Henrici Brenemanni J. C. & Academici Florentini Hiſtoria Pandectarum, ſeu Fatum Exemplaris Florentini. Trajecti ad Rhenum apud Guilielmum Vande Water 1722.

ne, ut *Mediceorum* ædes ac *Strotiorum*, magnificentia ſuperaret: quod ita executus eſt, ut impluvium illius illas ædes caperet, & feneſtræ ejus illarum portas magnitudine æquarent. Hic habitat Magnus Dux. *Equile* Principis magnificentiſſimum, loco ad mœnia peropportuno: ubi equi generoſiſſimi, ſi ullibi in Europa aluntur, nec longe inde oves Indicæ, apri, lupi, tigrides, urſi, aquilæ, pardi, ac leones, jam olim educari ſoliti, ut memorat Itinerarium Italiæ incerto auctore pag. 91. In vicinia *Hortus*, ut vocant, *Simplicium*, cultus, & ſpatioſus. Omitto ſigna marmorea, æneaque innumera, & in his *Ferdinandi Magni Ducis equeſtrem ſtatuam*, *raptum Sabinarum*, *Centaurum ab Hercule clavam intentante oppreſſum*. Ad hæc *Columnæ* elegantes, quarum ea eſt præcipua, quæ, devictis hoſtibus, a Coſmo I. erecta, *Juſtitiæ* appellatione gaudet. Palatium Excellentiſſimi *Antonii Medicæi*, cum hortis, cui nomen *il Caſino*.

Pæne præterieram duo magni momenti ædificia: *Palatium Juſtitiæ*, anno 1251. erectum, in quo quæſtores *Parrici* de criminibus inquirunt; & publicum obæratorum carcerem, qui *Stinche* dictus a *Stinche*, *caſtri Cavalcantium*, incolis, qui in illum detruſi omnium pruni perhibentur, nomen ſortitus, ædificari cœptus anno 1296. Unico verbo dixerim, quot ibi privatorum domus, aliis in urbibus palatia haberi poſſent. (1)

Florentia oriundi Sancti, ac Beati: Pontifices ſummi: Eccleſiæ dignitas, & Concilia: Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum ſucceſſio: Cardinales: Viri bello aut literis illuſtres:

CAP. XVIII.

MAgnitudinem & elegantiam Florentiæ jam vidimus: ad Sanctitatem porro accedamus: quorum nomenclaturam Sanctorum, non pro ratione temporis, quo vixerunt, conſcribam, ſed ſecundum ordinem Martyrologii Romani.

1. D. PETRUS IGNEUS, Ordinis Vallis Umbroſæ, S. R. E. Cardinalis, de quo infra in Cardinalium Catalogo.

2. D. ANDREAS, D. Zenobii ſucceſſor in Epiſcopatu, & Confeſſor. Surius Tom. 3. die 25. Maii. Colitur ab Eccleſia die 26. Februarii. Acta ejus Florentiæ MSS.

3. D. ANTONINUS Archiepiſcopus, Ordinis Prædicatorum: cujus Vitam juſſu Clementis VII. Pontificis edidit Vincentius Mainardus Ordi-

(1) Qui plura de præclaris, atque magnificis ædificiis, quæ Florentiam exornant, cognoſcere cupit, videat librum Franciſci Bocchii, cui titulus eſt: *Le Bellezze di Firenze*, ab Jo: Cinellio ampliatum: aut Raphaëlis *del Bruno* libellum ſimilis argumenti.

Digitized by Google

Ordinis Dominicani, & multa de eo Franc. Caſtell. libr. 3. de Vir. Illuſtr. Ordin. Prædic. cum Eccleſiam ſuam & morum ſanctimonia, & ſcriptorum eruditiſſet claritate, obiit anno 1459. relatus in Divorum numerum ab Hadriano VI. anno 1523. Colitur die 2. Maii.

4. D. Zenobius Epiſcopus, cujus in vita D. Ambroſii meminit D. Paulinus: acta conſcripſit Joannes Arretinus, & obiter D. Antoninus part. 2. tit. 10. cap. 12. Petrus in Catalogo libr. 5. cap. 41. Colitur die 25. Maii.

5. D. Podius Epiſcopus. Infra pluribus. Ejus ſolemnitas die 28. Maii.

6. D. Crescentius, diſcipulus D. Zenobii, ut meminit Surius Tom. 3. die 25. Maii. Colitur tamen hic 19. Aprilis.

7. D. Miniates, ex milite *Martyr* ſub Decio. Beda, Ado, Uſuardus, Notkerus, & Martyrologium Romanum 25. Octobr. Deſcribunt acta Surius Tom. 5. D. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 8. Petrus in Catalogo libr. 9. cap. 108. Reliquiæ ejus in Gallias translatæ ſub Imperium Othonis I. anno 969. ut Sigibertus Gemblacenſis in Chronicis teſtatur. Martyrium paſſus eſt anno 1. Decii, hoc eſt ſalutis 252. Fuiſſe Regis *Erminiæ* ſeu *Armeniæ* filium primogenitum, ſcribit Joann. Villan. libr. 1. Hiſt. cap. 57. Nugatur, ut ſolet, Silvanus Ractius, nec aliud, aut meliori quippiam fruge a Vincentio Borghinio expectandum. (1)

8. D. Eugenius, a D. Zenobio *Diaconus* factus. 17. Novembr. Acta ejus Florentiæ MSS.

9. D. Joannes Gualbertus, Ordinis *Vallis Umbroſæ* Fundator, anno 1040. qui, magno Eccleſiæ ac veræ pietatis fructu, longe lateque propagatus eſt. Colitur die 12. Julii. Acta ejus ſcripta retulit Surius Tom. 4. Extant elogia illius in literis Cœleſtini III. Pontificis, & apud D. Antoninum part. 2. tit. 15. cap. 17. Controverſias ejus cum Epiſcopo Florentino collegit eruditiſſimus Cæſar Baronius ex Petri Damiani Epiſtolis.

10. D. Bernardus, nobiliſſimo Ubertorum genere ortus, mira Sanctitate in Monaſterio S. Salvii prope Florentiam egit, ejusdem deinde Abbas: ac mox totius Ordinis *Vallis Umbroſæ* Magiſter Generalis, anno 1107. Ab Urbano II. Cardinalis creatus: & a Paſchali II. ad hæreſim Simoniacam tollendam legatus miſſus in Longobardiam; cum veniſſet *Parmam*, forte mortuo Epiſcopo, cleri univerſi, ac populi ſuffragio Paſtor deſtinatus, a Paſchali II. Concilium Vaſtallæ celebrante, conſecratus eſt. Obiit anno 1133. & in Sanctorum album relatus. Joann. Molanus ad Uſuardi Martyrolog. die 4. Decembr. Actaque ejus Parmæ MSS. & Hiſtoriæ Ordinis Vallis Umbroſæ.

11. D. Juliana Vidua, quæ impenſius a D. Ambroſio in exhortatione ad Virgines laudatur. Illa Baſilicam D. eidem *Ambroſio* erexit, & *S. Agricolæ* martyris reliquiis ditavit. Alia ejusdem nominis, eodem-

(1) Neſcio qua ratione permotus Dempſterus Vincentium, Borghinium, graviſſimum valdeque eruditum ſcriptorem, ita proſcindat, & ab ejus ſententia ſemper recedat.

Digitized by Google

demque tempore *Romæ* clariſſima fœmina, filia *S. Probæ*, mater *S. Demetriadis*, ex ANICIORUM gente. Innocent. Pont. ad eam ſcribit Epiſtol. 13. D. Auguſtin. Epiſtol. 179. D. Joann. Chryſoſtom. Epiſtol. 169. Tertia, eodem tempore & nomine, *Conſtantinopoli*, cujus Epiſtola MS. ad Hormisdam Papam extat in Bibliothec. Vatic. Denique quarta etiam vidua, iisdem nomine ac tempore, *Bononiæ*. Acta inibi MSS. Martyrolog. 7. Februarii. Vide de Epiſc. Fæſul. infra. Hæc de Sanctis: ſequuntur *Beati*, licet ab Eccleſia in album non relati, vitæ tamen anteactæ ſanctimonia ac miraculis relatione digniſſimi: quos ſubtexam, nullo ætatis ſervato ordine, ſed prout ſe offerent, aut in mentem ſcribentis venient.

12. B. SEBASTIANUS, Franciſcanam familiam eſt ingreſſus ſub annum 1418. Ordinem illum Joanne Stracconio adminiſtrante.

13. B. CHERUBINUS CAPPONIUS, eodem ferme tempore Ordini eidem nomen dedit.

14. B. DOMINICUS CAMPIUS, eodem tempore D. Franciſci habitum induit.

15. B. THOMAS, ſub eodem tempore in eandem familiam adlectus.

16. B. DOMINICUS CASTILIONIUS, ejusdem Ordinis eadem ætate profeſſor.

17. B. GERARDUS, D. Bernardini Senenſis diſcipulus, & poſtea Franciſcanus.

18. B. BAPTISTA, eodem ævo eundem vitæ monaſticæ ordinem amplexus.

19. B. BONUSFILIUS MONALDUS, vulgo BUONFIGLIUOLO, unus ex iis ſeptem fuit Florentinis civibus, qui *Ordinem Servorum* in Etruria fundarunt, recenti exemplo DD. Dominici & Franciſci permoti, cum omnia bellico in Italia tumultu perſtreperent, Friderico II. bellum acerrime gerente, circa annum 1233.

20. B. BARTHOLOMÆUS AMIDÆUS, honeſto loco natus, ejusdem mentis & operis, vulgo dictus *frater Amideus*.

21. B. JOANNES, ſuperiorum duorum ſocius, cognominatus *Buonagiunta*.

22. B. GHERARDINUS SOSTEGNIUS, ejusdem voti cum illis compos.

23. B. RICOVERUS LIPPIUS, vel, ut alii eum appellant, *Uguccionius*, ejusdem cum nominatis conſilii particeps.

24 B. ALEXIUS FALCONERIUS, ſeptimus religioſiſſimi *Ordinis Servorum* inſtitutor, qui viris ſanctis & doctis exinde magno pietatis Chriſtianæ adjumento claruit, hodieque nulli ſecundus floret.

25 B. PHILIPPUS, ex nobiliſſima familia BENITIA, nonnullis Sanctus putatur, magnum *Servitanæ* familiæ lumen, patre *Jacobo*, matre *Altaverde* Florentiæ natus anno 1233. eodem ſcilicet anno, quo ordo ille eſt inſtitutus. Eum Leo X. Pontifex coli more aliorum Sanctorum permittit, *donec ad canonizationem ſit deventum*, ut in Brevi ipſius legitur, dato Florentiæ anno 1516. 25. B. GA-

Digitized by Google

26. B. Gaspar, humilis & incertæ familiæ, Ordin. D. Franciſci.

27. B. Joannes Dominici, honeſtis natus parentibus, ægre in D. Dominici familiam admitti impetravit, quod & lingua blæſa nonnihil balbutiret, & omnino bonarum literarum expers eſſet; tamen admiſſus eſt anno 1358. de quo plura infra, ubi de Cardinalibus; fuit enim ille a Gregorio XII. in Cardinalium collegium adſcitus.

28. B. Hieronymus, ex nobiliſſima famiia della Stufa, Ordin. D. Franciſci: cujus vitam Silvanus Razius ex MS. Codice tranſcribit.

29. B. Michael, Camaldulenſis Eremi incola, ante Ordinem *Camaldulenſem* in Arretino agro inſtitutum.

30. B. Romulus, ex ordine fratrum Jeſuatorum. Silvan. Razius.

31. B. Petrus Befratellius, ejusdem Ordinis, B. Romuli collega.

Sequuntur *Beatæ*, quæ licet ſexu debiliores, tamen animo non inferiores, Agmen ducat

32. B. Berta, filia Comitis *Vernie*, ex nobiliſſima familia Bardorum, priuſquam Vernia in manus Florentinorum veniret, ut Joannes Villanius libr. 6. oſtendit & fatetur *Petrus a Buggiano* in Hiſtoria ſua Monaſtica. Hæc religioſo habitu Florentiæ in Cœnobio S. Felicitatis aſſumpto, poſt Abbatiſſæ munus in Monaſterio *D. Mariæ di Cavriglia* pie adminiſtratum, non ſine ſanctitatis opinione obiit anno 1163. (1)

33. B. Clara, ex nobiliſſima familia Ubaldinorum, Ordin. Franciſcani. Toſſignanus in Hiſtoria Seraphica, & alii.

34. B. Philippa Medicea, in monaſterio egit, religioſæ vitæ addicta, annis quinquaginta quatuor, lectulo octodecim annis affixa: demum, poſt Præfecturam Monaſterii pie adminiſtratam, obiit anno 1488. Eadem Hiſtoria Seraphica, & Silvanus Razius.

35. B. Joanna, ſeptem milliaribus Florentia in oppido *Signa* nata, putatur obiiſſe Florentiæ anno 1348.

36. B. Humiliana, ex nobiliſſima familia Cerchiorum, Tertium Divi Franciſci Ordinem amplexa eſt: cujus Vitam Raphaël Maffæus Volaterranus ſcripſit. (2)

37. B. Villana, ex nobiliſſima familia Botthia, cujus Acta MSS. petenda ex libro de Vita SS. Ordinis D. Dominici.

Ad Pontifices venio, qui ante Mediceos, nulli Florentini, præter Nicolaum II. qui Gerardus antea dictus; ſed ne ille Florentinus. Vide infra in Epiſcoporum ſerie.

1. Leo X. Dicetur libr. 7. infra.
2. Clemens VII. Ibidem tractabo.
3. Pius IV. erit de eo inibi agendum.
4. Leo XI. de eo ibidem loci.

(1) B. Berta ex familia fuit Comitum Albertorum, eo tempore Vernii Dominorum, ut conſtat ex Jo: Villanio l. 6 cap. 10. cujus acta ſcripſit Ant. *del Caſto*, edita Florentiæ anno 1635.

(2) Scripſit hujus B Humilianæ Acta etiam Franciſcus Cionaccius, Sacerdos Florentinus, quæ in lucem edidit ann. 1683. Etruſca lingua.

Digitized by Google

5. Clemens VIII antea *Hyppolytus Aldobrandinus*, licet *fami* natus, quia tamen pater *Silveſter*, & mater *Leſa Deta* Florentini erant, & ipſe inter Florentinos numerandus. A Pio V. Rotæ auditor, a Sixto V. Datarius, & mox Cardinalis creatus anno 1585. X. Kalend. Januar. Summus Pœnitentiarius, ac mox in Poloniam Legatus a Latere: qua legatione perfunctus, Summus Pontifex eſt renuntiatus die 30. Januar. anno 1592. Hujus ſanctitatem, ac incredibile Rei Chriſtianæ promovendæ ſtudium, vel Eccleſiæ hoſtes ſunt confeſſi: & Scoti, liberaliſſime ab illo habiti, prædicare numquam ceſſabunt; nam cum aliarum gentium adoleſcentes ſeparata ſibi deſtinata haberent collegia, Scotos, cum nobiliſſimis Italorum Principum liberis, ac nepotibus propriis, educari voluit: quo in numero fuerunt *Patricius Stuartus*, Comitis Atholiæ frater, *Franciſcus Douglaſſius*, Comitis Anguſiæ germanus, *Thomas Douglaſſius*, *Jacobus Ferrerius*, & *Thomas Dempſterus*. Sed ad Eccleſiæ Florentinæ dignitatem venio.

Eccleſiam Florentinam Evangelii luce claram reddidit D. Petri Principis Apoſtolorum diſcipulus *Fronto*: quam religionis puritatem ita in hunc diem illibatam præ ſe tulit, ut nulla Italiæ civitas plura pietatis exhibuerit argumenta, Pontifices, ut dixi, fovendo, ſtrenue pieque ſcribendo, ædes ſacras dicando, dotandoque; quare & Concilia hic non raro celebrata.

Primum Concilium fuit illud, quod primo anno Victoris II. indictum, ſcilicet anno 1055. contra Simoniacos Prælatos, quo ſane peregregie Res Eccleſiaſtica fuit conſtituta, ut libris immortalibus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Cæſaris Baronii liquet, Tomo 11. Annal. quo tempore *ad Clerum Florentinum* literas dedit Petrus Damiani Cardinalis libr. 5. Epiſt. 8. Certe enim clerus ille populuſque Epiſcopum diu ante Simoniæ reum poſtulaverat, datis ad Alexandrum II. Pontificem literis, ut recitat loco laudato Illuſtriſſimus Baronius. Exiſtimaverim, bis de Simoniæ crimine cum Epiſcopo ſuo Florentinos egiſſe; nam qui apud Papam Alexandrum II. accuſatus, officio ſuo Epiſcopali dejectus fuit, ut ex B. Attone Epiſcopo Piſtorienſi in Vita S. Joannis Gualberti liquet, & ex Petro Damiani libr. 8. Epiſt. 11. & repetit Auguſtinus Mannus Select. Hiſtor. cap. 301., non unus, neque una vice accuſatus, ſed plures pluries; nam Epiſcopus, remotus ordine, accuſatus fuit apud Alexandrum II. cujus Pontificatus incœpit anno 1061. non autem eſt credibile, poſt Concilium celebratum, Simoniacum Præſulem tamdiu Eccleſiam regere potuiſſe. Dicam in Epiſcoporum ſerie.

Aliud Concilium generale Ferrariæ fuit indictum anno 1438. & Florentiæ finitum anno 1439. ſub Eugenio IV. qui ſemper poſt Concilium Florentiæ ſubſtitit. Hæc Oëcumenica *Synodus* a quibusdam *Florentina* appellatur, qua contra Græcos actum, maxime circa Spiritus Sancti proceſſionem, & Purgatorium: cujus Acta, alia ab editis,

Digitized by Google

editis, ſunt in Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca. (1)

Præſules ſequuntur, quorum valde incertum principium, & ſucceſſio dubia, ac maxime interrupta. Conabor tamen in re tam crepera aliquam lucis ſcintillam elicere.

1. Prima Evangelii ſemina jacta hic a SS. PAULINO, & ejus collega FRONTINO, ſive, ut alii volunt, FRONTONE, D. Petri Principis Apoſtolorum diſcipulis: quorum ille Lucenſem, hic Florentinam Eccleſiam inſtituerunt. Cujus rei inter probatos ſcriptores nulla mentio, ſed tantum a Florentinis, quibus dux eſt Joannes Villanius libr. 1. Hiſt. ad finem. Igitur hæc eſt ſeries Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum Florentinorum, ex libro Actorum familiæ Juniæ, qui *Prioriſta* dicitur, ut mihi copiam fecit Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Hieronymus Sommaja, Patricius Florentinus, Academiæ Piſanæ Curator humaniſſimus.

2. D. THEODORUS, primus Epiſcopus, ut quidam volunt, Florentiæ. D. Simplician. in Vita D. Zenobii.

3. D. ZENOBIUS, ex nobiliſſima familia de HIERONYMIS, patre *Luciano*, matre *Sophia*, Epiſcopus creatus anno 376. Theodoro ſucceſſit, ut ex vita hujus, per *D. Simplicianum* Epiſcopum Mediolanenſem, & D. Ambroſii ſucceſſorem, conſcripta plane conſtat. Vitam hanc, a D. Simpliciano editam, in ſuas ineptiſſimas nugas, diſſimulato Sanctiſſimi auctoris nomine, tranſtulerunt Joannes Tortellus Archipresbyter Arretinus, & Clemens Mazza Sacerdos Florentinus. Eſſe autem ex HIERONYMA familia, Simplicianus, veteri illa, & ſimplicitatis plena conſuetudine, omiſit; ſed id per poſteriores ſcriptores liquet. Diſerte Matthæus Villanius libr. 3. Hiſt. Florent. cap. 85. Ugolin. Verinus Illuſtr. Florent. libr. 3.

Hieronymi quam priſca domus fuit, ardua turris
Condita ſit teſtis totos jam mille per annos.
Quam ſacer Antiſtes Tuſcæ Zenobius urbis
Tam clara de ſtirpe ſatus, coluiſſe putatur,
Dixere hunc merito Syllanæ gentis alumnum.

Arctiſſimam amicitiam cum D. Ambroſio Mediolanenſium Antiſtite D. Zenobius hic exercuit, ut ſcripſit D. Paulinus in Vita D. Ambroſii. Hunc Damaſus Papa ad hæreſim, Conſtantinopoli ortam nuper, extinguendam delegavit: ubi pleraque edidit, quæ tempore Coſmi I. Magni Ducis Græcus quidam vendere volebat; ſed Principe, non tanti æſtimante opera ea, increvit quo pacto, pericrunt. Poſt reditum ex oriente, in Epiſcopum ab eodem ſummo Pontifice eſt conſecratus.

3. D. ANDREAS, Zenobio ſucceſſit, ut ex Simpliciano in ejus vita conſtat, inauguratus anno 414. Hoc Antiſtite Cœleſtinus I. Papa Decretum

(1) Sacer Conventus Epiſcoporum 340. Florentiæ de graviſſimis rebus conſulitur a Paſchale II. anno Dom. 1106. cujus tamen nullam facit hic noſter Auctor mentionem.

cretum *Eccleſiæ Florentinæ* miſit, ut eſt apud auctorem Paleæ in Decreto Gratiani, Cauſ. 35. quæſt. 6. cap. 2. (1)

4. D. Mauritius, creatus Epiſcopus anno 436. & martyrio coronatus ſub impio Totila urbem obſidente, quam evertit anno 445. & Carolus Magnus reparavit anno 801. aut 802. ait *Prioriſta*.

Poſt hos quatuor Sanctos ſucceſſio defecit, *nec ulla*, inquiunt, *memoria eſt uſque ad annum* 802. quaſi vero, quia evertit urbem Totila, jus civitatis ideo amiſiſſet. Ego ſane eo tempore, urbe licet diruta, Epiſcopos fuiſſe non dubito: quod, & Epiſcoporum nominibus adductis, & Pontificum decretis palam faciam: & quidem nobile illud Anaſtaſii Bibliothecarii in Pelagio: *Et dum non eſſet Epiſcopus, qui eum ordinaret, inventi ſunt duo Epiſcopi, Joannes de Peruſia, & Bonus de Florentino, & Andreas Presbyter de Oſtia, & ordinaverunt eum Pontificem.* Itaque anno eo, quo Vigilius Papa obiit, & Pelagius I. ſucceſſit, qui fuit Juſtiniani XXIX. oportet Florentiam habuiſſe Epiſcopum. Qui

5. Bonus, anno 555.

Eſt ad eum ejusdem Pelagii decretum in Gratiano diſtinct. 34. cap. 7. Repetamus intermiſſam ſeriem.

6. Zenobius II. anno 802.
7. Trebaldus Archipresbyter Florentinus, anno 814.
8. Jacobus, Archidiaconus Florentinus, anno 836.
9. Visianus. Canonicus Florentinus, anno 840.
10. Rainerius, Præpoſitus Florentinus, anno 851.
11. Lottus, Archidiaconus Florentinus, anno 860.
12. Aldobrandinus, Archipresbyter Florentinus, anno 871.
13. Thebaldus, Arretinus, Præpoſitus Florentinus, anno 884.
14. Rolandus, Sacellanus Florentinus, anno 892.
15. Zenobius III. Sacerdos Florentinus anno 910.
16. Raimundus Lucenſis, Præpoſitus Florentinus, anno 922.
17. Joannes, Archidiaconus Florentinus, anno 940.
18. Ridolphus, Canonicus Florentinus, anno 960.
19. Bernardus, Canonicus Florentinus, anno 968.
20. Conradus, Archidiaconus Florentinus, anno 972.
21. Nicolaus, Fæſulanus, Canonicus Florentinus, anno 980.

Omnes iſti ſedecim ad Præſulatus honorem a clero ſunt aſſumpti, ob egregiam morum ſinceritatem, vitæque probitatem.

22. Joannes Velitrnus, anno 988.
23. Podius a Comella, Lombardus, anno 993.
24. Aldobrandus, Clericus Florentinus, anno 1005.
25. Gherardus, Burgundus, anno 1010. Hunc poſtea Pontificem Romanum factum ſub nomine Nicolai II. Leo Marſicanus ſcribit libr. 3. Chronici Caſinat. cap. 12. anno 1059. electus fuit, vel anno 1060. ut Sigiberto placet in Chronico. 26. Pe-

(1) Ex antiquis Monumentis conſtat, D. Andream anno 408. Florentinæ Eccleſiæ Præſulem fuiſſe, ut ex Ughellio apparet Tom. 3.

26. Petrus, Canonicus Florentinus, anno 1021. Suſpicor hunc eſſe *Petrum*, cognomento *Igneum*(1), qui Simoniæ poſtulatus apud Alexandrum II. Pontificem, dejectus fuit Epiſcopatu. B. Atto in Vita S. Joannis Gualberti: poſtulatus autem a civibus Florentinis, ut ex Petro Damiani liquet libr. 8. Epiſt. 11. cauſam dejectionis idem B. Atto præſtitit vel maximam. Rem narrat Auguſtinus Mannus Selectar. Hiſtor. cap. 301. Hic interfuit conſecrationi novæ Eccleſiæ Caſinenſis cum X. Archiepiſcopis, XLIII. Epiſcopis. Leo Marſican. libr. 3. Caſin. cap. 28.

27. Ridolfus II. Archidiaconus Florentinus, anno 1024.

28. Rainerius II. Canonicus Florentinus, anno 1061. ſepultus ad D. Joannis, ubi tumulus eſt hodie Joannis XXIII. Pontificis.

29. Joannes, Canonicus Florentinus, anno 1113. quo ſedente Congregatio celeberrima Peregrinorum originem cœpit, quæ vulgo dicitur *la Congrega Maggiore*.

30. Gabriellus, Canonicus Florentinus, anno 1138.

31. Nicolaus II. Presbyter Florentinus, anno 1168. Ad iſtum, aut ſane ad præcedentem ſcribit Alexander III. Pontifex cap. 3. *de Officio judicis ordinarii*, in Decreto Gregoriano: & Urbanus III. cap. 6. de *Divortiis* in eodem opere.

32. Joannes IV. ſedere incœpit anno 1190. cujus tempore brachium D. Philippi Florentiam eſt allatus, ſcilicet anno 1204. Sæpius ad eum ſcripſiſſe Innocentium III. Pontificem ex jure Canonico patet, cap. 31. *de Electione, & electi poteſtate*. In Decreto Gregoriano. Cap. 7. *de Majoritate, & Obedientia*, in eodem opere; ſed & cap. 5. *de Donationibus*, ibidem: & cap. 8. eodem titulo conjunctim Florentinum, & Fæſulanum Epiſcopos admonet: & cap. 14. *de Purgatione Canonica*, in eodem Jure. Eſt & ejusdem reſcripti epigraphe omnino falſa. Cap. 3. *De in integrum reſtitutione*: ubi *Helienſi, & Florentino Epiſcopis* ſcribit. Corruptiſſime indubie; nam quid illis Epiſcopis commune eſſe poteſt, illi in ultima Anglia, huic in meditullio Etruriæ? *Helienſi Florentio Epiſcopo*, cujus Anglici Annales meminerunt: aut forte non inepte in aliis Codicibus, *Helienſi, & Roſenſi Epiſcopis*.

33. Julianus, Presbyter Florentinus, anno 1222.

34. Ardingus, Papienſis, anno 1231. Sub hoc celebratiſſimum contigit miraculum in æde D. Ambroſii per manus *Uguccionis* ſacerdotis.

35. Joannes Mangiadorus, Samminiatenſis, ſedere cœpit ann. 1271.

36. Jacobus Castobonus Ord. Præd. anno 1282. quo defuncto vacavit Eccleſia novo Præſule menſibus octo.

37. Andreas de Mozzis, Canonicus Florent. anno 1284.

38. Lot-

(1) D. Petrum Ignerum nec Simoniæ accuſatum arbitror, cum obviam Simoniacis magno animo iverit, nec Epiſcopum fuiſſe Florentinum, ſed Albanenſem. De eo infra, cum de Cardinalibus loquitur, aliter ſentit ipſe Dempſterus. Verum in aliquibus Catalogis legitur *Petrus Simoniacus*, qui fuit Ticinenſis. Hic autem non anno 1021. ſed 1062. Epiſcopatum aſſumpſit, ut liquet ex Ughellio Tom. 3. Vide Baronium Tom. 11. ad annum 1063.

Digitized by Google

38. Lottierus Tosinghus, Archidiaconus Florent. anno 1288.

39. Joannes, aut, ut alii volunt, Franciscus Balneoregienſis ortu, Archipresbyter Florentinus, anno 1294. Nonnulli volunt eum ſediſſe, uſque ad annum 1298. quo anno abſoluta fuit fabrica *S. Mariæ Floridæ*, incluſo D. Salvatoris templo, ubi quatuor primorum Epiſcoporum, quos ſanctos ſupra deſcripſi, corpora glorioſe repoſita, coluntur. *Joanne* vero extincto vacavit paſtore Eccleſia menſes ſex.

40. Lotterius della Tosa, Florentinus, anno 1301.

41. Antonius delli Orsi, Epiſcopus antea Fæſulanus, Florentiæ conſecratus, anno 1309.

42. Franciscus II. de Cingoli, anno 1323. Hic ex ſarcophago marmoreo corpus D. Zenobii ſuſtulit, caputque, a reliquo ſeparatum, argento incluſit, ut hodie ſpectatur.

43. Angelus Acciajuolus Dominicanus, anno 1325.

44. Franciscus de Tuderto, anno 1327.

45. Philippus de Antella, Præpoſitus Florentinus, anno 1353. Hic Roma detulit Florentiam dignitum D. Sebaſtiani.

46. Petrus Corsinius, Florentinus, anno 1363.

47. Agnolus Ricasoli, Florentinus, anno 1370. Dicam infra, ubi de Cardinalibus.

48. Angelus Acciajuolus, Florentinus; anno 1373. fuit & Cardinalis; dicetur infra.

49. Bartholomæus de Padua, ſive Patavinus, anno 1379. Hic etiam Cardinalis.

50. Onufrius Steccutus, Ordin. D. Auguſtini, anno 1390.

51. Jacobus II. de Terramo, anno 1403.

52. Franciscus Zabarella Patavinus, anno 1409. Hic etiam fuit Cardinalis, atque Epiſcoporum ultimus; ſiquidem Martinus V. Archiepiſcopos multos creavit, & in his etiam Florentinum, anno 1421. ut vult Aubertus Miræus libr. 4. Notit. Epiſcopat. cap. 5. Alii volunt citius, ſcilicet anno 1411. ſed vix eſt credibile, cum Martinum V. conſtet, Pontificem renuntiatum anno 1417. Utcumque ſit, cum ille Florentiæ eſſet, Archiepiſcopatum illam fecit, ſuffraganeis aſſignatis, Piſtorio, & Fæſulis. Videndus Aubertus Miræus in Chronico ad annum 1411. Obiit Conſtantiæ anno 1417. Ciacconius.

53. Americus Corsinius, primus Archiepiſcopali Pallio honoratus, anno 1411.

54. Joannes Vitellescus, anno 1434. Hic fuit Cardinalis. Vide libr. 6. cap. 7. hoc opere infra, ubi de eo plura. Sub iſto Eugenius IV. anno ſalutis 1436. biennio ſcilicet ante indictionem Concilii Florentini, templum *S. Mariæ del Fiore* conſecravit.

55. Ludovicus Patavinus, medicus Eugenii IV. Patriarcha & Cardinalis, anno 1438.

56. Bartholomæus Zabarella, Patavinus, anno 1439.

57. D. An-

Digitized by Google

57. D. Antoninus de Frillis, Ordin. D. Dominici, anno 1447. dixi ſupra hoc capite.

58. Orlandus de Bonarlis, Florentinus, anno 1459.

59. Joannes Dietisalvi Neroni, anno 1462.

60. Petrus Riarius, Ord. Min. Conv. Savonenſis, nepos Sixti IV. Pontificis, anno 1473.

61. Raynaldus Ursinus, Romanus, anno 1475.

62. Cosmus Pactius, Florentinus, anno 1508.

63. Julius Medices, poſtea Clemens VII. anno 1512.

64. Andreas Bondelmontes, Florentinus, anno 1522. Is renuntiavit anno 1532. ceſſitque *Nicolao Ridolfio* Cardinali, ac Leonis X. nepoti, de quo infra.

65. Nicolaus Petri Ridolphius, anno 1332. Hic quoque renuntiavit.

66. Antonius Bindi Altovitus, renuntianti Nicolao ſucceſſit, anno 1548.

67. Alexander Octaviani Medices, Cardinalis, anno 1573. Poſtea Leo XI. dictus, de quo libr. 7. hoc opere infra.

68. Alexander Martius Medices, anno 1605. hodie ſumma integritate, morumque gravitate ſedet: vir humanitate, an eruditione commendabilior, neſcias, unico verbo dixerim, tanta ſede dignus.

Alia eſt etiam eorumdem Antiſtitum nomenclatura, quam apponam, licet ab iſta in multis differentem: neutram ego veram putaverim.

1. Felix, anno 313.
2. D. Zenobius, anno 376.
3. D. Andreas, anno 424.
4. D. Martinus, anno 436.
5. Reparatus Florentinus, anno 676.
6. Speciosus, anno 722.
7. Ardingus Longobardus.
8. Andreas.
9. Grosulphus, anno 898.
10. Raimbaldus, anno 930.
11. Sichelmus, anno 966.
12. D. Podius, anno 993. cujus ſolemnitas die 28. Maii in Martyrologio Romano. De quo Vincentius Borghinius, Tractatu de Eccleſia Florentina, & Silvanus Razius opere de Vita SS. Tuſciæ pag. 219. Hunc anno milleſimo tertio *Joanni* ſucceſſorem faciunt Acta apud Surium Tom. 3. D. Zenobii: & Joannes Tortellius Arretinus. Quare cum in hac nomenclatura nullus ſit Joannes, ſequitur eſſe ſpuriam, vel ſaltem mancam; ſed aliorum id erit curæ: & annus hic 993. omnino eſt vitioſo numero.
13. Alibrandus, anno 1006.

14. Lam-

Digitized by Google

14. Lambertus, anno 1025.
15. Azzo, anno 1038.
16. Gherardus, anno 1050.
17. Petrus Damiani Onesti, anno 1061.
18. Rainerius, anno 1071.
19. Gottifredus, anno 1113.
20. Azzo II. anno 1143.
21. Ambrosius, anno 1153.
22. Zenobius, anno 1158.
23. Julius, eodem anno.
24. Julius alter, incertum quo tempore.
25. Bernardus, anno 1183.
26. Petrus II. anno 1190.
27. Joannes Velitternus, anno 1201.
28. Julianus incertum quando, aut quamdiu sederit.
29. Ardingus II. anno 1203.
30. Ardingus III. anno 1231.
31. Joannes II. de Mangiadori, anno 1270.
32. Jacobus a Castro Bono, Perusinus, anno 1282.
33. Andreas Mozzi, Florentinus, anno 1286.
34. Franciscus Balneoregiensis, anno 1295.
35. Lotterius della Tosa, anno 1302.
36. Antonius d' Orso, Florentinus, anno 1309.
37. Franciscus de Cingoli, anno 1323.
38. Angelus Acciajuolus, Florentinus, anno 1325.
39. Franciscus de Tuderto, anno 1327.
40. Philippus Florentinus, anno 1361.
41. Petrus Corsinius Florentinus Cardinalis, anno 1363.
42. Angelus Ricasolius, Florentinus Cardinalis, anno 1370.
43. Angelus Acciajuolus, Florentinus Cardinalis, anno 1378.
44. Bartholomæus, Patavinus.
45. Onufrius.
46. Jacobus Terramus, anno 1403.
47. Franciscus Zabarella, Patavinus, anno 1409.
48. Americus Corsinius Florentinus, primus Archiepiscopus.
49. Joannes Vitellescus, Cornetanus, Cardinalis, anno 1434.
50. Ludovicus, Patavinus, anno 1438.
51. Andreas III. anno 1445.
52. D. Antoninus, sive, ut alii volunt, Antonius Dominicanus, anno 1447.
53. Rolandus Bonarlius, anno 1459.
54. Joannes Dietisalvi Neroni, Florent. incertum, quo anno.
55. Petrus Riarius, Genuensis, Franciscanus.
56. Renaldus Ursinus, 1473.

57. Cosmus

Digitized by Google

57. Cosmus Pactius, Florentinus, anno 1502.
58. Julius Medices, Clemens VII. poſtea anno 1523.
59. Nicolaus Ridolfius, anno 1532.
60. Antonius Altovitus, anno 1538.
61. Andreas Buondelmontius, anno 1543.
62. Alexander Medices, poſtea Leo XI. anno 1573.
63. Alexandsr Martius Medices, anno 1605. (1)

Ad Cardinales venio, quorum nomenclaturam eidem humaniſſimo Hieronymo Sommajæ debeo: & ſic ſe habent, ut jam exhibetur, licet multæ Italiæ civitates antiquiores in Romana Curia honores ſortitæ fuerint, puto tamen nullam plures Cardinales minori tempore oſtentare. Horum purpuratorum ducet agmen

1. Petrus, cognomento *Igneus*, quod in Simoniæ probatione contra Petrum Papienſem Epiſcopum Florentinum, arguente D. Joanne Gualberto, ignem illæſus pertranſiit, Cardinalis creatus a Gregorio VII. anno 1075. Legationibus Gallicis Germaniciſque perfunctus, non ſine maxima ſanctitate obiit anno 1088. Chronicon Vallis Umbroſæ, liber Bibliothecæ Palatinæ, Regiſtrum Gregorii VII. Abbas Uriſpergenſis.

2. Bernardus Ubertus, Monachus Vallis Umbroſæ, inter Sanctos poſtea relatus, Cardinalis creatus ab Urbano II. anno 1088. ſupra de eo inter Sanctos eſt dictum.

3. Ubertus de Bardis, ab Honorio II. pileo rubro donatus, anno 1125.

4. Guido Bellagius, ab Innocentio II. anno 1138. creatus, Legatus a Latere interfuit Conventui Principum Chriſtianorum Ptolemaidæ indicto anno 1147. cui adfuerunt, præter Conradum Imperatorem, & duos Reges, quinquaginta proceres. Guilliel. Tyrius libr. 17. Sacri belli, cap. 1. Joann. Villan. libr. 12. Hiſtor. cap. 7. Bullæ ſupremorum Pontificum Innocentii II. Eccleſiæ Veronenſis, Cæleſtini II. S. Fridiani Lucenſis, Lucii II. S. Benedicti Mantuæ, Eugenii III. Anaſtaſii IV. & Hadriani IV. Eccleſiæ Piſanæ.

5. Hugo de Ricasolis, ab Alexandro III. creatus, anno 1163. Senonibus in Gallia ſub titulo S. Euſtathii. Venetias, pacis tempore, cum eodem Pontifice profectus, omnibus ejus actibus interfuit. Gregorii IX. Regiſtrum.

6. Octavianus Ubaldinus, creatus ab Innocentio IV. in Concilio Generali Lugdunenſi, anno 1244. tit. S. Mariæ in Via Lata. Legatus Venetias, & per totam Galliam Togatam, cum impenſius Gibellinis faviſſet, incidit in indignationem ejusdem Pontificis. Sub Alexandro IV. copias ductavit Legatus in Manfredum, Friderici Imperatoris filium ſpurium, a quo aſtu victus, ut Thomas Fazelus ſcribit de Reb. Sicul. poſt. Decad. libr. 8. pag. 445. obiit ſub Gregorio X. anno 1272.

(1) Catalogus hic Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum Florentinorum valde diſcrepat ab Ughellio, qui omnino videatur Tom. 3. Italiæ Sacræ.

7. Andreas Ghini de Mauritiis, a Clemente VI. creatus anno 1342.

8. Petrus Tornaquincius, Avenione ab Urbano V. creatus, anno 1366. obiit ibidem anno 1383. Hist. Ecclesiast.

9. Petrus Corsinus, Decretorum Doctor ab Urbano V. creatus, anno 1369. Episcopus Florentinus, & mox Portuensis. Vixit in Cardinalatu annis 36. obiit Avenione, anno 1405. ibidem ad D. Augustini sepultus.

10. Angelus Acciajuolius, Episcopus Florentinus, creatus anno 1384. Nucriæ ab Urbano VI. Postea Episcopus Ostiensis, ac Decanus S. R. E. Cancellarius paribus votis ad Pontificatum electus, ac Poncellus Ursinus, concessit ultro Bonifacio IX. sub quo multas legationes honorifice obivit: extinctus Pisis sub Gregorio XII. anno 1407. Paulus Cortesius libr. 1. de Cardinalatu. Chronica Regni Neapolitani: D. Antonimus part. 3. tit. 22. cap. 3. Leonard. Aretin. & alii.

11. Joannes Dominici, Ordinis Prædicatorum, patre ignobili artifice natus, ex Provinciali Romano Archiepiscopus Ragusinus a Gregorio XII. Lucæ creatus anno 1408. In Concilio Constantiensi, quod per ambitionem in eum honorem irrepsisse Florentini jactarent, Cardinalatu deposito, ad Episcoporum subsellia transire voluit; sed Concilium & Sigismundus Imperator Cardinalibus non æqualem modo eum, sed & præsidem constituerunt, quem in gratiam Sigismundi Augusti Martinus V. Hungariæ & Bohemiæ Legatum eo misit. Obiit anno 1420. & Scriptorum multitudine, & sanctitatis fama inclytus. Joann. Caroli in ejus vita. Leand. Alberti libr. 3.

12. Lucas Manzolus, vel Manzolius, de Domo Omnium Sanctorum, Ordinis Humiliatorum, Episcopus Fæsulanus, creatus a Gregorio XII. eodem anno Cenis, qui numquam pro Cardinali, uti nec alii, habitus, donec in Concilio Constantiensi Papatum deposuit Gregorius, & qui cum eo contendebat, Benedictus XIII. qui ambo in Concilio Pisano privati, creatusque omnium consensu Pontifex summus Alexander V. anno 1409.

13. Octavianus de Octavianis, eodem tempore a Gregorio XII. creatus.

14. Alamannus Adimarius, doctrina, & sapientia nulli ea ætate secundus; cum esset Archiepiscopus Tarentinus, ac mox Pisanus, Legatus in Gallia agens, a Joanne XXIII. sive, ut alii volunt, XXII. creatus absens, tit. S. Eusebii, VIII. Idus Junii anno 1411.

15. Albertus de Albertis, Episcopus Camerinensis, creatus Florentiæ in Concilio ab Eugenio IV. anno 1439. ab eodem Pontifice ad pacem componendam inter Regem Alfonsum Aragonum, & Renatum Andegavensem Legatus.

16. Joannes Medices, ab Innocentio VIII. creatus anno 1489. Vide libr. 7. infra; nam hic Pontifex post Leo X. dictus.

17. Franciscus Soderinus, Episcopus Volaterranus, ab Alexandro VI. creatus, anno 1503. 18. Lau-

Digitized by Google

18. Laurentius Puccius, Protonotarius Apoſtolicus & Datarius, a Leone X. creatus anno 1513. Major Pœnitentiarius, Epiſcopus Albanus, ac deinde Prænestinus.

19. Julius Medices, miles Hieroſolymitanus, ac Prior Capuanus, Leonis X. frater patruelis, ab eodem creatus anno 1513. poſtea Clemens VII. dictus; de quo libr. 7. infra.

20. Bernardus Tarlatus, alio nomine Divitius, ex oppido Bibbiena, dictionis Florentinæ eodem tempore creatus.

21. Nicolaus Pandolphinus, ſeu de Caponibus, Epiſcopus Piſtorienſis, a Leone X. anno 1517. abſens creatus, tit. S. Cæſarei in Palatio, cum eſſet annorum 75.

22. Ferdinandus Ponzettus, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Epiſcopus Melfitenſis, ab eodem Leone eadem promotione creatus; falſo a quibusdam *Neapolitanus* putatus.

23. Aloysius de Rubeis, Medicea ſtirpe genitus, Protonotarius Apoſtolicus, ac Datarius, eodem tempore a Leone creatus.

24. Franciscus, ſive Franciottus Ursinus, Leonis X. conſanguineus, Florentiæ educatus, & a *Laurentio Medicæo* liberaliter inſtitutus, eadem promotione creatus: licet domo ſit Romanus; tamen videtur non injuria Florentinis annumerandus.

25. Joannes Salviatus, Prot. Apoſt. ſororis Leonis X. filius, anno 1490. die 24. Martii creatus.

26. Nicolaus Ridolphus, Proton. Apoſt. ejusdem Leonis ex ſorore altera nepos; creatus ab eodem, anno 1517. Epiſcopus Vicentinus & Viterbienſis, Patrimonii Legatus, & Archiepiſcopus Salernitanus.

27. Nicolaus Gaddius, Epiſcopus Firmanus, a Clemente VII. electus anno 1527.

28. Hippolytus Mediceus, ab eodem Pontifice creatus anno 1529. Archiepiſcopus Avenionis, S. R. E. Vicecancellarius, Archiepiſcopus Montis Regalis, de quo libr. 7. infra.

29. Antonius Puccius, Epiſcopus Piſtorienſis, a Clemente VII. creatus anno 1531. Major Pœnitentiarius, & Epiſcopus Sabinus. De eo & Hiſtorici.

30. Robertus Puccius, Epiſcopus Piſtorienſis, a Paulo III. anno 1542. creatus.

31. Nicolaus Ardinghellus, Epiſcopus Foroſempronienſis, ab eodem Pontifice creatus 14. Kal. Jan. anno 1544.

32. Thadæus Gaddivs, J. C. celebris, creatus a Paulo IV. anno 1557. Archiepiſcopus Conſentinus, & Caſtri Riani Dominus. Obiit in Apulia anno 1561.

33. Laurentius Strotius, Clarice Medicea, Leonis X. nepte, ac Philippo Strotio genitus, eadem promotione creatus, cum eſſet dux in paucis rarus, Epiſcopus Biterrenſis, Albienſis, ac Aquenſis. Obiit in Gallia anno 1571.

Digitized by Google

34. Joannes Angelus Medices, Archiepiſcopus Raguſinus, a Paulo III. creatus anno 1549. ac poſt Pius IV. de quo libr. 7. infra.

35. Joannes Medices, in gratiam Coſmi patris, cum eſſet XVII. annorum, creatus a Pio IV. anno 1560. Obiit paulo poſt. Dicam libr. 7. infra.

36. Bernardus Salviatus, Leonis X. ex ſorore nepos, a Pio IV. anno 1561. creatus; Catharinæ Gallorum Reginæ ab eleemoſynis, Epiſcopus Claramontenſis, & S. Papuli. Obiit anno 1568.

37. Ferdinandus Medices, ab eodem Pio IV. anno 1563. creatus: poſtea Magnus Etruriæ Dux fuit. Dicetur libr. 7. infra.

38. Angelus Niccolinus. J. C. Legatus Coſmi ad Carolum V. Senarum Gubernator, & Archiepiſcopus Piſanus, creatus a Pio IV. anno 1565. Obiit vero poſt biennium.

39. Joannes Aldobrandinus, Fani natus, Clementis VIII. frater, a Pio V. anno 1570. creatus.

40. Alexander Medices, a Gregorio XIII. creatus, anno 1583. poſtea Leo XI. Infra libr. 7.

41. Antonius Maria Salviatus, licet Romæ natus, tamen quia parentes Florentinos habuit, in Florentinorum Catalogo merito reponetur: a Gregorio XIII. anno 1583. creatus, S. Papuli in Galliis Epiſcopus, Tridentino Concilio interfuit, Nuntius in Gallias deſtinatus, Legatus Bononiæ, ac Signaturæ Gratiæ Præpoſitus.

42. Hippolytus Aldobrandinus, Fani natus, quod pater Præfecti cura regebat, a Sixto V. creatus, anno 1585. Pontifex poſtea Clemens VIII. ſupra nonnihil hoc capite.

43. Petrus Gondius, ab eodem Pontifice creatus, anno 1587.

Qui ſacra purpura ornati vivunt, etſi pietate, generis ſplendore, ac multifaria eruditione laudes merentur; tamen, ne aſſentator videar, ſolis nominibus ero contentus.

44. Octavius Bandinus, a S. D. N. Clemente VIII. creatus, anno 1596.

45. Joannes Baptista Detus, ab eodem, anno 1599.

46. Maffhæus Barberinus, a S. D. N. Paulo V. anno 1607. ex Nuntio Galliarum, Signaturæ Juſtitiæ Præfectus, utraque lingua admirandus, Scotiæ etiam Protector.

47. Aloysius Caponius, ab eodem creatus, anno 1608.

48. Joannes Baptista Bonsius, anno 1611.

49. Robertus Ubaldinus, anno 1616.

50. Carolus Medices, Sereniſſ. Coſmi II. Magni Etruriæ Ducis frater, Princeps optima indole, ac raris virtutibus, qua parentibus tantis dignus, qua generis familiæque ornamentum.

Sunt etiam alii, qui Florentia orti, nolunt tamen in Florentinorum nomenclatura cenſeri, ſed Romanis adnumerari. Silvester Aldobrandinus, anno 1603. creatus, & ante illum Petrus Aldobrandinus, anno 1593.

Digitized by Google

Viri Illuſtres ſequuntur; ac primum qui alibi, quam in patria ſua, aut civitatibus jam enumeratis, Epiſcopi floruerunt, erunt percenſendi.

1. B. Andreas Corsinius, Epiſcopus Fæſulanus, Carmelita, anno 1359.

2. Nerius Corsinius, Epiſcopus Fæſulanus anno 1373.

3. Guilielmus Becchius, Epiſcopus Fæſulanus.

4. Jacobus Altovitus, Epiſcopus Fæſulanus, anno 1389.

5. Jacobus Altovitus, Dominicanus, Epiſcopus Fæſulanus, anno 1406.

6. Benozzius Federighi, Epiſcopus Fæſulanus, anno 1421.

7. Leonardus Salutatus, Epiſcopus Fæſulanus, anno 1450.

8. Antonius degli Agli, Epiſcopus Fæſulanus, anno 1470.

9. Robertus Folchius, Epiſcopus Fæſulanus, anno 1481.

10. Guilielmus Folchius, Epiſcopus Fæſulanus, anno 1504.

11. Braccius Martellius, Epiſcopus Fæſulanus, anno 1530.

12. Angelus de Diacceto, Epiſcopus Fæſulanus, anno 1566.

13. Franciscus de Diacceto, Epiſcopus Fæſulanus, anno 1595.

14. Alexander Martius Medices, Epiſcop. Fæſulanus, anno 1605. ſed poſtea Archiepiſcopus Florentinus.

15. Baccius Lanfredinius, Epiſcopus Fæſulanus, anno eodem.

16. Petrus Camajanus, Arretinus genere, ſed ortu Florentinus, Epiſcopus Fæſulanus, anno

17. Baccius Gherardinius, hodie ſumma integritate, ac ſanctitate Eccleſiam Fæſulanam adminiſtrat.

18. Joannes Baptista Alamannus, Matiſconenſis in Galliis ad Arar im Epiſcopus.

19. Barthoiomæus Lapaccius Ubertinus, Eugenio IV. cariſſimus, in celeberrimis Italiæ Academiis profeſſor, ac Epiſcopus Coroneus.

20. Jacobus Nacciantius, Paulo III. gratus, Epiſcopus Chioggiæ.

21. Ugolinus Martellius, Aloyſio Aloyſii genitus, Epiſcop. s Glandevenſis.

22. Nicolaus Ardinghellus, Epiſcopus Foroſempronienſis.

His addi poteſt Robertus Bardius, qui quadraginta annos totos Cancellarius Academiæ Pariſienſis, quasdam theſes Alberti Magni notavit, quæ etiamnum hodie inter damnatas ab Eccleſia numerantur: Chriſtophor. Landin. Numerabo jam & alios ejusdem dignitatis Florentinos, prout occurrent.

23. Honobrius Augustinianus Archiepiſcopus, anno 1430. cujus ſcripta laudat Poſſevinus Appar. Sacr. pag. 58.

24. Onufrius Osteeutus, ſcriptis Theologicis clarus, ut refert Antonius Poſſevin. pag. 514. & Epiſcopatu inſuper.

25. Octavianus Ubaldinus, Epiſc. Bononienſis, anno 1240. Sigon. libr. 2. de Epiſc. Bonon.

26. Octa-

26. Octavianus Ubaldinus Junior, Epiſc. Bononien. anno 1261. Sigon. libr. 3.

27. Sclatta Ubaldinus, Octaviani Junioris frater, Epiſc. Bonon. anno 1299. Sigon. ibid.

28. Albertus Acciajolus, ſive, ut aliis placet, Bertrandus, Epiſcopus Bononienſis, anno 1336. Sigon. ibid.

Scriptores autem illuſtres ex Michaële Pocciantio, viro nec docto, nec diligente, ut par erat, apponam, eodem ordine ſervato, ac notatis iis, quæ perperam dicta videbuntur; ſubjungam & ipſe alios, forte antiquiores, qui licet ab eo ſint prætermiſſi, non tamen non immortalitatem merentur. Additamentum, & appendicem *Lucas Ferrinius* Pratenſis, Servitæ familiæ ſocius, promittit; ſed in manus meas adhuc non venit, quia non editum, ut puto.

1. Accursius, Azonis auditor J. C. eo ævo celebris. Obiit anno 1240. Bononiæ.

2. Auctus, Vallis Umbroſæ monachus, Epiſcopus Piſtorienſis. Obiit ibidem anno 1147. non modo ſcriptis, ſed & miraculorum gloria inclytus, ut Domnus Bernardus in ejus vita teſtatur.

3. Albertus, Servita, anno 1510.

4. Aldebrandinus Cavalcantes, Ord. Auguſtin. anno 1385.

5. Alamannus Rinuccinius, Ficini auditor, Græce doctiſſimus anno 1470.

6. Alexander Mellinus, Servita, anno 1554.

7. Alexander Braccius, anno 1490.

8. Alexandra, Bartholomæi Scalæ hiſtorici filia, & Michaëlis Marulli Tarchaniotæ uxor, Laſcaris diſcipula. Hujus pater Collenſis erat, non Florentinus, anno 1506.

9. Alexander Pactius, Coſmi, Archiepiſcopi Florentini, frater, Leonis X. nepos ex ſorore; Tragicus eximius fuit, anno 1510.

10. Alexander Stroza, Epiſcopus Volaterranus, anno 1568.

11. Alexander Ceccherellus, anno 1575.

12. Alfonsus Pactius, Poëta, anno 1560.

13. Almanotius, J. C. celebris, Mantua teſte.

14. Aloysius Benevenuthius, philoſophus anno, 1569.

15. Aloysius Fulcius, poëta, Laurentio Medici, Doctorum Mæcenati carus, anno 1480.

16. Aloysius Ghinozzi, ejus MSS. in Bibliotheca Gaddiana opera ſervantur, anno 1507.

17. Aloysius Alamannus, poëta, Franciſco I. Gallorum Regi carus, anno 1540.

18. Ambrosius, ab inſigni pietate, *Homo Dei* dictus, Ordin. D. Auguſtini, declamator, anno 1456.

19. Ambrosius Abbas Camaldulenſis. Meminere ejus Petrus Benedictinus in Hiſtoria Monaſtica, Paulus Jovius in Elogiis, & Spinellus poëta, anno 1490.

20. Ame-

Digitized by Google

20. AMERICUS, ſive ALBERICUS VESPUCIUS, qui novo orbi nomen *Americæ* dedit. Navigationes ſuas, & terrarum deſcriptionem dedicavit Laurentio Medico Juniori, anno 1517.

21. ANDREAS CORSALIUS, chorographus.

22. ANDREAS, hiſtoricus. MSS. ſunt in Bibliotheca Gadd. ejus opera.

23. ANDREAS FIOCCHUS, cujus opera MSS. ibidem ſunt.

24. ANDREAS CAMPINUS, hiſtoricus, anno 1530.

25. ANDREAS DATHIUS, poëta, anno 1549.

26. ANGELUS, geographus.

27. ANGELUS, Vallis Umbroſæ monachus, anno 1496.

28. ANGELUS alter, ejusdem Inſtituti ſocius, anno 1550.

29. ANGELUS SIGNIUS, anno 1571.

30. ANGELUS MARIA MONTURSIUS, Servita, anno 1588.

31. ANGELUS BRONZINUS, poëta & pictor, anno 1572.

32. ANTONINUS. Vide ſupra de Sanctis.

33. ANTONIUS ALLEGRETTUS philoſophus, & poëta; cujus opera MSS. in Biblioth. Gaddiana.

34. ANTONIUS DE NOMIS, Auguſtinianus.

35. ANTONIUS SQUARCIALUPUS, muſicus, anno 1430.

36. ANTONIUS ALBERTUS medicus. Docuit Bononiæ maximis ſtipendiis, anno 1425.

37. ANTONIUS PACIUS, muſicus.

38. ANTONIUS ALAMANNUS, poëta.

39. ANTONIUS MEDICES, Franciſcanus. Quædam ejus opera ſunt MSS. in Biblioth. S. Crucis, anno 1490.

40. ANTONIUS CIOPHIUS J.C. anno 1575.

41. ANTONIUS BENIVENIUS, medicus, anno 1502.

42. ANTONIUS DULCIATUS, Eremitanus, anno 1512. Cujus opus MS. Compendium Solis & Lunæ Romæ eſt in archivio Ordinis Eremitani.

43. ANTONIUS BUONGUIDIUS.

44. ANTONIUS PUCCIUS, Cardinalis. Vide ſupra.

45. ANTONIUS MANETTUS, mathematicus, anno 1540.

46. ANTONIUS BRUCIOLIUS, anno 1550. docta opera, ſed a Concilio Tridentino damnata edidit.

47. ANTONIUS LANDUS, poëta, anno 1545.

48. ANTONIUS ALTOVITA, Archiepiſcopus Florentinus, anno 1573. philoſophus, ac Theologus.

49. ANTONIUS FRANCISCUS DONUS, poëta, anno 1574.

50. ANTONIUS FRANCISCUS GRAZINIUS, academico nomine LASCA appellatus, comicus & poëta, anno 1584.

51. AUGUSTINUS, Servita, anno 1517.

52. AUGUSTINUS, Camaldulenſis, anno 1575.

53. AUGUSTINUS alter, Camaldulenſis.

54. AURELIUS BRANDOLINUS, Matthiæ Hungarorum Regi carus, Oratoriam

toriam diu docuit: tum D. Auguſtini habitum indutus, evaſit Theologus maximus. Obiit ex peſte anno 1498. Jacobo Bergomenſi teſte.

55. Baccius Ugolinus, poëta, anno 1490.

56. Baccius Baldinius, anno 1570. medicus.

57. Baldassar Carduccius, J. C. anno 1520.

58. Baptista de Rubertis, aſtrologus.

59. Bartholomæus, hiſtoricus, anno 1400. Bellum inter Gallos & Britones geſtum, ab eo deſcriptum, eſt MS. in Bibliotheca Gaddiana.

60. Bartholomæus Lapaccius de Ubertinis, Dominicanus, Epiſcopus Argoletenſis, & Coronenſis, Græce & Hebraice doctus, anno 1414. natus eſt, obiit 1466. Opera MSS. ſunt in Biblioth. S. Mariæ Novellæ Florentiæ. Eugenio IV. percarus.

61. Bartholomæus Scala, non fuit Florentinus, ſed Collenſis, hiſtoricus. Obiit anno 1497.

62. Bartholomæus Veſpuccius, mathematicus, anno 1506.

63. Bartholomæus Cavalcanthius, Græce doctus, anno 1540.

64. Bartholomæus Romuleus, J. C. anno 1588.

65. Beltramus Poggius.

66. Benedictus, mathematicus.

67. Benedictus Fortinus, Secretarius, anno 1406.

68. Benedictus Pauli, Dominicanus, anno 1500.

69. Benedictus Varchius, hiſtoricus, anno 1566.

70. Benedictus Pescionius J. C. anno 1577.

71. Benedictus Bonsignorius, Nanni filius, Benedictinæ familiæ Abbas. Obiit anno 1568.

72. Benedictus Bectus.

73. Benignus, Vallis Umbroſæ Generalis, anno 1236.

74. Benevenutus Cellinus, ſculptor, & architectus non vulgaris.

75. Bernardettus Minerbettus, Epiſcopus Arretii, anno 1574.

76. Bernardinus, Franciſcanus, anno 1408.

77. Bernardus Ubertus. Dixi inter Cardinales ſupra.

78. Bernardus Angelius, Auguſtinianus, anno 1330.

79. Bernardus Parentius, Dominicanus, anno 1340.

80. Bernardus Pulcius, poëta, anno 1450.

81. Bernardus Nuthius, orator, anno 1475.

82. Bernardus Torvius, medicus, anno 1500.

83. Bernardus Oricellarius, anno 1490. ſupra inter hiſtoricos de eo dictum.

84. Bernardus Belincionius, poëta. Ludovico Sfortiæ Mediolanenſium Duci, carus.

85. Bernardus Segnius, philoſophus.

86. Brunettus Latinus, Dantis præceptor, Poëta, & Theologus celebris, laudatus ab Ugolino Verino libr. 2. Illuſtr. Florent. a Dante tamen

Digitized by Google

tamen, ingrato diſcipulo, reprehenſus, forte odio partium, quia Guelfus erat. Obiit anno 1295.

87. Brunus Lascha, Dini pater, Franciſco Petrarchæ carus, chirurgus, anno 1310.

88. Burchiellus, Poëta, anno 1480.

89. Carolus Marsuppinus, Secretarius Reipublicæ, Piſis Profeſſor philoſophiæ. Opera in Bibliotheca Medicea MSS. aſſervari tradit Coſmus Bartholius. Laudant hunc ſcriptis editis Antonius Calderinus, & Bindacius Ricaſolanus, & Politianus in Epigrammatis. Epitaphium eſt ad S. Crucis.

SISTE. VIDES. MAGNVM. QVEM. SERVANT. MARMORA. VATEM
INGENIO. CVIVS. NON. SATIS. ORBIS. ERAT
QVAE. NATVRA. POLVS. QVAE. MOS. FERAT. OMNIA. NOVIT
KAROLVS. AETATIS. GLORIA. MAGNA. SVAE
AVSONIAE. ET. GRAIAE. CRINES. NVNC. SOLVITE. MVSAE
OCCIDIT. HEV. VESTRI. FAMA. DECVSQVE. CHORI

90. Carolus Lenzonius, Inſtitutor Academiæ Florentinæ, tempore Coſmi I.

91. Carolus Antenorius, anno 1540.

92. Cervottus, Accurſii filius, J. C. anno 1240.

93. Carolus Albertus. Opera MSS. in Bibliothec. Gaddia.

94. Calander Calandrius, Arithmeticus.

95. Christophorus Buondelmontius, Coſmographus. Opera MSS. ſunt apud nobiliſſimam familiam de Bondelmontibus. Anno 1416.

96. Christophorus Landinus, Antiquarius. Præter Commentaria in Virgilium, Horatium, Ariſt. Ethica, Dantem. Quæſtiones Camaldulenſes, & Orationes, extant opera MSS. in Biblioth. Gaddia.

97. Christophorus Georgius de Honestis, Medicus.

98. Cherubinus, Franciſcanus, anno 1487.

99. Clarus, Franciſcanus, anno 1308.

100. Claudianus, Florentino patre genitus Canopi, ut Coluccius Pierius Salutatus prodigioſe commentus eſt: quem patriæ ſuæ honori faventes ſequuti ſunt avidiſſime Franciſcus Petrarcha(1), Chriſtophorus Landinus, Ugolinus Verinus, & quod magis mirum, diligentiſſimus Raphaël Maffæus Volaterranus libr. 14. Commentar. ſed & fabulam illam confirmant ex Inſcriptione Apothecæ Judicum & Notariorum:

CLAVDIANVS. ADEST. HIC. NOSTER. ORIGINE. CIVIS
QVEM. PATER. ÆGYPTVS. PEPERIT. &c.

Ajunt Florentini, ſed non probant, civem ſuum eſſe illum; ſed ei coætaneus Poſſidonius Afer, negare non veretur: & ipſe Claudianus, Radagaſium, a Stilicone apud Fæſulas Florentiamque ſuperatum, ſi Flo-

(1) Petrarcha non potuit Coluccii ſententiam ſequi, cum hic ſit Petrarchæ ætate poſterior.

rentinus fuiſſet, non tacuiſſet: & cum omnes Italiæ fluvios, ſaltem trans Tiberim, celebriores nominaverit, nuſquam Arni meminit: & diſerte Ægyptium ſe teſtatur. In Epiſtola ad Hadrianum:

Audiat hoc commune ſolum, longeque carinis
Nota Pharos, flentemque attollens gurgite vultum,
Noſtra gemat Nilus numeroſis funera ripis.

In Epigrammate ad Gennadium Proconſulem:

Grajorum populis, & noſtro cognite Nilo.

Et in Epiſtola ad Probinum:

Romanos bibimus primum, te conſule, fontes.

Omitto Sidonium Apollinarem Carm. 9. & recentiores Lilium Gyraldum, Crinitum, Conradum Geſnerum, & alios, qui unanimi conſenſu, non Florentinum, ſed vel Canopitum, vel Alexandrinum faciunt, certe ſine controverſia Ægyptium. Sed ad Scriptores alios pergo; neque enim Florentia fictis eget laudibus, cum veris abundet.

101. CLEMENS MAZZA, anno 1430.

102. CLEMENS, Servita, anno 1340.

103. COLUCCIUS PIERIUS SALUTATUS, Reip. a ſecretis, Poëta. Gregorio XI. carus. Leonardus Aretin. & Juvianus Neri de Franchis honorifice meminerunt. Opera MSS. in Biblioth. Gaddia. Anno 1406.

104. COPPUS STEPHANI, Hiſtoricus.

105. COSMUS PACTIUS. Dixi in Archiepiſcopis Florentinis.

106. COSMUS FAVILLA, Servita, anno 1520.

107. COSMUS ORICELLARIUS, Poëta.

108. COSMUS BARTHOLIUS, Orator.

109. COSMUS ORICELLARIUS, Servita, anno 1521.

110. DAMIANUS MARAFFUS.

111. DANTES ALIGHERIUS, vir Patria & Latina lingua doctiſſimus, Poëta omnium Italicorum princeps. Factione partium ſæviente in exilium actus, præcipue indignante Senatu, quod cum in re gravi deliberaretur de mittendo Romam Oratore, ipſe dixerit: *Si vado, quis manebit? Si maneo, quis ibit?* Quaſi ſolus ipſe eſſet, qui Reipublicæ dignitatem conſilio, ac auctoritate tueri poſſet. Relegatus ob hæc inſolenter dicta, adverſarios ſuos aperte poſitis nominibus, inſimulavit, novo ſcribendi modo. Anno 1321. Ravennæ exul obiit, ubi honorificentiſſimum tumulum habet, cujus inſcriptionem & magnificentiam inſtauravit Bernardus Bembus, anno 1433.

112. DANTES A MAJANO, Poëta, anno 1320.

113. DIETISALVIUS NERONIUS, Nigri filius. Opera MSS. ſunt in Biblioth. Gaddia.

114. DIONYSIUS, Eremitici Inſtituti ſocius, anno 1440.

115. DOMINICUS PANTALEONUS, Dominicanus, anno 1376.

116. DOMINICUS SILVESTRI. Opera MSS. ſunt in Bibliotheca S. Spiritus Florentiæ, anno 1380.

117. Do-

Digitized by Google

117. Dominicus Petri de Nardis, Dominicanus, anno 1358.
118. Dominicus Lapaccius, Dominicanus, anno 1446.
119. Dominicus Joannis, Dominicanus, anno 1483.
120. Dominicus Benivenius, anno 1480.
121. Dominicus Martelli, Bracci filius J.C. anno 1490.
122. Dominicus Mellinus, anno 1588.
123. Donatus Acciarolius, Neri filius, vir rebus maximis gerendis natus, ac fæpe orator miſſus ad Pontifices, Regeſque Francorum: Græce doctiſſimus. Chriſtophor. Landinus, Ugolin. Verinus, Politianus, anno 1473.
124. Donatus Acciarolius, Eques Hieroſolymitanus, anno 1528.
125. Donatus Giannottus. MSS. opera in Bibliotheca Gaddia, anno 1572.(1)
126. Dinus Rossonius, J.C. anno 1303. Joannes Andreæ ejus meminit, & Bartolus Conſil. 65.
127. Dinus de Garbo, Medicus, anno 1327. Præter opera, quæ enumerantur ab aliis, edidit in Galenum & in Avicennam Commentaria, ut teſtatur Fanutius Campanus MS. libr. 5. pag. 122.
128. Euphrosynus Boninus, Græce doctus, anno 1520.
129. Euphrosinus Lapinus, Orator, anno 1571.
130. Fabius Segnius, Poëta.
131. Faccius Ubertus, Poëta, anno 1300.
132. Feus Belcharius, Poëta, anno 1484.
133. Ficinus, Medicus, cujus opera Hieronymus Riccius Latina reddidit, anno 1440.
134. Flameta, Alexandri Soderini uxor, Poëtria, anno 1575.
135. Franciscus, Serpetracholi filius. Matth. Villan. libr. 5. Hiſtor. cap. 25. anno 1340.
136. Franciscus Riccius de Albizis, Poëta, cujus meminit Petrarcha Triumpho Amoris cap. 4. anno 1350.
137. Franciscus Giuntinius, Aſtronomus.
138. Franciscus Azzonius, Accurſii filius, J.C.
139. Franciscus Ambra, Comicus, anno 1560.
140. Franciscus Serdonati, Hiſtoricus.
141. Franciscus Venturius, Græce doctiſſimus.
142. Franciscus Sejus, Poëta.
143. Franciscus de Barberino, Patricius, & Reip. ad multos Principes Orator. A Joanne Boccacio in Genealogia, ut *Poëta celebris* audit, anno incerto, quantum deprehendi adhuc.(2)
144. Franciscus Landinus, cæcus, Poëta, anno 1380.
145. Franciscus Petrarcha. Maximus ſua ætate Scriptor, utroque

(1) Ejus opus, quod inſcribitur *Delle Repubblica Fiorentina*, editum fuit Venetiis anno 1721.
(2) Franciſcus de Barberino obiit anno 1348. ut ex Creſcimbenio apparet in libro, cui titulus *Commentarj intorno alla ſua Storia della Volgar Poeſia vol. 2. part. 2. Roma 1710.*

ſtylo, ac idiomate ſcriptis immortalitati conſecratus: Arquadæ in Euganeis collibus ſepultus, honorificentiſſimum habet elogium, procurantibus Franciſco de Broſſano, Joanne Baptiſta Rota Patavino, Petro Paulo Valderuccho, Joanne Brenio Canonico Cenetenſi. *Fontem* autem *Vallis Cluſiæ*, in agro Avenionenſi, celebrem ſua inibi ſcriptione reddidit. Simon Majolus Dierum Canicularium Colloq. 13. pag. 641. Hunc vero, ut ingenue fatear, conſtat, non eſſe ortu Florentinum; nam in Epiſtolis de jure civitatis Florentiæ ſibi conceſſo gratias agit. Inciſæ natum volunt, in his Volaterranus libr. 21. pag. 638. Arretini ſuum faciunt, & argumento multa ſunt: ante omnia, liber *de Remediis utriuſque fortunæ*, qui Venetiis prodiit cum hac epigraphe, quæ in vetuſtis editionibus legitur: *Franciſci Petrarchæ Arretini*. Deinde *Gartias Petrarcha avus ipſius*, ut ille ipſe ſcribit, centum & quatuor annos vixiſſe perhibetur. Baptiſta Egnatius libr. 8. Exemplor. Illuſtr. cap. 12. & Baptiſta Fulgoſius.

146. Franciscus Mellinus, cognomento *Zopus*, Auguſtinianus. Opera aſſervantur MSS. in Biblioth. S. Spiritus Florentiæ, anno 1440.

147. Franciscus, Franciſcanus.

148. Franciscus Castilionius, anno 1470. Hujus vita eſt ſcripta per Rolandum Bonarlium Archiepiſcopum Florentinum. Meminit Marſilius Ficinus.

149. Franciscus Berlingherius, Poëta & Geographus, anno 1480.

150. Franciscus Pucius, anno 1490.

151. Franciscus Pepius, J. C. anno 1494.

152. Franciscus Pandulphinus, Hiſtoricus.

153. Franciscus Castellanus, Poëta, anno 1500.

154. Franciscus Albertinus Theologus, anno 1500. quem carmine eleganti laudavit Andreas Fulcrius Prænestinus

155. Franciscus Thomæ, Dominicanus, anno 1514.

156. Franciscus Caligarius, vel Pelacanius, Mathematicus, anno 1515.

157. Franciscus Sacchettus, Comicus. (1)

158. Franciscus Cathaneus Diaccetus, Zenobii filius, anno 1522. obiit: cujus funus Benedictus Varchius laudavit, vitam Euphroſynus Lapinus deſcripſit.

159. Franciscus Soderinus. Supra in Cardinalibus.

160. Franciscus Cejus, Poëta. Opera MSS. in Bibliotheca Gaddia.

161. Franciscus Priscianensis, anno 1540.

162. Franciscus Philippolus.

163. Franciscus Berna, Poëta, anno 1540.

164. Franciscus Guicciardinus. Supra in Hiſtoricis.

165. Franciscus Verinus, Philoſophus, anno 1551.

166. Fran-

(1) Poëta potius, ac mythographus, qui vixit circa ann. 1400. cujus opera MSS. in Biblioth. Laurentiana aſſervantur: & *Franco* vulgari nomine appellatur.

166. Franciscus Bocchius.
167. Franciscus Ajolle, Musicus, anno 1530.
168. Franciscus Corteccia, anno 1571.
169. Franciscus Cathaneus. Supra in Fæsulanis Episcopis.
170. Franciscus Verinus, Philosophus, anno 1575.
171. Franciscus Soldi, Græce doctissimus, anno 1572.
172. Franciscus Bonamicius, Medicus & Philosophus.
173. Franciscus Sansovinus, Architectus.
174. Foresius Rabatta. J. C. anno 1330.(1)
175. Gabriel Landinus, Poëta & Historicus, anno 1430.
176. Gabriel Simoneus, Poëta & Historicus, anno 1571.
177. Georgius Benignus Salviatus, Franciscanus, anno 1480. a Damiano Benesio laudatus. Opus egregium de Natura Angelica edidit.
178. Georgius Datus, Historicus, anno 1550.
179. Ginus Caponius. Supra in Historicis.
180. Georgius Datus, Mathematicus, anno 1470.
181. Gregorius Marsuppinus, Regi Galliarum a secretis, Genuæ Præfectus.
182. Gratianus Augustinianus. Opera MSS. in Bibliotheca S. Spiritus Florentiæ, anno 1431.
183. Guido Guinicellius, Poëta, anno 1220. (2)
184. Guido Bonattus (male a quibusdam Donatus) Astrologus: sub senectam, post varias peregrinationes, Franciscanus, anno 1240. Meminit Dantes.
185. Guido Cavalcantius, Poëta & Orator, anno 1300.
186. Guido Orlandius, Poëta, anno 1400.
187. Guido Antonius Addimarius, anno 1568.
188. Guilielmus Becchius. Supra in Episcopis Fæsulanis.
189. Guilielmus Martellus, Poëta.
190. Hieronymus Joannis, Dominicanus. Opera MSS. sunt in Bibliotheca S. Mariæ Novellæ Florentiæ. Ordinis Procurator Generalis anno 1454.
191. Hieronymus Riocius, anno 1470.
192. Hieronymus Benevenius, anno 1542.
193. Hippolytus Medices. Supra in Cardinalibus.
194. Honufrius. Supra in Episcopis Florentinis.
195. Hubertinus Albitii, Bartholomæi filius, Dominicanus, Episcopus Pistoriensis, anno 1430.
196. Hubertus de Bonaccursiis.
197. Hippolytus, Franciscanus, anno 1248.

198. Hip-

(1) Hujus mentionem facit cum laude singulari Jo: Boccacius in Decamerone.
(2) Dempsterus sequitur Pocciantium; sed in hoc fallit, ut vult Crescimbenius in libro, cui titulus: *Istoria della volgar Poesia*. Romæ 1714.

Digitized by Google

198. Hieronymus, Vallis Umbroſæ Monachus.

199. Jacobus Passavantes, Dominicanus, anno 1357.

200. Jacobus Soldius, Franciſcanus, Medicus & Philoſophus: vel, ut alii volunt, Servita, anno 1440.

201. Jacobus Bracciolinus, Hiſtoricus, anno 1478.

202. Jacobus Angelicus. Multa e Græco in Latinum vertit, quæ MSS. ſunt in Bibliotheca Abbatiæ Florentinæ, & in Bibliotheca Franciſcana Ceſenæ.

203. Jacobus, Servita, anno 1528.

204. Jacobus Nardius, anno 1530.

205. Jacobus Publicius.

206. Jacobus Tavantius, Servita, anno 1588.

207. Jacobus Naclantus, Dominicanus, Epiſcopus Cluginæ, anno 1569.

208. Jacobus Rossius, Servita. Opera MSS. ibidem ſunt.

209. Jacobus Gardus, Monachus Caſſinenſis, anno 1572.

210. Jannottius Manettus. Vir maximus infinita ſcripſit, quorum pleraque prodierunt, Hebraica, Græca, Latina, Italica: alia MSS. ſervantur, & in his Vita Nicolai V. tribus libris apud me, & in Bibliotheca Vaticana. Obiit Neapoli anno 1459. cui honorificas exequias Ferdinandus Rex duxit.

211. Ignatius Squarcialupus, Benedictinus, Ordinis ſui Generalis Abbas, anno 1520.

212. Joannes Jacchetus, Ricordani Malaſpinæ nepos. Supra in Hiſtoricis.

213. Joannes Nerius, anno 1497.

214. Joannes Bernardus Gualandus.

215. Joannes Andreæ J. C. celebris. Hunc omnes faciunt Bononienſem, anno 1348.

216. Joannes Villanius. Supra in Hiſtoricis.

217. Joannes Baptista Strozza.

218 Joannes Boccaccius, Hiſtoricus & Antiquarius clariſſimus, cujus commendatio apud multos, & maxime apud Betuſſium, qui vitam ejus ſcripſit, anno 1375. Sed, ut non diſſimulem, non fuit Florentinus, ſed Certaldinus, ut teſtantur Theodoricus Bellovacuus, Antonius Sabellicus, & Epitaphium ipſius adhuc Certaldi legendum.

219. Joannes, Comicus, anno 1378.(1)

220. Joannes Victorius Soderinus.

221. Joannes Dominici, ſupra in Cardinalibus.

222. Joannes Maria Cecchius, Comicus,

223. Joannes Baptista Cinius, Comicus, anno 1565.

224. Joannes Caroli, Dominicanus, anno 1502. Opera MSS. ſunt in Bibliotheca S. Mariæ Novellæ Florentiæ.

225. Jo-

(1) Hic fortaſſe idem eſt ac Joannis Boccaccius.

Digitized by

225. JOANNES PARENTIUS, J.C.
226. JOANNES ROSATUS, Medicus, anno 1480.
227. JOANNES NESIUS, Philoſophus, anno 1485.
228. JOANNES GERARDIUS, Poëta.
229. JOANNES CAVALCANTHIUS, anno 1490.
230. JOANNES, Franciſcanus.
231. JOANNES ORICELLARIUS, Clementi VII. carus.
232. JOANNES MARIA, Dominicanus, ex familia TOLOSANA, non Florentiæ natus, ſed Colle in Valle Elsæ, frater Nicolai J.C. an. 1518.
233. JOANNES OTTONARIUS, Comicus, anno 1527.
234. JOANNES BAPTISTA VIOLIUS, Mathematicus, anno 1530.
235. JOANNES NORCHIATUS, anno 1550.
236. JOANNES CASA, Archiepiſcopus Beneventanus, a Paulo III. conſecratus.
237. JOANNES BAPTISTA GELLUS, Poëta. Allucinatur Michaël Pocciantius, qui eum obiiſſe anno 1562. & in Ædе S. Mariæ Novellæ ſepultum ſcribit: & mox obiiſſe anno 1568. humatumque in Eccleſia S. Trinitatis.
238. JOANNES BERNARDUS GUALANDUS, anno 1200.
239. JOANNES ANIMUCCIA, anno 1569.
240. JOANNES BAPTISTA STROZZA, Poëta, anno 1571.
241. JOANNES BAPTISTA BRACCESCHIUS, Dominicanus.
242. JOANNES BAPTISTA ARRIGHUS, Auguſtinianus, anno 1588.
243. JOANNES BAPTISTA ASINIUS, J.C. anno 1574.
244. JOANNES BAPTISTA HADRIANUS, cognomento MARCELLINUS, Orator eximius utraque lingua.
245. JOANNES MARIA TARSIA, anno 1567.
246. ISIDORUS MONTAUTHIUS, Benedictinus, anno 1573.
247. JULIANUS DATHIUS, anno 1440.
248. JULIANUS VARROCHIUS, Franciſcanus, anno 1413.
249. JULIUS LANDUS, anno 1530.
250. KYRICUS STROZZA, Græce doctiſſimus, anno 1569.
251. LAPUS CASTILLONCHIUS, quem elogio celebrat Franciſcus Bocchius, anno 1381.
252. LAPUS CASTILLONCHIUS nepos, Græce doctus, anno 1430.
253. LAPUS GIANNINUS, Poëta, anno 1359.
254. LAPUS ALFANUS, Poëta, anno 1290.
255. LAURENTIUS GHIBERTUS, Fuſor & Sculptor.
256. LAURENTIA STROZZIA, Monialis ad D. Nicolai de Prato, Dominicana, Poëtria inſignis. Hanc plerique non LAURENTIAM, ſed JULIAM vocant.
257. LAURENTIUS GUATHIUS, anno 1430.
258. LAURENTIUS RODOLFUS, J.C.
259. LAURENTIUS STROZZA, tempore Cosmi I.

260. LAU-

Digitized by Google

260. Laurentius Giacominus, anno 1571.

261. Laurentius Boninconтrius. Forte is eſt, quem Hiſtoricum inſignem laudavi, non Florentinus, ſed Samminiatenſis. Vide libr. 6. cap. ultim.

262. Laurentius Medices, Petri filius, Coſmi nepos, Leonis X. pater. Dicam libr. 7. infra.

263. Laurentius Laurentianus, Medicus, anno 1514.

264. Laurentius Volpajæ, Mathematicus, anno 1569.

265. Laurentius Lippus, Græce doctus, anno 1450. Non fuit Florentinus, ſed Collenſis.

166. Laurentius Medices, Petri Franciſci filius, Poëta.

267. Laurentius Bondelmontius, Antiquarius, anno 1570.

268. Leo X. Libr. 7. infra.

269. Leo Baptista Albertus, Cardinalis nepos, Hiſtoricus & Antiquarius. Infinita ſcripſit, anno 1452. Politiano familiaris: a Jano Vitali ſumme laudatus.(1)

270. Lelius Ballionius, Servita.

271. Leonardus Statius, Dominicanus, anno 1425. ſui Ordinis Magiſter Generalis.

272. Leonardus Dathius, Poëta, Græce doctus, anno 1430.

273. Leonardus Giacchinus, Medicus, anno 1500.

274. Leonardus Malaspina, Orator, anno 1571.

275. Leonardus Salviatus, Comicus, Eques D. Stephani.

276. Lotterius Neronius, Philoſophus, anno 1499.

277. Lottus, Poëta, anno 1572.

278. Lucas Mannellus, Dominicanus, Epiſcopus Oſmenſis, & deinde Fanenſis, anno 1363.

279. Lucas Pulcius, Poëta, anno 1470.

280, Lucas Robbia, Hiſtoricus, anno 1500.

281. Lucas Ferrinius, Servita, anno 1589.

282. Ludovicus, ſive, Aloysius Marsilius, Auguſtinianus, an. 1450. publico eſt ſumptu funeratus.

283. Ludovicus Martellus, Poëta, anno 1527.

284. Ludovicus Guicciardinus, Hiſtoricus eximius, anno 1588.

285. Marcellus Virgilius Adrianus, Græce doctus, anno 1521.

286. Marchion Coppi Stephanii. Supra in Hiſtoricis.

287. Marcus Petri de Succhiellis, Dominicanus, anno 1490.

288. Marsilius Ficinus, Platonicæ Philoſophiæ reſtaurator incomparabilis, anno 1521.

289. Matthæus Villanius. Supra in Hiſtoricis, anno 1471.

290. Matthæus Corbinellus, Poëta, anno 1400.

291. Matthæus Palmerius, Hiſtoricus & Poëta, anno 1448.

292. Mat-

(1) Hic Leo Baptiſta Albertus eſt Architectus illo celebris, cujus opus de Architectura, & alia opera nonnulla edita fuerunt Florentiæ & alibi.

Digitized by Google

292. Matthias Rampollinus, Muſicus, anno 1560.
293. Marianus, Franciſcanus, anno 1430. Opera MSS. ſunt.
294. Maurus Matthius, Servita, Muſicus, anno 1571.
295. Maurus, Servita, Hebraice & Græce doctus, anno 1556.
296. Maurus Arrighettus, Dominicanus, anno 1570.
297. Maurus Pandolphinus, Caſſinenſis Monachus, anno 1572.
298. Maximus, Caſſinenſis Monachus, Græce doctus.
299. MarcusÆmilius, Hiſtoricus.
300. Michael Rubertus, Hiſtoricus.
301. Michael Verinus, Poëta, anno 1484.
302. Michael Pocciantus, Servita.
303. Michaelangelus Naldinus, Servita, anno 1570.
304. Minias Pithia, Montis Olivarum Monachus, Coſmographus, quem laudant Petrus Burgenſis in Hiſtoria Monaſtica, & Paganus Paganinus Licianenſis, anno 1566.
305. Mundinus, Medicus, anno 1421.
306. Naldus Naldius, Poëta celebris, anno 1470.
307. Nellus Geminianus, J. C. anno 1420.
308. Nerius Capponius. Supra in Hiſtoricis.
309. Nicolaus Falcuccius, Medicus, anno 1412. Opera MSS. ſunt in Bibliotheca Marciana Florentiæ.
310. Nicolaus Nicolus, anno 1430.
311. Nicolaus Michaelis Bonai, Poëta. Opera MSS. ſunt in Bibliotheca S. Crucis Florentiæ.
312. Nicolaus Valla, anno 1533.
313. Nicolaus Angelus Bucinenſis, anno 1500.
314. Nicolaus Machiavellus. Supra in Hiſtoricis.
315. Nicolaus Martellus.
316. Nicolaus Stufa, Servita.
317. Nicolaus Ardinghellus. Supra in Cardinalibus.
318. Nicolaus Tornabonus. Vide libr. 6. cap. 6. infra.
319. Nicolaus Bonadiuti, Michaëlis filius, Poëta.
320. Oliverius Arduinius, Canonicus Florentinus, anno 1500.
321. Pallans Strozza, Eques Auratus, pleraque ſcripſit, teſte Franciſco Philadelpho (1), anno 1423.
322. Pallans Oricellarius, Philoſophus, anno 1500.
323. Pallans Strozza, Junior, Græce doctus, ætate Caroli V. Imperatoris.
324. Pamphilus Riccius, Eques D. Stephani, anno 1583.
325. Paulus Gualducci de Pilestris, Dominicanus, Patriarcha Gradenſis, anno 1326.
326. Paulus, Mathematicus, ad S. Trinitatis ſepultus.
327. Paulus alter, Mathematicus, anno 1410.
328. Paulus Gerardus, Arithmeticus, anno 1327.

(1) Hic auctor eſt fortaſſis Franciſcus Philelphus.

329. Paulus Attavantius, Servitarum Cœnobiarcha, anno 1499.

330. Paulus Orlandinus, Camaldulenſis, anno 1519.

331. Paulus Verinus, Dialecticus, Laurentii Medicis ductu Piſis profeſſor.

332. Paulus Arrighius, Servita, anno 1587.

333. Paulus Animuccia, Poëta, anno 1563.

334. Paulus Rossius, Eques Hieroſolymitanus, anno 1569.

335. Peregrinus Allius, Poëta, anno 1458.

336. Perinus Organo, Muſicus, anno 1500.

337. Petrus Calzolarius, S. Juſtinæ Monachus.

338. Petrus Alighierius, Dantis filius, J.C.

339. Petrus Strozza, Ubertini filius, Dominicanus. Opera MSS. ſunt in Bibliotheca S. Mariæ Novellæ Florentiæ, anno 1362.

340. Petrus Corsinius. Supra in Epiſcopis Florentinis.

341. Petrus Rosatus, Medicus.

342. Petrus Franciscus Paulus, Medicus.

343. Petrus Maria Boninus, Arithmeticus, anno 1515.

344. Petrus, a criſpa coma Crinitus vocatus, Laurentio Mediceo carus.(1)

345. Petrus Aron, Crucifer Monachus, anno 1550.

346. Petrus Franciscus Giambullarius, Bernardi filius, Hebraice Græceque doctus, anno 1564.

347. Petrus Victorius, Græce Latineque doctiſſimus, Italorum Criticorum princeps, anno 1585.

348. Petrus Buggianensis, S. Juſtinæ Monachus, anno 1560.(2)

349. Petrus Antonius Anselmius, J.C.

350. Philippus, Franciſcanus, anno 1312.

351. Philippus Medices, Servitarum Cœnobiarcha, anno 1364. Opera MSS. ſunt in Bibliotheca Servorum Florentiæ.

352. Philippus Macchabrunus, Hiſtoricus.

353. Philippus Corsinius. J.C.

354. Philippus Valorius. Vitam edidit Laurentii Medicei, ut vult Pocciantus; ſed revera auctor ejus, quæ prodiit anno 1568. non Philippus, ſed Nicolaus fuit.

355. Philippus Callimachus, Caſimiro, Sarmatiæ Regi, carus.

356. Philippus Nerlius. Supra in Hiſtoricis.

357. Philipppus Strozza, ducum ſuo ævo maximus, aut inter maximos habendus: ſibi manus intulit, cum cuſtodiæ fuiſſet mancipatus, quod arma in patriam & principem induiſſet, factionis caput, & Petri, ducum clariſſimi, pater.

358. Philippus Fantonius, Camaldulenſis Abbas, anno 1589.

359. Philippus Benizius, Servita, anno 1285.

360. Phi-

(1) Petrus Crinitus ita cognominatus fuit potius a proprio cognomine Etruſco *dei Riccio*, quam a coma criſpa, ut vult Dempſterus noſter.

(2) Hic eſt idem ac Petrus Calzolarius, ſupra repoſitus num. 337.

Digitized by Google

360. Philippus Capponii, Nicolai filius, anno 1556.
361. Philippus Villanius. Supra in Hiſtoricis.
362. Philippus Minorita, anno 1572.
363. Poggius Bracciolinus. Supra in Hiſtoricis.
364. Prosper Rossettus, Servita, anno 1589.
365. Silvanus Razzius, anno 1512.
366. Raphael Castruccius, Benedictinus, anno 1571.
367. Remigius Clari Hieronymei, Dominicanus, anno 1309. Opera MSS. ſunt in Bibliotheca S. Mariæ Novellæ Florentiæ.
368. Ricordanus Malaspina. Supra in Hiſtoricis.
369. Riculdus de Monte Crucis, perperam Richardus aliis dictus, Dominicanus, anno 1309.
370. Robertus Bardius, Theologus Pariſienſis, anno 1392.
371. Robertus Salviatus, anno 1490.
372. Robertus Ranuccius, Dominicanus, anno 1512.
373. Robertus Acciajuolius, Donati filius, anno 1540.
374. Romulus Fabius.
375. Romulus Laurentiani, Laurentii filius, Servita, quem laudarunt Quintianus Stoa Poëta, & Zacharias ejus Ordinis Generalis, anno 1544.
376. Remigius Nanninius, Dominicanus ſub Pio V.
377. Roggierus Calcagninius, Dominicanus, Epiſcopus Caſtrenſis, anno 1290.
378. Sanctes Marmocchinus, Dominicanus. Opera MSS. in Bibliotheca Marciana Florentiæ ſunt.
379. Sebastianus Salvinius, anno 1590.
380. Sebastianus Foresius, Poëta, anno 1490.
381. Sebastianus Medices, Eques D. Stephani, anno 1589.
382. Sennuccius del Bene, anno 1370.
383. Sigismundus Martellus, Poëta, anno 1500.
384. Simon de Bertis, Dominicanus, anno 1491.
385. Simon Tornaquincius, Auguſtinianus, anno 1429. Opera MSS. ſunt in Bibliotheca S. Spiritus Florentiæ.
386. Seraphinus, S. Juſtinæ Monachus, anno 1572.
387. Silvester Aldobrandinus, J. C. Clementis VIII. pater.
388. Thaddæus, Medicus ſuo ævo celeberrimus, Hippocrates vocatus: ad Honorium IV. curandum Bononiam vocatus, quinquaginta aureos in ſingulos dies pepigit, & præter illos retulit domum decem milia aureorum, teſte Symphoriano Campegio libr. 1. De Patientia, anno 1302.
389. Thaddæus Dini, Dominicanus, anno 1359.
390. Theophilus Fredinus, Dominicanus, ſub Pio V.
391. Tobias Marmorarius, Ciſtercienſis Abbas, Mathematicus & Aſtrologus, anno 1370.
392. Thomas de Garbo, Dini filius, Medicus, anno 1367.

393. Thomas Matthæi de Sardis, Dominicanus, anno 1517. Opera ibidem MSS.

394. Thomas Cassanus, Dominicanus, anno 1528. Opera sunt MSS. in Bibliotheca D. Marci Florentiæ.

395. Thomas Nerius, Dominicanus, anno 1567.

396. Thomas de Salviettis, J. C. Opus MS. de Vita Gometii Portuensis, Abbatis Benedictini, servatur in Abbatia Florentina.

397. Titus, Poëta.

398. Trusianus Valorius, sive Cursianus, sive Drusianus, sive Torrigianus, Medicus, Thaddæi Auditor, anno 1370.

399. Tuccius Marianus, Historicus.

400. Ugolinus Verinus, Poëta, anno 1490.

401. Ugolinus Martellius, Episcopus Liciensis, & postea Narniensis, Græce doctus, anno 1517.

402. Ugolinus Martellius, alter, Aloysio Aloysii genitus, Episcopus Glandevensis, anno 1572.

403. Vidius Vidus, Medicus, anno 1569.

404. Vincentius Martellius, Poëta, anno 1556.

405. Vincentius Acciarolius, Divi Stephani Eques, Historicus, anno 1572.

406. Vincentius Borghinius, Benedictinus.

407. Vincentius Galilæus, Musicus.

408. Vincentius Bonannus, Poëta, anno 1572.

409. Volumnius Rodulphus, anno 1571.

410. Zacharias Dominicanus, anno 1566.

411. Zacharias, Mathematicus, anno 1315.

412. Zacharias alter, Dominicanus.

413. Zenobius Strata, anno 1355. Opera sunt MSS. in Bibliotheca Gaddiana.

414. Zenobius Acciarolius, Dominicanus, sub Leone X.

415. Zenobius Prologus, anno 1572.

416. Dantes Populeschius, anno 1480. (1)

Hos ille auctor laudat, quibus addendi sunt alii, quos hinc inde selegi, ac primum

417. Florentinus, J. C. sub Antoninis vixit, ut quibusdam placuit, aut sub Severo Aug. ut in ejus Vita Æl. Lampridius est auctor, qui libros duodecim Institutionum Juris Civilis scripsit, ex quibus multa sunt in Pandectas Justinianeas translata.

418. Florentinus alter, cui Claudianus librum 2. dedicavit de Raptu Proserpinæ, pulcherrima ad illum præfatione edita.

419. Anianus, J. C. qui Codicem Theodosianum interpretationibus illustravit, ut in Commonitorio ad Timotheum liquet, ubi hæc sunt verba: *Anianus vir spectabilis ex præceptione D. N. glorioſissimi Alarici*.

(1) Dantes hic Amanuensis diligentiam effugerat, quapropter ex Archetypo auctoris repositus hoc loco extra ordinem.

Digitized by Google

rici Regis, hunc Codicem de Theodoſiani legibus atque ſententiis Juris, vel diverſis libris electum Aduris anno XXII. eo regnante edidi, atque reſcripſi. Recognovimus dat. ſub die IV. Non. Febr. anno XXII. Alarici Regis Toloſæ. Et iterum anno XX. regnante Karolo Rege Francorum, & Longobardorum, & Patricio Romanorum. Tantus vir Florentinus fuit, ut habetur in Bibliotheca Mundi.

420. Franciscus Zephirus, ſive ut alii volunt, Zephirinus, Commentariis pleroſque Patrum illuſtravit, & maxime Tertullianum: in cujus *Apologeticum* doctiſſimam Paraphraſim edidit, quæ ſumma auctoritate a doctis quibuſque legitur. Florentinum facit eum eadem illa Bibliotheca Mundi.

421. Vincentius de Altovitis, ſcriptis clarus, anno 1300. Scripſit Hiſtoriæ Romanæ Epitomen, quam Critici laudant.

Theologicis ſtudiis, & ſcriptis nomen habent hi apud Antonium Poſſevinum in Apparatu ſacro.

422. Franciscus Castalio. Pag. 494.
423. Franciscus Pratensis. Pag. 505.
424. Augustinus Philippus. Pag. 630.
425. Hieronymus Bardius. Pag. 29.
426. Thomas Boninsignius. Pag. 302.
427. Adamus. Pag. 15.
428. Leo Sangallettus. Pag. 340.
429. Paulus Grillandus. Pag. 24.
430. Philippus Groppantes. Pag. 81.
431. Romantinus. Pag. 118.
432. Santius Arena. Pag. 195.
433. Silvanus Radius Manardus. Pag. 218.
434. Laurentius Ubaldinus. Pag. 334.

Juriſprudentiam etiam, qua ſcribendo, qua docendo in celebribus Academiis non parum promoverunt iſti, quos adducam ex Indice Cypriani Pagnii:

435. Æneas Stupa.
436. Alexander Benevenius.
437. Alexander Malagonnella.
438. Andreas Bencius.
439. Angelus Nicolinius, ſenior.
440. Antonius Cocchius.
441. Antonius Strozzius.
442. Bardus Altovitus.
443. Bartholomæus Bonaccursius.
444. Bartholomæus Populeschius.
445. Bernardus Bonhieronymus.
446. Bonus de Bonis.
447. Dominicus Bonsius, ſenior.
448. Dominicus Ridolphius.

449. Domi-

449. Dominicus Serminus.
450. Donatus de Aligheriis.
451. Donatus de Barbadoris.
452. Franciscus Gualterottus.
453. Franciscus Pandolphinus.
454. Franciscus Salviatus.
455. Franciscus Saxolinus.
456. Ginus Capponius.
457. Gregorius Benivenius.
458. Guidantonius Vespuccius.
459. Guilielmus Tanaglia.
460. Hormannozzus Detus.
461. Jacobus de Niccolis.
462. Joannes Baptista Nellius.
463. Joannes de Bonhieronymis.
464. Joannes de Podiobontio.
465. Julianus de Davanzatis.
466. Leo Franciscus Leonius.
467. Lucas Corsinius.
468. Ludovicus Acciajuolus.
469. Marcus Asinius.
470. Matthæus Niccolinus.
471. Nicolaus Altovitus.
472. Nicolaus Nobilius.
473. Otho Lapus Niccolinus de Sinugattis.
474. Petrus de Philicaico.
475. Philippus Corsinius.
476. Riniardus del Bene.
477. Rossius Orlandius.
478. Stephanus Bonaccursius.
479. Thomas Corsinius.
480. Thomas Salvettus.
481. Zenobius Guasconius.(1)

His addi poteſt Hieronymus Savonarola Dominicanus, quindecim annis Florentiæ commoratus, quem Regi Galliæ impenſius faventem adverſa factio cremavit, quod ſeditionem movere crederetur. Philippus Cominæus libr. 8. Hiſtor. cap. 19. Eum Thomas Nerius Dominicanus ſcripta Apologia tuetur: & varie ſane de ea re proditum.

Ad viros nunc civili, aut militari peritia claros gradum promoveo, qui plures, quam in ulla Italiæ civitate; nam cum Italicæ urbes externis

(1) Plura habet de Scriptoribus Florentinis, præter eos, qui de claris, literatiſque viris ſcripſerunt, P. Julius Nigrius e Societate Jeſu, in libro Ferrariæ edito anno 1722., hujus argumenti; ſed hi omnes, & etiam Dempſterus noſter, cum multa mendoſe ſcribant, multa quoque memoria digna prætermittant, emendatione atque additione egerent: quod optime fieret, ſi in lucem proderent ſcripta Joannis Cinelli, qui duobus libris, altero de Florentinis, & altero de Etruſcis Scriptoribus, copioſe tractavit.

nis copiis non uterentur, Florentia triginta millia peditum, mille quingentos equites armabat, ex quibus ante annum 1338. *ducenti quinquaginta equites aureati* inventi, ut Joannes Villanius ſcribit libr. 11. cap. 93. quod rarum ſane eo ſeculo, quando nullus equeſtri dignitate ornabatur, niſi facinore edito, tantis digno honoribus. Ad ſingulos venio, in quibus enumerandis nec familiarum, vel dignitatum, meritorum, aut ætatis habebo rationem.

1. Foresius Adimarius, monomachia conſerta, interfecit *Caccum* hominem fortiſſimum, Ghibellinorum agoniſten, & mole corporis gyganti ſimilem.

2. Mannus Donatus, Regium Lepidi obſeſſum ſtrenuiſſime liberavit.

3. Laurentius Rodulphus, Orator Reipublicæ ad Venetos: eloquentia ſua eos ad fœdus cum Florentinis ſanciendum induxit, quo deinde Philippus, Mediolani Dux, oppreſſus. Joann. Baptiſta Egnat. libr. 8. cap. 9.

4. Farinata Ubertus, cum Ghibellini omnes Tuſci, ad Emporium conventu indicto, de delenda Florentia ducibus Piſanis & Senentibus deliberarent, ipſe exul, evaginato gladio, illius ſententiæ auctorem interfecturum ſe profeſſus, patriæ, licet male de ſe meritæ, ſalutem, alter Coriolanus, conceſſit. Joann. Baptiſta Egnat. libr. 5. cap. 6. & omnes Hiſtorici. Accidit id conſilium anno 1260.

5. Pressa, auctor familiæ Bonaguisiæ, primus ſigna intulit, & in munimento fixit, Mendeſii, quam Joſephus *Menden* vocat, vulgo *Damiatam* dicunt.

6. Philippus Scolarius Spanus, Sigiſmundi Imperatoris, & Regis Hungariæ copiis Præpoſitus, acerrime obſeſſam Hydralin, ſive Taurinum defendit, quæ hodie *Belgrado*. Stata acie ter & vigeſies Turcos fregit, uſque adeo ut in proverbium abierit: *Tu plus fidis ei, quam Hungbari Spano*. Hujus vitam Dominicus Mellinius ſcriptis commiſit.

7. Federicus Folchius, Thalaſſiarchus, ſive Claſſis Præfectus Equitum Hieroſolymitanorum, qui Melitenſes hodie dicti. Hic cum tribus fratribus, & octo nepotibus, omnibus Equitibus, octies & decies Infideles profligavit. Hujus heres fuit Simon, cui cum ſolæ duæ filiæ ſupereſſent, quarum una Zenobio Caſſio deſponſata, altera Simoni Formiconio nupta, arma gentilitia in tumulum ſecum intulit.

8. Corsus Donatus, Eques aureatus, factionis Nigræ dux & caput, prælio ad Campaldinum commiſſo, cum exercitus labaret, triarios induxit, ac memorabilem peperit victoriam, qua jugum Arretinis impoſitum.

9. Americus Donatus, Corſi filius, Præfectus copiis, quas Florentini in ſubſidium Perutinorum deſtinarunt, anno 1321. Nobiliſſimæ obſidionis Montis Catini ſuaſor & dux.

10. Bindus Bondelmontius, ſub Carolo III. tam claro nomine militavit, ut paucos ſuo ævo duces pares, ſuperiores fama nullos habuerit.

11. Verius Cerchius, Campaldinenſi acie cum filio clariſſimus.

12. Fran-

Digitized by Google

12. Franciscus Strozzius, dux copiarum, quas Reſpublica Florentina liberandæ Ferrariæ ab obſidione Legati Pontificii deſtinavit, prudens, & fortis, anno 1333.

13. Ugo Scalius, ejusdem gloriæ & imperii cum Franciſco ſocius & particeps.

14. Benghius Bondelmontius, Bargæ ſtrenuus propugnator, anno 1363.

15. Rainerius Bondelmontius, ejusdem facti adjutor, & in ſubſidium Caroli Regis Siciliæ miſſus, ut cum inſigni elogio, præter Hiſtoricos, meminit Thomas Fazelus libr. 9. Decad. 2.

16. Nannius Strozzius, Legatus copiarum Marchionis Mantuæ contra Duces Mediolanenſes. Leonard. Arretin. & Jacob. Poggius.

17. Petrus Strozzius, unam e Mediolani portis vi occupavit. Iidem auctores.

18. Jacobus Salviatus, cujus virtute dominium antiquum, Comitatu Bagnii adjecto, auctum eſt, anno 1401.

19. Meus Altovitus, cognomento militari, *Timoris expers* vocatus, quod in ſubſidium Veronæ obſeſſæ miſſus, cum ducentis equitibus agmen hoſtile intrepidus penetraverat.

20. Joannes Ubaldinus: & ex eadem gente illuſtriſſima

21. Bernardinus Ubaldinus, quorum fama per Joannem Baptiſtam Gentilem conſignata æternitati, oblivionem non veretur.

22. Nerius Capponius, cuilibet veterum par.

23. Ginus Capponius, Neri pater, & Gini filius. Dixi ſupra.

24. Antonius Giacominus, nulli militari peritia ſecundus.

25. Franciscus Ferruccius, & Pontificio & Cæſareo exercitui terror.

26. Leo Strozzius, Prior Capuæ, Legatus I. Henrici II. Galliarum Regis, navalium copiarum Melitæ Thalaſſiarchus.

27. Petrus Strozzius, Leonis frater, Senenſium & Florentinorum exulum, contra Coſmum I. poſtea Magnum Etruriæ Ducem, ductor, Galliæ Mareſchalcus, quod idem eſt ac Magiſter Equitum. Vidit hos Francia, cognovit Italia, invictiſſimos Carolus V. ſenſit.

28. Nicolaus Piccininus. De quo ſupra.

29. Bartholomæus Salvianus.

30. Raimondus Mannellius. Franciſcum Spinulam, rerum navalium peritiſſimum, acie ad Rapallum, Venetorum ſecutus partes, captivum jure belli fecit.

31. Simon Bondelmontius, Dominus Grottæ Franchæ.

32. Franciscus Bondelmontius, Dominus Baſſani, & Caſtagnæ.

33. Esaus Bondelmontius, Dominus Artæ, & Zantis.

34. Albertaccius de Ricasolis, cujus ductu Legatus Pontificis Forum Livii occupavit, ab eodem Legato Eques creatus.

35. Gerardus Gerardinus, rerum magnitudine in Hibernia clarus.

36. Mauritius Gerardinus, in eodem Regno rebus geſtis inclitus.

37. Thomas Gerardinus, ut ejusdem familiæ, ita & gloriæ particeps.

38. Nico-

38. Nicolaus Acciajuolus, Regni Neapolitani Thalaſſiarchus.
39. Theggiajus Aldobrandius.
40. Gerozus Bardius.
41. Pinus della Tosa.
42. Bartolomæus Martellius, Magni Etruriæ Ducis Thalaſſiarchus.
43. Bernardus Salviatus, Equitum Melitenſium Thalaſſiarcha.
44. Paulus Vannii Rucellajus, copiarum contra Vicecomites ductor.
45. Joannes Tornabonus, Provinciæ in Gallia ſub Henrico III. Rector.
46. Petrus Tosinghius, eidem Regi carus, & Provinciæ adminiſtrator.
47. Albertus Gondius, Par Franciæ, & Dux Rhetiæ, ac Mareſchalcus, Carolo IX. & Henrico III. Regibus cariſſimus: a quo honorato ſtemmate longa progenies deſcendit, Dux Rhetiæ, Epiſcopus Pariſinus, jam S. R. E. Cardinalis, Triremium Gallicarum Præfectus, & Decanus Pariſienſis, quam familiam, opibus illuſtrem, nobilitate præcipuam, jure omnes venerantur. (1)
48. Teggiajus Adimarius, fortiſſimus dux, & cautus ad Arbiam.
49. Guido Guerra, Guelforum olim caput.
50. Guido Novellus, nobilitatis, contra plebem concitatæ, caput.
51. Janus della Bella, auctor plebi 36. nobiles familias notandi: mox in exilium pulsus, ac redux, rebus geſtis admirabilis.
52. Verius Cerchius, tumultuantibus factionibus, partium Alborum dux.
53. Lucas Pitthius, conjurationis illius ſuaſor, anno 1464. Jam vero quid *Pactios, Bandinos, Soderinos, Famfiliatios, Minerbettos, Albizios, Lanfredinios, Valorios, Nobilios, Cambios, Puccios, Nerlios, Guadagnios, Quarateſios, Victorios, Bonſios*, alioſque proceres loquar? qui in cœlo hoc nobilitatis velut Soles emicant.

Medicei quid geſſerint, libr. 7. hoc opere infra dicetur.

Antiquiſſima familiarum nomenclatura eſt apud Ricordanum Malaſpinam. Fanutius Campanus MS. libr. 4. Illuſtr. Ital. Famil. cap. 18. antequam Florentinæ nobilitatis nomenclaturam recenſeat, hæc præmittit: *Nobilium familiarum Florentiæ quatuor ſunt principia; nam familiæ antiquæ & primæ fuerunt illæ, quæ deſcendentes poſt dirutas Fæſulas, venerunique habitare Florentiæ: quarum perpaucæ ſunt in humanis, aliæ defecerunt. Secundæ familiæ ſunt illæ, quas conſtituerunt ſexaginta viri nobiles, qui deſcenderunt a Roma, & habitantes Florentiam, unuſquiſque condidit unam turrim; & hoc contigit paulo poſt everſas Fæſulas: harum*

(1) Hujus familiæ hiſtoriam luculenter ſcripſit Corbinellius in duo volumina diſtributam, ediditque Pariſiis anno 1705. ex qua apparet, jure optimo a Dempſtero hanc familiam celebrari.

Digitized by Google

pleraque hodie ſuperſunt. Tertiæ familiæ ſunt plantatæ a Carolo Magno, qui diſcedens Roma, rediturus in Galliam, ſubſtituit Florentiæ, & ſic eam reſtauravit, ut potius dici poſſet, eam condidiſſe, quam ampliaſſe. Quartæ ſunt illæ, quæ fuerunt plantatæ ſub Othone I. & II. Imperatoribus, & hæ omnes vigent. Tribus deinde capitibus ſequentibus non ſolum familias recenſet, ſed & earum ortum, progreſſum, caſum, potentiam, ac confuſionem, nominumque ſubinde mutationem narrat. (1)

Obiter quædam obſervata, quæ iis, quæ tractavimus, ſunt ſimilia; tamen ad certa capita revocari non poterant.

CAP. XIX.

ETſi multa adnotare viſus ſum; ſcio tamen eſſe multa, quæ calamum meum fugerint: hic ergo aliquod veluti ſpicilegium colligam. Ac primum, certum eſt Franciſcum Petrarcham, ut auctor eſt Fanutius Campanus MS. libr. 5. Illuſt. Ital. Famil. duos libros de Antiquitate Etruriæ ſcripſiſſe, qui ſi ad manus meas veniſſent, magno me forte levarent labore; erat enim ignei vir ingenii, miri judicii, ac multæ lectionis: & neſcio an unquam opus illud prodierit. Pergo itaque ad ſparſa hæc obſervata.

Etruſci narrant, ſomniculoſum fuiſſe Ulyſſem, ut loquitur interpres Latinus Plutarchi, nam Græcus Codex non eſt ad manum. Libr. de Audiend. Poët. pag. 27.

Etruria bello civili Pompejano Liboni fuit commiſſa. M. Lucan. libr. 2. v. 463.

Gens Etruſca fuga trepidi nudata Libonis.

Etruſci in Sicilia cum Athenienſibus militarunt. Ita Latinus interpres Thucydidis libr. 7. pag. 251. Græca non ſunt ad manum.

Bellum grave cum Etruria. Ait C. Salluſtius libr. 1. Hiſtoriar.

Etruria dominatione Sylla oppreſſa; ut ait idem in Catilinaria, & Plutarchus in Cicerone fuſe pag. 867. quare redeuntem ab exilio Marium & comiter exceperunt, & commeatu profuſo ſtrenue liberaliterque adjuvere Tuſci, ut ex Appiano alibi hoc opere eſt dictum.

Opus aliquod, ſeu *Orationem*, aut *Apologiam* ſcripſit *pro Tuſcis* C. Licinius Macer Hiſtoricus antiquiſſimus, ut laudat Priſcianus libr. 10. pag. 131.

A re-

(1) Ut plurimum vero nobilium familiarum Florentinarum Catalogus deſumitur ex MS. Codice, qui in multorum manibus verſatur (vulgo dicitur *il Prioriſta*) in quo recenſebatur quoties quælibet familia in libera Repub. ſummos injerit magiſtratus: hic autem codex ex tabulis publicis eruitur.

Digitized by Google

A regione, familia *Tuscorum*, ut videtur, descendit; nam & *Consule Tusco Aquilino*, ut omittam alia, rescriptum Diocletiani & Maximiani datum est, ut apparet in Codice Hermogeniano libr. 2. de Calumniatoribus.

Et *Tusci Scriptoris* auctoritate sæpe utitur Plinius in Naturali Historia.

Memoratur & *Tuscus Historicus*, nomine *Clodius*, apud L. Senecam in Suasoriarum libello, Suasoria II. ad finem, licet parum æquum ibi sit de eo judicium.

Et *Tuscus Poëta*, cujus gravis apud M. Varronem mentio libr. 4. de Ling. Lat.

Alius indubie ab isto, *Tuscus*, qui amatorii carminis auctor Phillidem celebraverat, quem inter clarissimos sui ævi vates ponit Ovidius libr. 4. de Ponto, Eleg. ult.

Quique sua nomen Phyllide Tuscus habet.

In rescripto Valentiniani & Valentis Augustorum *Tusci Curiales* dicuntur l. 3. C. Theodos. de Calcis coctoribus urbis Romæ & Constantinopolis.

Celebre est illud C. Taciti libr. 11. Annal. *In Italia Etrusci a Demarato Corinthio literas didicerunt*: quod de Græcis literis est omnino intelligendum; nam suas literas habuisse diu ante Græcos Latinosque in confesso est: & videnda sunt, quæ scripsi libr. 1. hoc opere cap. 20. & cap. 21. ubi de ea re.

Ex eadem Etruria delecti, qui custodiæ Principum præessent. Idem C. Tacitus libr. 4. Annal. in principio: *Tres urbanæ, novem prætoriæ cohortes, Etruria ferme, Umbriaque delectæ, aut vetere Latio, & coloniis antiquitus Romanis.* Igitur jam olim clara Tuscorum gens in bellis, fida ac prompta habebatur.

Ex eadem gente selecti, & in Senatum conscripti, qui publice consilio prospicerent Principis dignitati. Idem Tacitus libr. 11. Annal. *Neque enim ignoro, Julios Alba, Coruncanos Camerte, Porcios Tusculo, & ne vetera scrutemur, Etruria, Lucaniaque, & omni Italia in Senatum accitos.*

Ob viciniam Urbis, *Suburbicaria* vocatur in rescripto Honorii Augusti l. 12. C. Theodos. de Indulgent. debitorum, & eidem tributum remittitur, ut l. 7. ex ejusdem Principis edicto, eodem titulo apparet: ad differentiam scilicet alterius *Tusciæ*, quæ *Annonaria* vocatur, ut ex Ammiano Marcellino patet, & locum produxi libr. 5. hoc opere supra, cap. 12.

Ad recentiora descendo. *Desiderio Regi Longobardorum*, circa annum 770. *viriliter Etrusci restiterunt*, ut narrat in Stephano IV. Anastasius Bibliothecarius pag. 140. & alii ævi illius Historici.

Gelasius Papa ad Palladium Episcopum *a feritate barbarorum diversa sectantium* maximam *Tusciæ vastitatem* deplorat. In Decreto Gratiani Distinct. 55. cap. 12.

Ejusdem *Tuſciæ Portus* memorat Ludovicus Imperator in eodem Decreto, Diſtinct. 63. cap. 30.

Alia nonnulla obſervata circa Fidem Chriſtianam, ab Etruſcis receptam, Sanctis, Pontificibus, Epiſcopis, Viris claris, qui ut Tuſci fuerunt, ita cujus civitatis incolæ, ignoratur.

CAP. XX.

TOtius Etruriæ Apoſtolus jure dici poſſe videtur *S. Ptolemæus*, S. Petri, Principis Apoſtolorum, diſcipulus: qui ab eodem ordinatus, eo miſſus, ac martyrio coronatus 9. Kalend. Septembris, ut ex actis MSS. Eccleſiæ Nepeſinæ oſtendit Illuſtriſſ. Cæſar Baronius ad 19. Octobr. in Martyrologio Romano, & in Annalibus. Quare Sanctorum aliquot nomina apponam, qui licet Tuſcia orti, tamen cui civitati tantum gloriæ accedat, ignoratur: & hi ſunt;

1. SECUNDINUS Martyr ſub Decio, ſub Promoto Conſulari die 9. Auguſti. Mombrit. Tom. 2. Surius Tom. 4. Petrus in Catalogo libr. 7. cap. 41. Uſuardus, Beda, Rabanus, Notkerus, & alii.

2. MARCELLIANUS, eidem collega.

3. VERIANUS, ejusdem Martyrii ſuo eodem principe particeps.

4. DONATUS, Scotus gente; in qua tamen Etruriæ parte fidem Chriſtianam amplexus ſit, non liquet; fuit tamen Fæſularum Epiſcopus, cujus acta ſcripta ſunt per Franciſcum Cattanium Diaccetum, ejusdem Sedis Antiſtitem, ſed in manus meas adhuc non venerunt.

5. JOANNES Martyr, ſed quando, aut ſub quo non deprehendi. Colitur die 21. Decembris, ut in Martyrologio.

6. FESTUS, etiam Martyr, Joannis collega. Uſuardus, & alii.

Ut Sanctorum incertus in Etruria ortus, ita plerorumque Etruſcorum Pontificum urbes natales ignorantur. Ut ſunt

1. LEO I. Anaſtaſ. Bibliothec. pag. 37.

2. JOANNES I. Idem pag. 48.

3. BONIFACIUS VI.

Nam quod de *Eutychiano*, *Gregorio VII. Cœleſtino II. Martino II. & Romano* falſo Joannettus Etruſcos tantum eſſe, ac patriam ignorari ſcribit, ſupra hoc in opere eſt abunde diſcuſſum.

Ad

Digitized by Google

Ad Epiſcopos Tuſciæ in univerſum extant quædam de Jure Pontificio reſcripta. Ut *Euſebii Papæ ad Epiſcopos Tuſciæ*. Cauſa 3. Quæſt. 5. cap. 9. In Decreto Gratiani. Et eodem opere Cauſa 24. quæſt. 1. cap. 11. de Conſecratione 3. parte, diſtinct. 5. cap. 4.

Viri illuſtres ſequuntur, quorum agmen jure merito ducet

1. GRATIANUS, Monachus, Decreti compilator, qui primus viam ſanctionibus S. R. E. digerendis, & in rectum ordinem redigendis, aperuit; Burchardo, Ivone, & quibuslibet aliis in eo ſcriptionis genere longe melior. Vide Volaterranum pag. 663.

2. EVANGELISTA MARCELLINUS, domo *Etruſcus*, ſcriptis Theologicis clarus. Anton. Poſſevin. in Appar. pag. 457.

3. ALBERTUS PISANUS, itidem Theologus. Idem pag. 34.

4. ANTONIUS LUCENSIS, incertum, qua urbe, Theologus. Idem pag. 106.

5. ANTONIUS ROSSELLUS, cujus ſcripta vide ibidem pag. 115.

FINIS LIBRI QUINTI.

Montis Politiani Apud Nobiles De Buratis

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD LIBRUM SEXTUM.

QUalis eſſet Etruriæ ante Romam conditam conditio, libris primis quatuor hujus Operis, abunde, ut puto, oſtenſum: quam deinde glorioſe, magnaque cum laude res cum Romanis geßerit, quantaque ejus fuerit potentia, quam frequentes ac munitæ civitates, libro quinto aperui; ſupereſt, ut de iis urbibus, quæ poſt declinationem Romani Imperii erectæ, ac civitatum jure donatæ ſunt, dicatur: ac deinceps ſingularium urbium territoria, oppida, villæ, caſtellaque enumerentur: ac ordine iſto eas molior, pro antiquitatis prærogativa.

LIBER

Digitized by Google

Vas Fic. Alt. P.R.I. in Mus. Mediceo

LIBER SEXTUS

Urbs Vetus, nupera Etruriæ civitas, nunc Orvietum: hodie Epiſcopatus.

CAP. I.

RBS VETUS occurrit, poſterioribus ſeculis a Longobardis ita vocata, cum antea eſſet ſecundum, Leonardum Aretinum, & Flavium Blondum, Florentinorum Colonia. (1) Paul. Warnefrid. libr. 4. Geſt. Longobardor. cap. 33. *Rex Agiluſfus pacem fecit cum Smaragdo Patricio in annum unum, accipiens a Romanis duodecim millia ſolidorum: civitates quoque Tuſciæ, hoc eſt, Balneum Regis, & Urbs Vetus, a Longobardis invaſæ ſunt.* Arcem certe belli contra impotentiam Friderici Imperatoris Adrianus IV. Pontifex, cum Viterbii ageret, elegerat; ſed ab hoſte præventus, in Caſtellanam civitem ſe recipere fuit coactus, circa annum 1159. Vide Hiſtoricos ævi

(1) Ferdinand. Ughellius in Italiæ Sacræ Tom. 1. in ſerie Epiſcoporum Urbevetanorum, de hac civitate loquens, ſic ait: *De Urbevetanæ civitatis origine diverſi diverſa ſenſere &c. Annius de hujus Urbis origine ex ſuo ingenio mira confingit: Blondus autem, Arretinuſque, quod ejusdem ſupra milleſimum nulla memoria extet, Urbeveteris incunabula in auctores Florentinos reiiciunt, &c. Si quis plenierem cognitionem deſiderat, conſulat Monaldum Monaldeſchium Ciprianumque Manentem in Commentariis, qua de Urbevetanis rebus procuderunt.*

ſequioris. Multus eſt Fanutius Campanus in ejus urbis familiis recenſendis; itaque libr. 2. cap. 8. ex Anſelmo Brixiano MS. *Vivarchos*, *Guidones*, *ac Caſales* extollit. Ac eodem libro cap. 12. ex Blaſio de Fantolinis, etiam MS. *Monaldenſes* non modo Urbis Veteris, ſed & Etruriæ totius nobiliſſimos pro partibus ſcribit ſtetiſſe Eccleſiæ, contra *Philippenſes*, Imperatoriam tutatos factionem. Et Eleutherius in Ephemeridibus MSS. apud eundem libr. 3. cap. 6. vult, *Comites Montis Martis*, Tuderto relicto, Urbem Veterem acceſſiſſe, ac jus civitatis impetraſſe, anno 1087. Liber Memorabilium Italiæ, & ipſe MS. ante Romam conditam, ſub Etruriæ Regibus nobiles falſo ponit, cum adhuc non ea urbs eſſet: & hi ſunt: *Riſrontii*, *Polii*, *Thurii*, *Tarraconii*, *Polentii*, *Milandini*, *Flaminei*, *Pollini*, *Ruffini*. Deinde anno 1004. alios non minore nobilitate exortos ſcribit: & ſic enumerat: *Monaldenſes*, *Ravaldinos*, *Montanarios*, *Comites Salvanos*, *Rubeos*, *Marſcianos*, *Bonaccianos*, *Ildibrandinos*, *Guidones*, *Sanſedones*, *Forteſios*, *Aringherios*, *Comitiſſos*, *Salimbenes*, *Patricios*, *Caciles*, *Sforcatereos*, *Mariſcottos*, *Præfectos de Vico*, *Magliarinos*, *Vivarchos*, *Albanos*, *Longinos*, *Teſtas*, *Cerentanos*, *Ancheranos*, *Cacciamicos*, *Malevolos*, *Corradores*, *Marſilios*, *Bonſignores*, *Bandinos*, *Aldrobandenſes*, *Franchos*, *de Oſtemara*, *Minghianellos*, *Græcos*, *Boninſignios*, *& Ruſticos*. Toto deinde eo capite multa de earumdem familiarum claritudine diſquirit, quæ indicaſſe ſufficiat, & non mei inſtituti ulteriora aut conquirere, aut inventa ſcribere, alia hæc mihi forte erit cura. In fine capitis addit, pleraſque ex his familiis a Gregorio IX. Pontifice privilegiis cohoneſtatas.

Sita urbs in amæno colle, agro fertili, cœlo ſalubri, niſi macerata cannabe in flumine *Pelea* aërem autumno vitiaret. Templum hic ſumptuoſiſſimum, & ædes ab Urbano V. ſpecioſæ extructæ, anno 1367. Fons etiam a Clemente VII. miro artificio, ac profunditate, rupe exciſa 252. cubitorum cum Inſcriptione:

QVOD. NATVRA. MVNIMENTO
INVIDERAT. INDVSTRIA
ADIECIT

Urbs Ventana (1) videtur a Procopio vocari libr. 2. Bell. Gothic. Rideo illos, qui *Herbanum* Plinii faciunt, aut *Oropitum* Itinerarii Scoto auctore: ac multo magis deliria damno Annii cum ſuis Catone, ac Myrſylo. Fortaſſe *Territorium* fuerit *Orbetanum* Anaſtaſio Bibliothecario in Leone III. pag. 189. *Eccleſiam vero Beati Pauli Apoſtoli, quæ vocatur conventus, ſitam in territorio Orbetano intra fines Suanenſes, & Cluſinenſes, ſeu Tuſcianenſes, atque Caſtritana &c. mundari præcepit.* Nam & *Urbs Vetus* vocatur civitas, & ejus Epiſcopus *Urbevetanus* conjunctim; ſed & *Orbetanus*, ut alibi hoc opere admonui. Ce-

(1) Ferdin Ughellius Tom. 1. Ital. Sacræ de Epiſcopis Urbevetanis: *Procopius pro Urbeveteri ex ſuo corrupto ſeculo, Urbiventum appellat.*

Celebris eſt *Vivianus, Urbis Veteris Archidiaconus*. Joann. Saresber. Epiſt. 271. & Epiſt. 274.

Epiſcopatus fulget dignitate, ſed incertum, a quo conceſſa. D. Gregorius libr. 1. Epiſt. 12. ſcribit *Joanni Epiſcopo de Urbe Veteri*, ut recitat Gratianus in Decreto, Cauſ. 16. quæſt. 1. cap. 13. Et *Candido Epiſcopo Urbevetano*, idem ſcribit Gregorius cap. 1. in Decreto Gregorii *de Clerico egrotante vel debilitato*. Epiſcoporum ſeriem conquiro.

Illuſtrat hanc Urbem *D. Severus* Confeſſor. Martyrolog. 1. Octobr.

Leopolis, ſive Leonopolis, moderna Etruriæ civitas, a Leone III. Pontifice auctore vocata.

CAP. II.

SÆviebant in Italia, ac maxime locis Romæ vicinis, graſſatores Saraceni, quibus coërcendis Leo IV. Pontifex urbes quasdam munivit, foſſiſque cinxit, unamque e ſuo nomine, divinitus inſpiratus, extruxit *Leopolim*, ſive *Leoninam*, ſive *Leonopolim*. Hanc a Leone III. incœptam, *ſecundo Præſulatus ſui anno*, hoc eſt 849. magno animo eſt aggreſſus, Lothario Imperatore ſumptus conferente. Anaſtaſ. Bibliothec. in Leone IV. pag. 278. *Leopolim vocat, & pedes cum Litaniis extructam circumit, & muros aqua benedicta aſpergi curat*. Pag. 290. *Demum poſt quartum annum abſolutam, nudis pedibus, cum toto clero, capite cineribus aſperſo, cum Litaniis circuit, per Cardinales aqua benedicta aſpergit, tribus orationibus ad tres ejus portas recitatis*. Pag. 279. Templum præcipuum fuit D. Petro dicatum. Idem pag. 292. *Obtulit in Eccleſia B. Petri Apoſtoli, quæ ponitur in civitate Leopoli, thuribulum de argento exaurato unum*. Hanc urbem, idem *Leonianam* appellat pag. 297. *Tunc demum conſummatis, ſimulque perfectis, ut crebro retulimus, novæ civitatis univerſis operibus, Papa beatiſſimus & per omnia, & in omnibus ſemper laudabilis, ut prædicta civitas, quæ a proprio conditoris ſui nomine Leoniana vocabatur &c.* Hanc Anaſtaſius Antipapa Schiſmate 13. creatus, occupavit. Meminit & in Nicolao I. pag. 324. *Juſſit, minime corpori ſuo parcens, formam aqueductus, qui multis a temporibus rueras, & ad beatum Petrum Apoſtolum ob hoc aqua non ducebatur, in meliorem, quam fuerat, certamine quamplurimo revocari ſtatum, ita ut non ſolum hominibus profuerit debilibus, ſed etiam omnibus Eccleſiam beati Principis Apoſtolorum adeuntibus præcipuum opus extiterit, ſicut hactenus ad decorem Leoniane urbis luculenter conſpicitur ac habetur*. Nec apud Coſmographos ullam hujus civitatis mentionem fieri animadverti, aut quo caſu everſa fuerit, deprehendi. Locus au-

tem ejus erat vigeſimo ab Urbe Veteri miliario, ut ex eodem Anaſtaſio liquet. Hanc ſex annis abſolvit, Corſiſque habitandam dedit auctor. Sabellic. Ennead. 9. libr. 1. pag. 624.

Balneum Regis, a Longobardis urbs extructa: manet hodie nomen in Epiſcopatu.

CAP. III.

IN Patrimonio D. Petri urbs eſt a Longobardis regibus condita *Balneum Regis*, cujus nulla, quod ſciam in Scriptoribus antiquis mentio. Primus enim, qui eam celebravit fuit Paulus Warnefridus libr. 4. Geſt. Longobardor. cap. 33. Agilulfus Rex, pace cum Smaragdo Patricio firmata, *Civitates Tuſciæ, hoc eſt, Balneum Regis, & Urbem Veterem invaſit*. Eſt & in epiſtolis D. Gregorii Magni ejus urbis non ſemel mentio, quæ, quia mihi non ſunt ad manum, conſulantur. A quo tamen principe, quum altum ſit in hiſtoriis ſilentium, condita fuerit, non potui deprehendere: hoc ſolum in confeſſo, ævo illo celebrem fuiſſe, ac magni nominis civitatem.

Epiſcopatus honor ad ſedem Romanam ſpectans, quando conceſſus, non (1) reperi; interfuit tamen Synodo VI. Conſtantinopolitanæ ſub Carolo Magno, ut ex actis illius conſtat: *Balnenſis Epiſcopus*. Et ab Anaſtaſio Bibliothecario in Actis Benedicti III. pag. 297. memoratur: *Romanus Balneoregienſis Epiſcopus*.

Plurimum gloriæ attulit huic patriæ ſuæ *D. Bonaventura*, Ordinis Minorum: *Euſtathius Fidanza*, prius dictus, *Joannes Fidanza*, ac matre *Riſella*, humili loco, ſed honeſtis parentibus natus, qui Lutetiæ Pariſiorum Alexandrum Alenſem audivit, inibique publice bonas artes profeſſus, a Gregorio X. anno 1274. S. R. E. Cardinalis creatus, Epiſcopus Eboracenſis in Anglia, ac Epiſcopus Albanus deſtinatus, ſanctitate vitæ, ac ſcriptis clarus, Concilio Lugdunenſi II. interfuit, ut eſt in ejus actis, & apud Ptolemæum Lucenſem in Regiſtro Clementis IV. Nicolai IV. ac Gregorii X. obiit anno 1275. tertio Eidus Julii, ac demum Sanctorum albo a Sixto IV. adſcriptus. Eum floruiſſe anno 1268. vult Fanutius Campanus MS. libr. 5. pag. 119. ac ordinis ſui Magiſtrum Generalem, de quo alii paſſim.

Quod

(1) Ughellius Italiæ Sacræ Tom. 1. in ſerie Epiſcoporum Balneoregienſium hæc habet: *Epiſcopalis illic dignitas opinione mortalium antiquior eſt, quum Magnus Gregorius libr. 8. Epiſt. 34. cujusdam Joannis meminerit, qui Balneoregienſis fuit electus Epiſcopus circa annum Domini 598.*

Digitized by Google

Quod pæne omiſeram, Otho II. Imperator *Balneoregium* conceſſit *Monaldenſibus de Cervaria*, cum titulo *Comitatus*, ut eſt in Compendio Privilegiorum Ducum, Principum, Comitum, ac Marchionum Italiæ MS. in Bibliotheca Vaticana, ut libr. 3. Famil. Illuſtr. Ital. cap. 4. Fanutius Campanus MS. prodidit, cum tamen nihil apud alios ævi illius hiſtoricos ſuper ea re extet. Eundem Comitatus titulum *Monaldenſibus* confirmavit Conradus Imperator, ac inſuper iisdem dominium Vallis Tiberinæ conceſſit. Idem cap. 5.

Hodie *Bagnarea* audit, & volunt nonnulli eſſe *Novempagos* Plinii, ſed fruſtra, ut libr. 5. ſupra hoc opere cap. 71. videbis. Riſu excipiendus eſt, aut ſibilis Joannes Annius, qui *Rodam* in ſuppoſititio Deſiderii Regis Edicto vocari ait, civitatiſque jure ab eodem Rege donatam; ſed nec Edictum illud legitimum, nec *Rodæ* ulla mentio in illius ſeculi monumentis. Sequitur tamen hanc ſententiam Leander Alberti in Etruria pag. 17. Et ſimiles amant labra lactucas: nec plus illi, quam huic fides tribuenda.

Viterbum, ſive Viterbium, nova urbs Etruriæ, ex Elbii vici ruderibus crevit: ſedes aliquandiu Pontificum: Epiſcopatus: exploſa Annii deliria: Viri Illuſtres, ac Sancti.

CAP. IV.

PAtrum noſtrorum memoria Joannes Annius Dominicanus, ut patriam ſuam *Viterbum* nobilitaret, ſcurriliter auctores ſuppoſuit, de quibus ſæpe hoc opere, ac in eos commentarios edidit, quibus totam Antiquitatem fœdiſſime corrupit. Nec ſatis Edictum Deliderii Regis commentus eſt, in quo prodigioſo exemplo tres urbes muro cinctas in unam coaluiſſe docet, ſcilicet *Longulam Tuſcam*, *Vetuloniam*, *Turrenam Volturnam*, & *Arbanum*: cui portentoſo figmento adhæſit Leander Alberti, ut ſæpe alias. *Vejuſa* eſt Huberto Facio libr. 3. od. 10. (1) quæ vox, cum nuſquam alibi reperiatur, non eſt facile admittenda. Anton. Sabellicus Ennead. 9. libr. 7. *Vetuloniam* eam olim fuiſſe docet, ſed falso, ut expoſui libr. 4. ſupra hoc opere cap. 12. Quod *Longulam* Livii putat eandem urbem eſſe Raphaël Volaterranus libr. 5. errat; nam Longula una in Latio apud Livium, altera in Volſcis, neutra ſane in Etruria. Paulus Jovius ex *Fori Caſſii* reli-

(1) Hic eſt Fatius, ſeu Bonifatius Uberthus poëta Etruſcus, qui librum, cui titulus *Dittamondo* ſcripſit.

reliquiis excitatam prodit, haud longe a vero aberrans. Sunt & qui ex auctoribus illis ſuppoſititiis *Etruriam* appellatam contendunt; poſtea vero ſub Imperatoribus *Flavium* dictam, quorum in numero eſt Angelus Breventanus. Certe veriſſime Hermolaus Barbarus ex Ptolemæi Latino Codice, nam in Græco nihil ſimile, ex *Vici Elbii* ruinis creviſſe exiſtimavit. Vide libr. 4. ſupra hoc opere, cap. 84.

Neque minor contentio de nomine; nam Annius, more ſuo, *Vei terbum*, quaſi *Curule terbum*, *Vita Heroum*, *Vita urbium*, *Vita trium urbium*, *Vita inermium*, *Vis thermarum*, quæ non minus ridicula ſunt deliramenta, quam inepti, ac a bonis literis averſi, qui ea comminiſci ſunt auſi. Ego ſane ſcio, Blondum recte ſenſiſſe, qui caſtrum *Viterbium* in nomen civitatis erectum prodit: & meminit Anaſtaſius Bibliothecarius in Zacharia circa annum 742. pag. 109. *Per fines Longobardorum Tuſciæ, quia de propinquo erat, ideſt per caſtrum Viterbium ipſe miſſus Regis Grimoaldus eundem beatiſſimum Pontificem perduxit uſque ad Bleranam civitatem.* Hoc ſane ævo Deſiderius Rex nondum regnabat; & tamen diſerte *caſtrum Viterbium* nominatur.

Sita eſt amæno, & fertili ſolo, multiſque amnibus exiguis, ſeu fluviolis irrigato in via Caſſia, ad radices Montis ac Silvæ Ciminii: fuitque jampridem Pontificiæ ditionis, quippe in Patrimonio, & Schiſmate Eccleſiæ violenter oborto, a Federico II. occupata circa annum 1243. ut in Innocentii Papæ IV. vita ſcriptores adnotarunt.

Diu SS. Pontificum hic ſedes ac domicilium, Roma nempe ſeditionibus vexata. Eugenius III. Viterbii erat, cum Edeſſam trans Euphratem ab hoſtibus captam intellexit: circa annum 1145. Hadrianus IV. Federico Barbaroſſæ Legatos Viterbio miſit, anno 1155. Ob eam forte cauſam lethale odium inter Romanos & Viterbienſes exortum, ad cujus finem componendum miſſus Thomas de Capua Campanus Cardinalis S. Sabinæ ab Innocentio III. anno 1210. ut habetur in Regiſtro Honorii III. Poſtea Clemens IV. per Richardum Hannibaldenſem Cardinalem Viterbii eſt coronatus anno 1265. a qua urbe Sanctus ille Pontifex numquam abivit. Surius Tom. 5. Chronicor. libr. 7. Joannes Villanius libr. 7. cap. 50. contendit, Innocentium V. Viterbii obiiſſe anno 1276. x. Kal. Julii ſed falſo; nam Arretii inauguratus, Romæ exceſſit. Hadrianus V. eodem anno XII. Kal. Septemb. Viterbii quidem electus, ſed neque conſecratus, neque coronatus obiit, ſepultus ibidem ad D. Franciſci. Joannes XX. eodem anno XII. Kal. Octobr. a Joanne Urſino Cardinale eſt coronatus. Et plures hic ſedem fixiſſe nulli dubium eſſe poteſt. Sed ad Sanctos pergo Viterbio oriundos.

1. Rosa Virgo ſub Alexandro IV. Papa 1. Septembr. & Acta Viterbii MSS. De ea Toſſignanus in hiſtoria Seraphica, & Silvanus Razzius de Vitis SS. Etruſcorum pag. 307.

2. Va-

2. VALENTINUS Martyr, ſub Maximiano. Martyrol. 3. Novembr. & Acta MSS.

3. HILARIUS, collega Valentini, eodem die colitur, & glorioſum caput magna veneratione Viterbii aſſervatur.

Epiſcopatus dignitatem erexit Cœleſtinus III. anno 1193. nec tamen Scriptores primum Epiſcopum nominant (1). Ad Cardinales pergo.

1. JOANNES, Epiſcopus Viterbienſis, ac Tuſcanenſis, ac demum Albanus, obiit anno 1210. creatus Cardinalis a Clemente III. anno 1189. & puto hunc primum Viterbienſium Præſulem a Pontifice eum patriæ ſuæ honorem impetraſſe: certe ætas quadrat.

2. RAINERIUS CAPOCCIUS, ab Innocentio III. creatus anno 1212. D. Dominico perfamiliaris: res magnas pro Eccleſia Dei geſſit, cum illud maxime, quod Viterbum, Federico Imperatori ereptum, Pontifici reſtituit: ſententiam excommunicationis ejusdem Imperatoris, cum Legatus e Concilio Lugdunenſi rediret, publicavit: obiit Rector Patrimonii ſub Innocentio IV.

3. M. F. Marcus, Generalis vigeſimus ſecundus Franciſcanorum, ab Urbano V. Avenione eſt creatus, anno 1366. Piſanos ac Florentinos, acerrime ea tempeſtate certantes, ad fœdus revocavit, Paulo Corteſio auctore. Plene de eo Regiſtrum Urbani V. Chronicon Minorum, Liber Conformitatum. S. Antonin. part. 3. tit. 24. cap. 10. §. 20. hæc habet: *Circa illud tempus* (anno videlicet 1363.) *Urbanus Papa V. qui ſucceſſerat Innocentio VI. miſit fratrem Marcum, Generalem Ordinis Minorum, ad pacificandum Ducem Sabaudiæ & Marchionem Montisferrati: quos cum ad bonam concordiam reduxiſſet, miſſus eſt ad confœderandum Florentinos & Piſanos, inter quos guerra ferveſcente ſubſecuta fuerunt multa damna: quos cum multis laboribus & periculis contra ſpem multorum ad perfectam pacem reduxit. Tertio miſſus fuit ad colligandas civitates Italiæ contra magnam ſocietatem armigerorum prædantium, qui Italiam, & maxime terras Eccleſiæ, devaſtabant.*

4. FATIUS SANTORIUS, humili loco natus, a Julio II. anno 1505. creatus.

5. M. F. ÆGIDIUS, Auguſtinianus, creatus a Leone X. anno 1517.

Extat Decretum Gregorii IX. *Judici Viterbienſi*, ut eſt in cap. 4. *de Confeſſis*, in Decreto Gregoriano: & aliud Innocentii III. *Petro civi Viterbienſi*, in quo fit mentio *Judicum Viterbienſium*, cap. 10. de fide Inſtrumentorum in eodem opere. Viros illuſtres hic ſubtexam, prout occurrent.

1. GOTTIFRIDUS, qui opus ſerium ſub Gregorio VIII. cui *Pantheon* nomen, ſcripſit. Anton. Poſſevin. Apparat. pag. 555. hæc de eo: *Godefri-*

(1) Ughellius Ital. Sacræ Tom. 1. in Epiſcopis Viterbienſibus aſſerit, falſum eſſe ſub Clemente III. anno 1189. vel ſub Cœleſtino III. anno 1191. Epiſcopalem dignitatem Viterbium impetraſſe, quum Viterbii Præſules reperiantur in quibusdam inſtrumentis ſubſcripti ab anno 1106. ſub Paſchali II. verum Cœleſtinus III. Tuſcanellam, Bledum, ac Centumcellas junxit Viterbo, quod locum dedit errori.

defridus Viterbienſis Italus, Gregorio hujus nominis Octavo Pontifice Maximo, at ut alii volunt Urbano III. ſcripſit in utrumque Teſtamentum Opus Proſocarmineum, hoc eſt, proſa ac Leonino carmine, rythmoque juxta Scholaſticorum conſuetudinem intertextum, cui Pantheon *titulus eſt: in eo una cum bis, quæ in Bibliis continentur, exteras quoque gentium hiſtorias complexus. Incipit*: O vos qui me legitis viri literati, ſuper hoc volumine vocati. *Vivebat anno* 1185. *& vere Bernardus de Lucemburgo ejusdem Godefridi meminit in Catalogo hæreticorum. Sed & nos librum ipſum legimus Godefridi, cujus etiam in Chronicis Norimbergenſibus deſcriptio, & laus Bambergæ civitatis Germaniæ ex eodem auctore ponitur; erat enim Imperialis Aulæ Capellanus, ut vocant, & Notarius.*

2. Antonius Roſellus. Idem pag. 115.

3. Joannes Annius, (1) Ordin. Prædicator. homo minime quidem, ut audio, vita malus, ſed qui ignobili ignavia, dum patriæ ſuæ ſplendorem conciliat, tenebras offudit; vide tamen ejus opera in eodem Apparatu, pag. 106.

4. Joannes Petrus Crassi. Idem pag. 238.

5. Latinus Latinius. Pag. 328.

6. Marietttus Alexandrini. J.C. in Indice Cypriani Pagnii.

7. Nicolaus Fatianus, J.C. Ibidem.

8. Petrus Antonius, Epiſcopus Signanus. Paul. Merula part. 2. libr. 4. pag. 919.

De familiis aliquid obiter attingam, quantum peregrinus ſcire potui, ex Urbano Ciſtercienſe, libro de Notabilibus Italiæ, MS.

Familia *Vicorum*, ex *Vico Elbii* orta: *Captorum*, qui & *Gatti* dicuntur, ſplendidum eſt ſtemma. Sunt inſuper *Caſſaci*, *Nini*, *Almadiani*, *de Marrozzis*, *Ruſſi*, *Muſti*, *Turini*, qui incœperunt tempore Longobardorum, *Sprechi de Chiamanna*, *Benini*, *Regii*, *de Fiorenzola*, *de Faglia*, *Cacci*, *Conticelli*, *Machabæi*, *Verreſchii*, *Lorenzetti*, *Carlii*, *Caprini*, *Altibelli*, *Sacchii*, *de Cardellis*, *Ugonii*, *Paulonii*, *Latinii*, antiquiſſimi ſunt, *Luuenſes*, Senis deſcendunt. Videantur hiſtorici ſequioris ævi, maxime Pius II. ſive Æneas Silvius in epitome hiſtoriarum. Paul. Jovius libr. 2. pag. 39. & alii.

Mons

(1) Faber Stapulenſis, Ludovicus Vives, Melchior Canus, Jo: Goropius Becanus, Gaſpar Bererius, Jo: Vergara, Naudæus, Volaterranus, Valeſius, & Gerar. Jo: Voſſius Annium hunc Viterbienſem exagitant, tamquam falſarium & impoſtorem: ipſum autem acerrime tueri ſtudent Joann. Nauclerus, Joann. Driedo, Valerius Anſelmus Ryd, Sixtus Senenſis, Joann Lucidus, Michaël Medina, Joann. Curio, Antonius Guevarra, Dion. Gothofredus, Guil. Poſtellus, Alphonſus Maldonatus, & Thomas Mazza. Anton. Poſſevinus App. hæc ſubdit: *Vide quæ Melchior Canus, Ord Prad. & Epiſcopus, in ſuis Locis communibus, quæve Benedictus Pererius, & nos in* 16. *libr. Bibliothecæ ſelectæ editionis Venetæ anno* 1603. *hac de re ſcripſimus.*

Digitized by Google

Mons Flaſcon, ſeu Fiaſcon, aut Falconis, recenter urbs condita in Etruria: falſo mons Faliſcorum putatur.

CAP. V.

NOn longe lacu Ciminio, in edito colle, urbs non adeo antiquæ eſt originis, quæ *Mons Flaſcon*, *Mons Fiaſcon*, ſive, ut aliis videtur, *Mons Phiſcon*, dicitur, & ipſa quoque in Annianis figmentis commemorata, cui ex Pſeudo-Catone eſt *Arx Iti*. Errant etiam doctiorum nonnulli, (1) qui exiſtimant, ibi *Faleriam* fuiſſe: proindeque, nomine veteri retento, eſſe *Montem Faliſcorum*; ſed fruſtra; multis enim inde paſſuum millibus viſebantur Falerii, ut ex Livio, & aliis docui libr. 4. ſupra hoc opere cap. 11. ut videre poteris. Nonnullis denique *Mons Falconis*, neſcio qua cauſa, audit. Utcumque ſane, non eſſe opus antiquum ſatis patet, quod nulla ejus apud priſcos ſcriptores mentio reperiatur.

Hanc rebellem domuit, & ad S. Sedis Apoſtolicæ fidem reduxit Rainerius Capoccius, Cardinalis Viterbienſis, auſpiciis Gregorii IX. Pontificis. Urbanus IV. poſtea turrim egregiam in ea erexit, ædeſque vitandis æſtivis caloribus, quo ſe recepit, ut Alfonſus Ciacconius ſcribit pag. 586. Arcem hic munitam condidit, ædeſque tanto principatu dignas Martinus II. qui & IV. ab aliis vocatur, anno 1281. aut forte paulo poſt.

Illuſtravit urbem hanc Bartholomæus Vitellescus, qui galerum rubeum, à Felice V. Antipapa oblatum, recuſavit, cum eſſet Epiſcopus Cornetanus, & Montis Flaſconis anno 1447. Obiit Corneti, ubi ſepultum corpus ad D. Franciſci, non ſine maximæ ſanctitatis opinione, hodie illæſum aſpicitur. (2)

Carolus de Crassis, domo quidem Bononienſis, ſed Epiſcopus Montis Flaſconis, Cardinalis a Pio V. creatus anno 1570.

Situs eſt amœnus, ager vicinus apricus, ac rerum omnium ferax, maxime vini generoſiſſimi nobilitate commendatus.

(1) Ita exiſtimarunt Volaterranus, Blondus, & Leander; ſed quam falſum ſit, Faleriam fuiſſe ubi nunc *Monte Fiaſcone*, oſtendit Antonius Maſſa de rebus & origine Faliſcorum.

(2) Sepultus eſt Corneti in Eccleſia Cathedrali: obiit vero Modonæ anno 1463. Id. Decembr. dum rediret ab Hieruſalem, quo Religionis cauſa profectus erat, ut ſcribit Ughellius Tom. 1. Ital. Sacræ in ſerie Epiſcoporum Monteflaſcon.

Digitized by Google

Burgus Sancti Sepulchri, urbs Etruriæ Veteribus ignota: a peregrinis Hieroſolymitanis extructa.

CAP. VI.

Burgum Sancti Sepulchri peregrini Hieroſolymitani condiderunt, cum nihil eo in loco ſit, quod priſci ſcriptores celebraverint. Sed originem paulo altius ex Chronicis MSS. ejusdem civitatis repetam, quorum epitome apud me eſt. Duo peregrini *Arcanus Arcas*, jam ſenex, & *Ægidius Hiſpanus*, ex Terræ Sanctæ itinere Romam redierant: indeque Venetias contendentes, in planitiem amœnam deſcenderunt, quæ a copia juglandium *Vallis nucum* audiebat: ubi cum limpido fonte ſatiaſſent ſitim, captato frigore, obdormierunt. Hic *Arcano* ſecundum quietem imperatum urbem conderet, ſanctoque Domini Sepulchro conditam dicaret: experrectus, viſa dormientis retractans, anxius hæſit, donec prolata Reliquiarum Sanctarum pyxide, locum viſioni convenire animadvertens, in opacam ſilvam perrexit, ibique arula inventa, tugu ia quædam erexit, quæ in juſti oppidi formam cito coaluerunt, adjuvantibus vicinis a *S. Leonardo*; quare a quibusdam *Burgetum D. Leonardi* vocatum audio: *Sancti Sepulchri* appellatio jam tum a primo ortu fuit impoſita, anno ſcilicet 933. vel ſecundum alios ſerius.

Primus, qui ſedem eo tranſtulit, fuit *Catanus Catanius*, dominus *Collis Veteris*. Hujus exemplum ſequuti *Tarlati*, domini *Petræ Malæ*, nobiles Arretini; ac deinde Cives quidam *Signienſes*, quorum migratio incidit in annum 937. cum his plerique alii migrantes. Jus civitatis obtinuerunt anno 1056.

Multas exinde urbs ea revolutiones paſſa. *Uguccioni Fagiolæ*, Patricio Arretino, ceſſit anno 1323. Joann. Villan. libr. 9. Hiſt. cap. 204. Poſtea Tarlati eam ſui juris fecerunt, anno 1329. Idem Villan. libr. 10. cap. 125. Vigentibus deinde factionum acerbitatibus, modo ab his, interdum ab illis miſere lancinata, donec Ghibellini penitus eliminati menſe Julio, anno 1355. ad Sanctæ Eccleſiæ obſequium, ac patrimonium acceſſit, anno 1430. procurante Sigiſmondo Caroli Malateſtæ ſpurio. Denique Eugenius IV. Pontifex die 9. Martii anno 1440. eam Florentinis oppigneravit vigintiquinque millibus florenorum. Anno tamen 1502. rebellavit, ſed brevi domita ad priſtinos dominos rediit, anno 1520. Leo X. *Galeottum Rainerii Gratiani* Burgenſem Abbatem Epiſcopum creavit, anno 1520. die 3. Novembr.

Viri

Digitized by Google

Viri Illuſtres recenſentur

1. ANTONIUS MARIA GRATIANUS. Poſſevin. pag. 106.
2. DIONYSIUS, Theologus. Pag. 408.
3. LUCAS PACIOLUS.

Cornetum oppidum Etruriæ perantiquum, ſed urbs nupera: Epiſcopatus Monti Falconis conjunctus: Viri illuſtres.

CAP. VII.

IN Etruria mediterranea, non longe a lacu Vulſinio, ac Silva Ciminia, *Cornetum*. Falſo hos Κορνετανῶν nomine intelligi volunt apud Dionyſium Halicarnaſſeum libr. 5. pag. 326. ubi Sigiſmundus Gelenius *Corvetanos* reddit. Falſo; inquam: hi Dionyſio ſunt non Etruriæ, ſed Latii populi, niſi forte & hos binomines, ut pleroſque alios Italiæ populos diximus, fuiſſe concedamus: quod & ferri poſſet, ſi alicujus ſcriptoris vetuſti ſuffragaretur auctoritas. Propius & verius eſt, ut de ea urbe, vel oppido loquutum dicamus M. Pollionem Vitruvium libr. 8. Architect. cap. 3. *Agro autem Faliſco, via Campana, in campo Corneto eſt lucus, in quo fons oritur, ubi anguium, & lacertarum, reliquarumque ſerpentium oſſa jacentia apparent*. Sunt & apud Plinium *Corneates* populi; ſed nihil ad rem noſtram, cum neque ſitus, nec antiquitas ulla ratione poſſit adaptari.

Illuſtrat patriam ſuam non mediocriter

1. JOANNES VITELLESCUS, ab Eugenio IV. Florentiæ anno 1437. v. Eid. Auguſti Cardinalis creatus, ex Protonotario Apoſtolico, & Epiſcopo Recanatenſi, poſtea Archiepiſcopus Florentinus, Patriarcha Alexandrinus, ac Marcæ Anconitanæ Legatus; ut ex Regiſtro Eugenii IV. & Hiſtoria Eccleſiaſtica conſtat.

2. BARTHOLOMÆUS VITELLESCUS. Vide ſupra in Monte Falconis.

3. HADRIANUS CASTELLENSIS, Epiſcopus Herfordienſis ac Bathonienſis in Anglia, ab Alexandro VI. anno 1503. Cardinalis tit. S. Chryſogoni creatus, Legatus ad Regem Franciæ ſuper morte Caroli VIII. Regis; eidem Alexandro VI. a ſecretis, clericus Cameræ, & Theſaurarius, anno 1497.

Epiſcopatus conjunctus eſt cum *Montis Flaſconis*, ut ſupra hoc libro oſtenſum cap. 5. quem locum tu vide.

Digitized by Google

Groſſetum urbs nova: forte ex ruderibus Ruſſellarum nata: portus maris, & arte & natura munitiſſimus: Epiſcopatus.

CAP. VIII.

NAvale, arte naturaque loci permunitum, ac veluti Etruriæ clavis, eſt *Groſſetum*: opulentum quidem olim oppidum, nunc etiam civitas, Epiſcopali dignitate cohoneſtata. Creviſſe reor ex *Ruſellanæ Coloniæ* reliquiis, quod & viris doctis placuiſſe video. Ego plura libr. 4. ſupra hoc opere cap. 64. Hanc ex Antonini Aug. ſive Anonymi Scoti Itinerario, qui *Roſetum* vocatam contendunt, cum Catone, & in eum Annio, aliiſque, plane inſaniunt, & in his Leander Alberti pag. 33. qui pleraque nullo alio firmant teſtimonio, quam Annii ſui.

Epiſcopum habuit antiquitus, qui *Roſellanus* appellabatur, ut loco laudato oſtendi; ſed quando ex *Roſellano Groſſetanus* ſit factus, certo non deprehendi. Hoc ſolum in confeſſo eſt, ſub Archiepiſcopo Senenſi eſſe *Groſſetanum*: ſive, ut alii volunt, *Roſetanum*: aut, ut quibusdam placuiſſe auctoribus animadverto, *Roſſellanum Epiſcopum*. Aubert. Miræus libr. 4. Notit. Epiſcopat. cap. 5. & Cancellaria Romana. Epiſcopos aliquot, qui occurrerunt, enumerabo.

1. JULIANUS CÆSARINUS, a Martino III. qui V. dictus, Cardinalis creatus, anno 1426.

2. RAPHAEL PETRUCCIUS Cardinalis, Epiſcopus Groſſetanus. Vide libr. 5. cap. 6.

3. MARCUS ANTONIUS CAMPEGIUS, Bononienſis, Antiſtes etiam hujus civitatis. Leander Alberti in Etruria, pag. 34.

Mons

Digitized by Google

Maſſa, urbs recens Etruriæ, oppidum olim nobile: Epiſcopatus Populonia eo translatus.

CAP. IX.

PLures in Etruria *Maſſæ* apud Scriptores inveniuntur: una eſt territorio Lunenſi, Principatuſque titulo poſſidetur ab Excellentiſſimis *Cybis*: altera ad viam Aureliam, de qua hic agimus. Anonymus auctor vitæ S. Bernardini apud Surium Tom. 3. *Argentum ex fodinis Maſſæ erui per Tollum* prodidit. Meminit Itinerarium Antonini Aug. ſeu Scoti Anonymi, qui Veternenſem vocat, ut & Ammianus Marcellin. libr. 14. ad finem. *Natus apud Tuſcos in Maſſa Veternenſi, patre Conſtantio Conſtantini fratre Imperatoris*. Meminit forte ejusdem Innocentius III. cap. 17. *de Præſcriptionibus*, in Decreto Gregoriano: *Tibi* (Archiepiſcopo Piſano) *non licuit pro te vel Eccleſia tua a Marchione Maſſæ judice Calaritano fidelitatis exigere juramentum*. Igitur ſane eo ævo Maſſa Marchionatus titulo gaudebat; ſi tamen hæc noſtra, ac non potius *Maſſa Carraræ*, quam jam dixi. Clara eſt urbs hæc ortu *Galli* Imperatoris. Ammianus loco laudato. Eam occupavit Nicolaus III. anno 1440. Pigna libr. 7. pag. 535. Hodie ſub clementiſſimo Coſmi II. Magni Etruriæ Ducis imperio conquieſcit.

Epiſcopatus titulo celebratur, qui Populonia, occiſo, ut volunt, Epiſcopo, translatus Maſſam; ſed idoneos non invenio auctores. Vide libr. 4. ſupra hoc opere cap. 13. Illud modo conſtat, Archiepiſcopo Senenſi ſuffraganeum eſſe *Maſſanenſem*, ſive *Maſſenſem*, qui & *Populenſis* eſt, Epiſcopum. Aubertus Miræus loco laudato. Ad eam Eccleſiam Sede Vacante Antiſtite deſtitutam, eſt reſcriptum Gregorii IX. *Maſſana Eccleſia, Paſtore vavante*, cap. 56. *De Electione & Electi poteſtate* in Decreto Gregoriano. In Decreto vero Gratiani cap. 17. Diſtinct. 61. ſcribit Pelagius Papa *Eucarpo Maſſanenſi Epiſcopo*, manifeſto errore; nam neque ævo Pelagii, hoc eſt circa annum 556. Epiſcopatus Maſſæ fuit, & totum Decretum de rebus Siculis loquitur; quare omnino refingendum: *Eucarpo Meſſinenſi Epiſcopo*.

Illuſtrem reddit hanc Eccleſiam

1. BERNARDINUS MAFFÆUS, ex Epiſcopo Maſſano S. R. E. Cardinalis a Paulo III. creatus, anno 1549. VI. Eidus Aprıles.

2. ANTONIUS, Epiſcopus Maſſæ, anno 1369. Acta MSS. Archiepiſcopatus Piſani.

Poſi-

Digitized by Google

Politianum urbs nupera, forte Arretini Fidentes: Epiſcopatus: Viri clari.

CAP. X.

NOn poſſum aptius Politianum illuſtrare, quam ſi verba ponam eruditiſſimi, ac nobiliſſimi Gregorii Fantii, ex quadam ipſius ad me humanitatis plena epiſtola: *Politiana civitas ſecundum aliquos, ſuum parentem Zenobium Romanum Senatorem, & ſecundum alios, Porſennam Regem agnoſcit, quod poſtremum, ut libentius excipitur, ſic magis apud cives vulgatum. Hæc in monte ſatis edito condita, ob nobiles viros illam habitantes, atque Politiam profitentes, Montiſpolitiani nomen adepta. Aër tenuis, & ventorum commotione ſalubris: ager fertilis, & naturæ bonis abundans: undique amœni colles, ad quorum radices aquarum copia fontes, & lacus figurat. Civitatis circuitus milliare cum dimidio. Hæc partim externis, partim domeſticis bellis valde agitata; nam Florentinis, & Senenſibus olim acriter, uter ſuæ eam ditionis faceret, decertantibus, veluti arbitra, aut præmium verius belli pendens: ad hæc civibus inter ſe diviſis, & in mutuam pernitiem diſſidentibus, cum alii Florentinis faverent, alii in Senenſium partes tranſirent, miſerabili exemplo lacerata, ac ſervitutis certa, iræ hoſtilis, ſeu publicum piaculum facta, & monimenta ſuæ antiquitatis, & Acta publica privataque diripiente victore irato, aut conſpirantibus in alienum dedecus civibus amiſit, ut vix hodie quid fuerit, poſſit apud peregrinos probare.* Hæc fere humaniſſime Fantius: a cujus licet eruditiſſimi ac amiciſſimi ſententia non poſſum non diſſentire; nam quod ad *Zenobium* Senatorem Romanum populares ipſius ortum civitatis referant, qui multa donavit Arretinæ Eccleſiæ ſub tempus Damaſi Papæ, anno 367. ſuſpectum mihi eſt, cum neque tempus, nec deducendæ coloniæ, urbiſve ædificandæ cauſam addunt: deinde more Romano non unus urbem condebat Senator, ſed tres, qui ob id IIIviri appellati. *Porſennam* vero parentem facere, placeret impenſius (1); ſed id vel hiſtoria priſca, vel acta civitatis publica confirmarent. Neque vero mihi id veriſimile eſt, cum toties Livius, Plutarchus, Diodorus Siculus, Dionyſius Halicarnaſſeus, aliique, Arretium ac Cluſium vicinas nominent, unam Politianum, tam celebris, tam amœno & commodo loco Regis opus, voluiſſe ſilere vix eſt credibile.

Exiſtimem ego verius, antiquum quidem oppidum fuiſſe, ſed *Politorium* dictum in Itinerario Scoti Anonymi, ſive Antonini Auguſti; quod

(1) Ferdinandus Ughellius Tom. 1. Ital. Sacra de Montis Politiani Epiſcopis: *Satis admodum* inquit, *ejus origo antiqua; Porſennam enim Etruſcorum Regem illam fundaſſe ſcribit Spinellus Bencius.*

Digitized by Google

quod nomen unde deductum, mihi pro incomperto. Antiquitatem certe non inficiandam loquitur columna antiqua cum Inscriptione, quam invenies libr. 5. cap. 17. & exhibuit Vincentius Borghinius de Orig. Florent. pag. 209. Et indubie erit colonia Arretinorum, quippe cum Plinius libr. 3. cap. 5. triplices faciat Arretinos, *Veteres*, *Fidentes*, *& Julienses*, hanc esse *Arretinos Fidentes*, haud importune censueris: quæ sola probabilis conjectura de ejus ortu mihi videtur, quam qui volet inficiari, dicat, ubi locorum sint Arretini Fidentes? Nam de *Veteribus* exploratum, item de *Julienſibus*. Certum est ubi *Veteres* fuerunt, Coloniam a Julio deduci cœptam, vel certe jus Coloniæ innovatum, uti in multis aliis civitatibus Italiæ videmus, in quas sæpius Coloniæ deductæ leguntur, cum tamen unæ eædemque fuerint urbes; ita manifestum est, *Arretinos Veteres* urbem fuisse veterem ante Coloniam, jure a Cæsare concesso, deductam, confirmatamque: postea *Julienses* vocatos, ob beneficium a Julio Cæsare acceptum: *Fidentes* vero qui sint, nisi Politiani? Divinare non possum; & major inde urbis nobilitas.

Eadem varias fortunæ vices experta, modo sui juris, interdum alienæ subjecta ditioni, diversos subinde dominos mutavit. Nobiliora percurram. Sæviente schismate, Henricus Imperator multas Ecclesiæ civitates expugnaverat; sed ab ejus usurpatione ac tyrannide *Clusium* manibus *Politianum*, ac *Urbem Veterem* eripuit Cælestinus III. Pontifex anno 1193. Nescio, quo deinde jure ad familiam *de Stradottis* ejus dominium pervenerit, cui ea fuit subdita anno 1229. ut Fanutius Campanus MS. scripsit libr. 3. Illustr. Ital. Famil. cap. 6. ex auctoribus antiquis, & confirmat Eleutherius in Ephemeridibus MS. consentiente libro, cui titulus: *Compendium Privilegiorum*, qui laudatur sæpe in Bibliotheca Mundi. Denique Carolo VIII. Gallorum Rege in Italiam adpellente, ut Pisæ a Florentinis magno animo, ita Politiani a Senensibus, fugato Prætore, defecere; sed Gallis Italia excedentibus, in fidem iterum concessere: ac nunc sub communi domino Sereniſſimo Cosmo II. feliciter agit.

Illustrem facit urbem hanc sanctimonia D. Agnetis, cujus insignia merita ac pietas vel eo intelligi possunt, quod D. Catharinæ Senensi nuntius cœlo demissus significaverit, se illi in gloria beatorum parem futuram, ut testatur B. Raimondus Ordin. Prædicat. in Vita S. Cathar. Senens. cap. 14. libr. 3. & Andreas Pisanus in Appendice, ipsaque D. Catharina sæpius illius in epistolis suis meminit. Diplomate Clementis VII. Sanctorum albo adscripta, colique jussa die 20. Aprilis. Acta ejus MSS. asservantur ad D. Dominici Politiani, in quibus habetur, Carolum, Regem Bohemiæ, ut Romæ coronaretur, Montem Politianum ex itinere divertisse, ibique Sanctæ corpus illæsum, illibatumque magna cum veneratione aspexisse, anno 1355.

2. B. Bartholomæus Puccius de Franciscis, Ordin. D. Franciſci cujus Vitam ex Lælio Bencio Dominicano Politiano Silvanus Razius describit libro de SS. Tuscis pag. 632. 3. Mar-

3. Marcellus II. qui primus poſt Sergium II. qui obſcænitate nominis (*Os* enim *porci* vocabatur) motus, primus nomen gentilitium mutavit,(1) nomen proprium excepto Hadriano VI. ſolus inter Pontifices retinuit, electus anno 1555. Sedit diebus xxii. Hunc ortum Politiani quidam aſſerunt: at alii *Monte Fani* genitum, patre *Richardo Cervino*, nobiliſſimo viro, matre Caſſandra Bencia. Ipſi viderint.

1. Antonius Montius, a Julio II. Cardinalis factus vi. Idibus Martii, anno 1511. ut elogium teſtatur in Prætorio Politiani.

2. Joannes Riccius, patrem habuit ſpectatiſſimæ fidei Petrum Antonium, cujus probitas eminuit, dum puteo in foro faciendo, pecunias a Senatu acceptas, opere perfecto, reddidit. A cujus domo, noverca ſtimulante, vix pubes Joannes exceſſit, nec, ut Roma eo rediret, adduci potuit. Cardinali Joanni Mariæ de Monte, qui poſtea Julius III. innotuit, a quo, Legationibus egregie ad Gallorum, Hiſpaniæque Reges perfunctus, Cardinalis creatus, anno 1551. Archiepiſcopus Siponſinus, Pauli III. Theſaurarius, Cluſinæ Eccleſiæ Præpoſitus, tandem ſub Pio IV. primus Politiani Antiſtes, patriam Civitatis honore decoravit. Poſtea Archiepiſcopus Piſanus, Epiſcopus Albanus, ad patriam ornandam ducenta quinquaginta millia aureorum nummum ædificiis impendit, Abbatiam Epiſcopatui annexuit Politiano, Collegium juventuti Politianæ Piſis erexit. Obiit anno 1574.

3. Robertus Nobilis, ſeu Nobilius, Julii III. Pontificis ex ſorore pronepos, Vincentii equitis filius, ab eodem Pontifice in Cardinalium Collegium auguſtum, anno ætatis xiii. ſalutis 1553. adlectus, literis Græcis Latiniſque nobiliter imbutus, ſumma ſpe adoleſcens xvii. ætatis anno exceſſit, *Sacri collegii decus, ac Senatorii ordinis exemplar* a Cardinale Reginaldo Polo Anglo in Epiſtolis audit.

4. Franciscus Maria Taurusius, Cardinalis a Clemente VIII. creatus, anno 1596. Avenionis primum, ac mox Senarum Archiepiſcopus.

5. Robertus Bellarminus, Soc. Jeſu, pius ac doctus, hæreticorum malleus, acerrimus veritatis Chriſtianæ propugnator, a S. D. N. Clemente VIII. in ſacrum ordinem, quem calamo ſuo ab impiorum rabie ac contagio vindicaverat, adſcitus, anno 1597.

6. Franciscus Sfortia, matre Catharina Nobilia, Comite Sanctæ Floræ, Politiana ortus, quæ Julium III. proavunculum habuit.

7. Antonius Laurentius, Archiepiſcopus Cæſarienſis.

8. Sallustius Taurusius, Politiani primum Epiſcopus, mox Piſarum Archiepiſcopus.

9. Fran-

(1) Hoc ex Martino Polono adfirmat Platina, verum ex antiquis Scriptoribus hoc minime conſtat, imo ex Anaſtaſio Bibliothecario, contrarium evincitur. Hadrianus III. dicitur nomen priſcum immutaſſe, cum antea Agapitus appellaretur, idque anno 884. ut eſt apud Ciacconium in Sergio II. qui aliter ſentire videtur in Marcello II. & cum Dempſtero convenire. At Card. Baronius Sergium III. primum ex Romanis Pontificibus ſibi nomen mutaſſe exiſtimavit, religione erga D. Petrum impulſum, nam Petrus antea vocabatur. Panvinius autem hanc nominis mutationem Joanni XII. qui prius Octavianus dicebatur, tribuit.

Digitized by Google

9. Franciscus Politianus, incerto genere editus, Arretii Episcopus.

10. Richardus Cavalerius, Episcopus Clusii.

11. Fr. Jacobus, Dominicanus, incerta familia, Diathagoræ Episcopus.

12. Silvius Pientibenius, Tiferni Episcopus.

13. Spinellus Bencius, Politiani Episcopus.

14. Sinulfus Bencius, Politiani Episcopus.

15. Robertus Ubaldinus, Politiani primus Antistes exoticus, Nuntius Apostolicus ad Christianissimum Regem: a S. D. N. Paulo V. Cardinalis creatus.

16. Angelus, ex familia Cinia, cognomento Politianus, Græce Latineque doctissimus, Criticorum Italicorum princeps, qui fugitivas Musas videri posset in Latium revocasse: Metropolitanæ Ecclesiæ Florentinæ Canonicus, ac verbi Dei præco. Inimicitias cum Jacobo Sanazario, patricio Neapolitano, exercuit, cui cum Paulus Jovius impensius æquo favisset, parum honeste, aut vere de Angelo scripsit, cui non minus vita, quam eruditio proba.

17. Bartholomæus, cognomento Politianus, Martino V. a secretis, incerta familia, egregio sepulchro in patria conditus, anno 1438. Elogium ibi duplex, quod non exscribo.

18. Griffolus, cognomento Politianus. J. C.

19. Joannes de Monte Politiano. J. C.

20. Gualterottus Bernardinus, Maurorum Regem duello superavit, præmiumque victoriæ B. Autiliæ Virginis caput domum retulit, quod religiosæ in Metropoli asservatum colitur.

21. Stephanus Taurusius, patrem uno solo comite ex arce Montis Alcinoi munitissima liberavit.

22. Vincentius Nobilius, nepos Julii III. quem ille *prudentem militem* vocat

Hæc sedulus scribebam, cum clarissimi Gregorii Fantii literæ in manus venerunt, in quibus Beatorum nomina continebantur, qui Politiano oriundi essent.

1. B. Angelinus Danesius, D. Franciscum, Politianum venientem, hospitio excipiebat. Gonzaga in Annalibus D. Francisci.

2. B. Jacobus, Ordin. D. Dominici, miraculis clarus. Joannes de Cruce, & Antonius Lusitanus in Annalibus.

3. B. Joannes Martinozzius, Ordin. D. Francisci. Tabula Politiani existens rem gloriose ab illo Babylone gestam loquitur.

4. B. Bartholomæus Martinozzius, Ordin. Franciscani, Martyr. Gonzaga in Annalibus D. Francisci.

5. B. Jacobus Cavalerius, D. Catharinæ Senensis coævus, ac itinerum comes.

6. B. Philippus Avinianesius, Ord. D. Augustini, Martyr in Hi-

Digitized by Google

ſpania: cujus imago Piſis ad D. Nicolai in ſacello ad clauſtra, Politiani in majori templo, & apud D. Auguſtini in ſacrario ibidem.

7. B. Nicolaus, Jeſuatus, ex Ordin. D. Hieronymi. Fr. Paulus Morigius Mediolani, & Fr. Matthæus Panichius Florentiæ in laudibus Jeſuatæ ſodalitatis eum laudant.

8. B. Bartholomæus Taurusius, cujus ſanctitatis acta apud gentiles.

9. B. Franciscus Cervinus, Ordin. D. Franciſci, cujus maxima inter concionandum Florentiæ & Biturgiæ miracula prædicantur.

10. B. Robertus Nobilius, Cardinalis, de quo ſupra, novennis grammaticam Græcam ſine doctore didicit. Meminere ejus plerique, & in his Garimbertus, Gallenſis Epiſcopus, opere de quorumdam Pontificum, & Cardinalium memorandis geſtis, concludit, dignum, qui inter ſanctos referatur.

Illud ſane memorabile omitti non debet, in hujus agro fontem eſſe, quo tacto aves moriantur e veſtigio, in aliam aquam intinctæ revicturæ: quod nullo probabili auctore Leander Alberti prodit, & ex eo Simon Majolus Dier. Canicular. Colloq. 13.

Mons Ilcii, aut Ilicii, aut Alcinoi, urbs nupera Etruriæ, ditionis Senenſis: Epiſcopatus.

CAP. XI.

IN Senenſi territorio *Mons Ilcius*, aut probabilius *Ilicius*, ab iliceto forte vicino, aut, ut quibusdam videtur, *Mons Alcinoi*, crevit, ut quidam exiſtimarunt, ex ruderibus *Ruſellarum*, quarum quædam adhuc inibi in confinio cernuntur veſtigia. Raphaël Maffæus Volaterranus libr. 5. pag. 136. *In agro autem Senenſi Ruſellæ colonia Plinio vocata inter duodecim urbes, cujus adhuc veſtigia prope Alcinoi montem cernuntur*. Bellis Senenſium inclaruit, ſecedente eo magna nobilium parte. Hiſtorici recentiores. Quo auctore condita, aut quibus incrementis adaucta (1) quia apud ſcriptores nihil reperi, certo affirmare non poſſim in tanta rei incertæ caligine.

Hiſtoriam mirandam de Camillo Marzolio Archidiacono, caſum Luciferi depingi in Metropolitana æde curante, circa annum 1584. reciteat Auguſtinus Mannus Hiſtoriar. Selectar. cap. 24.

Patriam ſuam illuſtravit

1. B. Joannes, D. Bernardini ſocius Silvanus Razius, opere de Vita SS. Etruſcorum, pag. 728.

Epiſco-

(1) A Pio II. Pont. Maximo tum Epiſcopalem dignitatem, tum civitatis honorificam tuliſſe appellationem conſtat ex Bulla data Pientiæ anno 1462. ut notat Ughellius in Italia Sacra Tom. 1.

Digitized by Google

Epiſcopatum ſuffraganeum eſſe Florentino Archiepiſcopatui, male, memoria, puto, lapſus, cenſuit Henricus Glareanus: melius Aubertus Miræus, Epiſcopum *Ilcinenſem*, ſive *Ilcinenſem*, ſive *Montis Ilcinei* locat ſub Senenſi Archiepiſcopo, libr. 4. Notit. Epiſcopat. cap. 5. & alii. Hodie *Montalcino*.

Sarzana, ſive Sergiona, nova urbs Etruriæ, ex Lunæ ruderibus crevit: varias vices perpeſſa: Epiſcopatus.

CAP. XII.

IN ultimo Etruriæ confinio oppidum eſt, olim haud ignobile, *Sergiona*, incertum, a quo nomen adeptum: poſtea variante uſu *Sarzana* a Nicolao V. qui ab ea Thomas Lucanus ſeu Sarzanenſis dicebatur, translato Lunenſi Epiſcopatu civitas facta circa annum 1451. Nicolaum tamen quintum non Sergione, ſed Piſis natum, & unde error manaverit, ex vita ejusdem MSS. aperui libr. 5. ſupra cap. 2. pag. 261. de qua urbe Paulus Jovius libr. 1. pag. 31. *Crevit Sergianum ex ipſis Lunæ urbis antiquæ ruinis, cum incolæ peſtilenti ejus litoris aura, quæ maxime ad Macræ oſtium vergit, vehementer offenſi, ædificia in editiorem locum ſubduxiſſent. Id primum Florentinæ ditionis oppidum erat, eoque Paulus Urſinus, præſidii cauſa, peditum atque equitum manum paulo ante præmiſerat.* Et pæne paria Joann. Michaël Brutus libr. 7. Hiſtor. Florent. pag. 375. *Sergianum ad Macram fluvium ſitum, Lunæ ruinis creviſſe fertur, urbis olim Etruriæ nobilis, atque oppidum quidem neque ſoli ubertate, neque commercio, aut incolarum frequentia celebre, quod objectum Liguribus veluti propugnaculum, Reipublicæ Florentinæ fines ab ea parte tutabatur.*

Varias hæc viciſſitudines perpeſſa duobus ultimis ſeculis; nam primos dominos habuit Lucenſes, poſtea Florentinos, ex quorum manibus, tradente Petro Mediceo, in Caroli VIII. Regis Gallorum poteſtatem venit, anno 1496. Raphaël Volaterranus libr. 5. Commentar. ſub principium: *Hæc* (ſcilicet Sarazana) *cum oppido vicino Petraſancta, a Florentinis adempta Lucenſibus, tenebatur; per adventum vero Caroli Regis, anno 1496. ad antiquos dominos ambæ redierunt. Petraſancta enim Lucenſium eſt ædificium.* Rex itaque ibi caſtra habuit, & vicina loca tormentis majoribus Gilbertus Monpenſerius oppugnavit, & Franciſcum Montedolium in Sergionæ præſidium properantem, copiis omnibus attritis, intercepit, ut deſcribit Jovius loco laudato. A Gallis præfectis, cum Carolus Italia exceſſiſſet, urbs Genuenſibus vendita ma-

gno auri pondere. Paul. Jovius libr. 3. pag. 108. *Nec multo poſt Galli, qui Sergiani arces cuſtodiebant, Antracii exemplum ſecuti, Genuenſibus, magno auri pondere accepto, vendiderunt*. Sed ab iis, nescio quo pacto, in Florentinorum rediit poteſtatem, a quibus Auguſtinus Fregoſius, Genuæ Dux, eam denuo, prodentibus, ut putabatur, quibusdam oppidanis, recepit. Michaël Brutus loco jam laudato. Sub cujus Reipublicæ Genuenſis ditione etiam nunc quieſcit.

Epiſcopatus Luna, ut dixi, Sergionam translatus per Nicolaum V. eſtque Florentino Archiepiſcopo ſuffraganeus. (1)

Illuſtrarunt hanc non pauci viri, dignitate ac ſcientia clari. Et in his

1. Philippus Calandrinus, Nicolai V. ex matre frater, Epiſcopus Bononienſis, ac Portuenſis, Marchiæ Legatus, Major Pœnitentiarius, ab eodem Pontifice Cardinalis tit. S. Sulannæ creatus, anno 1449.

2. Simon Pasqua, domo quidem Genuenſis, ſed dignitate Sergionenſis Epiſcopus, a Papa Pio IV. in Cardinalium collegium allectus, anno 1565. de quo extat M. Antonii Bobbæ Cardinalis carmen.

3. Benedictus Lommelinus, etiam Genuenſis, nobiliſſima ac patricia familia ortus, Epiſcopus Sergionenſis, Vintimilionenſis, ac demum Anagninus, a Pio IV. Cardinalis creatus, a Gregorio XIII. Marchiæ, atque adeo Latii Legatus. Obiit Romæ anno 1579.

4. Paulus (2) Æmilius Zachia Sarzanenſis e nobilibus de Vezzano Cardinalis creatus a Clemente VIII.

Pientia, nupera civitas Etruriæ, Corſilianum prius dicta: Piccolomineorum patrimonium.

CAP. XIII.

SÆvientibus in Etruria partibus, Silvius Poſtumus, Senatoria Senis ſtirpe oriundus, cum uxore Victoria Fortiguerra, in prædium ſuum gentilitium, urbe diſcedens, ſe contulit: ubi anno 1405. Æneam Silvium filium ſuſcepit, qui Pontifex ſummus creatus ſub nomine Pii II. patrimonium familiæ Piccolomineæ *Corſilianum* (3) in Valle *Urciæ*, a *Corſo* quodam conditore, ut volunt, appel-

(1) Ferdinandus Ughellius Ital. Sacra Tom. 1. de Epiſcopis Lunenſibus: *Luna*, inquit, *patria fuit Eutychiani Papæ, & Martyris: Sarzana Nicolai V. qui dignitatem Epiſcopalem Lunenſem huc tranſtulit, unde Lunenſis, & Sarzanenſis Epiſcopus dicitur, Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjectus*. Et Volaterranus: *Ex hujus ruinis* (ideſt Lunæ) *novum oppidum ac vicinum Sarzana excitatum, præſulque utrique Præſul unus, Nicolai V. qui inde fuit oriundus, providentia*.

(2) Hic Cardinalis repoſitus fuit alia manu in autographo.

(3) Holſtenius in Notis ad Ortelium in V. *Corſinianum* hæc ait: CORSINIANUM (novum puto) *ſine dubio; nam ita locus vocabatur, antequam eum in civitatem Epiſcopalem erectam Pius II. de ſuo nomine* Pienzam *appellaret*.

Digitized by Google

appellatum, a nomine ſuo Pontificio *Pientiam* juſſit vocari, circa annum 1459. Joannes Gobelinus de geſtis Pii II. & alii. De quo nihil aliud memorabile deprehendi, niſi ingenti terræ motu damnum incredibile accepiſſe, ſub annum 1545. Legantur recentiores Hiſtorici.

Illuſtris eſt ANGELUS PIENTINUS ſcriptis ſuis. Antonius Poſſevinus Appar. pag. 88. *Angelus Pientinus e Corſiniano, ditionis Senenſis oppido in Etruria, Ordinis Prædicatorum, quinque libris, anno 1596. editis, adverſus ſectam Mahometanorum docte & accurate ſcripſit. Antea vero, de ſacro Jubileo libros quatuor, qui Romæ prodierunt anno 1577.*

Collis urbs, non ita pridem, ex oppido in Etruria facta: Marchionatus prius.

CAP. XIV.

IN confinio Florentinæ ac Senenſis ditionis oppidum eſt *Collis*, haudquaquam ignobile, quod diu Reipublicæ liberæ forma, & propriis legibus uſus eſt.

Illud Florentini occuparunt, anno 1347. ut ex Blondo docet in Epitome Hiſtoriarum Pius II. Ex illo tempore ſub Florentinis egit.

Gloriam huic oppido conciliat ALBERTUS Archipresbyter, ſanctitate vitæ ac morum innocentia inter Beatos habitus, qui natus anno 1135. ſub Innocentio II. cujus vita MSS. eſt in Bibliotheca Franciſci Boninſignii, & Nicolai Bonaccurſii Collenſis, ut teſtatur Silvanus Razius Opere de SS. Tuſciæ, pag. 286.

Civitatis jure nuperrime (1) ſub Sereniſſimo Ferdinando adepta eſt urbs *Collis*, Uſimbardis procurantibus, quorum origo cum ſit Colle repetenda, per totam Etruriam celebri fama audiunt. *Petrus* Arretinorum Epiſcopus: frater *Uſimbardus* Collenſis primus Epiſcopus: ac tertius fratrum *Laurentius* Sereniſſimi Magni Etruriæ Duci a ſecretis.

Collem Florentinæ Eccleſiæ non fuiſſe ſubjectam, ſcripſit Vincentius Borghinius de Origine Florentiæ pag. 271. & tamen *Collenſis Epiſcopus* ſuffraganeus eſt Archiepiſcopo Florentino. Aubertus Miræus libr. 4. Notit. Epiſcopat. cap. 5. Hanc Eccleſiam adminiſtrat (2) Vir literatus ac pius.

Oppi-

(1) Anno ſcilicet MDLXXXXII. quo anno Non. Jun. a Clemente VIII. Pont. Max. electus eſt Epiſcopus Collenſis Uſimbardus Uſimbardius.

(2) Laudatus hic vir, Coſmus eſt ex Comitibus gentis Gherardeſchæ, Archipresbyter Florentinus, Epiſcopus Collenſis ſecundus, electus anno 1613. obiit anno 1625. quum ab Urbano VIII. Pont. Maximo Epiſcopus Fæſulanus eſſet deſignatus. Ferdin. Ughell. Tom. 3. Ital. Sacræ in Epiſcopis Collenſibus.

Digitized by Google

Oppida, ac Villæ, celebrioraque Etruriæ recentioris loca: ac quid in unoquoque nobile: qui Sancti, ac viri clari: item arces, ac propugnacula.

CAP. XV.

ENumeratis civitatibus, omni ætate celebratis, exigebat operis ſuſcepti inſtitutum, ac dignitas, ut oppida, arces, propugnacula, & villæ, quæ iis parent, etiam recenſeantur; ſic enim Etruriæ nobilitas, ac potentia hodierna facilius percipientur. A Macra igitur, quem toties terminum dixi, exordium non incommode videbor ducere.

Carrara, in montibus ſita, ac marmoribus dives, ut in Luna libr. 4. hoc opere ſupra cap. 20. dictum: de qua inſulſiſſimus Annius, *Car, urbs eſt, Jara ſignificat Lunam; unde Cariara erit urbs Lunæ, & per contractionem Carara*. Hæc futiliter, cum ſit oppidum veteribus ignotum: hodie ſub Excellentiſſimi Principis Maſſæ ditione agit: quam illuſtrarunt *Carrarienſes*, cives primum Patavii, mox etiam Tyranni. Liber Memorabilium Italiæ MS. *Anno* 1004. *Ex oppido Carraria Etruriæ diſceſſerunt bini fratres potentes, ac divites, quorum unus vocabatur Ubertus, & alter Joannes, qui a nomine patriæ vocabantur Cararienſes. Ubertus petiit Patavium, & Joannes Bergomum: qui cum maximæ auctoritatis evaſerint, acceperunt uxores in dictis civitatibus, & ſic inceperunt familiæ Cariarienſes*. Conradus tamen Elcius, in Chronicis de Italia, contradicit, qui eos *ex caſtro Baſſano agri Patavienſis* ortos contendit; ſed prior ſententia eſt probabilior. Fanutius Campanus MS. libr. 3. Illuſtr. Ital. Famil. cap. 16. *Federicus II. Imperator plantavit duas familias in Patavio, in qua tunc incepit Carrarienſium progenies dominari, quæ ſtirps originem habuit a Carraria, Etruriæ oppido, vallis Lunenſis*. Paulus Vergerius ex Joanne Baſilio veteri hiſtorico, ex Germania in Italiam veniſſe eam familiam exiſtimat. Nec deſunt, qui ad T. Annium Milonem, pro quo eſt Ciceronis oratio, generis initium referant. Utcumque ſe res habet, *a Marſilio Carrarienſi* certum eſt ſtemma, hoc eſt ab anno 1050. ut videre poteris ex Franciſco Sanſovino Illuſtr. Famil. pag. 399. Primus certe, qui in familiam Principatum intulit, cenſetur *Marſilius*, anno 1317. quamquam multi ante illum præclaro nomine, licet privati. Joann. Baptiſta Pigna libr. 5. in fine. Sed reliqua Etruriæ oppida percurram, ſecundum deſcriptionem Pauli Merulæ part. 2. Coſmogr. libr. 4.

Juxta Carraram *Larentiæ* fluminis, ac *Frigidi* amnis ſunt oſtia, de qui-

Digitized by Google

de quibus libr. 4. ſupra hoc opere cap. 5. Hic & *Cervia palus:* & loco contiguo *Arx Motronis*, propugnaculum eminenti loco ſitum, quod Carolus Siciliæ Rex Florentinis ademptum Lucenſibus reſtituit, anno 1275. quodque non ita multo poſt Florentini recuperavere, ut auctor eſt Blondus.

Ligurnus portus, hodie *Livorno*; de quo alibi multa hoc opere. Circa portum hunc lacus ſunt, ac paludes permultæ: tum *Mons Niger*, celebri Cœnobio Ordinis D. Hieronymi (1), ac cultu Deiparæ inſignis. Poſtea *Reſinianum*, vulgo *Reſignano*, ignobilis Villa, ac tantum clade Gothorum adepta nomen. *Vada* deinde *Volaterrana*; de quibus Plinius libr. 3. Hiſtor. Natur. cap. 5. *Colonia Luca a mari recedens, propriarque Piſæ, inter amnes Auſerem & Arnum, ortæ a Pelope, Piſiſque ſive Atintanis Græca gente: Vada Volaterrana, fluvius Cecinna, Populonium &c.* M. Cicero Orat. pro Quintio: *Quum venißent ad Vada Volaterrana, quæ nominantur, vident perfamiliarem Nevii.* Italiæ Itinerarium incerti auctoris, Itinerarium Scoti Anonymi, ſeu Antonini Aug. Rutilius Numatian. libr. 1. Itiner. difficultatem tranſvectionis, ac naufragii periculum, quod ibi etiam præternavigantes experiuntur, eleganti verſu deſcribit;

In Volaterranum vero vada nomine tractum
Ingreßus dubii tramitis alta lego.
Deſpectat proræ cuſtos, clavumque ſequentem
Dirigit, & puppim voce movente regit.
Incertas gemina diſcriminat arbore fauces,
Defixuſque affert limes uterque ſudes.
Illic proceras mos eſt adnectere lauros,
Conſpicuas ramis, & fruticante coma;
Ut præbente algam denſi Symplegade limi
Servet inoffenſas ſemita clara notas.
Illic me rapidus conſiſtere Corus adegit,
Qualis ſilvarum frangere luſtra ſolet.

Inter Ligurem portum, & *Vada*, quæ male nonnulli putant urbem fuiſſe in Itineraria Peutingeri tabula, ſunt *Turrita*, *Piſcina*, *ad Fines*, *Velinæ*, oppida incelebria.

Oſtium paulo poſt *Cecinæ*, ait Merula, falso (2) indubie; nam Cecina amnis in Arnum influit in confinio territorii Piſani, ac Florentini: ſi fontem dixiſſet, verius foret. *Bulgarium* hic oppidum, an a Bulgaris conditum, aut Bulgarorum ad fidem converſorum per Formoſum Portuenſem Epiſcopum, monumentum? Illud frugibus abundans magnam patitur aquæ inopiam. Juxta, *Caſtanietum* in colle: ad litus,

(1) In hoc Cœnobio Clerici Regulares Teatini in præſentia degunt.
(2) Cum Merula loquatur de inſigni flumine Cecinæ, falso eum Dempſterus fugillat; imo ipſe redarguendus, qui fluviolum, qui in Arnum influit, non longe a Vico Pontis Eræ, accipit pro Cecina celebriori agri Volaterrani flumine.

Digitized by Google

litus, & *Vincentii Turris*. Longo decurſu pleraque Antiquitatis cernuntur rudera: murus grandibus ſaxis, latus 10. pedes, Amphitheatri pars, lapides literis Etruſcis inſcripti, baſes, tabulæ, abaci, epiſtylia, ſilvaque *Vetletta*. Hic Vetulonia olim fuit.

Occurrit *Populonia* hic, de qua libr. 4. ſupra hoc opere cap. 14. ad cujus tenues reliquias eſt *Palus Caldana*, quæ *Corvium* fluvium recipit. Paulo ſupra *Campilia*, argenti fodinis nuper ditiſſima, ac monetæ officina. Inſanit hic etiam Annius.

Infra Populoniæ promontorium eſt *Plumbinum*, a plumbo, quod ex *Ilva* inſula eo transferri ſolitum, diximus libr. 4. cap. 120. hoc opere ſupra. *Plumbinariam* diu Eccleſia Romana vocavit, ut Blondus ſcribit. Ab Apianis, qui a Petro, populi Piſani ſcriba, orti ſunt, *Principatus* titulo tenetur, cum diu Piſanæ fuiſſet ditionis. Victores Genuenſes eam iis eripuerunt, anno 1160. ac poſtea Piſani ſuam vindicarunt.

Paulo interius, in ſinu eo maris immenſo, eſt oppidum *Scarlinum*, quod ex *Statonia* creviſſe docti putant libr. 4. dixi hoc opere, cap. 43. Sed cum illud ſit ambiguum, eſt hoc certum, hic Antonini *Scabris*, ſive *Scapris* eſſe.

Inſula hic modico freto a continenti disjuncta, *Trojana* dicta, vel *Faliſca*, & vulgo *Faleſce*. Argumentum inde nonnulli ducunt, finem eo loci habuiſſe imperium ac territorium Faliſcorum; ſed conjectura eſt.

Exinde *Alma* pertranſito amne, *planities Almæ* ſe aperit, vulgo *il Piano d' Alma*: in cujus meditullio eſt *Caſtilio Piſcatiæ* oppidum, vulgo *Caſtiglione della Peſcaja*, ſitum ad *Lacum Aprilem*, qui hodie alti cœni, ac fœdi palus eſt. Secundum hunc, *Burianum*, ac mox *Columna*, antiqua & illuſtria oppida, in Itinerario Anonymi Scoti nominata.

Trajecto hic *Bruno* fluviolo, *Mons Piſcalus* occurrit.

Mox *Umbro* amnis, a cujus ripa una *Groſſetum*, de quo hoc libro cap. 8. ab altera *Telamonis*, ſive *Talamonis portus*, ut eſt in Itinerario Antonini, vel Anonymi Scoti. Plinius libr. 3. Hiſtor. Natur. cap. 5. *Hinc amnes Prillæ: mox Umbro, Navigiorum capax, & ab eo tractus Umbriæ, portuſque Telamon*. Pomponius Mela libr. 2. cap. 4. *Ultra Pyrgi, Anio, Caſtrum novum, Graviſca, Coſſa, Telamon*. Meminere etiam Ptolemæus, & Polybius libr. 2. Plutarchus in Mario, antiquiſſimi ſane nominis, ac Græcanici eſſe conſtat, non minus Portum, quam Promontorium: an a Græcis? delibero.

Tranſeundi hinc amnes *Oſa*, *Albingiaque*, ac mox Promontorium occurrit *Argentarius*, quem celebrem reddit *Monachus* quidam, qui mortuum excitavit, auctore D. Gregorio libr. 3. Dialogor. Silvan. Razius libr. de Vita SS. Tuſcorum pag. 111. de Monte eo dixi libr. 4. hoc opere ſupra cap. 4.

Orbitellum, haud incelebris hic Villa. *Orbicellum* a Gregorio IX. vocata cap. 19. *De officio Judicis Ordinarii* in Decreto.

Argen-

Digitized by Google

Argentarium Montem ab uno latere ornat *S. Stephani* fanum, ab altero *Portus Herculis*, quum eo nomine duo ſint clariſſimi: quorum alter *Herculis* cum adjectione *Monaci* in Liguria, ut meminere Strabo libr. 6. Ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸν Ἡρακλέους λιμένα πλεύσασιν, ἀρχὴ τῶ ἐπιστρέφειν τὰ ἄκρα τῆς Ἰταλίας, τὰ πρὸς τῷ πορθμῷ πρὸς ἑσπέραν. *Inde ad portum Herculis navigantibus, extrema Italiæ verſus fretum ſita incipiunt ſeſe adverſus Occidentem inflectere*. Plutarchus, Plinius, Virgilius libr. 6. Æneid. Petronius in bellis Civilibus: alter in Etruria a Geographis æque celebratur. Itinerarium Scoti Anonymi, ſive Antonini Aug. Jul. Obſequens libro de Prodig. cap. 83. *Hoſtilius Mancinus Conſul, cum in Portu Herculis conſcenderet navem, petens Numantiam, vox improviſo audita eſt: mane, Mancine*. Itaque anno Urbis 617. quo C. Hoſtilius Mancinus Conſulatum geſſit, celebre hic navale. Rutil. libr. 1. Itiner.

Haud procul hinc petitur ſignatus ab Hercule portus
Vergentem ſequitur mollior aura ratem.

Qua finitur Argentarius ad oram maris *Taliata* eſt: paulo in terram recedens *Capalbium*, ſive *Caput Albium*.

Pergentibus ultra *Florus*, *Peſciaque* tranſeundi, ubi *Mons Altus* caſtellum olim validum, vulgo *Montalto*. Scioli putant *Graviſcas* hic fuiſſe; ſed in Itinerarii tabulis pervetuſtis duo hæc diſtincta ponuntur loca. Videatur libr. 4. ſupra hoc opere, cap. 24.

Litorali itinere pergentibus, ac *Marthan* fluvium tranſgreſſis, offert ſe *Cornetum*, de quo ſupra hoc libro cap. 8. Putant *Caſtrum novum* Plinii, quod & *Caſtrum Inui* libr. 4. ſupra hoc opere cap. 32. Patria hæc *Gregorii V.* Pontificis: & *Roberti*, qui Eccleſiaſtici cantus rationem reformavit: fuit & ille Epiſcopus.

Superandus hic *Minio* amnis, ubi ſtatim *Civitas Vetus* occurrit, olim *Centumcellæ*, libr. 4. ſupra hoc opere, cap. 31.

Ulterius *S. Marinella* oppidulum, falſo *Pyrgi* putatum.

Eris hinc amnis ſuperandus, a quo non longe *Cæretanorum navale*, libr. 4. cap. 17. Cœnobium hic etiam *S. Severæ*: quem locum haud male *Turres* Itinerarii quidam cenſuerunt, nam & diſtantia, & locus ſuadent. In colle paulo altius *Cære*, vulgo *Cernetere*.

Amnes mox *Vacina*, & *Sanguinaria*, atque hic oppidum *Ceri*, quod quondam nobile *Alſium* audiebat, libr. 4. hoc opere, cap. 25. Oppidum deinde *Palo* vernacule, olim *Fregenæ* libr. 4. hoc opere, cap. 30.

Jam vero *Aron* amnis, ac *Campus Salinus*, poſtea *Portus*, libr. 4. cap. 22.

Sic ſe litus habet, qua longe tenditur Tuſcia: ad mediterranea regredior, ac denuo a Macra initium ſumo. Ubi ex *Lunæ* ruderetis *Sarzana*, ſive, ut alii volunt, *Sergiona* civitas eſt, hoc libro ſupra cap. 12. ac juxta *Sarzanellum*, a Caſtrutio Caſtrocane Lucenſium Tyranno extructa arx, ac a Perino Fregoſo Duce, non minore arte, quam ſumptu munita. Hic & perplura oppida. *D. Stephani* fanum, *Tendola*,

Capriola, *Laula*, cum fluviolo ejusdem nominis. Hoc oppidulum ex ruinis *Tigulie* creviſſe contendunt, libr. 4. cap. 87. ſupra. *Caſtiglio*, *Fornovum*, quaſi dicas *Forum novum*, *Villafranca*, Malaſpinarum patrimonium: *Bagnonum*, Caſtellum populoſum, ac nobile, cum amne cognomine. *Filaterra*, etiam Malaſpinarum dictio: *Malgra*, ac mox *Gragnola*. Finis deinde Etruriæ ab ea parte: diviſum Macra amne oppidum *Pons Romuli*, vulgo *Pontremoli*. Hoc indoctiſſimi, cum Annio ac Pſeudo-Catonis fragmento, *Apuam* audent facere, quod *Sempronius Conſul in Apuanos Ligures moverit, vaſtando eorum caſtella, vicoſque, aperueritque ſaltum ad Macram flumen & Lunæ portum*, ait T. Livius 1. Decad. libr. 10. Hinc colligunt Auguſtinus Juſtinianus, & Leander Alberti, *Apuam* hic eſſe, ſed falso; nam nec oppidum eo nomine ullum reperio. Indicio ipſe Livius, *vaſtando caſtella, vicoſque eorum;* ſi urbs aliqua eo nomine tum fuiſſet, cum *Portum Lunæ* diſerte nominavit, *Apuam* certe non tacuiſſet: uti nec 4. Decad. libr. 9. ubi multis *Ligures Apuanos* celebrat. Addunt, ſed inſulse, verſiculo a Ponte Romulenſibus confecto:

Apua ſum a magno quondam celebrata Catone.

Cujus ineptiſſimi verſiculi levitas vel ex eo arguitur, quod lapidem, cui inſculptus ille, nemo unquam viderit: deinde, quod Catoni nihil cum Apuanis, ac ne cum Liguribus quidem interceſſiſſe prodatur. Novum igitur, ac nuperum hoc oppidum a Mediolanenſibus erectum, ad tranſitum ex Liguria in Etruriam coërcendum (eſt enim commodo loco, ac neceſſario) ideo & Henricus Imperator illud, tranſitu ſibi, dum Romam contenderet, negato, ſolo æquavit, anno 1115. ut in Chronicis Anſelmi Brixiani MSS. habetur. Alberto Ateſtino II. cum multis aliis oppidis in dotem cum *Alda* uxore *Pons Remuli* ceſſit, anno 970. Joann. Baptiſta Pigna libr. 1. pag. 61. & hæc eſt, ut puto, antiquiſſima ejus memoria. *Roſcii* vero, Lucæ tyranni, conſilio *Marſilii Carrarienſis* avunculi ſui, cum alia caſtella vicoſque cederent, *Pontremulum* retinuerunt, anno 1335. Celebratur & rebus a Carolo VIII. Galliarum Rege in Italia geſtis; nam cum Bandinus Inſuber, qui cum trecentis Sfortianis oppido præerat, regem in urbem admiſiſſet, & in taberna, levi ſuborta rixa, oppidani aliquot Helvetios interfeciſſent, in viarum anguſtiis deprehenſos, ut deſcribit Paulus Jovius libr. 1. Hiſtoriar. pag. 31. *Nec multo poſt Carolus, accepta a Ludovico pecunia, exercituque ex Mediolani officinis, omni caſtrenſium rerum copia inſtructo, peditibus ſecundo amne devectis, & equitatu terreſtri itinere præmiſſo, Placentiam profectus eſt. Inde per agrum Parmenſem ad Apenninum eſt perventum: jugiſque haud multo labore ſuperatis, ad Pontremulum poſita caſtra, quod Macræ amni impoſitum deſcendentibus in Etruriam per Apuanos Ligures primum occurrit. Erat Pontremuli præſidio Badinus Inſuber cum trecentis Sfortianis: qui quum ſorte ad amabilis vini tabernam, ab levi verborum contentione ad acriora jurgia cum Helvetiis deveniſſent, & uti ipſi*

erant

erant expediti cum ſcutis & gladiis, aliquot Helvetios in anguſtiis viarum, prælongis ſuis impeditos contis, trucidaſſent, aliquanto poſt ſupremam oppido calamitatem pepererunt. Qua injuria Germani moti, diffugientibus incolis, in reditu Regis direptum incenderunt. Idem libr. 2. pag. 64. *Vix prima Gallarum agmina ſubire cœperant, quum Pontremulenſes, haud ignari quid ſibi ab iratis Germanis timendum foret, oppido ferme omnes effugerunt. Nec multo poſt, nequicquam prohibente Carolo, vel deprecantibus ducibus, totum penitus id oppidum, quod ædificiis, atque opibus pro loci opportunitate clarum erat, injectis uno tempore facibus, barbaro furore incenſum atque deletum eſt.*

Paulo propius mari, tertio tamen a litore milliario, ignobiles vici, *Ortus novus, Niccola, Caſtellum novum, Foſſel-novo:* quod poſtremum volunt fuiſſe *Foſſas Papirianas*, Ptolemæo Φόσσαι Παπιρίαι libr. 4. ſupra, cap. 80.

Trans *Laulam, Solera, Fivizanum, Comanum, Caſole, Verucchia, Curſilianum.*

Introrſus *Carrara*, de qua ſupra hoc capite, *Maſſa*, Cyborum Principatus. De cujus familiæ dignitate, & quia cognatione cum Sereniſſimo Domino meo conjuncta eſt, & magis quia literatos adeo impenſe hic princeps, ut audio, fovet, ut jure alter Mæcenas audiat, nonnulla ſunt referenda. De ea gente itaque Fanut. Campan. MSS. libr. 3. Illuſtr. Ital. Famil. cap. 20. *Cyborum genus inter Genuenſes familias nobiliſſimam originem ſuam traxit ab Edoardo Cubæo Græcorum duce famoſiſſimo & Chriſtianorum in partibus Orientalibus acerrimo defenſore, qui temporibus Gratiani Imperatoris Italiam petens, in Liguria conſedit, & ſuam ſtirpem in Genua plantavit de Cubis, ab inſignibus armorum, quæ tranſverſalibus cubis decorantur. Hæc familia magnis ſplenduit laudibus, ingenti excellit gloria, & multis, atque ampliſſimis ornamentis floret. Non ſolum etenim ſtrenuiſſimis ducibus Franciſco & Daniele in Hiſpania contra Infideles, & in maritimis prœliis Mutio magnanimo Duce, & Aravo prorege Neapolis, & generali dictatore Renati Regis, & Alphonſi Regis, claret; verum multo magis duobus Beatiſſimis Pontificibus Bonifacio IX. & Innocentio VIII. nobilitatem eſt conſecuta, qui ſanctiſſime Eccleſiam Chriſti tutati ſunt.* Addam & locum ex Chronicis Dominorum de Brunforte: *Familia de Cybis apud Ligures ſemper in inclyta eorum civitate clariſſima eſt habita: & originem habuit a quodam duce Græco, qui in regionibus Orientalibus dominus fuit Francorum, pro defenſione Chriſtianorum ibidem incolentium. Hæc anno 1317. convenit cum familiis Grimaldorum, & Fleſchorum ad expulſionem ſeditioſorum de Anziis, & Spinulis, cum ceteris Ghibellinis: & cum Genua eſſet ſub tutela & dominio Regis Ruberti, hæc generoſa ſtirps honoribus multis in propria patria functa eſt.* Aliter tamen liber memorabilium Italiæ MS. *Illuſtriſſima progenies Cyborum in Genua a Joanne Vitelliano ſtrenuiſſimo duce Juſtiniani Imperatoris initiavit, & ſemper in patria ſua honorifice vixit, adeo quod ultra*

clariſſimos duces utriuſque militiæ, Pontificibus Romanis etiam honorari promeruerit. Non mediocriter ad decus & ornamentum hujus gentis pertinet, quod Eleutherius Mirabellius in Ephemeridibus totius Italiæ MSS. prodidit: *Quidam dux Lambertus de Cyborum familia, cum aliis ſuis in navalibus acquiſivit inſulam Caprariam, & Gorgonam maris Liguſtici, anno Domini* 1092. *& ibidem tenuit dominium pro ſuis ſucceſſoribus per multos annos*. Quæ Franciſcus Sanſovinus de Illuſtr. Ital. Famil. origine ſcribit pag. 94. & alii Hiſtorici, non tranſcribo; ſed ad Etruriam regredior, quarum villas oppidaque recenſeo.

In iisdem montibus Carrariæ ſuccedit *Montone*, & obſcura alia ſine nomine caſtella, fodinis tantum marmorum nota.

Deflectenti ad mare *Petraſancta* eſt hodie ditioni Sereniſſ. M. E. D. ſubjecta; ſed Lucenſium opus ex *Feroniæ Luci* ruinis. Joann. Michaël Brutus libr. 8. Hiſt. Florent. pag. 424. *Sunt hæ quidem* (videlicet anguſtiæ loci) *prope oppidum, quod incolæ Petram Sanctam appellant, ubi Lucus olim Feroniæ, & Fanum dicitur fuiſſe: alii malle videntur Herculis Fanum, locum religione celebrem habitum; nomen, quod illi adhuc manet indicio eſt. Cum oppidum, a Lucenſibus olim ædificatum, eo tempore Genuenſium imperio pareret; ita opportune ſitum inter Piſas & Sergianum videbatur, ut etiamſi id receptum in fidem eſſet, perpetuo hoſtium injuriis per varias occaſiones expoſitum, magnam civitati ad bellum materiam ſemper futurum appareret*. Quam inveteratam opinionem falſam eſſe oſtendi libr. 4. ſupra cap. 53. Nomen habet a Mediolanenſi quodam, qui ab Imperatore arbiter miſſus, litigantibus Lucenſibus & Genuenſibus de finibus, agro enim illo Lucenſibus adjudicato, oppidum erexerunt, & ab arbitri nomine appellarunt. Sub adventum vero in Italiam Caroli VIII. ad Florentinos imperium ejus devolutum, ut Michaël Brutus deſcribit libro laudato pag. 428. *Jam belli fortuna variante, in oppida conſilia de deditione agitari, & ſeri cum noſtris colloquia de compoſitione incipiebant. Qua re Florentiæ cognita, Laurentius Medices, per quem rem maxime tranſigi placebat, ad exercitum mittitur. Eo ad publicam auctoritatem interponente ſuam, oppidani quin ſtatim ſeſe Legatis dederent nullam moram fecerunt*. Et Paulus Jovius libr. 1. pag. 31. Et cum arx ea valido præſidio teneretur, eſſetque obſidibus cuſtodiendis peropportuna, Roſius Baſtardus Lignini ex familia Lucemburgenſi, triginta millia aureorum nummum Lucenſibus eam vendidit. Jovius libr. 3. pag. 108. *Nec multo poſt Galli, qui Sergiani arces cuſtodiebant, Autracii exemplum ſecuti, eas Genuenſibus, magno auri pondere accepto, vendiderunt. Is quoque Roſius Baſtardus, Lignini e Lucimburgenſi familia propinquus, qui Petraſanctæ præerat, Lucenſibus, triginta milia aureorum nummum numerantibus, oppidum arcemque tradidit*. Sed poſtea Florentinæ ditioni juncta, tandem ſub dominio M. Ducis Etruriæ quieſcit.

1. Hinc oriundus VINCENTIUS, ſcriptis Theologicis clarus. Ant. Poſſevin. Apparat. pag. 353. *Vincentii Petraſanctæ, Ordin. Prædicatorum*

Ta-

Tabulæ quinque, doctrinam ſeptem Sacramentorum complectentes. Monachi anno 1577.

2. MICHAEL SARAVETIUS. Idem Appar. pag. 446. *Michaël Saravetius e Petra Sancta, oppido Etruriæ, Ord. Prædicatorum, qui Romæ & in Cœnobio eorundem Patrum S. Mariæ ſupra Minervam, Regens, ut vocant, & in Gymnaſio Sapientiæ Metaphiſicen publice profeſſus eſt, etſi (quod ſciam) non ſcripſit Theologica, quoniam tamen Philoſophica, de quibus egit, direxit ad Theologica, ponitur hoc in loco. Scripſit igitur quæſtionem de Analogia Entis adverſus Scotiſtas: alteram de Univerſalibus: Tractatum de primis & ſecundis Intentionibus: quæ Romæ anno* 1515. *Peruſii autem anno* 1516. *prodierunt. Librum item, ſive Tractatum de Inſolubilibus, & quæſtionem de Cauſalitate primi Principii: & alteram de principio Individuationis: & quæſtionem de ſubjecto Philoſophiæ. Romæ anno* 1517. *Vivebat anno* 1512.

Ulterius *Caſa major*, ac *Libera Facta*, ſic enim conſtanter hiſtorici, & in his Paulus Jovius libr. 2. pag. 58. & pag. 60. ubi a Piſanis eam occupatam ſcribit. *Itaque Piſani Gallicis confirmati auxiliis, ſummo omnium ſtudio alacritateque, Ferreto maxime Gallorum duce, ut erat vir impiger, navare operam cupiente, ad oppugnandam Liberamfactam proficiſcuntur. Cloſtra & Animanigra duces fuere, pluribuſque ſimul prolatis tormentis, oppidum ſingulari militum ardore oppugnari cœptum. Defendebat ſe de muro turreque Barigus Barga longe fortiſſime; verum ea turris, quæ multis incommodis ſubeuntes atque oppugnantes afficiebat, non multis inde horis, terribili violentia ingentis tormenti, quod a Piſanis Bubalus appellabatur, proſciſſa labefactaque eſt: ea magnam muri partem cadendo ſecum traxit, præbuitque terrorem defenſoribus, qui mox ſe ſe dedendo, Piſanis victoribus arcem atque oppidum reliquerunt.* Hic D. Auguſtinus fertur ſui ordinis fundamenta jeciſſe, oſtenditurque locus hodie in montibus D. Juliani in Villa Roncionorum, ubi & libros de *Civitate Dei* inchoavit, abſolvitque. Corruptum ejus nomen contendunt, vocatumque *Ripam Fractam;* eſt enim in confinio Piſanorum ac Lucenſium. Meminit Honorius III. cap. 53. *De ſententia excommunicationis* in Decreto Gregoriano. Errat Volaterranus, qui ab Othone Aug. familias ſeptem, Piſis relictas, ponit, & in his unam *Ripam Fractam*, quæ familia numquam fuit, ſed caſtrum tantum a quibusdam nobilibus poſſeſſum, qui ab eo *Nobiles de Ripa Fracta* dicti, uti ex monimentis familiæ *Roncioniæ*.

Ultra citraque amnem eſt *Vallis Graſiniana*, longe lateque patens, Lucenſis ditionis; qua de cauſa bellum nuper inter eos, ac Mutinæ Ducem geſtum. In ea, frumenti, fructuumque fertili, ſunt caſtella perplura, quorum nomenclatura non eſt ad manum: & præcipuum eſt *Caſtellum novum*, cognominatum *Graſinana*, frequens negotiatoribus, Bononienſes, Lucenſes, Mutinenſes, pro temporum varietate, dominos ſortita. *Grignanum* remotius, ac propugnaculum inexpugnabile *Verucbia*: tum *Silanum* Malaſpinarum patrimonium.

Ad

Digitized by Google

Ad *Auſerem* amnem, ſeu *Auxerem*, aut, ut libr. 4. cap. 5. ſupra dixi, *Æſarem*, ad cujus ripam *Luca*. Libr. 5. cap. 5. ſupra, ad Orientem *Bientina* palus, ſeu lacus, ſub aqua civitatis oſtentans rudereta: nec longe inde *Mons Caroli*, *Altus Paſſus*, vulgo *Altopaſcio* ac *Piſcia*, Lucenſium olim oppidum, populoſum ac frequens, hodie Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis ditioni ſubjecta; cujus meminit Innocentius III. cap. 9. *de Arbitris* in Decreto Gregoriano. *Fucecchium*, cujus conditores ignobili quadam ſedulitate Phocenſes nonnulli ſunt commenti. *Buggianum*, quod oppidum celebre eſt ortu *Petri Calzolarii*, Theologicis ſcriptis inclyti. Ant. Poſſevin. Apparat. pag. 43. *Petrus Calzolarius, qui tamen cognomento Recordatus, e Bugiano, quod eſt caſtrum in Etruria, Monachus Caſſinenſis, ſcripſit Hiſtoriam Monaſticam Etruſco idiomate, partitam in quinque Tractatus per modum dialogi: quos Tractatus prænotavit* Diaria. *Ea excuſa fuit primo Florentiæ, anno* 1560. *Deinde Romæ apud Vincentium Actum anno* 1575. *quo & ipſe vivebat; quare & hæc, ut poſtrema editio, eſt caſtigatior*.

Ultra *Piſciam* amnem, qui oppido nomen dedit (1), *Umbro* ſunt, & *Stella* amnes. Eſt & *Piſtorium* libr. 5. cap. 12. & Villæ circa amœniſſimæ ſine nominibus, ac claritudine aliqua: *Mons Summanus*, *Seravallis*, *Mons Vetolinus*, *Mons Catinus*: quod oppidum non tantum feracitate territorii inſigne, ſed & Ugutionis Fagiolæ de Florentinis victoria decantata. Juxta *Mons* (2) *Merulus*, Bartholomæi Valoris, Philippi Strozzæ, aliorum Florentinorum exulum ſtrage ac captura nobile oppidum, ubi eos fudit Alexander Vitellius, Coſmi Medicei Florentiæ tum Ducis Vicarii ac Legati opera functus.

Decimo demum Florentia milliari eſt *Pratum* (1), olim Reſpublica, nunc omnium Europæ oppidorum maximum habitum, ad *Biſentium* amnem. De eo loquitur Collenutius libr. 4. Hiſtor. Neapolitanæ. Oppida ſane in Italia urbibus paria faciunt, *Barlettam* in Apulia, *Fabrianum* in Marca Anconitana, *Cremam* in Venetorum ditione, ac *Pratum* in Etruria. Nec injura, nam ſedecim millia incolarum numerat, Eccleſias 59. Monaſteria 38. & celebri religioſoque ritu *Cingulum* D. Virginis veneratur. Ingentem cladem ab Hiſpanis paſſum hoc oppidum, ut deſcribit Jovius, ſed majorem injuriam a Roberto Dalingtono Anglo, qui ſcriptis ſuis ineptis, & contumelia plenis illud obſcuravit. Illuſtrant hoc cives ſui

1. M. F. Nicolaus Martini, Ordinis D. Dominici, ex Epiſcopo Spoletano, Cardinalis ac Epiſcopus Oſtienſis ſub Benedicto X. alias XI. anno 1303. Ad Reges, Franciæ Philippum, Angliæ Edoardum, a Pontifice miſſus, eos ad pacem inclinavit. Legatus in Italiam, Florentinis, quia ad pacem inclinare non potuit, ſacris interdixit. Siciliæ Regem miſſus Roma coronavit. Regiſtrum Bonifacii VIII. Jo. Villan. libr. 8. capp.

(1) Oppida Piſciæ & Prati civitatis nomine in præſentia ſunt inſignita.
(2) Vulgo *Monte Murlo* appellatur.

capp. 70. 71. 72. 80. Poſſevin. Appar. pag. 491. de eo: *Nicolaus e Prato Etruſcus, Ordin. Prædicatorum, S. R. E. Cardinalis, ſcripſit de Paradiſo. Vivebat anno* 1303.

2. Jacobus Martini, Nicolai (1) frater, a Nicolao V. Antipapa Cardinalis factus, anno 1328. ac a Joanne XXII. excommunicatus.

3. Arlotus, ſive, ut alii volunt, Ariotus, Theologus eximius Poſſevin. pag. 128. *Ariottus, natione Tuſcus e Prato, Ord. Minorum, ex Provinciali Tuſciæ Generalis, ſcripſit Concordantias utriuſque Teſtamenti, quibus, ut ſibi invicem amborum reſpondent teſtimonia, demonſtrat: quæque paſſim, auctoris ſuppreſſo nomine, omnium teruntur articulis, e Bibliorum corpore elicuit. Sermones autem diverſi argumenti adjecit. Vixit ſub Adolpho Imperatore, anno* 1290. *Obiit, ut fama eſt, Lutetiæ. Sixtus, Henr. Villot. Eiſingrenius.*

4. Benenatus, J. C. ex Cypriani Pagnii Indice.

5. Angelus Bonaccursius, J. C.

6. Joannes de Prato, Advocatus, ſcriptis clarus.

7. Michael Melioratus, J. C.

8. Nicolaus Cambronius, J. C.

9. Nicolaus Melioratus.

10. Nicolaus Torellus, ſcriptis inclytus.

Adverſo amne ſunt *Florentia, Fæſuleque*: inde amœniſſima, ac fertiliſſima vallis, qua iter fuit Hannibali, ut libr. 4. ſupra cap. 4. videbis.

Hic *Mugellum* & patrimonium, & origo, ut nonnullis placet, *Mediceorum*, huic præcipuum in laude, quod totam vicinam regionem *Mugellanam* vocari fecerit. Claritudinem conciliat huic regioni

1. B. Antonius, Ordinis Jeſuatorum, ut ex libr. MSS. Silvanus Razius Abbas ſcripſit, pag. 556. Vit. SS. Tuſciæ.

2. Dinus, ſive Dynus, cognomento *Mugellanus*; cujus ſcripta vide apud Anton. Poſſevin. Apparat. pag. 724.

3. Aloysius Altovitus, dictus *Mugellus*, Aſtrologus & Philoſophus inſignis, circa annum 852. Fanut. Campan. MSS. libr. 5.

In eodem tractu *Scarparia* eſt, *Actiano* propugnaculo Ubaldinorum diruto, a Florentinis condita, ſub Clemente V. ut domita Piſtoria ager vicinus eſſet pacatus, ut refert Flav Blondus, anno 1313. Plenum eſt oppidum fabris ferrariis; quod die 3. Julii anno 1542. terræ motu pæne eſt deletum. Confluunt hic *Seba, Rontaque* amnes. *Nicolajum* oppidum, a dura Nicolai Piccinini obſidione dictum, ut Blondus, Sabellicuſque tradunt.

Ad *Rontam* vicus eſt Ronta, qua iter Faventiam: & infra *Burgus S. Laurentii*.

Inter *Ducariam* & *Arnum* amnes, qua fines tanguntur Arretinorum, ager eſt *Caſentinus*, qui ineptis illis tenebrionibus cenſetur quaſi *Cluſen-*

(1) Jacobus hic fuit Cardinalis Nicolai ex fratre nepos. Vide Oldoinum ad Ciacconium in Joanne XXI. dicto XXII.

Digitized by Google

ſentinus, frivole, aut γῆ Παρσμένα Straboni libr. 5. qua ex Etruria in Galliam aditus patefiebat. Guilielmus tamen Xylander γῆν Παρσμένην vertit, *terram Traſimenam*, haud recte, & contra Geographos.

Milliario ſupra Florentiam decimoſecundo (1) *Inciſa* eſt oppidum, ortu Franciſci Petrarchæ nobilitatum, nominatum ab inciſo ſaxo ad permeabilem Arni curſum; nam prius tota illa planities, quæ *Vallis Arni* dicitur, paludibus fœda, reſtagnantique aqua inſalubris, ubi alterum oculorum Hannibal amiſit. Liv. 3. Decad. libr. 2. ſtatim in principio.

Ad dextram hic *Ficinum* oppidum, *Marſilio* clarum, qui philoſophiam Platonicam in Latium revocavit: a Florentinis everſum, ſed a Guidone Comite reparatum, anno 1298.

Succedit *D. Joannis* fanum, vino ſuaviſſimo, quod *Trebianum* appellant, notum: mox *Mons Varcus* & *Quarata* (1); ultra Arnum *Caſtrum Francum*, opus Florentinorum, anno 1298. una cum *D. Joannis* fano. *Terra nova*, patria *Poggii* hiſtorici, quam muro cinxit Arretinorum Epiſcopus Guido a Petra mala. *Laterina* poſtea, ac *Pons Burianum*.

Ultra *Pontem ad Sebam* octavo lapide, Cœnobium mira ſanctitate *Vallis Umbroſa* dictum, cujus origo anno 1070. & floret religiosis ac eruditis hodie viris ille ordo.

In *Cluſentino* agro, vulgo *Caſentino*, crebra ſunt oppida; ſed celebriora, *Romena*, *Collinæ Vicus*, vulgo *Borgo alla Collina*, *Poppium*, in Comitum Guidonum olim ditione.

Ad Arni fontes ſunt *Porcianum*, *Stia*, *Pratum Vetus*, vulgo *Prato Vecchio*. Altiſſimis deinde in montibus eſt *Camaldulorum* Cœnobium Monachorum, ſanctitate ac doctrina celeberrimus.

Archianus amnis Arno hic miſcetur, & hic eſt oppidum *Bibiena* (3). Haud procul inde *D. Mariæ Saxeæ* fanum: mox *Gelum*, & *Corretium*.

Mons inde *Arvernia*, pietati dicatus, in quo D. Franciſco Seraphico ſtigmata cœlitus impreſſa. D. Bonaventura in Vita D. Franciſci cap. 13. Fit commemoratio illius miraculi in Martyrologio Romano die 17. Septembr. & ibi Cæſar Baronius. Extant literæ Gregorii IX. de ea re datæ Viterbii ad univerſos Chriſti Fideles per Teutoniam, & aliæ ad Epiſcopum Olumucenſem, ut eſt in Regiſtris Biblioth. Vatic. & aliæ eodem argumento Apoſtolicæ ſunt literæ Alexandri IV. Pontificis. Tantam ſolemnitatem Benedictus XI. voluit quotannis recoli, eſtque eadem de re S. D. N. Sixti V. decretum, inſertum Chronico Franciſcano Marci Ulyſipponenſis parte 1. libr. 2. cap. 55. & quinque ſequentibus. Meminere S. Antoninus, Vincentius Beluacenſis, & alii.

Juxta *Piſciam* ſunt *Laſtra*, *Mons Lupus*, *Collina*, *Sambuca*, *Mons Giuſtus*, *Linarium*, *S. Donatus*, & alia oppida. Amnis

(1) Voſſius de Hiſtoricis Latinis de Franciſco Petrarcha hæc habet: *Tantus vir circa Auciſum ſeu Inciſum Florentini agri vicum patre Florentino exule natus fuit XIII. Kal. Sextilis anno* 1304.

(2) Hæc oppida Etruſca lingua dicuntur: *Figline*, *S. Giovanni*, *Monte Varchi*, *Quarata*.

(3) Hic IV. Non. Auguſt. 1470. ortus eſt *Bernardus Tortatus*, ſeu *Divitius*, ſeu a loco natali *Bibiena* dictus, a Leone X. Pont. Max. in Cardinalium cœtum cooptatus ann. 1513.

Digitized by Google

Amnis *Elſa*, & ad eum *Empoli*, ſive *Emporium*, *Caſtrum Florentinum*. *Certaldum*, oppidum Joanne Boccacio claritudinem adeptum, cujus mira ſedulitas, ac eruditio ſupra ætatem. B. JACOBUS CERTALDINUS, Monachus Camaldulenſis non ſine ſanctitatis opinione vixit, cujus vitam Latine MS. a Raphaële Maphæo Volaterrano citari a pleriſque video, & inſeruit ſuæ hiſtoriæ Auguſtinus Fortunius Camaldulenſis. Vide Epitomen apud Silvanum Razium Vit. SS. Tuſciæ, pag. 412.

Vicus hinc *Barberinus*, FRANCISCO J. C. inclytus.

Fanum *S. Miniatis*, cognomento *Tedeſci*, ſeu *al Tedeſcho*, ut alii volunt: vel ab altitudine collis, cui imponitur, vel a Teutonibus; nam ibi Teutones anno 1318. ingentem cladem acceperunt. Conditum oppidum a Deſiderio Longobardorum Rege nonnulli volunt. Nobilitant illud aër purus, ager ferax, mores incolarum ſuaviſſimi (1). Viri Illuſtres

1. RECUPERATUS, J. C. ut a nonnullis dicitur, ab aliis vero RICOPERTUS, cujus ſupra omnes eo ſeculo fama ac erudito. Bibliotheca Mundi, & ex ea Fanutius Campanus MS. libr. 5.

2. LAURENTIUS, ſummus omnium ævo ſuo Aſtrologus, *qui primus Judicia in ſingulos annos ſcripſit*. Volaterran.

3. LAURENTIUS alter, cognomento SAMMINIATENSIS, familia BONINCONTRIUS, ſcripſit eleganti ſtylo *Hiſtoriam Etruriæ*, quæ MS. eſt in Bibliotheca Vaticana.

4. FRANCISCUS LANCELLOTTUS, J. C.

Vivos non attingo, alioquin & meritum nomen haberent in hoc opere NICOLAI duo, BUONAPARTE, & ANSALDUS: quorum ille Juriſprudentiam, hic Logicam in gymnaſio Piſano profitetur.

Ad Elſæ fontem eſt *Caſulum*, & *Stagia*, & *Poggibonſium*, Latinis *Bonitium* vocatum, ut vult Joann. Michaël Brutus libr. 7. pag. 360. *Bonitium a veteribus oppidum appellatum eſt, ut quibusdam videtur*. Flavius Blondus libr. 18. excidium ejus memorat: ditionis olim Senenſium: mox a Carolo I. Siciliæ Rege in contumeliam Piſanorum Florentinis venditum. Platina in Clemente IV. Illuſtrat patriam hanc ſuam

1. B LUCESIUS, Ord. D. Franciſci, cujus vitam Latine ſcripſit Bartholomæus Ptolemæus Senenſis. Silvan. Raz. in Vita SS. Tuſciæ pag. 856.

Ab Auſtrali *Elſæ* ripa Fanum eſt *S. Geminiani*, Senenſium olim, nunc ſub Florentina ditione. A Deſiderio Longobardorum Rege conditum contendunt inficetiſſimi, ex ſuppoſititio ejusdem Regis edicto, ſed nugatur Annius, & ut ſolet, fallit. Prodierunt hinc

1. JOANNES, Ordin. Prædicator. ſcriptis notus.

2. VINCENTIUS MAINARDUS, ejusdem Ordinis. Antonius Poſſevinus

(1) S. Miniatis caſtrum civitatis nomine donatum fuit, de quo Ughellius Ital. Sacræ Tom. 3. *Lucenſi ſpirituali ditioni hoc oppidum paulo ante ſubjectum erat; ſed quum ſecundus Coſmus Magnus Dux Etruriæ Maria Magdalena Auſtriace uxori illud dono dediſſet, impetravit illa a XV. Gregorio, in Cathedralem ſuffraganeamque Florentinæ Sedis erigeretur, & ſic Igitur V. die Menſis Decembr. ann. 1622. publico in Conſiſtorio Gregorius XV. Sancti Miniatis Civitatem Epiſcopali inſignivit dignitate*. Hinc ortum duxit clariſſima Borromeorum familia.

Digitized by Google

Apparat. pag. 353. *Vincentius Mainardus e S. Geminiano, Ord. Prædicatorum, vitam, & Officium ac Missam cum cantu S. Antonini Archiepiscopi Florentini composuit. Parisiis apud Engelbertum de Maines.*

3. Dominicus & ille scriptis editis clarus. Idem Posslevin. pag. 725.

4. Matthæus Neruccius. J.C.

5. Nicolaus Orsuccius. J.C.

Ultra sunt *Gambassium*, *Montajone*, & *Montopolis*.

Era jam occurrit amnis, ad cujus ripam sunt *Pieve di Sacco*, *Fecciola*, *& Calcinara*. Ab altera vero ripa *Cascina*, muro cincta, quod præsidium Francorum Petro Strozzæ contra Cosmum Medicem Ducem militans, delevit. *Pons Eræ*, sive *Pontadera* muris nudata, ob rebelles eodem tempore ultro admissos. Jam *Lari*, & *Terraciola*.

Cecina amnis *Marantium* habet, vernacule *Ripamarance: Libbianum*, ubi terra nigra foditur: *Mons Rufolus*, olim arce præclara munitus: *Mons Cerberi:* inde *Castrum Novum Volaterrarum:* remotiusque *Leccia*, *Mons Rotundus*, *Justinianum*, *Saxeta*. Vino deinde, frugibus, ac oleo abundans *Soveretum*. Qua inde in Senensium limites penetratur, *Moscona* cernitur, nunc tuguriola rustica, olim urbs forte haud spernenda, ubi statuæ mutilæ, marmorum fragmenta, columnæ fractæ, semiruti ex lapide quadrato muri cum ingenti cisterna, pavimenta etiam tessellata, haud exiguam urbem ibi fuisse loquuntur. *Mons Micciuolus*, inde *Spicciajola*, ac *Castrum Novum S. Geminiani:* et Senensium territorium: amœno ac fertili tractu *Collis Elsani Vallis*: terminus mox Senensis, ac Florentini Principatus, vulgo *la Badia*. Eminenti in jugo *Sullanum*, a proscriptis, ut fertur, conditum: alii ad *Petronios* Senenses referunt: mox fanum *D. Armatii*, extra quod insigne D. Virginis cœnobium. *Casoli*, ubi statua L. Cornelii Syllæ dictatoris marmorea. Altero a Volaterris lapide sunt oppida, *Matolla*, *Roncolla*, *Guardistalla*, *Mons Scudai*, *Quercetum*, *ac Ripa bella*.

Hucusque Volaterranorum ager. Sequitur Senensis, in quo primum occurrit *Massa*, libro hoc cap. 9. mox *Perola*, *Tatti*, *Mons Massus*, *S. Fortinus*, *Strada*, *Mons Orsalus*, *Scanzanum*, *Pereta*, *Maglianum*; non magni momenti, nec nominis oppida.

Ultra amnem *Albengam*, *Saturnia* est libr. 4. cap. 56. Juxta *Sempronianum*, tum *Suana*, libr. 4. cap. 84.

Ad *Umbronem* amnem sunt, *Istia*, *Compagnaticum*, *Paganicum*, *Balnea Petrioli*, *D. Quirici* oppidum cum arce.

Senam versus est *Mons Alcinoi*, hoc libro cap. 11.

Trans *Arbiam* est *Mons Apertus*, *Ascianum*, *Rapolanum*, *Mons S. Sabini*, vulgo *Monte a Sansavino*, Antonio, ac Joanne Maria *Cardinalibus* illustris; *Civitella*, *& Batisole*. Ad *Clanim* est *Martianum* & *Fojanum:* hinc ad dexteram *Lucinianum*, quod oppidum bello cum Jo: Vicecomite I. Mediolanensium Duce gesto, arbitri electi adjudicarunt Florentinis suum esse, acriter contendentibus Senensibus; sed paulo post ad Senen-

ses

ſes rediit. Infra ſunt, *Aſina longa*, *Turrita*, *Mons Felicianus*, ac *Politianus Mons*, hoc libro ſupra cap. 10. *Chiancianum*, mox *Corſilianum*, ſeu *Pientia*, hoc libro ſupra cap. 13. *Sateanum*, ac urbs vetuſtiſſima *Cluſium*: libr. 4. ſupra cap. 18.

Inde *Cetona*, ac altiſſimo monti inexpugnabile impoſitum propugnaculum *Radicofanum*, ab Hadriano IV. egregie munitum, ut in eo auctor eſt Platina: terminat hodie limites patrimonii a Comite Mathilde D. Petro aſſignati, eſtque ultimum Sereniſſ. Magni Etruriæ Ducis ea parte præſidium.

Montes *Tymni* deinde, qui vulgo *Montuniata*, ubi *Sanſiorium* a Sforcia Attendola Cotignolano filio adſignatum *Boſio* ſub titulo Comitatus. Hic Boſius pater fuit alterius Boſii, qui Conſtantiam uxorem duxit Paulo III. volente.

Inter montes hos oppidum *Balnea Philippi*, ex ruinis Ruſellarum ſtructum. Vide a me dicta libr. 4. cap. 65. ſupra.

Amnis hic *Palia*, juxtaque eum Vicus *Recurſus*, vulgo *Ricorſo*. Inde paululum *Pons Setinus*, vernacule *Ponte Centena*. Σέτιννον hic locant Ptolemæus & Strabo libr. 5. Ἀπὸ γὰρ δὴ Ῥαουέννης ἀρξάμενοι κατέχουσιν ἔτι τὰ πλησίον, καὶ ἐφεξῆς Σάρσινα, Ἀρίμινον, Σήνην, καὶ Καμάρινον. ἀυτῇ δ' ἐστὶ καὶ ὁ Ἄβιος ποταμὸς, καὶ τὸ Γυργήνιον ὄρος, καὶ Σεντῖνον, καὶ Μέταυρος ποταμὸς. *Nam a Ravenna Umbri propinqua tenent, ac deinceps Sarſinam, Ariminum, Senam, & Camarinum. Ibi eſt & Æſis fluvius, Girgunum mons, Sentinum, & Metaurus fluvius.* Ubi ſe, patris exemplum imitatus Decius Conſul, pro ſalute Reipublicæ, devovit. T. Livius 1. Decad. libr. 10. Fl. Eutropius libr. 2. Paulus Oroſ. libr. 3. cap. 21. Valer. Maxim. libr. 5. cap. 6. & alii. *Sentinum* tamen Niger vult eſſe *Cerete*, Franciſcus Pamphilus *Saxoferrato*. Eſt apud Livium *agri Sentini* duplicis mentio, quorum alter in Faliſcis, alter vero hic.

Ad montes *Procenum*, infraque *Soranum*, in colle præcipiti *Orvietum*, ſive *Urbs Vetus*, hoc libro ſupra cap. 1.

Inter *Clanim* & *Tiberim*, oppida ſunt *Garnajola*, & *Mons Leonis*, ac *Plebs*, vulgo *Pieve*. Ulterius *Cortona*. Libr. 5. ſupra cap. 9.

In agro *Cortonenſi* eſt *Petramala*, origo nobiliſſimæ ac potentiſſimæ familiæ Arretinæ *Tarlatæ*. Deinde *Civitella*, Guidonis Petramalæ opus, ac ad pleraque alia caſtella veluti aditus, ac peropportunus ad Florentinos infeſtandos tranſitus. *Caſtiglio*, magni nominis oppidum.

Hinc tendentibus in Septentrionem *Arretium* eſt. Lib. 5. ſupra cap. 7.

Ad *Cerſonem* amnem *Citerna*, & ad *Sonariam* fluviolum obſcurum *Angulariam*, vulgo *Anghiari*. Iterum *Montedolium* vicinum *S. Stephani* fanum, vulgo *Pieve a S. Stefano*: & inter montes *Capreſium* cui *Capra* dicitur, ubi Totila Gothorum Rex extinctus, auctore Procopio libr. 3. Bell. Goth. Τωτίλαν δὲ φεύγοντα ἐν σκότῳ σὺν ἀνδράσιν ὀλίγοις ἢ πλέοσι ἢ πέντε ἴσαν, ὄντες ὁ Σωπύαρ εἰς ἐντύγχανεν ὧν, τῶν τινὲς Ῥωμαίων ἐδίωκον, ὡς ἀδύτες ὡς Τωτίλας εἴη. ἐν τοῖς ᾗ Ἀσσάδου τὸν γήραως ξυνέβαινεν εἶναι. ὅστερ ἐπὶ Τωτίλᾳ ἀγχοτάτω ἐγέ-

νετο, ὡς τῷ δίρατι ἀυτὸν κατὰ τῶν νότων πλείων ἐτύγχα. Γοτθικῶν δέ τι μερέκιον, ἐν τῇ Τωτίλλα αἰκίσε φεύγοντι τῷ δεσπότῃ ἐπόμενον, τύχῃ τὸ ἀπαξιῶν τὴν τότε παρόυσαν, ἀνίκητος μέγα, τί τοῦτο ὦ κύων, τὸν δεσπότην τὸν σαυτῆ πλήξων ὥρμησας; ὁ μὲν οὖν Ἀσβάδος ἐπὶ Τωτίλλαν τὸ δόρυ ἀφῆκε παντὶ ὥσει. ἀυτὸς δὲ πρὸς τὸ Σκιπούαρ τὸν πόδα πληγὲς, ἀυτοῦ ἔμενε. κ᾽ ἀυτὸς ὁ Σκιπύαρ, πρὸς τῶ τῶν διωκόντων πληγὲς ἔστη. ἔτι ξὺν Ἀσβάδῳ πεπτωμένου τὴν δίωξιν, τέτλαμεν ὅντες, ὅπως ἀυτὸν διασώσωντο, ἀλλὰ ξὺν ἀυτῷ ὀπίσω ἀνέστρεφον. αἱ δὲ Ταυτίλλα ἐπιπτόμενοι, διώκειν σφᾶς ἔτι τότως πολεμίως ὠόμενοι, ἀθέν τι ἧσσον προσήλαυνον, καίπερ ἀυτὸν καιρίαν πληγέντα, κ᾽ λειποψυχοῦντα ἐπαγόμενοι, πρυτανευούσης ἀυτῆς τῆς ἀνάγκης τὸν ζῶντα ὁρμῶν. σφᾶς δὲ ἀνύσαντες τέσσαρας τε κ᾽ ὀγδοήκοντα, ἐς χωρίον ἀφίκοντο, κάπρος ὄνομα. οὗ δὲ τὸ λοιπὸν ἡσυχάζοντες, Τωτίλλα τὴν πληγὴν ἐθεράπευον, ὅσπερ ὁ παλλῶ ὕστερον τὸν βίον ἐξεμέτρησεν. ἐνταῦθά τε ἀυτὸν ὁ ἐπισπόμενοι κρύψαντες τῇ γῇ, ἀνεχώρησαν. Quem locum Chriſtophorus Perſona Romanus ſic Latinum reddidit, nonnihil a Græco diverſum: *Tum demum & Totilas cum quinque duntaxat militibus fugit; ſed hunc fugientem Romanorum nonnulli inſectabantur, ignari prorſus, eum Totilam eſſe: quos inter & Asbadus aderat gipes, qui ſtatim Totilam e propinquo adeptus, ut telo feriret, invaſit. In eo inſultu adoleſcentulus ex Totilæ forte familia quidam, præſentem agre domini ferens fortunam, fugientem ſubſequebatur. Ut primum Asbadum advertit in Totilam irruentem: quid canis, inquit inclamitans, irrmis, dominum percuſſurus nunc tuum? At ille nil territus, quanta vi maxima potuit, in Totilam telum intorſit: ipſe vero a Scipuardo, qui Totilæ fugienti aderat comes, in pedem ictus, perſequi non ultra hunc potuit. Sed Scipuardus & ipſe, ab hoſte ſe inſectante percuſſus, mox conſtitit; milites vero quaterni, qui cum Asbado hoſtes inſequebantur, hunc ut ſalvum in caſtra reducerent, Gothos de cetero inſectari deſiſtunt: qui tamen Romanos adhuc ſe inſequi rati, curſum tenebant: & Totilam, lethali affectum jam vulnere, & animam fere exhalantem, abducere celerius cogebantur. Stadiis itaque quatuor & octaginta fugiendo peractis, ad locum Capras nomine veniunt, ubi a fuga denique quieſcentes, Totilæ vulnus curabant: ex quo paulo poſt morientem, funere procurato, terræ recondunt, ipſique inde mox abeunt.* Et circa Tiberis Arnique fontem perplura oppida, nec magni nominis, aut momenti, quorum nomina non ad manum.

Fluviolus *Cicreo*, ignobilibus vicis cinctus: trans eum oppida celebria, *Mons D. Mariæ*, *Mons Albanus*, *Sorbellum*.

Nerone amne ſuperato in colle eſt *Pieria*: & in circuitu Thraſymeni lacus libr. 4. ſupra cap. 6. permulta oppida, & in his *Oſſaja* Villa vulgo, Latinis *Oſſaria*, ab oſſibus cæſorum ibi ab Hannibale Romanorum. Magna ſane apud auctores eſt mentio oſſium hoſtibus cæſis. Virgil. libr. 1. Georgic. in fine.

Agricola incurvo terram molitus aratro
Exeſa inveniet ſcabra rubigine pila,
Aut gravibus raſtris galeas pulſabit inanes,
Grandiaque effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris,

Papin.

Digitized by Google

Papin. Stat. libr. 2. Silv. ult.

Albes ossibus Italis Philippos
Et Pharsalica bella detonabis.

Claudian. libr. 1. de laudib. Stilicon.

Dicite Bisaltæ, vel qui Pangæa juvencis
Sciuditis, offensa quoties sub vomere putres
Dissiliant icto galeæ, vel qualia sæpe
Ossa peremptorum resonent immania regum.

Ad eundem lacum sunt *Passinianum*, *Burgbetium*, *Castilionum*, *Clusinum*, *Pasciunum*, oppida, fertili loco posita: versus montes recedentes a lacu Villæ *Panigale*, *Mons Alera*: & lacui propior *Colonna*, sive *Mons Columna*: ulterius *Corcianum*, tum *Perusia* regionis caput: libr. 5. supra hoc opere, cap. 10.

Trans *Paliam* amnem sequitur ager *Faliscorum* dictus, libr. 4. cap. 12. *Soractes* mons terminans eum a *Vejente*. Hic oppida clara, ac frequentia permulta celebriora recensebo: *Pitilianum*, Ursinorum patrimonium, ac Comitatus titulo insigne. *Farnesium*, nobilissima familia Romana Farnesia inclytum, ortu etiam Pauli III. Pontificis felix, qui Parmensem Ducatum filio suo concessit. Hæc etiam patria Petri Anchorani J. C. qui hoc nomen a *Castro Anchorano*, cujus erat dominus, accepit. Infra hoc est *Castrum*, horrenti specu septum, patria Pauli J. C. qui inde Castrensis vocatus.

Ad *Paliam* amnem est *Aquapendens*, olim *Aeula*, sive ut alii *Aquila*, libr. 5. cap. 14. Itinere deinde Romano fanum *D. Laurentii*: ac mox ad montis radices *Bolsena* vulgo, olim *Vulsinii*, libr. 4. supra cap. 15. ad dexteram ejus, oppida, *Grotte*, *Gradoli*. Superius inter montes *Valentanum*, Farnesiorum dictioni subjectum: ad lacum *Vulsiniensem*, *Caput Montis*, *Marta*, ut insulissimo Annio videtur cum Pseudo-Catone *Larthes* vocata, unde cognomentum Regibus inditum. Sed quo auctore? Ad Martam fluvium, versus Meridiem, *Tuscanella*, nobile ac pervetustum oppidum, Ecclesiasticæ ditionis: *Tuscana* in Itinerarii tabula Peutingeri: de cujus origine nugantur Annius, ac Leander Alberti. Ultra lacum silva est *Montis Falconis*, ac urbs deinde in edito monte, libro hoc supra cap. 5.

Dextra inde inter montes est *Balneum Regis*: libro hoc cap. 3. aliaque circa oppida, *Grasignana*, *Specianum*, *Viterchianum*, *Bomarzum*, *Mugnanum & Bassanum*. Ubi vero Nar, & Tibris confluunt, *Horta* urbs, sive *Hortanum*, libr. 4. supra cap. 37. *Bassanellum* oppidum, a quo *Lacus Vadimonis* habet modernam appellationem.

Versus Orientem *Gallesium*; libr. 4. supra cap. 42. *Corchianum*, *Ignanellum*, *Valetanum*, *Burgus S. Leonardi*, *Turris*, ac Tiberis transitus, *Foglia* dictus. A *Burgo*, seu *Borgeto* per viam Flaminiam *Civitas Castellana* in præcelsa rupe, quam Vejos fuisse opinantur falso. Lib. 4. supra cap. 10. alii *Fescenium* interpretantur: vide etiam libro 4. cap. 46.

Haud

Haud longe inde *Aræ Mutiæ*, ſive ut aliis viſum *Aræ Martiæ*; libro 4. ſupra cap. 55. Hoc tractu indubitato fuit *Feroniæ Lucus*, ut videbis libr. 4. cap. 53. Et prope, non longo interjecto ſpatio, *Flavianum*, libr. 4. cap. 62. *Ferentinum* inde, libr. 4. cap. 47. ac mox in montibus *Troſſulum*, libr. 4. cap. 27. *Maonia*, libr. 4. cap. 33. ad Tibridis ripam *Turrena*, libr. 4. cap. 39. Oppida hic recentia, nec ullum antiquitatis veſtigium retinentia, *Celinum*, *Fabrica*, *Capriola*. Tum urbs *Nepet*, libr. 4. cap. 41. & alia ignobilia oppida.

Ad Occidentem *Viterbum*, hoc libro cap. 4. Quindecim millibus paſſuum inde *Tarquinę* oppidum, vel nomine majeſtatem Tarquiniorum loquens; libr. 4. cap. 11. Verſus Meridiem, decem a Viterbio millibus paſſuum *Bieda* eſt, olim *Blera*, libr. 4. cap. 34. Oram litoris verſus inferius oppida, *Barbaranum*, *Vianum*, *Tolfa nova*, forte *Forum Claudii*, libr. 4. cap. 76. Ad *Sabatium* lacum occurrit *Bracianum*, Ducatus titulo celeberrimum oppidum, ac Urſinorum nobiliſſimorum patrimonium, a Latinis hiſtoricis ſequioris ævi *Bracenum*, *Braceanum*, ac interdum *Brignanum* appellatum. Ad Orientalem lacus ejusdem ripam, *Anguillara*, nobile oppidum: ad Septentrionem *Trivilianum*: ad Occaſum *Vicarellum*, antiquiſſimum toto eo tractu monimentum, forſan Ptolemæo Βικέλλα, libr. 4. cap. 82. Sed quia & reliquorum locorum obſtat enumeratio, & nimia eſt literarum tranſmutatio, potior eſt Raphaelis Maffæi ſententia, putantis *Vicarellum* dici, quaſi *Vicum Aurelii*; ſic enim ait: *Vicus Aurelii, nunc Vicarellus, omnia ſane vicina ſunt inter ſe loca*. Forte id *Forum Aurelii*, libr. 4. cap. 78.

Via *Ciminia*, quatuor Viterbo milliario, eſt *Canapina*, male quibusdam *Capena*, æſtimata: nam ea trans Tiberim, libr. 4. cap. 99. Non longe inde eſt oppidum, *Vico* vernacule vocatum, unde cenſent eſſe *Vicum Elbii*, libr. 4. cap. 85. Sed in Græco Ptolemæi codice nulla *Vici* extat mentio; quare cenſuerim modernum eſſe & nomen, & oppidum: utcumque inde origo *Vicorum* familiæ, quæ Viterbi principatum diu tenuit. Supra hanc viam, in ipſo *Ciminii* montis jugo, eſt *Caſtellum Surianum*, ubi arcem totius Europæ munitiſſimam Nicolaus III. ex gente Urſinorum Pontifex, ſtruxit, ſuæque poſtmodum familiæ conceſſit: ea occupata a Britonibus, quos Pontifice Avenione ſedente, Cardinalis Cecbennenſis, Gregorii XI. Legatus in Italiam adduxerat, quos cum Albericus Cuniates tota reliqua Italia exegiſſet, ab ea numquam deturbari potuerunt, donec Martinus V. pace Eccleſiæ reddita in Italiam advenit. Blondus, Sabellicus, alii.

Ad Meridiem ſeptem milliaribus *Vetralla* eſt, a quibusdam *Forum Caſſii* putata, argumento claro, quod ædes etiam hodie ibi ſit, *D. Mariæ Forcaſſiæ* vocata, libr. 4. cap. 77. In colle edito ſequitur *Roncilio* ſive *Roncillonium*: infra *Capranica*, & juxta hanc oppidum *Baſſanum*, tum *Sutrium*, libr. 4. cap. 44.

Hinc

Digitized by Google

Hinc Vejentum fines ſe aperiunt, in quorum territorio Romam euntibus occurrit *Mons Roſeus*, lacui adjacens, quem falſo Flavius Blondus *Vadimonis* eſſe prodit. Inde octo paſſuum millibus *Baccanum* lacui cognomini, & ſilvæ latrociniis olim infami adjacens. Ex lacu emittitur *Cremera* amnis, ad quem Fabii cæſi. Ad dexteram ſunt oppida, *Cæſanum*, *Formellum*, *Gallera*, ubi olim *Vejentum* metropolis. Deflectentibus ad dextram, ſiniſtram, ſunt oppida viſenda *Malianum* ad Montem Soractem, *Mantianum*, ac deinde *Stagia*. Ad pedem montis ejusdem *Arinianum*, morte Hadriani IV. Pontificis celebratum, ut Platina ſcribit.

Ad ripam Tibridis *Pontianum*, ſive, ut alii volunt, *Ponzano*, *Turrita*, *Nazanum*, *Fianum*, quod Natalibus *Franciſci* hiſtorici, cujus cum honore Blondus meminit, inclytum. In Mediterraneis: *Civitella*, *Limprinianum*, *Morlupus*. Tum *Viæ Flaminiæ* impoſita quædam oppida, quorum præcipua ſunt *Caſtrum novum*, *Arianum*; mox cum ruderibus ac veſtigiis ſtratæ viæ *Porta prima*.

Denique *Pons Milvius* terminus Vejentum, ac ſecundo Tiberi adhærens *Malianum*, locus peramænus, ac Pontificum oblectationi deſtinatus. Mox *Portus Romanus*, libr. 4. cap. 22. Et ſic ſe habent celebriora Etruriæ hodierna loca: plura & meliora ipſi Etruſci præſtare poſſunt.

FINIS LIBRI SEXTI.



Perusiæ Apud Nobiles De Contanzis

PRÆ-

PRÆFATIO
AD LIBRUM SEPTIMUM.

PRæclarum illud, magnique inſtar monimenti eſt habitum, tres Curios [1] *continua ſerie oratores ex una familia prodiiſſe: neque minus illud memorandum, ingentem ſuæ genti gloriam quæſiviſſe, tres* [2] Cottas *Conſules non interruptis faſtis extitiſſe; nam cum Pindarus dicat:* [3]

Αἰχαῖαι δ' ἀρεταὶ
Ἀμφέρπονται ἀλλασσόμεναι γενεαῖς ἀνδρῶν βένος.

Antiquæ virtutes recuperant robur,
Quæ permutantur hominum ſeculis.

Unica tamen familia Medicea *in magnis reluctantis fortunæ injuriis, tot claris viris fœcunda ſuffecit, ut unico ſeculo, non dicam quamlibet Italicam æquaverit, ſed & eminentiſſimam totius orbis longis poſt ſe paraſangis reliquerit, ut e* Medica arbore [4] *pomo uno ſublato, ſtatim aliud*

(1) Plin. libr. 7. cap. 41.
(2) Aſcon. Pedian. Orat. pro Cornel.
(3) Nem. od. 11.
(4) Julius Solin. Polyhiſt. cap. 59.

Digitized by Google

in eumdem ramuli denudati locum ſuppullulat, ut licet ſemper decerpantur, ſemper tamen decerpendi fructus ſuperſint: quod ſequens volumen facile probabit, in quo quatuor ſummi Pontifices, tres Beati, duodecim Cardinales, duæ Chriſtianiſſimæ Reginæ, unus Periſcelidis Anglicanæ eques, quatuor Magni Duces, tres Duces, duo Aurei Velleris Equites; duo Eccleſiaſticarum copiarum Vexilliferi, triginta ſeptem Reipublicæ Florentinæ ſupremi moderatores, ut omittam tot exercituum duces, tot urbium præfectos, alioſque ſcriptis, aut rerum geſtarum gloria inclytos, de quibus jam dicendi campum aperio.

LIBER

Digitized by Google



Vas Fic. Mus. P. I. Perusiæ Apud Nobiles de Ansideis

LIBER SEPTIMUS

Portentosæ fabulæ de ortu Mediceæ familiæ explosæ: ea originem non habuit a Theseo, ab Antenore, a Dardano, ab Æenea, ab Henetis, a Græcia: adulatio scribentium fœdissima repressa.

CAP. I.



T recentibus odiis pridem Strotiana factione familia MEDICEA virulenter lacerata; ita rerum potita, mirum qua turpi, & non ferenda adulatione eam ingenia quæque extulerunt, ut minus mirum videri debeat, si motis Romæ civilibus armis, Augustum Pistore ortum, aut trapezita, mox post Actiacam victoriam Æenea, & nobilissimo Trojanorum sanguine genitum, scriptores, alioqui graves, finxerint. Sic plane scurrilitate incredibili quidam auctores ultra humanum Mediceos efferentes, portentosis, ac ridiculis fabellis, dum iis gloriam augere volunt, apud doctos minuunt: & ut paucis agam, præcipua commenta tantæ genti splendorem minime allatura recensebo.

A *Theſeo* Athenienſi quidam deducunt, qui inter Theſſaliam, & Græciam circa Caucaſum, (o præclaram Geographiam!) bellum gerendo novas civitates ſuperavit, & quaſi novem mundos ſanguine peperiſſet, novem pilas rubras pro inſigni tulit, clypeoque ſuo inſculpi voluit: ab eo ergo Medicei *pilas ſuas* ſortiti. Joann. Baptiſta Buchinerius. Addunt, Heraclio ad Eufratem bellum moventi, veniſſe in ſuppetias Græcum quendam *Baltranum*, qui longo ordine ſtemma ſuum a Theſeo deduceret, idemque *pilarum* inſigne ferret; cui nuptui fuerit *Erimnta* Imperatoris filia tradita, ex quibus nuptiis geniti ſint *Otho* & *Rainerius*, & ab his *Medicei*. Franciſcus Bracciolinus in *Cruce revindicata*, ita opus inſcribit.

Sunt, qui a *Dardano* Trojano principe ortos volunt, in quibus eſt Gualterottus, ſcriptor Florentinus.

Alii ad *Æneam* auctorem principium referunt: in his Petrus Eugubinus.

Nec deſunt, qui ad *Henetos* ortum traducant, quod aliquando ea familia Venetiis floruerit. Quod quædam acta MSS. in Tabulario ſecreto Sereniſſ. Magnorum Ducum confirmant.

Neque defuerunt, qui ſtirpis hujus parentem *Antenorem* facerent, eadem illi, qua ceteri fide, hoc eſt impudenti inſcitia, cujus me pudet.

Nonnulli a Græcis originem trahunt; nam *Francum & Polum Mediceos*, nobiles ac magnificos viros Athenienſes, patrum noſtrorum memoria Coſmus I. Magnus Etruriæ Dux ſuos gentiles agnoſcit, literis & privilegio iisdem in id conceſſis, anno 1567. Et ſane tenor literarum dignus eſt, qui adſcribatur, niſi Paulus Manutius in Vita Coſmi præoccupaſſet. Utcumque ſe res habet, eſt ſane certum in Peloponneſo in multis urbibus claris Mediceos magno nomine fuiſſe; ſed ſive eo Itali penetraverint, ſive exinde Græci in Italiam deſcenderint, ambiguæ eſt famæ.

Denique ad *Caroli Magni* tempora ortum ejus retulere Bracciolinus, quem dixi, & Ludovicus Alamannius, in cujus aula fuit *Silveſter Medices* quidam, ſed non probant veterum teſtimoniis. Eſt tamen non levis auctoritas Fanutii Campani MS. libr. 4. de Illuſtr. Ital. Famil. cap. 19. *Familia Medicis in Florentia clariſſima, & antiqua, literis, armis, divitiis, & virtutibus pollens, ortum habuit a quodam nobiliſſimo Germano, qui vocabatur Anſaldus Pileus, filius excellentiſſimi medici, anno ſalutis* 806. *qui pro inſigniis geſtabat novem pilas rubeas in campo aureo: & accipiens uxorem nobilem feminam Florentinam, aucta familia voluit appellari de Medicis, a dicto medico*. Uxor hæc *Trivia Cavalcantia* ut ferunt, ex contractu quodam antiquo, qui penes Raphaëlem Medicen; ſed ego, quia non vidi, non credo, adeo omnes in fœdiſſimam adulationem propenſi, ut nulli citra legitima Scriptorum authenticorum teſtimonia ſit fides adhibenda. Mirum quanta aviditate locum hunc a me Florentiæ ante biennium oſtenſum, quidam ardeliones arripue-

Digitized by Google

ripuerint, quaſi illi ſoli Sereniſſimæ familiæ ortum ſedulitate ſua deprehendiſſent. Quos ego homines calamitoſiſſima ſorte judico, qui ſumma ignavia, ne dicam incredibili ſtupiditate, eruditionis famam vel ſperare, vel captare auſi ſunt. Per eosdem etiam emiſſarios rumor percrebuit, Conſtantinopoli inciſas eſſe novem pilas marmori, publice ſpectando, quaſi Medicea familia civitati olim illi imperaſſet.

Nugas reliquas omitto: & in promptu ſunt, quæ ſcribunt Paulus Manutius, Paulus Minius, Scipio Ammiratus, Joannes Baptiſta Strozzius, Franciſcus Sanſovinus, Joannes Baptiſta Cinius, quorum ego ſcrinia inutiliter non compilo.

Mediceorum geminus ortus Florentia, antiquiſſima memoria, monimentis certiſſimis comprobata.

CAP. II.

INdubitatum eſt ergo Florentinæ originis, & indigenas eſſe Mediceos, indeque vel civium aliorum invidia relegatos, vel rerum gerendarum gloria accenſos ſolum ſponte mutaſſe, per totam Italiam forte, & Græciam clariſſima progenie ſparſa; nam Venetiis, Neapoli, Ferrariæ, Brixiæ, Bononiæ, ac Mediolani ſecunda fama vixiſſe Mediceos, Annales, Hiſtoricique Itali teſtantur. Et in eo ſane non exigua ei familiæ laus, quod in civitate ſua, tam clara, tam nobilibus familiis abundante, virtute ac moderatione, conſortem omnem nobilitatem ſuperet, & legitimo imperii titulo regat, ad Principatum non malis artibus evecta, non crudeliter, neque immaniter imperatura, quæ verum fecit proverbium: *Principes bonos, ut naſci raro, ita fieri ſæpe.*

Antiquitas ſane mediocris, ſexcentorum fere annorum, ſi Actis publicis fides. Anno 1027. Conradus II. Imperator *Taucredo Monaldeſchio*, ſuo in Etruria Legato, Vallem Tiberinam donat, cui donationi ſubſcribunt Eminentiſſimi viri, Archiepiſcopus Moguntinus, Comes Palatinus, Creſcentius Romanus, aliique, & in his *Julius Medices Florentinus*. Quod præclarum teſtimonium videri poſſet, quod nonniſi eminentiſſimi quique Imperatorum decretis aut donationibus ſubſcribere ſint ſoliti.

Anno 1220. Fridericus II. Imperator Comitibus Romanis quædam Campaniæ caſtella dedit poſſidenda, cui etiam donationi, inter alios magni nominis aulicos, ſubſcribit quidam *Joannes Medices eques*.

Anno 1340. Ghibellini ab exilio revocati Mediceorum opera: &

paucos

paucos poſt annos Monte Catino a Florentinorum copiis obſeſſo, propugnaculo præfuit cum imperio, cui nomen *Baſtia*, *Joannes Medices*, auctore Leonardo Arretino.

Anno 1348. Lis mota inter Mediceos & Pazios (1) de patronatu templi D. Thomæ, argumento evidenti, diu ante eam ætatem templum illud ab iis conditum, & cenſu dotatum. Addunt hiſtorici, non longe inde ædes habuiſſe Mediceos, antequam pomœrium proferretur: & ubi nunc diverſorium eſt *Porci* in foro *Malvagiæ*, eorumdem *Porticus*, ſeu verius *area* viſebatur, quam nili potentiſſimi in Republica cives erigere non poterant; ſiquidem moribus Romanis receptum erat, ut areæ Deorum tantum templis adjicerentur, mox optimatium ædibus, ornamento futuræ, apponebantur, ut libr. 1. Antiquitat. Romanar. diſſerui. Ritus etiam ille Græcanicus. Homer. libr. 6. Odyſſ. v. 265.

. . . . . πᾶσιν γὰρ ἐπίσσυτον ἐστὶν ἑκάστῳ
Ἔνθα δέ τε σφ' ἀγορὴ.
. . . . . *omnibus enim ſtatio eſt unicuique*
Ibi ipſis eſt forum.

Anno 1352. Archiepiſcopus Mediolanenſis *Scarpariam* obſidebat, quam paucis comitatus *Joannes Medices*, *Comitis filius*, hoſtes perrumpens, tutam reddidit: ob quod ſtrenue geſtum ipſe equeſtri dignitate donatus, & cenſu e publico ærario quinquaginta florenorum annuo honoratus, cum donativo numeratæ pecuniæ, quam ille epulo impendit, quo primores urbis ſplendide excepit.

Anno 1357. Lucam obſeſſam a Piſanis, *Maſſinus Scala* cum pro dignitate tueri non poſſet, Florentinis vendidit, qui trecentos equites, quingentos pedites in ſubſidium e veſtigio deſtinarunt, duce *Joanne Mediceo*, *Bernardini filio:* qui urbem ingreſſus, eam nomine S. P. Q. Florentini occupavit, & ditioni illius ſubjecit.

Paulo poſt hæc tempora tyrannis *Ducis Athenarum Gualteri* eſt inſequuta, in quem triplici factione eſt conſpiratum, quarum una *Mediceorum* erat, ut hiſtoricorum optimus ea ætate Nicolaus Machiavellus teſtatum reliquit: & cauſa perduellis præcipua, quod *Antonius Adimarius*, civis nobiliſſimus contra jus & fas morti addictus. Itaque aliis oſcitantibus, vel lente audentibus, Medicei armata manu forum occuparunt, ne Dux palatio erumpere poſſet: quo ſtrenue facto & ille in exilium abiit, decimo tyrannidis menſe, & patria oppreſſa jam tandem diſcuſſo gravi jugo reſpirare cœpit, Mediceorum opera vindicata.

Sed, quod clariſſimum eſt, cum *Prioratus* Florentiæ ſupremus eſſet magiſtratus, eum adminiſtravit *Ardingus Medices*, *filius Bonagiuntæ* anno 1291. Atque hæc certo eruere potui de antiquitate Mediceorum Florentiæ: nunc de eadem familia aliis in civitatibus Italiæ florente diſqui-

(1) Hic legendum videtur *Sitios*, qui nobiles fuere cives Florentini, cujus hodie familia interiit.

Digitized by Google

diſquiratur, niſi diverſæ ſint ſtirpes, quod quibusdam non ignobilibus Scriptoribus verum videtur, & ego delibero.

Medicei in aliis Italiæ urbibus florentes, & maxime Brixiæ, Ferrariæ, Veronæ, & Mediolani, quorum memoria ante annos quadringentos quinquaginta certiſſima.

CAP. III.

EJusdem familiæ claritudo non Florentiæ modo, ut probatum, ſed & aliis Italiæ civitatibus illuxit. Fanutius Campanus MS. libr. 4. Illuſtr. Ital. Famil. cap. 19. *Notandum eſt etiam, quod ex multis familiis Florentinis deſcenderunt aliæ familiæ in diverſis Italiæ civitatibus; nam Manechini Bononienſes deſcenderunt ab Acciajuolis, Strozzii Ferrariæ & Mantuæ a Strozziis, Ricci in Amalfi, Frotti in Alexandria Paliæ ab Adimariis, Alberti in Bononia, Medici in Neapoli, Mediolano, Cypro, Candia, Sicilia, Gerardini in Anglia*. Neſcio, an non pro Anglia dicere voluerit Hiberniam, ubi ingens & nomen & potentia illius familiæ. Sed cur *Brixianos, & Veronenſes, & Ferrarienſes Medicos* Fanutius omiſit? de quorum ego nobilitate pauca diſſeram.

Brixiæ potens Mediceorum familia; nam *Franciſcus* filius *Bertolini Medices*, comes *Gavardiæ*, creatus a Roberto Imperatore, ut ex privilegio eidem conceſſo liquet, Auguſtæ Vindelicorum, anno 1403. die 16. Juni. Quem titulum confirmavit Pandulphus Malateſta, Brixiæ Dominus 22. Decemb. anno 1405. & Marinus Garzonius, Venetorum ibidem Præfectus, agnovit legitimum titulum, anno 1489. Ex hac familia ſunt illuſtres non pauci.

1. Georgius.
2. Antonius.
3. Cosmus, Canonicus Brixianus.
4. Fridericus, Coſmi frater, Georgii filius, qui ſub Pio IV. Pontifice Fani Præpoſitus, multas ſub eodem turmas ductavit, cum a Turcis metueretur.
5. Cristophorus, cultui divino addictiſſimus, *Gavardiam*, ſeu *Gardiam* comitatum gentilitium feceſſit.

Veronæ etiam eadem gens, alias honoribus ac divitiis prætergreſſa, ſummo dudum ſplendore emicuit. Ex hac

1. Ni-

1. Nicolaus, eques tanta magnificentia, ut in proverbium abierit de quolibet impenſius profuſo adoleſcente, hoc tantum ei deeſſe, *ut vel filius eſſet, vel facultates haberet Nicolai Medicei*. Hic generoſo quodam animo incubuit, ut non eſſet, aut ſaltem non videretur inferior heroicis actis Senioris Coſmi: ideoque ſplendidiſſima palatia ædificavit, in urbe unum, alterum in ſuburbiis, quod poſtea monialibus donavit: Sacellum D. Bernardini, dedicavitque religioſis D. Antonii Patavini: clauſtrum D. Anaſtaſii Dominicanorum picturis exquiſitiſſimis ornavit: & D. Euphemiæ Auguſtinianorum; ſed & monialium D. Joſephi chorum inſtauravit.

2. Franciscus, Nicolai filius, hæres, ut opum paternarum, ita magnificentiæ: filias nobiliſſimis quibuſque deſpondit: natu majorem *Hieronymo Malaſpinæ* Marchioni, alteram Comiti *Antonio Bevilaquæ*, tertiam Comiti *Hieronymo d'Arco*.

3. Bassanus, Nicolai natu minor filius, tantæ opulentiæ particeps.

4. Ludovicus, Ballani filius, quinque liberos habuit, & in his fuit

5. Marcus, Dominicanus, a Pio V. ob inſigne rerum Theologicarum ſtudium Inquiſitor Veronæ creatus, & a Gregorio XIII. totius Venetæ ditionis Inquiſitor: ab eodem etiam Epiſcopus Eüronenſis, ſive Foſſæ Clodiæ, vulgo Chioggenſis.

6. Georgius, Marci frater, omnibus honoribus Veronæ perfunctus.

7. Nicolaus, eorumdem frater.

8. Franciscus, fratrum quartus, locuples, ac nobiliſſimis illius civitatis ſanguine conjunctus.

Neque minus iidem Medicei claro illuſtrique nomine *Ferrariæ* noti, primis inibi civicorum honorum gradibus ſublevati, & in his eminent

1. Franciscus, Venetias profectus, Juris ſcientia apud ſuos clariſſimus, anno 1321. Joann. Baptiſta Pigna libr. 4. pag. 263.

2. Galassus, cujus res præclare geſtas apud eundem ſub ann. 1353. memorari reperies libr. eod. pag. 321.

Mediolanenſes Medicei quanta fuerint claritudine & antiquitate, ex rebus præclariſſimæ illius civitatis conſtat, & nobiliſſimos recenſebo.

1. Joannes Mediceus, una cum Albino Bonate ad Fridericum Barbaroſſam Orator miſſus pro fœdere anno 1159. ut referunt plerique, & in his Corius.

Anno 1184. Conſules Mediolanenſes pro pace ſancienda Legatos miſerunt *Guidum Landrianum*, *Pinamontem Vicomercatum*, *Adolatum Bultraſium*, *Guillielmum Borrum*, *Guercium Oſilium*, *Ardericum Bonatem*, *Rogerum Marcellinum*, & Lotterium Medicen. Vide Hiſtoricos ejus ævi.

Omitto Pium IV. Pontificem, Marchionem Marignanum, & alios, ſumma ſuo ævo celebritate; contentus monuiſſe, omnes has familias, ab uno ſtipite propagatas, diverſas ſedes varie fortunis ſuis elegiſſe, vel quia crebra Imperatorum mutatio, ut Italiam reliquam, ita Etruriam

non

non mediocriter turbavit, dum nobiliſſimus quiſque Cæſarem ſequeretur, ibi ſedes habiturus, quo Imperatoris magnificentia invitaſſet: vel quod frequentes inter ordines Florentiæ tumultus, meliores quoſque cives ad domicilia quærenda adigerent, neque ſane ulla ſæpius familia exilium paſſa, aut atrocioti odio expulsa, majori alacritate revocata, quam Medicei.

Mediceorum pietas memoranda, & tres Beati, ex ea gente, Rolandus, Philippa & Auguſtina.

CAP. IV.

Joannem XXII. carcere Bavarico liberatum, Cosmi Mediceı opera, ac paulo poſt in Concilio Florentino dignitati Cardinalitiæ reſtitutum, notus eſt, quam ut dici debeat. Ab ejusdem Cosmi gentilibus *Noſocomium* opulentum Hieroſolymis in gratiam advenarum Chriſtianorum erectum, ditatumque; omnes ſciunt. Religionem Catholicam ab Auguſtiſſima Catharina Medicea non mediocriter promotam hiſtoriæ loquuntur. At ut cetera inſignis pietatis monimenta privatim Florentiæ exhibita ſileantur, ut *D. Laurentii* ædes ſplendida a fundamentis condita, ac Palatina Bibliotheca cohoneſtata: D. Marci templum, & Cœnobium ferme a fundamentis erectum: tot xenodochia, tot utriuſque ſexus monaſteria vel inſtituta, vel cenſu dotata, vel ampliata prætereantur, quis non mirabitur unicum Cœnobium Canonicorum Lateranenſium in Monte Fæſulano centum millibus aureorum nummum vix extructum? Largiſſimam profuſionem, vel Romæ, vel in aliis Italiæ civitatibus in res ſacras impendam non commemoro, ne vera ſcribens, panegyricum texere videar.

Sanctitatis hanc ſummam certamque opinionem augent tres Beati ex ea familia, quorum primus eſt

B. Rolandus Mediceus, qui locum eremiticæ vitæ eligens ad *Bargonum*, Parmenſis agri viculum, zona juncea nudum corpus incinctus, viginti ſex annis totis pertinax ſilentium obſervavit, non Pithagorico more, ſed vere cœleſti; hominum colloquiis conſulto abſtinens, ut Dei familiarius convictu frueretur: donec pia mulier *Antonia de Caſſatis* Cortonenſis, *Nicolai* Marchionis *Palavecini* uxor, in fundum illum ſuum ſecedens animi relaxandi ergo, de ſqualore & eluvie hominis admonita, ſciſcitata eſt incolas, cauſamque tam ſeveræ religioſæque vitæ ab ipſis didicit: nec mora per religioſum virum *Dominicum de Dominicis* Carmelitam, domo Cremonenſem,

ea ipſa nocte, in vicina ſacra æde, expugnare ſilentium eſt aggreſſa. Quod non citius actum, quod Sacramentis Eccleſiæ receptis, ex hac fragili & caduca vita ad æternum duraturam vir ſanctus migravit die xv. Septembris, anno reparatæ ſalutis 1386. Hæc ex libro MS. in Bibliotheca Laurentiana Florentiæ, Pluteo XX. Vitæ hujus Beati ſubnectitur Tractatus, cum hoc titulo; *Pelagium miraculorum Beati Rolandi, quæ ſcripta fuerunt, & recepta ſub fideli teſtimonio diverſarum perſonarum per manus Anſelmini de Raymondis de Cremona, Imperiali auctoritate notarii*. Circa vero oras triginta miracula notantur, quæ ſanctitatem non vulgarem, & incredibilem in Deum amorem teſtantur.

B. Philippa Medicea, uti ſuperius hoc opere oſtenſum, ex eadem hac gente vitæ ſanctimonia, & miraculorum gloria eminentiſſime claruit. Vide ſupra libr. 5. cap. 18. in Nomenclatura Sanctorum Florentinorum.

B. Augustina Medicea, ejusdem gentis, *Joannis Comitis Vannii Medici* filia, tenella admodum ætate Monaſterium *Roſanum* ad Arni ripam Florentiæ ingreſſa eſt; unde cum parentes eam educere marito jungendam conarentur, propoſito caſtitatis voto ſolvi pertinacius reculavit; quare die 8. Octobris anno 1528. inde egreſſa, inter Sanctimoniales D. Catharinæ Senenſis, anno ætatis ſuæ vigeſimo, recepta, nomine, ut ſolet, mutato, Auguſtina dicta eſt, ubi ſanctiſſimo vitæ exacto curriculo, obiit die xvii. Octobris, anno 1561. ut eſt in libro de Sanctis & Beatis Ordinis Dominicani, & ex eo Silvanus Razius part. 2. de SS. Etruſcis pag. 102.

Medicei Florentini ad certum & hiſtoricum ordinem revocati, & quot, quibuſque illuſtribus Viris inclaruerint, obiter inſignia illius gentis ſæpius variata.

CAP. V.

UT potens alibi Italiæ Medicei fuerint, tamen Florentiam tamquam arcem nobilitatis ſuæ incolentes, longa quoſcumque alios dignatione ſuperarunt. Nam cum aliæ familiæ multum gloriæ ſibi acceſſiſſe putaſſent, ſi duos treſve in ſupremo Magiſtratu vidiſſent, *Priores* Medicei ſeptuaginta duo numerantur, *Vexilliferi Juſtitiæ* triginta octo, & ut illos omittam, qui civili ſtatu civibus majores fuerunt, cui non citra exemplum, & ſine exceptione

ptione magnitudo Mediceorum ſtupenda videri poſſet? Ex quibus, ſpatio centum annorum, aut præter propter, Pontifices quatuor ſummi venerantur, Cardinales decem, Reginæ duæ, Magni Duces quatuor, unus Eques Periſcelidis Anglicanæ, tres Duces, Vexilliferi copiarum S. R. E. duo, ut interim Archiepiſcopi, Epiſcopi, Exercituum duces, viri eruditione illuſtres. De his ſigillatim ſermonem inſtituam, ſi prius pauca de Inſigniis gentilitiis præmiſero, quæ volunt initio *multas* fuiſſe *pilas*, ut foribus nobiliſſimorum *Stuſarum* Florentiæ affixa tabula indicat: addunt rerum patriarum periti, unoquoque exilio, aut relegatione compulsos unam pilam adimere. Certe in Archiepiſcopio Piſano arma ſunt Mediceorum lapidi inciſa *novem pilæ*, & ibidem loci *octo pilæ*. De qua re nuper luſi in ſtrenis ad Sereniſſ. Magn. Etrur. Ducem Coſmum II. Verſus apponam. Titulum feci opuſculo:

BANDVM. MEDICEVM
SIVE
STRENA. KL. IAN. CIↃIↃCXVII

Tuſcus adeſt, rititumque petit ſolemne quadrantem
Janus, & Etruſco felicia quæque Dynaſtæ
Exoptat, velletque ſuis dare dona Kalendis
Congrua, qui ter millenos ex ordine ſoles,
Et placido vidit decurrere ſecula lapſu,
Et ſibi regnatas florere potentius arces,
Dum Savius Lucumo, dum Lar, Corythuſque tenebant
Imperia, & Conſul, Cæſarque, ac denique rerum
Libera conditio placuit: dum rurſus ad unum
Res rediit, meliorque ſtatus, Tyrrhenia Magno
Nunc demum ſubjecta Duci, priſca illa recludit
Tempora, Janigenis quæ nobilitata colonis
Egregiam Regni ſtirpem liquere vetuſti,
Inque hoc quadruplices veneratur Etruria Reges.
Anne igitur Jani auſpiciis tibi, Coſme, dicabo
Principe quod dignum tanto? num audacia cœpti
Tuta mei? Princeps anne aſpernaberis auſus?
An mage, quæ ſolita eſt clementia, pronior auro
Excipies placida peregrini vota, tuumque
Admittes vatem ingenii monimenta ferentem,
Claraque Mediceæ meditantem inſignia ſtirpis?
Aurato primum rutilat Pila Martia campo,
Incerta ſerie diſperſa, atque ordine nullo
Cæruleos imitata Deos, vitreique potentes
Gurgitis, & ſtellas puro fulgore micantes.
Forma Pilæ eſt mundus, vaſto libramine pendens

Eminus, & nullo figens veſtigia fundo.
Aſtra notat, pontumque color, hic remige Tuſco
Subdendus, requies menti felicior illa,
Translatura pios animarum in præmia manes:
Innumeræ numero primum, ſex deinde ſecutæ,
Bis triplicem voluere pari ſuperaddere circlum
Ordine, quo ſeriem diſtingueret alea fati.
Belliger Auguſtus, terraque, ſoloque Monarcha
Non ſuis infeſti, aut Dictæi ſymbola monſtri,
Prædoniſve lupi ſigna, aut velocia texta
Cornipedis, nec quæ curvis Jovis aliger uncis
Hoſtili inentat minitantia fulmina turmæ,
Prætulit: una rubet bandis Pila, totus ut uni
Pareret mundus, certa argumenta ferebat,
Per medias volitans acies Pila, ſit precor omen
Veridicum, & mundi ſubſit tibi machina, Coſme,
Quem vexilla ferunt, quem virtus tanta meretur.
Roboris inſignis dotes, & corporis acta,
Quem commendabant primævo flore juventæ,
Ille Pilæ ad luſum promptus juvenilia obibat
Munera, opus proprium nervis, opus utile famæ.
Hac civis diſcretus erat; nam cui integer ævo
Sanguis erat, pulcherque decor, robuſta ſubibat
Officia, & ſenibus talos linquebat inertes.
Hanc villæ ceu nomen habet, Paganica thermis
Apta Pila eſt, corpuſque parat, neque deſide cultu
Languentes patitur torpere, hæc reddit, & illa
Pars rapit, & longe dimittit; at urbicus ordo
Hanc amat, & ſpecie diſcriminat, inde Trigonam
Perfectam a numero appellat, ſpectare ſolebant
Quam proceres rerum domini, velocia jactum
Brachia fallebant, & eodem ducta tenore
Gymnaſio certis diverberat ictibus hoſtem.
Cumque alias ludorum artes lex priſca vetaret,
In quibus aut fortuna potens, aut ſubdola fraudum
Argumenta patent, ſolam hanc lex utraque laudat,
Et probat: hæc ſola ingenua quæ digna juventa
Credita, Mediceos Heroas imagine tollit,
Cæleſtem referens formam, perfectaque mundi
Omina, principio pariter quoque fine carentem.
Non ego, mendaci fuerit quæ fabula ritu,
Hic referam, qua mole Gigas adverſa fatiget
Brachia in aſſultu, diverſaque brachia ducens
Intemet vanos ictus, quos caſſide tectus

Medi-

Mediceus, clypeoque exivit pectore forti,
Signavitque levem parmam alternante recuſſu,
Unde excepta ferunt inſignia talia genti,
Venturos longum quæ laudatura nepotes,
Hactenus arma. At nunc memorabo arcana Dynaſtæ
Symbola Medicei, non quæ vexilla vetuſtas
Vermiculata tulit carie, & male putrida ſcimus
In lignis expreſſa olim, certaminis auctor
Alcides Grai ſe infert, duroque verendus
Robore, Scotorum ſobolem per bella Pelaſgas
Conſtituiſſe arces, & te Florentia muris
Incinxiſſe novis, non vana ambage fatetur.
Hic ille Alcides rigidæ virtutis amator,
Et vitiorum ultor, meritis Etruſca trophæis
Regna, Fluentinos decoratque horrore nepotes.
At Leo quid ſignat torvo metuendus hiatu,
Compita qui claudit, qui muris janitor adſtat,
Hoſpiti adulatus ſubrectæ verbere caudæ?
Ille caput nullo oſtentat penetrabile telo,
Invictoſque artus, quod Coſmo neſcia vinci
Pectora, & heroas ſupra, quos pellis honora
Ambiit, atque ſinus lato pertexuit auro.
Et ne multa memor vigili repetita labore
In medium referam, ſtat gratia facta Leoni,
Nec cuſura fluit, non ſi damnatus arenæ
Obiicitur cibus ille feris, & præda futurus.
Symbola veridica hæc, atque indole principe digna,
Quæ te venturis poterunt tranſmittere ſeclis,
Coſme, triumphales, & figere celſius arces.
Nam tibi quiſnam unquam famulatus mente fideli
Advena non pretium tulit, & ſolatia curæ?
Ut cogar clara peregrinus dicere voce:
Nomine regna alii, Coſmus re ſceptra tuetur,
Et facit, hoſpitibus quo gratia digna decuſque
Conſtet, & Etruſcos cupiant inviſere fines.

Epigrammatia de iisdem Inſigniis.

I.

Ruſtice redde pilas, & tu colluſor arenam
Deſere, jam res eſt Principe digna Pila.

Non

II.

Non finem, non principium Pila novit, in Orbe
Principis Etruſci gloria fine caret.

III.

Jam cava ſulfureo trepidat bombarda fragore,
Etruſca emiſſa eſt jam Pila, & hoſtis habet.

IV.

Cernere in anguſto vis mundum circite clauſum
Hoſpes? adi Tuſcos, nam Pila mundus adeſt.

Pila juncta cruci, ideſt Ordini D. Stephani.

V.

Illicias mundi contemnere, tendere in aſtra
Si cupis, Etruſci nobile ſtemma dabit.

Conjectura, forte non contemnenda, de Mediceorum origine: iterum inſcitiæ adulatoriæ repreſſæ: eorum extra Italiam claritudo præcipua, & magnitudo.

CAP. VI.

SI quis conjecturæ hic locus, divinare forte non inidonee poſſem. Etruſca lingua antiqua *Meddix* eſt Magiſtratus ſupremus, teſtibus Soſipatro Chariſio, Feſto Pompejo, & Ennio in Annalibus:

Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.

Potuit ſane accidiſſe, ut ex officio nomen familiæ ſit factum; ſed quis tam remota pro certis afferat?

Hic iterum adulantium inſania depugnanda, nam a *Mediceo* quodam Radagaſum Getarum Regem occiſum ſcribunt poſterioris ævi homines, & in his Lælius Torellus J. C.

Barbarus infeſto Radagaſus Meddicis ictu
Dum ruit, & jam ſpes concidit omnis, ait:
Florentem at minor hanc, atque urbem excindere Romam
Gloria erat, dextra quam cecidiſſe tua.

Sed

Digitized by Google

Sed iſti, ut volent, tantis viris adblandiantur, & magnitudinem ſatis ſuperque Europæ notam, mentiendo fingendoque ſuſpectam reddant. Ego quod propoſui, ſimpliciter exequar, & veriſſimis encomiis veritatem adſtruam: & Mediceos clariores extra Italiam, quam Florentiæ, aut Mediolani fuiſſe probabo.

Ac primum verba ponam Guillielmi Paradini in Chronicis Sabaudiæ de Ducibus cap. 4. *Domus ea* (Medicea) *cum qualibet toto orbe magnitudine componenda, aut forte major, uſque adeo ut nomen & auctoritas Mediceorum ad clientes familiæ ſe porrigens, eos inter maximos Principes prædes fecerit, tum ingentes ſummæ, non alia ſecuritate, quam Mediceorum procuratoribus obligatis niterentur, cum & illi ſæpius, pecunia ultro ac magnifice præſtita, laborantibus principibus ſubvenerint. Et præ aliis Gerardus Quammeſius, tantum ſibi nominis & gratiæ apud omnes in Belgio & Anglia obtinuit, ut ipſe ſolus, Mediceorum opibus mentem Eduardi IV. Angliæ Regis fortunam ſublevaverit, ac regnum ei ſecurum reddiderit, cum tota Anglia bello tumultuaretur; illi enim ad domandos rebelles, pluſquam centum & viginti millia aureorum nummum mutuo dedit.* Cetera proba, & vera, niſi quod *Gerardus Quammeſius* corrupte dicitur, qui revera fuerat *Gerardus Quarateſius*, ſummis opibus, nec minori nobilitate apud ſuos ex familia illuſtriſſima *Quarateſia* ortus, Mediceorum partes egregie eſt tutatus, cujus decus etiamnum hodie floret in perilluſtri *D. Franciſco* Equite, qui Sereniſſ. Coſmi II. ad Auguſtiſſ. Britanniarum Regem Orator, gentis ſuæ, nec minus animi, inſignem oſtentat generoſitatem, tanto loco digniſſimus.

Præclarum ſane ille ſcriptor peregrinus de Mediceorum opibus ſuffragium tulit, neque minus ſincere ſenſit Joann. Michaël Brutus libr. 1. Hiſtor. Florent. pag. 42. *Atque etiam ut appareat, Medicum opes nationibus exteris admirationi fuiſſe, Philippus Comineus Hiſtoriæ Gallicæ gravis auctor, ſatis conſtanter affirmat, Edoardum IV. Anglorum Regem Coſmi procuratoribus, cum regno electus pecuniam ab illis, quæ magno gerendo bello ſufficeret, mutuo ſumpſiſſet, uni fere regnum acceptum, parta victoria de hoſte, reddidiſſe.* Eadem in Anglicis Annalibus, & Philippo Cominæo Argentonenſi, & aliis hiſtoricis leguntur; ſed illi mihi non ſunt ad manum.

Non facile ab Anglicarum rerum relatione divellor, quando hic Julianus Medices *Eques Periſcelidis* factus eſt, quo nullum majorem honorem eo in regno in quemquam Rex conferre poteſt, de quo pauca obiter repetam. Ante annos paulo minus quadringentos quinquaginta Henricus II. Anglorum Rex periſcelidem amicæ, quam perdite procabatur, forte delapſam reſtituit, & cavillantibus proceribus, nimiſque demiſſum Regis factum irridentibus, ille ſubiratior: *Efficiam* (inquit) *ut nulli veſtrum non maximus honor habeatur, hanc deinceps geſtaſſe.* Qua occaſione Ordo *Equitum Periſcelidis* inſtitutus, quo nullus in Europa honoratior, aut ſplendidior; nam & numerus certus eſt, nec plures

quam

quam quindecim esse possunt, nec ullus extra Regnum, nisi Imperator aut Reges eo decorari poterant olim, ex veteri instituto. Sic itaque in Belgio, & Anglia supra fidem potentia Mediceorum, & opulentia omnibus stupori erant; nunc Galliam videamus.

In ea duæ Reginæ Augustissimæ ex sanguine Mediceo, tot Regum matres, Regnique administratrices. In ea Julianus Mediceus, Nemorensis Dux, & Franciæ Par, nobilitatis eximiæ argumentum esse solus posset, nisi Petri Medicei magnificentia, & apud suos auctoritas, sibi quidem funesta, Carolo VIII. Neapolim repetenti præcipuo fuisset adjumento. Quod, ut omittam Italos Scriptores, Galli, tanti beneficii memores, profitentur: Philippus Belleforestus libr. 14. Martinus Bellajus, Philippus Cominæus, Joannes Serranus, & alii.

Vicini Gallis Burgundiæ Duces erant, quorum opes potentissimis Europæ principibus terrori erant olim, & imperio longe lateque prolato, arma formidabilia. De his quid dicat historia illius ævi, videamus, & lubentius Philippi Cominæi verba e libr. 7. cap. 5. interprete Joanne Sleidano, adscribam, quod ex iis constet, non modo Angliæ Reges, sed & alios etiam Principes Mediceis non vulgariter obstrictos. Sic ergo ille pag. 469. *Illi autem omnia ex præscripto Petri Medices faciebant, cujus Pater Laurentius maximam in ea Republica potentiam & auctoritatem habuerat, Vir summæ virtutis. Est autem ea mercatorum familia totius orbis terrarum, meo quidem judicio, longe & ampliſſima, & celeberrima; nam & soli procuratores ipsorum, & negotiorum gestores magnam ubique fidem obtinebant, quod per Flandriam, & Angliam ipse vidi: & ex iis novi Gerardum Ganuesium, qui mutuatus aliquando Regi Anglorum Eduardo ad centum & viginti aureorum millia, prope auctor fuit, ut excitato contra ipsum bello civili, rerum potiretur. Novi quoque Thomam Portunæum, qui ad Carolum Burgundiæ Ducem Eduardi fuit fideijussor pro quinquaginta aureorum millibus, & amplius.* Corrupta etiam in hoc loco duo clarissimarum familiarum nomina; nam *Gerardus Ganuesius* est *Gerardus Quaratesius*, ut supra monui, & historici Florentini testantur: *Thomas Portunæus* vero est *Thomas Portinarius*, quem familiæ Mediceæ eo ævo procuratorem fuisse satis constat.

Hinc in contiguam Germaniam eamus, ubi clarissima quoque magnitudinis Mediceorum extant monimenta. Nam *Joannem XXIII.* vel ut alii volunt XXII. Cosmus Medices docuit in maximo versari periculo, si ad Concilium Basilienſe proficiscceretur. Volentem tamen ire Regio apparatu comitatus, & Pontificiam dignitatem deponere a Concilio jussum, fuga proripuit, iterumque Bavariæ Duci ejusdem Concilii decreto asservari traditum, custodia triginta aureorum millibus redemptum, duxit *Florentiam*, ubi ille ad pristinæ dignitatis, quam legitime nuper possederat, recordationem, proximo a S. D. N. Pontifice loco, pauloque supra alios Cardinales eminentiori sedere est jussus: quæ omnia ille accepta Cosmo Medicei animo plane gratissimo, retulit. Petrus

trus de Boiſſat Lyſſiæus Proprætor Viennenſis in Gallia, Vir Græce Latineque doctiſſimus, nobiliſſimo ſanguine clariſſimus, in Stalagmate Reginæ.

Hæc ad Septemtrionem: an vero ad Auſtrum minor ejusdem gentis Mediceæ gloria cenſenda eſt? Ante annos ducentos ſexaginta PETRUS MEDICES Neapoli ſummo cum imperio præfuit, Mauroſque ingenti clade affecit, & regionem longe lateque vaſtavit; ob id gentilitiis inſigniis *Pilis* adjecit *Caput Æthiopis*. Hieron. Henningius Theatro Genealog. pag. 1050. & alii.

Fortitudinis ſunt hæc militaris, iſtud vero pietatis. Mediceorum opibus Xenodochium Hieroſolymis fundatum in uſum omnium Chriſtianorum advenarum. Idem Petrus Boiſſatus in COSMO MEDICE dicto *Seniore*.

Principis Familiæ Mediceæ ſucceſſio.

CAP. VII.

HUjus Sereniſſimæ Familiæ ſucceſſionem diligentiores ſic deducunt, omiſſis plurium ſtirpium aliis ſtemmatibus ex hac ampliſſima Gente deductarum, & nominibus eorum, ex quibus Principum ſucceſſio non deducitur.

BONUS, ſive IMBONUS.
CLARISSIMUS.
LIPPUS.
AVERARDUS.
AVERARDUS.
CLARISSIMUS, ejuſque fratres, a quibus plures.
AVERARDUS, vocatus BICCI.
JOANNES, a quo
{ COSMUS PATER PATRIÆ, &
{ LAURENTIUS.
A COSMO PATRE PATRIÆ.
PETRUS, a quo
{ LAURENTIUS, MAGNIFICUS dictus, &
{ JULIANUS.
A JULIANO
JULIUS, poſtea CLEMENS VII.
A LAURENTIO MAGNIFICO.

Digitized by Google

PETRUS,
JOANNES, poſtea LEO X. &
JULIANUS Dux Nemurſi.
Ab JULIANO Duce Nemurſi,
HIPPOLITUS Cardinalis.
A PETRO,
LAURENTIUS Dux Urbini.
A LAURENTIO Duce Urbini,
CATHARINA Regina Galliarum &
ALEXANDER Dux Reipublicæ Florentinæ.
A LAURENTIO, COSMI PATRIS PATRIÆ fratre.
PETRUS FRANCISCUS, a quo
JOANNES, a quo
LUDOVICUS, vocatus JOANNES, vulgo DELLE BANDE NERE, a quo
COSMUS Magnus Dux Etruriæ I., a quo
FRANCISCUS Magnus Dux Etruriæ II. &
FERDINANDUS, Magnus Dux Etruriæ III.
A FRANCISCO,
MARIA Regina Franciæ.
A FERDINANDO,
COSMUS II. Magnus Dux Etruriæ IV.

SILVESTER *Mediceus, Vir illuſtris*, AVERARDI BICCI *tertius conſobrinus, ex* CLARISSIMO, AVERARDI *prioris fratre, deſcendens.*

CAP. VIII.

AB iſto opus ſuum inchoavit Stephanus Joavinenſis J. C. Senenſis, ſub hoc titulo: *De Monarchia Medicea Pentateuchus ad Divum Clementem VII.* Prodiit Anconæ apud Bernardinum Gueraldum Vercellenſem, anno 1524. in quo auctore fœda paſſim adulatio; ſed ego pergo. Optimates in invidiam adducti, dignitatem uſque adeo amiſerunt, ut eam denuo recuperare numquam potuerint. Jam ædes Cavicciulorum acerbitate incredibili expugnatæ, & in eandem redacti orbitam, Pazzii, Donati, Cavalcanti, Roſſii, Bardi, Freſcobaldi, munia publica paulatim in egregios quoſque conferri cœpta. Nec tamen defuere tunc, qui in Reipublicæ perniciem conſpirarent, quibus malis ut obviam iretur, SILVESTER MEDICEUS electus eſt Juſtitiæ Vexillifer, homo prudens, & ſine ambitione libertatis amans, quique conſultationes, niſi vocatus, non adiret, cujus auctoritate Senatus

Digitized by Google

natus vocari, nec ſine eo haberi poterat. Supremo Magiſtratu inito, legem tulit de reprimenda optimatum nimia potentia: plebejæ factionis tumultuantis caput eſſe renuit; ab ea tamen turbulentiſſime coëunte, veluti invitus, eques eſt factus, ditatuſque annuo cenſu ſexcentorum florenorum. Inciderunt paulo poſt periculoſiſſima tempora, cum res a viliori plebecula ad honeſtiores artifices translata eſſet, & quidam ſæviente factionum rabie exilio multati, alii capite plebis offenſam luere juſſi, SILVESTER dignitatem ſuam æquanimiter tutatus eſt uſque ad annum 1388. quo extinctus, honorum plenus, ſeptuaginta duos annos natus, hoc epitaphio æri inciſo ad D. Reparatæ eſt cohoneſtatus.

SILVESTER. MED
H. ADQ.
QVI. ITA. DE. REP. DOMI. FORISQVE
MERITVS. EST
VT. ET. EQVESTRI. ORDINE
ET. AMPLISS. DONIS
ET. LOCO. SEPVLTVRAE
MAXIMO. CONSENSV. CIVITATIS
DECORATVS. SIT

OB. AN. SAL. MCCCLXXXVIII.
VIX. AN. LXII. MEN
VIII. DIES XII. (1)

VERIUS *Mediceus*, ANTONIUS, JOANNES *Viri illuſtres ex alio ſtipite: familiæ relegatio.*

CAP. IX.

OPpreſſa Artificum minorum factio, biennio poſt mortem SILVESTRI, hoc eſt circa annum 1390. validiore, quam unquam antea, impetu ſe movit, auctoritatem, ſi vi armorum poſſet, priſtinam recuperatura. Itaque pars armati forum inſederunt: alii ad caput ſuum VERIUM MEDICEM contenderunt, virum tranquilli animi, & opulentia, dignitateque privata contentum, publicis abſtinentem turbis, nec ſeditionibus ſe immiſcentem. Huic imperium totius civitatis obtulerunt, quod ille aſpernatus, querelas audivit

(1) Ejus res geſtas memoriæ mandavit Silvanus Razzius in libro, qui quinque illuſtrium virorum vitas continet.

divit libenter, oravitque moderatius agerent, dum ipſe apud optimates cauſam eorum ageret, & ab iis æquabilis dominatus promiſſum conſecutus, furenti plebeculæ, arma deponeret, perſuaſit. Tum Magnates contra fidem datam acerrime in plebem animadvertentes, Mediceos, quibus auctoribus plebei arma depoſuerant, commoverunt; ſed ab iis fruſtra auxilium ea tempeſtate tentatum. Nec vero ipſi Medicei mitius habiti; nam ANTONIUS, & JOANNES exilio mulctati, alternante poſtea fortuna in urbem iidem revocati die 4. Auguſti anno 1397. & mox ab hoſtili factione petiti, fortiter pugnantes interempti ſunt. Triennio vero exacto, cum Mediolani Dux occulte quidpiam in Florentinos moliretur, Medicei participes perduellii traducti vulgo, qua criminis ſuſpicione omnes pæne relegati. Memorabili ſane caſu, unam domum toties hoſtili odio fractam, propria virtute recidivam reviguiſſe.

AVERARDUS *Medices vocatus* BICCI, *& JOANNES ejus filius.*

CAP. X.

CUm Medicei, ex latere SILVESTRI & VERII deſcendentes, illam, quam dudum in Republica tenuerant dignitatem, retinere non potuiſſent, Regnatricis Familiæ auctores emergere cœperunt: ex quibus fuit AVERARDUS vocatus BICCI, qui *Dominus* in publicis monumentis appellatur. Hic cum mitiſſimo eſſet ingenio, facile partes ſuas, nemine ex inimicis hoſtiliter contranitente, erexit.

Succeſſio ad JOANNEM filium AVERARDI BICCII exinde eſt devoluta, quem primum *emerſiſſe* ait Nicolaus Machiavellus libr. 4. Hiſtor. Florent. in principio. Huic cum eſſent ingentes opes, ac ſupra privati civis fortunæ favor, Vexillifer Juſtitiæ electus eſt maximo omnium ordinum concurſu ac conſenſu, anno 1421. unico Nicolao Uzano contradicente, ac ſubinde ingerente, *periculoſum eſſe, ei rerum ſummam committi, in quem omnium animi concurrerent*. Tantam in eo gravitatem, & conſtantiam tradunt, ut ALAMANNO MEDICEO de Reipublicæ ſtatu mutando, quod facillime facere potuiſſet, & familia ſua deinceps firmanda, quod non erat futurum valde operoſum, neutiquam crederet. Plebem, graviter cum optimatibus de largiendo bellis ſumptu contendentem, in ordinem redegit. Quibus peractis, plenus famæ ac decoris in morbum incidit, quo ingraveſcente filios ſuos COSMUM & LAU-

Digitized by Google

LAURENTIUM ad ſe vocatos pie inſtruxit. Obiit anno ſalutis 1428. (1)

Hi ſunt, per quos ſecta eſt, diviſaque, ut opinor, familia; nam a COSMO honorata illa ſucceſſio: PETRUS *Podagricus*, LAURENTIUS *Magnificus*, & JULIANUS, Reginæ CATHARINÆ pater Dux Urbini, LEO X., CLEMENS VII. & ALEXANDER Dux Florentiæ, in quo illius propaginis finis. A LAURENTIO minori natu, fraterque COSMI *Patriæ Patris* ſtemma Sereniſſimorum Principum, qui hodie dominantur, & diu, precor, feliciterque.

COSMUS *Mediceus*, *cognomento* Magnus, Pater Patriæ.

CAP. XI.

BEllo gliſcente inter Florentinos & Lucenſes, COSMUS MEDICEUS, qui cognomento *Magnus* a nonnullis, ab aliis *Senior*, ſive *Major* dicitur, JOANNIS Patris heres, & factionis caput conſtitutus, ab adverſariis obliquis criminationibus petitur, duce *Nicolao Barbadoro*, reluctante illi conſilio tamquam difficili & præcipiti *Nicolao Uzano*, licet jurato Mediceis hoſte. At eo defuncto, finito bello Lucenſi, *Rinaldus Albitius* artibus clandeſtinis cœpit impetere COSMUM, ſed fruſtra, factionis enim capita reluctabantur. Verum ubi ſupremum honorem adeptus eſt *Bernardus Guadagnius*, non levi manu, nec ſegniter delationem aggreſſus, ſed totis adverſæ ſuæ factionis viribus anniſus, diem ei dixit, vadimonium ille, non tam Magiſtratus favori, quam conſcientiæ bono fiſus, intrepidus obivit, licet amici diſſuaderent & fidiſſimi, & rerum callentiſſimi: tum vario partium motu, quibusdam mortem decernentibus, aliis relegatione contentis, datus eſt in cuſtodiam *Albergbettino* (locus in Palatio ſub turri eſt) *Friderico Malenotio* aſſervandus; ubi triduo toto omni cibo, ſuſpicione veneni, præter panem abſtinuiſſe ſcribit Nicolaus Machiavellus, haud probabiliter, ut opinor, quaſi non potuiſſet & pani venenum indi. Paulo poſt a Ducentis e tota civitate Viris ſelectis cauſa criminationis cognita, Patavium relegatus, cuſtodia publice adhibita, die 3. Octobr. anno 1433. Parum probabiliter ab eodem Machiavello proditum, vitam eum mille Hungaricis a Bernardo Vexillifero redemiſſe; nam quomodo tam arcta cuſtodia ſeptus, vel de ſumma cum eo paciſci, vel pactam tradere potuit? Deinde quid unius viri ſuffragium, re Ducentis commiſſa, pon-

(1) Vitam reſque præclare geſtas Joannis hujus ceterorumque Mediceorum ex hac peculiari ſtirpe, ſeu, ut vocant, linea, qui clari fuerunt, vide apud Scipionem Ammmatum Tom. 3. Opuſculorum.

Digitized by Google

ponderis aut momenti habuit? Ut omittam Bernardum eam dignitatem adverſæ factionis voto ac conſilio adeptum, quod nec Machiavellus negat.

Cum honorificentiſſime a Venetis anno pæne toto Cosmus haberetur, uxor *Conteſſina*, ex antiquiſſima *Bardorum* gente, oppido *Alvernie* dominata, fato conceſſit: & ſequenti anno *Nicolaus Coccbius* Vexillifer, & Octoviri omnes partium Medicearum ex urna educti; quare calamitatis ſuæ præſcius *Rinaldus Albizius* D. Apollinaris ædem armatus occupat, dira reipublicæ minatus, niſi ille magiſtratus mutaretur; ſed factionis illius facile princeps *Joannes Guicciardinus* domi ſe continuit: *Pallas Strozzius* inermis, equo vectus, duobus pediſſequis comitatus comparuit quidem, ſed domum ſuam quamprimum receſſit: *Rodulphus Peruzzius* in Palatium, magiſtratus imperia facturus, ſe recepit, ut *Rinaldum* ſibi arma excuti adhortatione Eugenii Papæ, qui tum Florentiæ agebat, permitteret. Ita ab exſilio Cosmus revocatus, urbem publice lætantem, triumphantis & victoris verius ritu, quam civis paulo ante depulſi, ingreditur: adverſariæ partes relegatæ, ſubita ſane animorum mutatione.

Revocatus toto animo in publicam adminiſtrationem incubuit, & *Patris Patriæ* titulum accepit: ſubſidium Venetis laborantibus, duce Bernardino Mediceo deſtinavit, Veronamque obſeſſam liberavit: *Joannem Vitellium*, dictum *Patriarcham*, ad Pontificem detulit, res novas molientem, qui dimiſſo exercitu Pontificio, cui præerat, in carcerem conjectus, capite eſt mulctatus: quo beneficio Papa obligatus, Cosmo petenti quatuor millia equitum, duo millia peditum, in ſubſidium Etruriæ delegavit. Denique cum invidiam virtute ſuperaſſet, & ſumma gloria in Rep. eminuiſſet, caduca & decrepita ſenecta obiit anno 1464. ætatis 75.

Multa ædificia domi foriſque erexit, publica privataque, innumera templa, Sacella, Xenodochia fundavit: Bibliothecam illam tot doctorum ſcriniis compilavit, magnificeque inſtituit; quibus rebus, ut minimum, quadringenta millia aureorum numnum impendit, centum millia amicis mutuo dedit. Paulus Jovius in Elogiis quatuor milliones conſumptos putat. Triginta annis totis Reipublicæ clavum tenuit, cujus imperii fines non vulgariter auxit, urbeſque adjecit *Burgum Sancti Sepulcbri*, *Montedolium*, *Montecarlum*, totumque *Caſentinum*, *Lucam* quoque adjecturus, niſi ingratiſſimus Mediolani Dux fidem datam fefelliſſet.

Mæcenas unicus fuit literatorum eo ſeculo, licet ipſe literas ignoraret, quod teſtatur Pierius Valerianus præfat. ad libr. 3. Hieroglyphic. *Argyropylum* Græcum impenſius fovit: *Marſilio* etiam *Ficino* Philoſopho non modo honoratum cenſum attribuit, ſed *Villam* etiam *Trebianam*, quoad viveret, aſſignavit. Michaël Brutus libr. 5. Hiſtor. Florent. *Is eſt Marſilius Ficinus, veteris Academiæ inſtaurator, ac Platonis ſcitis inter-*

interpretandis per ea tempora princeps habitus; cum a Coſmo domi a puero educatus liberos in literis inſtituiſſet, dignus viſus ob ſingularem eruditionem & morum elegantiam, quem in Caregiana villa ubere ac lato agro donaret: ubi quidem cum, Coſmo jam mortuo, vitam in plures annos produxiſſet, diem extremum egit, multis & præclaris ſapientiæ monumentis relictis, quæ conſignata literis a noſtris hominibus magna cum ejus admiratione ingenii leguntur. Pompejo Magno ſimillimus, fuit Coſmus hic noſter, qui florentiſſima Republica *Conſul ſine collega* creatus.

Tantorum meritorum gratiam ei Reſpublica, & patria gratiſſima retulit, dum hoc ei honorificum elogium cippo ſepulchrali inſcribi voluit, quod etiamnum hodie ad D. Laurentii Florentiæ extat.(1)

COSMVS. MEDICES
HIC. SITVS. EST
DECRETO. PVBLICO
PATER. PATRIAE.

VIXIT
ANNOS. LXXV
MENSES. III
DIES. XX

BERNAR-

(1) Vitam ejus luculenter ſcripſit Silvanus Razzius in libro, in quo & aliorum quatuor claſſimorum Virorum vitæ habentur.

BERNARDINUS, & BERNARDUS *Medicei*.

CAP. XII.

PUlſum patria COSMUM Veneti non modo honorifice habuerunt, ſed etiam auctores fuerunt, ut revocaretur: Baptiſta Egnat. libro 7. Dictor. cap. 2. quare ille gratiſſimo animo iisdem laborantibus, ut a Republica ſuppetiæ decernerentur, curavit. In ea expeditione miſſus fuit BERNARDINUS MEDICEUS, COSMI gentilis, cujus præclaram eo bello operam laudant Hiſtoriæ Veronenſes; ſed paulo poſt, dum fortiſſime dimicat, temere a ſuis digreſſus, interficitur.

Succeſſit ei in copiarum Florentinarum præfecturam miſſus BERNARDUS MEDICEUS, filius ANTONII MEDICEI, vir militaris induſtriæ: cujus opera *Nicolaum Piccininum* Veneti ſub Veronæ muros debellarunt. Idem hic caſtrorum, *ſub Nerio Gini Capponi*, & alias ſæpe, præfectus. Supremum honorem, ſive Vexillum Juſtitiæ bis omnino ſumma animi moderatione tulit, anno ſcilicet 1446. & anno 1455.

Quatuor liberos ſuſtulit, qui & ipſi omnes eundem honorem adminiſtrarunt, raro ſane felicitatis exemplo. Quod antiquitas mirata eſt in *Q. Metello Macedonico*, qui a quatuor filiis illatus eſt rogo, uno prætorio, tribus conſularibus, duobus triumphalibus, uno cenſorio. Sic *Raimundus* Comes Provinciæ quatuor filias Reginas: *Caſimirus* Rex Poloniæ quatuor filios Reges: CATHARINA MEDICEA tres filios Reges, viderunt: & quidam *Barclajus* Scotus quinquaginta filios ex una uxore genitos, eadem ſuperſtite, Barones fieri, & in cohortem Regiam adſcribi lætus aſpexit, ut hiſtoria Scotica teſtatur.

LAURENTIUS *Mediceus*, JOANNIS *filius*, COSMI Patris Patriæ *frater*, *natu minor*: & PETRUS FRANCISCUS.

CAP. XIII.

JOANNEM MEDICEUM duos reliquiſſe filios, ſupra oſtendimus, quos ille æquali portione heredes inſtituit, ut obſervavit Guicciardinius: horum natu minor fuit LAURENTIUS, qui bis Vexillum Juſtitiæ geſſit, & homo animi tranquilli, turbas civiles exoſus, nulliuſque factionis particeps, Cosmo relegato, tranquilliſſime domi conſenuit. Uxorem habuit GENEVRAM CAVALCANTHIAM, antiquiſſimæ familiæ partiariam heredem, quæ & ipſa toto hoc tempore factione abſtinuit.

Huic filius PETRUS FRANCISCUS nihil memorabile, quod ſciam, geſtum reliquit; niſi quod ſupremum Vexilli Juſtitiæ honorem conſecutus, patriæ quoque & ipſe, familiæ ſuæ ſplendore & magnitudine, præfuit, uxore ducta LAUDOMINA ACCIAJOLA. Sed ad lineam directam Senioris, ſeu Magni COSMI regredior.

PETRUS *Mediceus*, *cognomento* Podagricus.

CAP. XIV.

DUo omnino filii Cosmo Magno fuerunt: JOANNES, qui uxore ducta GINEVERA ALEXANDRIA, & ex ea unico ſuſcepto filio, qui COSMUS nominatus fuit, neque ulterius hac linea procedente anno ætatis ſuæ quadrageſimo ſecundo e vita migravit: & PETRUS, qui tantæ familiæ heres & ſucceſſor, non niſi biennio poſt defunctum patrem, neſcio ob quam cauſam, hoc eſt anno 1466. hereditatem ſibi relictam adivit: ab ambitu rerum civilium longe remotus, interceptis membris, & mutilo corpore rebus gerendis inhabilis, unde ei cognomentum *Podagrici*: res domeſticas *Diotiſalvio*, publicas vero *Lucæ Pitthio* adminiſtrandas permiſit: adſcitique in partem curarum *Nicolaus Soderinus* conſanguineus, & *Angelus Acciajolus*, qui omnes in pernitiem ejus conſpirarunt: *Nicolaus*, quod magiſtratum cuperet ſarcta tecta auctoritate eſſe: *Angelo* judicium in ſui diſpendium a Cosmo latum impenſius diſplicebat: *Lucas* ſpontanea, & inſita ambitione: *Diotiſalvius* avaritiæ cupiditate tranſverſi agebantur. Quod cum reſciſſet PETRUS, removit a rei ſuæ domeſticæ procuratione *Diotiſalvium*; & cum *Nicolaus Fedinus* conjurationem omnem, nominaque conjura-

torum palam PETRO feciſſet; ille, perduellio diſſimulato, amicorum nomenclaturam fecit, & in his adverſarios volens ſcripſit, carta ad omnes miſſa, ut chirographo ſingulorum muniretur: quod & perduelles ſponte admiſerunt, teſtati nihil ſibi Mediceæ familiæ patrocinio carius eſſe; atque ita conſpiratio, temere concepta, evanuit.

Inter hæc *Nicolaus Soderinus* creatus eſt Vexillifer Juſtitiæ, cui, quod libertatis amans haberetur, caput laurea a cive quodam, dum urbi obambularet, velatum eſt, ut Bruti ſtatua, paulo ante Cæſarem interfectum, pro roſtris Romæ coronata eſt; quaſi exterminio Mediceorum pax ac libertas publica ab eo eſſet paranda: a quo præcipiti conſilio multum dehortatus eſt Vexilliferum frater *Thomas Soderinus;* atque ita, ne ille ſuo in magiſtratu quidquam moliretur, effectum, re in ſequentem Vexilliferum rejecta. At perduelles, moræ impatientes, ſtatuerunt domi, eum in Villa *Carregiana* ſtrangulare, adſcito in partem conſilii *Marchione Ferrarienſi*. Et *Diotiſalvius* privatim eum admonebat inter hæc, ne pacem publicam turbaret, neve ſollicitus armatos in ſui cuſtodiam adſciſceret; donec *Dominicus Martellius* totum conjurationis ordinem detexit, qui in ſocietatem a fratre *Diotiſalvii* invitatus fuerat. PETRUS itaque *Joannem Bentivolum* interpellavit, ut ad ſe ſcriberet, *Marchionem Ferrariæ* copiis paratis Florentiam invadere; qua commentitia occaſione armatis amicis ac clientela, improviſo Florentiam ingreditur, raro ſane mirandoque fortitudinis exemplo, quando ab omni memoria pauci ſunt reperti, qui infirmi, ut erat PETRUS, auſi hoſtibus armatis occurrere; nam præter *Eumenem*, qui *Antigono* ſic reſtitit, *Cn. Scipionem* in Hiſpania, *Antonium de Leva* contra Comitem *Saupaulinum*, vix ulla exempla ſimilia reperientur.

Adverſa factio ad arma etiam volavit; ſed cum Magiſtratus, PETRI partes amplexus, in capita quædam cum eo conveniſſet, diverſis depulſi exiliis abjere: *Acciajuoli* Neapolim conceſſere: *Diotiſalvius* & fratres, unaque *Soderini* Venetias: *Joannes Neronius* Archiepiſcopus Florentinus Romam, alii alio. Solus *Lucas Pittbius* affinitatem cupiens cum Mediceis contrahere, domi ſecurus periculi remanſit, omnibus deſpicatui ac contemptui habitus, armis dignitatem tueri fruſtra conatus. Fœdus cum Duce Mediolanenſi renovatum, bellum Venetis indictum, qui Florentinorum exulum hortatu arma ſumpſerant, & *Bartholomæo Coleone* Duce, Bergomate, qui primus tormentis bellicis in exercitu eſt uſus, cum *Diotiſalviis*, *Nicolao Soderino*, *Joanne Pallantis Strozzio*, *& Hercule Borſii* Ferrariæ Marchione Tuſciam ingreſſi, *Anadolium* vicum incenderant, vicinamque regionem vaſtarant: quibus obviam itum ab exercitu a fœderatis conſcripto, *Mediolani* Duce, Rege Neapolis *Ferdinando*, cura data & imperio *Federico* Comiti Urbinati; ſed cum Venetis pace inita, *Diotiſalvii* Ferrariam, *Soderinus* Ravennam jerunt.

Ad domeſticas deinde curas converſus, inter LAURENTIUM filium ſuum natu majorem, & CLARICEM URSINAM nuptias celebravit, non ſine maxi-

maxima invidia; pater enim urbanis fuerat contentus affinitatibus. Paucos exinde cis dies, revocatis exulibus, initaque cum adverſariis pace, fato eſt functus, anno ætatis 53. ſuperſtite uxore LUCRETIA TORNABONA, rariſſimi exempli, moribus eximiis, & incomparabili virtute fœmina.

LAURENTIUS *Mediceus*, *cognomento* Magnificus, *parens literarum ſuo ævo dictus*.

CAP. XV.

FAmiliæ, ac reipublicæ regimen LAURENTIUS, natu major, patre defuncto, ſubivit, majoribus ſimillimus, humanus, prudens, animoſus, armorum peritia inſignis; nam cum equeſtres ludi Florentiæ ederentur, tota Italiæ nobilitate concurrente, palmam ille judicio omnium tulit. *Thomæ Soderini*, affinis ſui, conſiliis uſus, ita ſe geſſit, ut & magnitudinem ſuam non dejiceret, & amorem populi impenſius ſibi conciliaret. Interim *Bernardus Nardius Lucæ Pitti* factioni favens, centum delectis ſtipatus, noctu *Pratum* occupat, & ſeditionem movet; ſed a *Georgio Ghinoccio*, equite Rhodienſi, captus, Florentiam eſt miſſus. Per hæc tempora *Dux Mediolani* magnificentiſſimo apparatu ſplendide a LAURENTIO eſt exceptus, tota civitate quiete alta, & luxu diffluente.

Inter hæc felicitatem hanc domeſticam oppreſſit totius Italiæ ſubita mutatio: hinc Mediceorum dignitatem impugnante factione, cujus caput *Ferdinandus* Neapolis Rex, copiis præfecto *Urbinatium Comite*: illinc defendentibus Venetis, Duce Mediolani, Peruſinis, Domino Faventiæ, copiis præpoſito *Roberto*, Arimini domino. Sed dum foris minus noceri LAURENTIO poſſe animadverterunt, domi in eum conſpiraruntfactionis principibus *Paziis*. Haud aſſentior Nicolao Machiavello, qui cauſam tradit negatas *Jacobo Pazio* dignitates, cum decennio toto antea Vexillum Juſtitiæ geſtaſſet. Percuſſores decreti *Bernardus Bandinius*, *Napoleon* gente Gallus, *Antonius* Volaterranus, & *Stephanus* quidam pædagogus filiæ *Jacobi Pazii*: qui urbem ingreſſi in comitatu Cardinalis *Riarii*, in ipſa Metropolitana Eccleſia, tempore Sacri, rem tranſigere tentarunt: & JULIANUM quidem, nil tale ſuſpicantem, transfixerunt. LAURENTIUS, pugione ſe tutatus, Veſtiarium occupavit. Occiſus etiam *Franciſcus Norius*, quem male famulum fuiſſe Mediceorum Philippus Cominæus libr. 6. Hiſtor. Gall. cap. 5. aſſerit; cum & ſupremos ipſe, & filius, paterque honores ea in republica geſſerint, eaque familia ſemper inter patricias locum habuerit.

Digitized by Google

Incidit conjuratio (1) hæc in diem 26. Aprilis, anno 1470. cum in convivio nocte præcedente cædem deſtinatam patrare non potuerint. Nefarium hoc, ſacrilegumque facinus in præſens civitas egregie ulta eſt, ac mox Deus ipſe profanati Sacri vindex adfuit; nam *Franciſcus Salviatus* Archiepiſcopus Piſanus, cumque eo ex eadem familia duo gentiles, & *Jacobus Poggius* e Palatii feneſtris, laqueo gulæ injecto, ſuſpenſi, alii inde præcipitati, pars in vincula detruſi, & meritas parricidii pœnas luerunt, & ſeveritatis documentum poſteris fuerunt, ne temere in magnates liceret graſſari: quam æquitatem etiam poſteritas laudavit, omniumque gentium ſcriptores. Baptiſt. Egnat. libr. 6. cap. 5. *Jacobus Pazius* ab itinere, quod Alpes verſus intenderat, retractus, a ruſticis diſcerptus, lacerati corporis fragmenta decreto Senatus in ventos diſperſa, aut in Arnum conjecta. *Monteſeccus*, Dux Pontificiarum copiarum, capite multatus. Comes *Hieronymus*, Cardinalis *Riarii* pater, in palatio ſuo jugulatus per Gallum quendam, nomine *Orzonem*. Rex Neapolis *Ferdinandus*, initæ conjurationis particeps, defluente catarrho paulo poſt interiit: nec quiſquam conſcius vel humanæ, vel divinæ juſtitiæ vindictam evaſit.

Incolumem LAURENTIUM aperta vi adverſarii adorti, id tantum effecerunt, ut publicis ſtipendiis ei ſtipatores aſſignarentur. Paulo poſt pertæſi partium Veneti, ab armis ſeceſſerunt. Marchio Ferrarienſis ſe ſubduxit. LAURENTIUS *Ferdinandum* Regem inviſit, civitate curæ commiſſa *Thomæ Soderinio*, unde certa ſecuraque pax ſequuta. Uxores habuit PHILIPPAM Sabaudiæ, quæ ſterilis manſit, & CLARICEM URSINAM, tot liberorum ei matrem. Filiam ſuam Pontificis filio deſpondit. Quibus rebus geſtis, hoſtibus terror, amicorum amor, civitati carus, & ut ſemel dicam, invidia major, exceſſit anno 1492. ætatis 44.

Magnificentia vel ex eo patet, quod trecentos domeſticos aleret: nullum externi Principis Legatum indonatum dimitteret: tot cœnobiis, tot xenodochiis ſumptus provideret: in quo vel hoc glorioſiſſimum, quod ſua ætate PARENS LITERARVM ET LITERATORVM audiret; nam & *Piſanam Academiam* in priſtinum ſplendorem erexit: viros eruditionis principes & fovit impenſius, & ditavit liberalius, & in his *Chriſoloram*, *Argyropylum*, non Florentinum, ut vult Baptiſta Egnat. libr. 3. cap. 1. Dictor. ſed Byzantinum, *Marullum*, *Ficinum*, *Angelum Politianum*, *Picum Mirandulanum*, *Demetrium Chalcocondylam*, quorum non ipſe modo, ſed & poſteri ingenia ſunt admirati: quibus ducibus Latinæ Græcæque literæ ab orco revocatæ, altius caput exeruerunt. Hinc fecundus ille ubique Europæ eruditorum favor: hinc felicia Mediceæ gloriæ ſemina in adultam ſegetem excrevere: & licet magna ſint conſecuta, majora tamen ominabantur.

JULIA-

(1) Hujus conjurationis hiſtoriam vide ſis apud Angelum Politianum, qui eam Salluſtiano plane ſtylo elegantiſſime ſcripſit.

Digitized by Google

JULIANUS *Mediceus*, LAURENTII Magnifici *frater*: *Princeps Juventutis dictus*.

CAP. XVI.

SEcundus natu PETRI fuit JULIANUS, quem *Paziana* conjuratione ſupra interemptum oſtendimus. Publico civitatis applauſu acclamatus fuit *Princeps Juventutis:* in quo illud memorabile, poſt primum vulnus, a *Bernardo Bandinio* pectori inflictum, eum ſtatim exanimem concidiſſe, cujus cadaveri *Franciſcus Pazius* incumbens, tanto furore ictus ingeſſit, ut ſibi ipſi crus letali plaga transfigeret. Hoc quoque de eo inſigne fertur, quod ipſius maxime cura, inita fuerit antea cum *Paziis* affinitas, BLANCA MEDICEA, filia LAURENTII, quem fratrem ſupra oſtendimus fuiſſe COSMI Magni, in uxorem collocata *Guilielmo Pazio*, viro illius familiæ primario, ac nepoti *Jacobi* conjuratorum principis. Hic filium in cunis reliquit JULIUM, qui poſtea Pontifex Maximus CLEMENTIS VII. nomen obtinuit. Nec plura de eo deprehendi.

PETRUS *Mediceus*, *familiæ princeps*, *Gallicas partes ſequutus*.

CAP. XVII.

FIlius natu maximus LAURENTII fuit PETRUS, quem Jacobus Nardius non inelegans hiſtoricus, *Magnum Lombardum* appellatum a Gallis ſcribit; quod communi *Lombardi* nomine apud vulgum quilibet Italus veniat. Hic & equeſtres artes, & bonas literas, quas non leviter, Angelo Politiano tradente, imbiberat, vehementer coluit, & amavit. Depoſita tamen veteri diſciplina, paulum remiſſior viſus, civium animos ab ſe nonnihil alienavit. LAURENTIUM, & JOANNEM MEDICEOS fratres, filios PETRI FRANCISCI MEDICEI, qui per LAURENTIUM nepos fuerat JOANNIS BICCII, ut toties dictum, quia plebi gratos, in carcerem conjecit, ac mox in ſuburbanas ædes ablegavit.

Carolo VIII. Gallorum Regi, Italiam irrumpenti, obvius factus, partes ejus non vulgariter adjuvit, munimentis traditis *Sarzana*, ſeu *Sergiana*, *Liburno*, *Piſana arce*, *Petraſancta*, *& Librafacta*; quare cum a Rege in urbem remitteretur, velletque Magiſtratum alloqui, aditu Curiæ

Curiæ a *Jacobo Nerlio* prohibitus, mox furibundis accenſæ plebis vocibus territus, urbe profugit cum tota ſua cognatione: ædes exinde omnes, ac horti, præter Mediceum *Palatium*, effractis foribus ſpoliatæ. Paul. Jovius libr. 1. *Veniere itaque magno fortunæ ludibrio, præter ingens & copioſum opulentæ domus inſtrumentum, ſtatuæ antiqui operis, toreumata, gemmæ, variique lapides admirabili veterum artificum ſculptura inſignes, vaſa myrrhina, numiſmataque, ære, argento, quibus clarorum ducum effigies inerant, longo atque erudito ſtudio diuturna in pace cumulata. Præterea tabulæ, & ſigna, nobilium artificum monimenta: & quod invidiam plurimum augere poterant, illa tam grandi pecunia, tot tantiſque doctorum virorum peregrinationibus, atque laboribus quæſita, Latinorum & Græcorum voluminum ſupellex celeberrimæ Bibliothecæ. Hanc Coſimus inſtituerat, auxerat Petrus, & Laurentius poſtremo, tota pene Græcia rariſſimis libris ſpoliata, expletiſque tandem ſtudioſorum deſideriis, magna ſui fama claritateque condiderat; ita ut plerique mortales eam familiam tanta calamitate indignam, ac inique admodum ab ingratis civibus exactam eſſe judicabant; quando ejus proceres perpetuo quodam magnificentiæ ſplendore, ædificando, fovendo ingenia, & pacem opulentiæ parentem ſingulari induſtria tuendo, patriæ ac civibus tantum ornamenti & claritudinis addidiſſent.* Alii hanc rem diverſa quadam ratione narrant, ſcilicet optimates *Soderinos*, *Capponios*, *Nerlios*, tantæ auctoritati infenſos, plebem in reducem armaſſe, atque ita Palatii introitu a *Jacobo Nerlio* prohibitum, niſi ſtipatoribus dimiſſis ipſe ſolus ingredi vellet: tum ipſo armato, plebem quoque ſe armaſſe, & ipſo cum Cardinale fratre urbe cedente ex conſilio *Pauli Urſini*, *Ballaſſatum* Gallum in ædes Mediceas, quas Regi venturo præparabat, expilandas incubuiſſe. Philipp. Comin. libr. 7. cap. 9. Populum vero magna contentione & ipſius, & Cardinalis ſuppellectilem diripuiſſe: & licet tantæ opulentiæ ordinem reperire perquam eſt difficile, præcipua tamen attingam. *Monocerotis* integrum cornu, cujus pretium viginti millia aureorum a *Balaſſato* ſubductum: & duo aliorum item *Monocerotum* cornuum fragmenta, ab eodem occupata, quod Mediceorum proxenetas ſibi magno ære Lugduni eſſe obſtrictos affirmaret. Guilielm. Paradin. Chron. Sabaud. cap. 10. Hic eſt ille, quem *Matthæum Balaſſium* alii hiſtorici vocant: nonnulli verius eundem *Balſacum* nobiliſſimæ familiæ principem appellant: Ferron. Contin. Hiſt. Pauli Æmilii. Sed redeo ad direptionem, quæ eo miſerabilior fuit, quo ardentius in eam tota civitas ferebatur. Igitur, præter illa, quæ privati rapuerant, ſupra centum millia aureorum nummum, Senatus viginti mille aureos, qui in menſa erant, ſui juris fecit: & tria millia numiſmatum aureorum, aut argentorum, ad pondus quadraginta librarum, idem occupavit; cum tota reliqua Italia totidem oſtentare non poſſet.

Dum hæc agerentur, Rex *Petrum* ad ſe in caſtra vocat; ſed ille jam Venetias iter arripuerat: ubi honorificentiſſime habitus, aliquandiu

Digitized by Google

diu moratus, fruſtra reditum in patriam poſcit: ac mox negato regreſſu, *Neapolim* ad Regem contendit: Philip. Belforeſt. libr. 14. pag. 385. Ubi humaniſſime exceptus, illius eſt expeditionem, & fortunas ſecutus, licet domi quotidie amici & deferrentur, & condemnarentur.

Inter hæc fortunæ ludibria, Carolo VIII. extincto, Ludovicus XII. fatale in Italia bellum gerebat: cui militans PETRUS, dum ad Formias a *Conſalvo* Gallicæ copiæ deletæ, & ipſe onerarium lintrem, periculum vitaturus, ac *Genuam* navigaturus, conſcendiſſet, *Garillioni* fluminis, quem olim *Clavium*, ſive *Lirim*, aut *Lyrim*, vocabant, vado ſubmerſus interiit, anno 1503. indignus tali fato, quem neque liberalitas, neque prudentia, nec bonæ artes deſtituerant.

JOANNES *Mediceus Cardinalis*, & PETRI *frater*, *Pontifex Maximus*, LEO X.

CAP. XVIII.

NAtus eſt die 10. Auguſti anno 1475. LAURENTIO Magno filius, JOANNES MEDICEUS, qui præclara indole puer literas Græcas Latinaſque ab *Angelo Politiano* feliciter didicit: Onufr. Panvinus in Vit. Pont. Anno vero ætatis 13. Sacr. Rom. Eccleſ. Cardinalis creatus pridie Eidus Martii ab Innocentio VIII. hortatu *Laurentii Cybò*, Cardinalis ac nepotis Innocentii; unde tota magnitudinis Sereniſſimæ Familiæ renovatio ac reſtitutio proceſſit, cum & ejusdem ſoror *Magdalena* filio Pontificis eſſet deſponſata. Ab eodem Pontifice Legatus in Etruriam miſſus. Adverſante Alexandro VI. ne frater reſtitueretur, exilii comes cum PETRO Florentia exceſſit, ac in Germaniam, Galliaſque peregrinatum abiit. Julio II. electo Romam rediit, & diſcedentibus in factiones Cardinalibus S. D. N. Papæ adhæſit: a quo miſſus a Latere Legatus in exercitum, qui & armatorum, & rerum omnium affluentia inſuperabilis videbatur: quo tamen memorabili acie a paucioribus Gallis, duce *Gaſtone Foxio* ad Ravennam ſuperato, victis partibus ipſe captus, ac Mediolanum traductus, indeque, ac Ticino cedentibus Gallis, ab iisdem in Gallias ductus fuiſſet, niſi *Zalla* quidam eum in Padi tranſitu liberaſſet, ac eorum manibus eripuiſſet. Tum poſt exilium fortiter totis octodecim annis toleratum, patriam recuperavit, unde nullo crimine, ſed populari tantum odio fuerat pulſus. Nam *Petrus Soderinus*, qui Dictator perpetuus, ſive Juſtitiæ Vexillifer a Florentinis creatus, omnem aditum Mediceis revocandis præcluſerat, vir alioqui pro-

probus, Kal. Septembris, inſtante cum maximis copiis *Raimondo Cardonio*, Hiſpaniarum Regis Præfecto, magiſtratu ceſſit, & in exilium abiit.

Extincto vero Julio II. Pontifice, anno 1513. Eidib. Martii, cum Florentia profectus, ultimus conclave fuiſſet ingreſſus, trigeſimoſeptimo ætatis anno, juniorum Cardinalium ſuffragiis maxime electus, Leo Decimus eſt vocatus: exactoque menſe tanta celebritate ab Alexandro Farneſio coronatus, ut centum millia aureorum nummum per plateas ſparſa & familiæ opulentiam, & Pontificis liberalitatem abunde loquerentur. Mox ad res Eccleſiæ ſtabiliendas converſus, *Franciſcum Mariam* Ducem Urbinatium, reum cædis Cardinalis *Ticinenſis* & poſtulavit, & peregit reum, Ducatumque Apoſtolico fiſco addixit, ac eumdem Laurentio Mediceo ceſſit, & Bononiæ, varie Italia bellis vexata, Regem Galliæ *Franciſcum* convenit, cum quo certas pacis conditiones ſtabilivit. Sed deliberans paucos cis dies, depellere tota Italia, & exigere Francos, *Parmam* iis, & *Placentiam* ademit, lentaque febre obiit 9. nonas Decembr. anno 1521. Hoc ſolo nomine infelix, quod Pontificatu ipſius, dum Principes Chriſtianos ad unionem in Turcam, & expeditionem piam hortatur, promulgatis in Germania per *Tezelium* Indulgentiis, damnatæ memoriæ excucullatus *Martinus Lutherus* Eccleſiam eſt auſus impugnare, ac pernicioſiſſimam poſt hominum memoriam, ex omnium hæreticorum colluvione conflare hæreſim, cui neque Sanctitas Leonis, nec Caroli V. Cæſaris ſollicitudo obviam ire potuerunt, quin peſtis illa longe lateque graſſata, fidelium exitio, ac Fidei diſpendio creſceret. Ipſe tamen nudis pedibus a D. Petri proceſſit ad *Minervæ*: ac mox Cardinales perduelles galero privavit. *Petrum Bembum*, ac *Jacobum Sadoletum* ab epiſtolis habuit: Franciſc. de Roſieres Stemmat. Lothar. tom. 5. pag. 346. Amorem Roma in defunctum oſtendit non vulgarem, cui in Capitolio ſtatuam erexit marmoream, cum hac Epigraphe:

OPTIMO. PRINCIPI. LEONI. X
MED. PONTIFICI. OPTIMO. MAXIMO
OB. RESTITVTAM. INSTAVRATAMQVE
VRBEM. AVCTA. SACRA. BONASQVE
ARTES. ADSCITOS. PATRES. SVBLATVM
VECTIGAL. DATVM. CONGIARIVM
S. P. Q. R

Fruſtra ſim, ſi omnia, ab eo laude digna commiſſa, narrare velim: non viros modo doctos fovit, *Niphum* philoſophum, *Baſilicum Calcocondylam* Græcum, & *Philippum Beroaldum*, cui Bibliothecæ Vaticanæ curam commiſit; ſed & quoſcumque illuſtres artifices, præcipue architectos, & pictores. *Cornetum*, & *Montem Falconis* munivit: de quibus eloquentiſſimi Jovii immortale opus conſulatur; nam me aliorum ſeries avocat.

Lau-

Digitized by Google

LAURENTIUS *Mediceus, Dux Urbini.*

CAP. XIX.

DUce Urbinatum *Franciſco Maria Rovero*, ſeu *Feltrio*, peracto reo cædis Cardinalis, ut dixi ſupra, *Ticinenſis*, Ducatus ad Apoſtolicum fiſcum delatus, indeque translatus in LAURENTIUM MEDICEUM, qui Dux Urbini, in uxorem duxit MAGDALENAM Bononiæ in Galliis heredem, & ex ea genuit CATHARINAM MEDICEAM Chriſtianiſſimam Galliarum Reginam, & ALEXANDRUM ex illegitimo coitu, qui poſtea Florentiæ Dux.

At LAURENTIUS Symbolum habuit annulum aureum adamantem comprehendentem, cujus baſi impoſitæ tres pennæ ſtruthionis, inferius junctæ, cum inſcriptione SEMPER. Nec diu ſupervixit, & Ducatus ad priorem Dominum, concedente Pontifice, rediit.

JULIANUS *Mediceus, cognomento* Magnificus, *Dux Nemorenſis, & Eccleſiaſticarum copiarum Vexillifer.*

CAP. XX.

FOrtunam PETRI, & LEONIS Papæ ſequutus JULIANUS, filius LAURENTII, patria exulavit, & in aula Gallica res familiæ ſuæ non vulgariter promovit. Defuncto Alexandro VI. Romam cum Cardinale fratre rediit, tantopere ab omnibus adamatus, ut & civis Romanus creatus, & Eccleſiaſticarum copiarum imperator, ſive ſummus Vexillifer factus, ſummum apicem rerum humanarum in ea rerum conditione, poſt Reges, obtinuerit. Duxit in uxorem PHILIBERTAM SABAUDIAM, Regis *Franciſci* Galliarum matris *Ludovicæ* ſororem; quamobrem ei Rex Ducatum *Nemorenſem* e patrimonio Coronæ Francicæ ſubductum, conceſſit, ut præter Hiſtoricos Gallos meminit Carolus Molinæus Opere de *Dominio Regum Franciæ*.

Tantum in eum, & tam proclive omnium fuit ſtudium, ut non ſemel deliberatum, ut ille Rex Neapolis, *Laurentius* Dux Mediolani crearentur. Hunc Martinus Bellajus Langeyus *Magnificum* ſcribit appellatum, a liberali, ſplendidoque in omnibus rebus, quas aggrediebatur, apparatu. Paucos poſt nuptias celebratas menſes, lenta febre correptus, in Cœnobio Fæſulano obiit Menſe Martio, anno 1515.

JOANNES *Mediceus*, COSMI I. *Magni Ducis pater*.

CAP. XXI.

RECta ſucceſſionis linea a JOANNE BICCII, per LAURENTIUM, COSMI *Patriæ Patris* fratrem, ſtemma ſuum JOANNES MEDICEUS trahit: cui vere nomen fuit LUDOVICUS; ſed defuncto patre JOANNE, dum adhuc puer eſſet, ejusdem in poſterum nomen retinuit, & JOANNINUS vulgo appellabatur. Hic adultus LEONEM X. adiit, qui eum ut conſanguineum perhumaniter excepit, & ducem cataphractorum creavit, mox & fœderatorum peditum Præfectum. Turma equitum ab eo conducta, conſcriptaque, nuncupata fuit *le Bande nere*, ex qua cohorte milites omnes ſtrenuiſſimi ac invictiſſimi prodierunt. Bello Urbinitate *Sorbolongum* arcem expugnavit, multaque alia eo bello præclara geſſit. Anno tamen 1523. ad Regem Galliarum damnatis partibus tranſiit, quo relicto, denuo ad fœderatos rediit: biennio interjecto partes Regias ſequutus, quatuor millibus peditum, trecentis equitibus Ticinenſi pugna Præpoſitus, interfuit prœlio, & memorabilem operam obivit. Denique fœderatorum in Imperatorem Præfectus, in expugnatione arcis *Beauſortiæ*, tormenti ictu crure perfracto, ante trigeſimum ætatis annum extinctus, ab omnibus primus ſui ævi dux habitus. COSMUS I. Magnus Dux ei filius.

JULIUS *Mediceus*, *Pontifex Maximus*, *nomine* CLEMENTIS VII. *aſſumpto*.

CAP. XXII.

JULIANUS, quem ſupra conjuratione *Paziana* interfectum ſcripſi, filium reliquit in cunis JULIUM MEDICEUM, quem nonnulli poſtumum tradunt vix agnitum, niſi LUCRETIA TORNABONA, rari exempli fœmina, JULIANI mater, eum ut ſui ſanguinis unum educaſſet. Eques Hieroſolymitanus, ac Prior Capuæ in coronatione LEONIS X. Vexillum tulit Religionis, eodemque die Archiepiſcopus Florentinus renuntiatus, Epiſcopus Wigornienſis in Anglia conſecratus, quem honorem ſequenti anno ſponte abdicavit. Franciſcus Godwinus

winus de Angliæ Præſulib. pag. 520. Cardinalis, ac demum S. R. E. Cancellarius, aciei *Ravennati* interfuit, celerrimeque ruptis partibus Romam inde contendit, ac fugere parantem Pontificem conſilio inhibuit. Per *Antonium Albitium* abdicationem eſt executus *Petri Soderini*, quem *Antonium* inter venandum adiit, peregrini habitum indutus, quando aliter non licebat cum eo ſermones conferre. Reductis Mediceis anno 1512. & urbis cuſtodia commiſſa JOANNI Cardinali, qui poſtea LEO X. fuit, & JULIANO ejus fratri, una cum ipſis ſtrenue ac prudenter Florentinam Rempublicam adminiſtravit: aſſumptoque ſequenti anno ad Pontificatum Joanne, ab eodem Florentiæ Archiepiſcopus renuntiatur: ex quo tempore Romæ manſit, donec LAURENTIUS Urbinatum Dux obiiſſet: quo extincto rediit Florentiam, regimenque civitatis aſſumpſit: conſpiratum deinde in eum ab ingratiſſimis civibus; ſed pœna brevi de perduellibus ſumpta, reliqui cives in officio retenti, ac pacis bono deliniti.

Mortuo Hadriano VI. omnium ſuffragiis ſummus rei Chriſtianæ moderator eſt creatus XIII. Kal. Decemb. anno 1523. ac CLEMENTIS VII. nomine aſſumpto, a *Marco Cornelio* Veneto S. R. E. Archidiacono ſuæ Coronationis inſignia ſuſcepit. Inita ſtatim dignitate, rupta cum fœderatis concordia, bello acerrimo a Columnenſibus petitus eſt; ſed pax incruenta ſecuta, & exercitus Pontificius dimiſſus, & hoſtes perfidioſe urbem Romam expugnaverunt, ipſum CLEMENTEM non opinato motu territum in caſtrum *S. Angeli* compulſum obſederunt; ſed ad bonam mentem redeuntes, veniam ſupplices orarunt, copiaſque omnes abduxerunt. *Carolus* exinde *Borbonius*, quod ſciret partibus Gallicis Pontificem ſtudere, urbem obſedit, ex improviſo oppugnavit, eamque milites eo extincto diripuerunt, Pontificem in arce *S. Angeli* ſeptem totis menſibus arctiſſima corona obſedit factio, nec niſi ingentibus ſummis acceptis pax data. Eodem tempore Florentini libertatis præpoſtere avidi, urbe exegerunt ALEXANDRUM, filium LAURENTII Urbinatum Ducis, & HIPPOLYTUM filium JULIANI Ducis Nemorenſis, ut amplius nihil Mediceis ſpei in ea videretur civitate reſtare.

At CLEMENS fœdus cum Imperatore renovat, quod unicum videbatur afflictis rebus ſupereſſe ſubſidium: & illi quidem, penes quos ejus erat cuſtodia, de eo Cajetam traducendo ſermones conferebant, indeque in Hiſpaniam. Quod ut intellexit, perfidos diſſimulato habitu fefellit, & *Orvietum* urbem munitiſſimam ſe recepit, ubi ſerio de fœdere actum, cujus hæc fere ſumma: ut Imperator *Cerviam*, *Ravennam*, *Mutinam*, *Regium*, & *Rubieram* Eccleſiæ reſtitueret: Regnum Neapolitanum veteri conditione poſſideret: filiam ſuam MARIAM cum dote viginti millium aureorum ALEXANDRO MEDICEO in uxorem daret, eumque vi armata Florentiam reduceret, ac Principatu ejusdem honoraret: quæ ſingula, uti conſtituta erant, effectum ſunt ſortita.

Exinde ad res Gallicas, quas animo ſemper Hiſpanicis prætulerat, reſpiciens, CATHARINAM MEDICEAM, unicam *Arvernie Bononieque* in Galliis heredem, & filiam maximi illius LAURENTII Urbinatum Ducis, Henrico II. Franciæ tum Delphino, patre præſente FRANCISCO I. deſpondit Maſſiliæ.

Romam deinde rediens a Davide Æthiopiæ Rege literas Græce ſcriptas accepit: & ubi in urbem rediiſſet, difficili morbo implicitus eſt, poſt dies ſeptem, menſes decem ſupra decem annos, quam creatus fuerat obiit, die 27. Septembr. anno 1534. ſepultus ad Minervæ. Vir ſuo ſeculo maximus, pacem Eccleſiæ ſecuram fundarat: res ſuæ familiæ glorioſe firmarat: cruentos Italiæ motus ſedarat; in affinitatem potentiſſimos Orbis Chriſtiani Principes ſibi adſciverat. Quid multis? Utramque fortunam pari vultu ſemper tulerat.

ALEXANDER *Mediceus, primus Florentiæ Dux.*

CAP. XXIII.

REginam CATHARINAM legitimo conjugio ex MAGDALENA filia JOANNIS Arverniæ & Bononiæ Comitis LAURENTIUS Urbini Dux IV. ſuſcepit: idemque ALEXANDRUM naturalem habuit filium. Hic reſtituta armis Pontificiis & Cæſarianis ſimul fœderatis, in patriam gente Medicea, reformataque anno 1532. Republica, juxta Caroli V. Imperatoris, qui omnino CLEMENTI VII. obſecundabat, Laudum, Dux Reipublicæ Florentinæ creatur. Arcem & propugnacula erexit: duxitque in uxorem MARGHARITAM filiam ejusdem Imperatoris ſpuriam anno ſalutis 1535. Paulus Jovius libr. 27. princip. Sed fatali odio accenſus LAURENTIUS MEDICEUS, filius PETRI FRANCISCI, JOANNIS ducis *delle Bande nere* conſobrini, adhibitis in ſocietatem *Scorruncuncolo* quodam ſceleſto pediſſequo, & agaſone *Freccia*, amandatis cuſtodibus, noctu in ædes ſuas traductum, ac ſecure dormientem interfecit. Paul. Jovius libr. 38. Peractoque facinore ab *Angelo Martio*, qui ſecundum Principem omnia poterat, clavibus civitatis impetratis, tamquam fratrem in villa moribundum inviſeret, cum percuſſoribus *Bononiam* primum, ac mox *Venetias* conceſſit. In quo hoc ſane memorabile duco, neque Florentiæ cives, neque Romæ adverſæ factionis Cardinales quidquam durius in Mediceos conſuluiſſe, ac neque novo Principatui viam ſtudiis ſaltem præcluſiſſe. At voluit divina bonitas ſcilicet familiam Mediceam, virtutum ſuarum ac pietatis ſolemnem fructum conſequi, & in ſecuro honorum portu poſt tot invidiæ procellas, & relegationum tempeſtates, tandem conſiſtere.

Sym-

Digitized by Google

Symbola Alexandro Duci fuerunt Penna ſcriptoria & Enſis, decuſſatim juncti, cum inſcriptione: HIS DVABVS. Lunæ tum globus, ex una tantum parte lucidus, qua ex conjunctione progreditur, reliquo corpore obſcuro, undique vero alternatim flammeis & acutis radiis ornatus, cum epigraphe: PREMITVR NON OPPRIMITVR.

Erat Princeps tam atroci fato indignus, quippe qui poſt nuptias *Neapoli* celebratas cum Margharita, totum animum ſtudiumque ad ſuæ familiæ, honeſtis actibus, & civilibus decretis, ſtatum firmandum intendiſſet: veteribus inimicis libenter ignovit: clientes, ac Mediceorum amicos novis beneficiis devinxit: jus æquiſſimæ dicebat: tenuiſſimorum etiam preces ſponte accipiebat: militarium laborum apprime patiens: humanus in omnes: in ſuos etiam liberalis, & interdum profuſus.

Liberos nullos legitimo toro conceptos reliquit, ſed ſpurios tres: Julium Mediceum, quem liberaliter educari a Cosmo I. Magno Duce *Innocentius Cybus* Cardinalis obnixe impetraverat: & Juliam Mediceam, patri ſimillimam, quam idem Princeps *Franciſco Cantelmo*, Joſephi Ducis Populi filio, in uxorem elocavit, dote perſoluta; an vero ex ea ſoboles aliqua nata, non deprehendi: & Portiam, quæ Monaſterium D. Clementis Florentiæ ædificavit, in quo cum aliis monialibus vitam peregit.

Laurentius *Mediceus*, *ſive* Laurentiolus, *parricida ſceleſtus*, Alexandri *Ducis interfector*.

CAP. XXIV.

NOn merebatur impius parricida locum inter illuſtres Mediceos, niſi etiam pœna, tanto ſceleri debita, id exigeret. Hic itaque, mutatis ſubinde equis, Bononiam, ac mox Venetias profectus: Florentiæ, bonis publicatis, parricida & patriæ hoſtis Senatusconſulto declaratus: præmium percuſſoribus ſeptem millia aureorum decretum: domus ejus ad perpetuam rei memoriam, a tecto ad ima fundamenta lato hiatu proſciſſa eſt. At ille metuens ſibi a Cosmo jam Principe, Venetiis Byzantium fugit, ubi *Solymanus*, perfidiam hominis averſatus, reddere eum pæne decreverat, exemplo *Bajazetis* avi, qui *Bernardum Bandinium* percuſſorem Juliani remiſerat. Quod cum parricida reſciviſſet, iterum Venetias redux a duobus Volaterranis, *Bebio*, qui ex cohorte *Alexandri* prætoria, & *Cecchino Bibbona* interfectus, cum avunculo ſuo *Soderino* dignas familiæ ſuæ, patriæ ac poſteritati pœnas luit, atque ut illud poëtæ maximi uſurpem:

. . . . . hinc ſecula diſcant
Indomitum nihil eſſe pio, tutumve nocenti.

Catha-

CATHARINA *Medicea*, Regina mater *vocata*: *Henrico II. Galliarum Regi nupta.*

CAP. XXV.

POntifex CLEMENS VII. quod communis eſſet orbis Chriſtiani parens, colloquium, quod bis Cæſari indulſerat, ſemel Regi Galliarum negare non ſuſtinuit; quare eum pactam CATHARINAM MEDICEAM Regis filio *Henrico*, qui poſt regnavit, tempus deſponderi poſtularet, Maſſiliam conventui idoneum locum elegerunt. Itaque *Joannes Stuardus* Scotus, Albaniæ ac Levinæ Dux, præcipua cum Mediceis affinitate, & nuptiarum auctor unicus, viginti triremium præfectus, Portum Veneris venerat, Sponſam *Niceam*, ſive *Herculis Moneci* arcem devecturus, ut terreſtri inde itinere *Maſſiliam* pergeret. Ipſe Pontifex ſequutus, Regem inibi convenit, cum *Eleonora* Regina, ac tribus liberis, nobilitatem totius Galliæ poſt ſe trahentem. Nuptiæ celebratæ ingenti apparatu Nonis Januarii anno 1533. ingentiaque dona utrinque collata. Cardinales quatuor petente Rege VII. Eid. Novembr. creati: *Philippus Stuardus* Scotus, *Joannis* Ducis frater, Epiſcopus Bononienſis, Epiſcopus deinde Tuſculanus: *Odettus de Caſtillione*, ex gente Collinia, nepos ex ſorore *Annæi Momorantii*, qui Regiæ domui erat tum præpoſitus: hic defectione hæretica in Anglia obiit: jacet in Veſtmonaſterienſi Londini Cœnobio, vilis, ipſiſque hæreticis contemptus, ſine ullo ſepulchri aut epitaphii honore: *Claudius Gibrius*, *Philippi Sciabotti* Thalaſſiarchæ avunculus: & *Joannes Venurius*, Epiſcopus Lexonienſis, Regiſque eleemoſynarius.

Vixit CATHARINA in Galliis annis triginta quinque, hoc eſt uſque ad annum 1588. Quatuor maſculos peperit: ex his Franciſcum II. Galliæ ac Scotiæ Regem, ducta MARIA Jacobi V. filia, & unica Scotiæ Regni herede: Carolum IX. Regem Franciæ: Henricum III. Poloniæ ac Franciæ Regem: quartum denique Alenconii Ducem, & Flandriæ Comitem, & parum abfuit, quin & Angliæ Regem. Hæc a recentioribus auctoribus *Regina Mater* audit, incredibili mulier induſtria, ab hæreticis tantum traducta. De cujus Regno virulentum eſt *Andreæ Melvini* Scoti carmen, cui titulum indidit ipſe: *Vipera cum catulis*; quia tamen in eo multa ſunt ad familiæ Mediceæ ornamentum ſpectantia, commemoratione dignum duxi.

HIPPO-

Digitized by Google

HIPPOLYTUS *Mediceus Cardinalis*, JULIANI Magnifici *filius*.

CAP. XXVI.

EX vidua nobilis cujusdam viri JULIANUS, quem dixi *Magnifici* cognomentum obtinuiſſe, HIPPOLYTUM genuit, quem mater obſtetricem jugulare præcepit; at illa, pueri pulchritudine pellecta, educandum nutrici clam commiſit, quæ ad *Leonis* patrui genua eum jam triennem tulit, qui feſtiviſſimus ei colludens, ut liberaliter educaretur, impetravit. Florentiæ utraque ſeditione fuit: & obſeſſo quidem a Cæſarianis Romæ Papa, violentius cum eo, & Alexandro actum, quippe illis & urbe & muneribus publicis ad decennium interdictum, qui Lucam exilii ſui ſtationem elegerunt.

Reſtituto deinde ex pacto dignitatibus ab Imperatore, Alexandro, multatiſque rebellibus, a CLEMENTE VII. Legatus in Germaniam eſt miſſus, pauloque poſt ab eodem 4. Eid. Januarii anno 1529. Cardinalis creatus, & Archiepiſcopus Avenionenſis, & poſtea Archiepiſcopus Montis Regalis, demum S. R. E. Vicecancellarius. Conſcriptis turmis Tibridem ab incurſu Turcarum eſt tutatus, quin imo ſemel iterumque de Cardinalatu deponendo, armiſque ſumendis deliberavit; ſed poſtea ad Eccleſiaſticum vitæ genus ſerio animum appellens, dum ad Imperatorem Neapoli inviſendum contendit, febre peſtilenti correptus, non procul Fundis Via Appia juvenis exceſſit.

HASDRUBAL MEDICEUS, filius Hippolyti ſpurius, Eques Melitenſis, clara & ipſe indole, Piſis obiit.

Literas HIPPOLYTUS & ſciebat mediocriter, & colebat impenſius, diverſarumque gentium moribus ſupra fidem oblectabatur, ideoque in aula ſua alebat *Numidas*, *Æthiopas*, *Tartaros*, *Indos*, *Turcas*, alioſque populos viginti duarum linguarum. Hippocratis Proloquia in uſum rei bellicæ, æmulatione lepidiſſima tranſtulit. Virgilii librum ſecundum Æneidos in ſermonem patrium verſibus convertit. Ludis equeſtribus, venationibus, ſimulachris prœliorum mirifice afficiebatur: muſica delectatus, ut peritiſſime omnia illius inſtrumenta tractaret: ut ſemel dicam, Majorum gloriæ proximus.

COSMUS

COSMUS *Mediceus, primus Magnus Dux Etruriæ, Monarchiæ fundator.*

CAP. XXVII.

EX JOANNE MEDICEO, qui dux clariſſimus ante trigeſimum annum obierat, & MARIA SALVIATA natus eſt COSMUS, qui poſtea Dux Florentiæ II. Senarum I. Etruriæ Magn. Dux I. Anno 1569. die 11. Junii, qui dies Reip. Florentinæ fauſtus, plenam *Campaldina* acie de ſuperatis *Arretinis* victoriam olim attulerat. Bis e maximis periculis ereptus, fatorum magnitudini eſt reſervatus: primo, depulſis Florentia Mediceis: iterum Venetiis, dum in canalem ludibundus decidit, non leve vitæ diſcrimen adiit. Puer Græca, Latinaque volens didicit, & raro Legatos alio quam Latino ſermone alloquebatur. Romæ aliquandiu apud CLEMENTEM VII. moratus, CATHARINAM in Gallias comitatus: jugulato a LAURENTIO gentili ſceleſtiſſimo ALEXANDRO Duce, in Villa *Trebiana* agebat: mox urbem ingreſſus, timida matre, ac ſollicita, multumque diſſuadente, & manifeſtarium periculum ſuſpicante, ut eſt anxia matrum cura. Ipſe tamen ſpes certas concepit, & fidenter ad matrem: *Aut me hodie Principem, aut mortuum videbis*: & publico populi favore depoſcente, optimatibus ſponte offerentibus, & ne ſibi, ne Reipublicæ, quæ ſine capite ſtare non poſſet, deeſſe vellet, obnixe obſtentantibus, nihil ambitioſius, ſe contendere teſtatus, quam ut defuncto ALEXANDRO juſta præſtaretur vindicta, & reip. ſalus conſtaret, Senatum ingreſſus eſt, ubi hortante *Guicciardino*, ſubitaria inter Curiæ cuſtodes Helvetios rixa ſuborta, in Ducem eligitur. Cardinales adverſæ factionis *Salviatus*, & *Ridolphus*, fruſtra amicorum animis tentatis, urbe juſſi abire, *Philippum Strotium* exulum Ducem in itinere obvium habuere, cujus filium Petrum magni nominis Ducem, copiis præfecerunt, bellumque COSMO apertum indixerunt, & Burgo S. Sepulchri incaſſum tentato, partes evanuerunt. Cæſar Ducis inaugurationem probavit. Relegati iterum impellentibus Gallis validius inſurgunt, ſed ductu *Vitellii Stipiciani*, legioniſque Hiſpanicæ, franguntur ad *Montem Murlium*, capto Philippo, 1. die (1) Auguſti, quo ad Actium ſuperatus ab *Auguſto* ſcribitur Antonius, die ſane perduellibus fatali: & ille in cuſtodiam traditus, manu ſua mortem ſibi conſcivit, Petro filio armis omnia terrente.

Cæſaris ſuaſu ELEONORAM, filiam proregis Neapolis *Petri Toletani* in uxorem duxit: ſuppliciumque de perduellibus captivis ſumptum, in

(1) Pollid. Kal. Septemb. ſecundum Uſſerium.

multis tamen jam manifesto addictis clementer ignovit. *Academiam Florentinam* instituit, *Pisanam* restauravit. Cæsarem semel Genuæ convenit, iterumque ex Hispania in Ducem Geldriæ bellum moturum, eum comitatus est Ticinum, recepitque arces Florentiæ & Liburni, quas perduelles quidam olim occupaverant, extincto ALEXANDRO Duce. Laborantibus Cæsarianis peropportunum misit subsidium; quare *Eques Aurei Velleris* creatus. A Julio III. Pontifice *ense benedicto & galea* donatus, partes Cæsarianas secuturus, *Camolium* munitissimum Senarum propugnaculum, ductu Marchionis Marignani, ex improviso expugnavit.

Inter hæc, fame invalescente, unicuique civium a mense Februario usque ad diem 12. Junii panem gradilem assignavit, anno 1555. Et ut Magistratus superflui rescinderentur, edixit: & ut plures familiæ e municipiis selectæ civitate Florentina donarentur, exemplum *Antonini Augusti* sequutus, instituit. Eo loco, ubi victos hostes est nuntiatum, *statuam Justitiæ*, pulcherrimæ columnæ impositam, erexit: urbemque Senas, lenta obsidione occupatam, ad dedictionem coëgit. Romam cum conjuge progressus, Pontificem salutavit, summaque celebritate regressus, Ordinem *Equitum D. Stephani* instituit, qui mare Etruscum ab incursu Turcarum assererent.

Bimestri duos filios cum uxore amisit, neque tamen ulla manifesti planctus exhibuit indicia. Inter filium suum natu maximum, & JOANNAM AUSTRIACAM, Imperatoris *Ferdinandi* filiam, nuptias celebravit. Adjuvit commeatu *Equites Melitenses*: pecunia, Regem Galliæ cum hæreticis gerentem bella: militibus, *Maximilianum* Cæsarem a *Turco* petitum. A Pio V. per Cardinalem *Alexandrinum* titulum MAGNI DUCIS missum accepit, anno sal. 1569. Coronatus a Sixto V. ut fœdus fieret, movit Pontificem, Regem Catholicum, & Venetos: Romaque discedens 4000. millia florenorum pauperibus divisit: tum post triginta octo annos regnatos morbo naturali 21. Aprilis, anno 1574. obiit.

Digitized by Google

JOANNES *Cardinalis*, & GARSIAS *Medicei fratres*, COSMI *Magni Ducis filii*.

CAP. XXVIII.

LIberos COSMI, qui non regnarunt, hic ſubjungam: quorum unus eſt maximæ indolis JOANNES, qui in patris gratiam, cum annum tantummodo ageret decimum ſeptimum ætatis, a Pio IV. Pontifice prid. Calend. Februarii anno 1560. Cardinalis creatus: & quia abſens in ſacrum illum ordinem allectus fuerat, a *Guidone Aſcanio Sforția*, & *Ludovico Lotharingio* Cardinalibus, Florentiæ galerum purpureum accepit, & ſubinde Archiepiſcopus Piſanus deſignatus, gubernacula Eccleſiæ Rhaguſino Archiepiſcopo commiſit: biennio poſt immatura morte Piſis præreptus, die videlicet 21. Novembris 1562. omnibus ſui deſiderium reliquit, a quo ſumma omnia ſperabantur.

GARSIAS alter filius, die 12. Decembris ejusdem anni, fato immaturo familiam Sereniſſimam afflixit, & ſumma ſpe adoleſcens, eo ipſo tumulo cum JOANNE fratre, & MARIA SALVIATA avia eſt conditus, ut conſtat ex epithaphio, quod ad D. Laurentii hujuſmodi extat.

D . O . M
MARIA . SALVIATA . COSMI . MEDICIS
FLOREN. ET. SENEN. DVCIS. MATER
ET. IOANNES. S. R. E. CARDINALIS. VNA
CVM
GRATIA. FRATRE. AMBO . MIRIFICAE . INDOLIS
ADOLESCENTES. ET. EIVSDEM . COSMI
FILII
HIC. AD. TEMPVS. CONQVIESCVNT.

PETRUS

PETRUS *Mediceus, Magni Ducis* COSMI *filius, in Luſitania militans obiit.*

CAP. XXIX.

EX eodem legitimo connubio natus PETRUS, qui egregie Philippo II. Hiſpaniarum Regi in Belgio militavit, ut nonnullis placere video, minus probabiliter: Hieron. Henning. Tom. 4. Theat. Geneal. pag. 1058. nam Philippo quidem militavit ille, verum non in Belgio, ſed in Luſitania, uſque adeo ut regni illius coronam non alterius magis virtute, quam ipſius, Hiſpanus acquiſiviſſe videri poſſet. Unius auctoris loco contentus ero. Is eſt *Hieronymus Coneſtaggius*, Patricius Genuenſis libr. 4. Hiſtor. Portugall. pag. 122. *Itali tribus ſub legionum ducibus agebant, Proſpero Columna, Vincentio Caraffa, & Carolo Spinellio, qui omnes & ipſi parere juſſi Petro Mediceo, Franciſci Magni Etruriæ Ducis fratri.* Poſt multa autem glorioſe geſta, obiit Madriti anno 1604.

BERNARDINUS *Mediceus exul:* JO: JACOBUS *ejus filius, Marchio Marignani:* GABRIEL *ejus frater.*

CAP. XXX.

JAm ab antiquis temporibus in civitate Mediolanenſi quidam Mediceæ gentis ſtipes efloruit, in quo BERNARDINUS MEDICEUS ex CECILIA SORBELLONA nobiliſſima fœmina decem liberos procreavit, fœminas quinque, mares totidem: quorum natu maximus JOANNES JACOBUS, *Marchio Marignani*.

Hic nulli ſui ævi Ducum magnanimitate inferior: arma pro *Sforziis* in Imperatorem & Regem Galliæ tulit: arcem *Nuzam*, ad Larium lacum negligenter cuſtoditam, intercepit, cognomenque inde traxit: arcem Rhætorum *Chianam*, arcemque *Olgineam* ad Adduam amnem expugnavit: Poſtea exercitui *Taurinum* obſidenti præpoſitus, ſuſpectus proditionis, a Marchione *Gaſto* cuſtodiæ traditus, a Cæſare abſolutus, ſua recuperavit. In Pannonia poſtmodum Stridoniæ imperavit, Turcaſque incurſantes adeo valide repulit, ut navali exercitui, obſeſſa *Buda*,

Digitized by Google

præfuerit. Redux in Italiam copias duxit bello Etruſco, *Senaſque* in ditionem Cosmi redegit, rebellibus ad *Victorie* fanum fractis, ita partes attrivit, ut numquam deinceps reſurgere potuerint. Vir audax, fortis, animoſus, in capiendis conſiliis callidus, militaris diſciplinæ rigidus obſervator, militi cariſſimus, ſine ulla prole, quod deprehenderim, obiit.

In Marchionatu ſucceſſit ei Gabriel Mediceus frater, de quo nihil aliud deprehendi, niſi ictu majoris tormenti bellici in obſidione *Mandelii* interiiſſe.

Joannes Angelus *Mediceus*, *Marchionum frater*, *Pontifex Maximus*, Pius IV. *dictus*.

CAP. XXXI.

EJusdem Bernardini filius, & Marchionum, quos memoravi, frater, ſtirpe quidem, & familia Florentinus, domo Mediolanenſis fuit Joannes Angelus Medicæus, ipſo die Paſchatis, anno 1499. natus. Sævientibus in Italia bellis, venit Romam anno 1527. Umbriæ Rector & Marcæ, Parmæque arbiter inter Ducem Ferrariæ & Bononienſes, de limitibus contendentes electus. Archiepiſcopus Raguſinus, & Bononiæ Legatus. Parmam, ne Cæſarei vindicarent, ſtrenue curavit: Peruſiam rexit; quem ſola integritate motus Paulus III. in ſacrum Cardinalium collegium adſcripſit. Paulo vero IV. ſublato, cum quatuor menſibus in conclavi de ſummo Chriſti Vicario eligendo Patres diſſentirent, columbæ cellæ ipſius inſidentis augurio, omnium ſuffragiis deſtinatus D. Petri ſucceſſor, ipſo die Natali Dominico anno 1560. inauguratus, Pii IV. nomine ſumpto. Eccleſiaſticam diſciplinam non vulgariter reſtauravit. Contendentibus *Francie* & *Hiſpanie* legatis, primum locum *Franco* adjudicavit. Concilium Oecumenicum *Tridenti* denuo aperuit, & feliciter abſolvit: rem eccleſiaſticam miris modis promovit: Vaticanum ampliavit: *Ravennam*, *Oſtiam*, *Anconam*, *& Pyrgos* reparavit: nova vectigalia, ſed in pios uſus excogitavit. Obiit menſe Decembri, anno 1565.

Ale-

Digitized by Google

ALEXANDER *Mediceus, Pontifex Maximus, nomine* LEONIS XI. *assumpto.*

CAP. XXXII.

EX patre OCTAVIANO MEDICEO, & FRANCISCA filia *Jacobi Salviati*, LUCRETIÆQUE MEDICEÆ, LEONIS X. sorore natus est ALEXANDER Nonis Junii, anno 1533. a COSMO sobrino Magno Duce Eques D. Stephani creatus, ac Romam ad Pium V. Orator ab eodem missus: quo munere quindecim totis annis perfunctus, a Gregorio XIII. die 13. Decembr. anno 1583. Cardinalis destinatus: a Clemente VIII. postea cum Legati potestate missus in Gallias ad Henricum IV. anno 1596. pacem inter eum & Regem Catholicum stabilivit: quod opus nemo animosius sibi deposcere, aut perfectius implere poterat. Defuncto tandem Clemente VIII. Successor hic designatus, die 1. Aprilis, anno 1605. & LEO XI. dictus. Vigesimo septimo die ad cœlestia migravit, ingens patriæ suæ ornamentum ac desiderium.

FRANCISCUS *Mediceus II. Magnus Etruriæ Dux.*

CAP. XXXIII.

FIlius COSMI, natu maximus FRANCISCUS, etiam in infantia, ne dicam pueritia, qualis futurus esset, manifestis signis prodidit; nihil perfunctorie, sed singula serio agens, memorabili Catonis æmulatione: Plutarch. in eo. Latinas literas ab *Antonio Angelio* Bargæo, postea Massensi Episcopatu ob id donato, Græcas a *Petro Victorio* didicit. Et hic quidem spem parentis, & educatorum diligentiam prætergressus, ut vere usurpari posset *ANNOS INGENIVM EXCEDEBAT*. Græce, Latine, Gallice, Hispanice, Germanice expedite loquebatur: Mathematicas scientias callentissime exercebat: moralemque philosophiam amplexus, egregia pietatis, & virtutum omnium signa præ se tulit, & ut *P. Crassus Mucianus* alter, *ditissimus, eloquentissimus, nobilissimus* dici potuerit, ut Sempronii Asellionis verba usurpare liceat: Aul. Gell. libr. 1. cap. 13.

Adolescens Romam profectus, PIUM IV. salutavit: inde in Hispaniam navigans, Philippum Regem convenit; cujus interventu in uxorem duxit JOANNAM AUSTRIACAM, Hungariæ & Bohemiæ Reginam, amitam, filiam,

Digitized by Google

filiam, neptem, ſororem Auguſtiſſimorum Cæſarum *Caroli V. Ferdinandi, Maximiliani, Rodulphi, Matthiæ*: ex qua liberos genuit ſeptem, quorum quinque ætate impuberi obierunt; MARIA vero Henrico IV. Galliarum Regi denupſit: ELEONORA maritum Vincentium Gonzagam Ducem Mantuæ ſortita.

Natus annos 27. gubernaculis publici regiminis eſt admotus, totumque ſtatum, patre concedente, moderatus, & prudentiæ ſpem eximiam, & moderationis argumenta certa edidit. Patre poſt ſeptennium ſublato, nihil ipſe de ſolita adminiſtrationis forma vel intermiſit, vel mutavit. Eccleſiæ ſplendorem & deſideravit, & auxit. Literatos quoſcumque, ſeu indigenas, ſeu alienigenas, honoribus & præmiis invitavit. Denique, ut a COSMO didicerat, belli pacisque artes ſtudioſe excoluit. *Liburnum*, ut Principatus munimentum firmavit, portuque auguſtiori auxit, propugnaculis ornavit. *Heliopolim*, & *Coſmopolim* in Ilva inſula præſidiario milite munivit. Urbem ipſam Florentiam picturis, ſtatuis, columnis, ædificiis magnificis, Auguſti Cæſaris exemplo, Suetom. cap. 28. decoravit: avitum palatium ad Divi Marci reparavit, & ampliavit: *Pratolini Villam* opulentia infinita, amœnitate incredibili extruxit, quod ita gynæciis, aulis, columnis, porticibus, ſtatuis æreis, marmoreiſque, fontibus, hydraulicis, aquæductibus, viridariis, lucis, xyſtiſque exornavit, ut octavum mundi miraculum dici poſſet. Oratores Regis *Japponiæ* ad Sixtum V. miſſos, ita tractavit, ut ſe nihil in Italia par vidiſſe, nullibi aut tam pulchram urbem, aut tam magnificum Principis animum expertos faterentur. Obiit 14. anno Principatus die 29. Octobr. anno 1587. cum nondum quadrageſimum ætatis annum attigiſſet: omnia tranquilla, ſed mœſta reliquit. Sunt, qui quadrageſimum ſextum annum ætatis agentem obiiſſe ſcribant, & verius: Hieronym. Henning. Tom. 4. pag. 1058.

Symbola ejus fuere, arbor baccifera oleæ ſimilis, quinque tantum ramis conſtans, cum Inſcriptione: LÆDENTEM LÆDO. Aliud: Muſtela ramum ore tenens, notatumque infra: AMAT VICTORIA CVRAM.

MARIA

Digitized by Google

MARIA *Medicea*, FRANCISCI *filia*, *Henrico IV. Galliæ Regi nupta.*

CAP. XXXIV.

ANno 1600. FERDINANDUS, Magnus Dux Etruriæ, neptem ſuam, morum ſanctitate, formæque elegantia eminentiſſimam, FRANCISCI Magni Ducis filiam, MARIAM MEDICEAM, ad D. Reparatæ ſponſalibus peractis, in Gallias deduxit, Henrico IV. uxorem futuram, quæ ab eo Lugdunum obviam progreſſo excepta, ſolemni pompa Pariſios venit, toto Regno in gaudium effuſo. Academia Pariſienſis, veluti pronuba, Feſcenninos decantavit, & præ aliis viri ſpectatiſſimi Scoti, *Georgius Crichtonius* literarum Græcarum profeſſor Regius, *David Sanclarus*, profeſſor Regius matheſeos, *Joannes Fraſerius* philoſophiæ, *Guillelmus Hegatus*, *Guillelmus Barclajus*, *Jacobus Lethus*, humanioris literaturæ profeſſores, Epithalamia ediderunt, quæ magno eruditionis politioris argumento, ſed longe majori familiæ Mediceæ ornamento leguntur.

At Regina ſex liberorum mater, ad D. Dionyſii coronata, conventu totius regni indicto, ac ſequenti die Rege immaniter percuſſo, altero a coronatione die, totius Regni, dum filius Rex adoleſceret, a Senatu Pariſienſi, ac Regni primoribus, comitiis ad D. Auguſtini ſolemniter indictis, adminiſtratrix facta, ea integritate filium inſtituit, prudentia ſubditos moderata, ut vix Regem abeſſe perſentiſcerent. Et vero, poſt adultum filium Regem, biennio toto, rebus, ut ſolebat prius, adminiſtratis, in dotalem ſuum fundum ſecedens, pio & tranquillo animo, a rerum aulicarum turba remota, ſolita quiete fruitur, ac ſibi tandem ex animo ſatisfacit.

FERDI-

FERDINANDUS *Mediceus, Magnus Dux Etruriæ, Cardinalatu depoſito.*

CAP. XXXV.

DEfuncto FRANCISCO Magno Duce, FERDINANDO fratri ceſſit Principatus. Fuerat hic in locum JOANNIS Cardinalis a Papa Pio IV. 8. Eidus Januar. anno 1563. in ſacrum collegium cooptatus, ſub titulo S. Mariæ in Dominica, poſtea S. Euſtathii, demum S. Mariæ in via lata: Hiſpaniæ protector, S. Didaci apotheoſi, ac Regularium cauſis Præpoſitus. Hic cum in duplici vitæ genere admirabilis fuerit, ut neſcias, utrum ordinatius exercuerit, *præconem Homerum*, quod Alexander Magnus dicere ſolebat, meretur, neque tenui ſtylo dicendus, volumen juſtum petit, & præſtabit vir omnis literaturæ ac humanitatis ornatu clariſſimus, Reverendiſſ. *Coſimus Minerbettus*, Metropolitanæ Florentinæ Archidiaconus, qui immortali eruditaque hiſtoria res iſtius Principis adornat. Ego tamen apices rerum vel attingam, vel obumbrabo, pictoris exemplo, qui Cyclopis magnitudinem expreſſurus, Pygmæum induxit pollicem tyrſo metientem.

Extincto fratre, *Nicolaum Tornabonum*, Burgi S. Sepulchri Epiſcopum, Romam oratorem miſit, qui comite *Joanne Niccolino* in auguſtum Conſiſtorii conſeſſum inductus, S. D. N. Sixto V. literas exhibuit, quibus & S. Eccleſiæ adeſſe, & tantam Principatus molem regere, arduum ſibi, ac pæne ſupra vires profitebatur; ideoque galerum reddere, ac reſignare ſibi liceret, impenſius obteſtabatur. Protonotarii *Bandinus* & *Celſus* actum ſuper eo tradiderunt, admiſſi in ſacrum Collegium libelli, ſubſcriptum æquiſſimæ poſtulationi. Quare priorem habitum exuit, ac D. Stephani induit, duabus imaginibus D. Joannis Baptiſtæ Lateranenſi templo conſecratis.

Paucos cis menſes, miſſis Legatis, in uxorem duxit CHRISTINAM incomparabilis prudentiæ, raræ pietatis, ac ſingularis exempli fœminam, natam *Carolo III.* Duce Lotharingiæ, & *Claudia* filia Henrici II. Galliarum, & CATHARINÆ MEDICEÆ; & ob id Arverniæ, Bononiæque hæredem. Ea Florentiæ ſummo applauſu omnium ordinum excepta, magnificentiſſimaque pompa inducta, menſe Martio anno 1589. ut vere uſurpare liceat cum Claudian. in Feſcen.

Tractus ab aula, rurſus in aulam
Redeat ſanguis.

Enſis ei benedictus Roma miſſus, & Roſa ad conjugem honorandam decreta, cum Corona: dimiſſi primores viri Galli & Lotharingi Chanæpi,

Digitized by Google

mepi, diviſaque inter eos dona ad viginti millia aureorum. Exinde Hungariæ laboranti ſuppetias tulit, ductu ANTONII MEDICEI, anno 1594. aliaſque inſequenti anno, ductu *Sylvii Piccolominei*. Anno 1604. in Eubœam Inſulam res magnas deſtinarat; ſed Judæi, qui Liburni agebant, *Sultanum* clam admonentes, magna ex parte conatus irritos fecere. Plura non addo, nam provinciam meam non egredior. Obiit menſe Februario anno 1609. ætatis anno 61.

COSMUS II. *Magnus Dux Etruriæ.*

CAP. XXXVI.

DEfuncto patri, COSMUS II. Florentiæ & Senarum quintus Dux, Etruriæ Magnus Dux quartus ſucceſſit, non Principatus modo, ſed & virtutum majorum ſuorum heres: de quo nihil amplius; neque enim ſummæ poſſunt virtutes paucis laudari: nec officii mei ratio, adulationiſve ſuſpicio multa admittunt.

Uxorem ſortitus MARIAM MAGDALENAM, Auſtriæ Archiducem, Matthiæ Imperatoris neptem, ſeptem liberorum ei matrem, morum ſuavitate, animique pietate nulli ſecundam. Regnant, dum hæc ſcribo, feliciter: & regnent longum precor.

Reliqua FERDINANDI *ſucceſſio.*

CAP. XXXVII.

TRes alios mares FERDINANDUS, totidemque filias reliquit: quorum maximus natu FRANCISCUS poſt Principem, incredibili omnium dolore Piſis obiit.

CAROLUS S. R. E. Cardinalis, virtuti addictiſſimus, in peregrinos comis, in literatos humanus, ut ſemel dicam, FERDINANDO patri, ut vitæ inſtituto, ac profeſſione, ita morum gravitate ſimillimus.

LAURENTIUS, humanus in omnes, in literas propenſus, artium militarium callentiſſimus, advenarum cultor.

ELEONORA, Principi Valliæ *Henrico Jacobi* Magnæ Britanniæ Regis heredi, fama pridem deſponſata, virgo obiit; quam nobiliſſimus ac

doctiſſimus *Balduinus de Monte Simonellius* funebri laudatione extulit; uti & FRANCISCUM ante annum quartum Florentiæ ad *D. Laurentii* concione funebri laudavit.

CATHARINA, Ferdinando Gonzagæ Duci Mantuæ uxor tradita.

CLAUDIA, Friderico, Ducis Urbinatis filio, deſponſata.

FINIS LIBRI SEPTIMI ET ULTIMI.

Perusiæ Apud Ill. C. Alfani Della Staffa

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERUM NOTABILIUM.

Quæ in Dempſteri Opere reperiuntur.

Litera A *primum Tomum*, B *ſecundum deſignat*.

A

ABAS Rex Etruſcorum: ſocius Æneæ contra Rutilos: Regia ejus qualis: a Lauſo occiſus. A 184. ejus origo. A 185.

Abiete, aut acere tabellæ fiebant, in quibus ſcribebant Veteres. A 434.

Aborigines Etruriæ incolæ: cur ita dicti. A 25. 26. ex arboribus nati cur dicantur: an ſint Umbrorum ſoboles: utrum indigenæ, an alienigenæ: ibid. humanioris vitæ cultu carebant. A 27. in corticibus arborum ſcribere docuerunt: Inſulam Italiæ vicinam tenuere excluſis Sicanis. A 28.

A Burgo, ſeu Burgeto, oppidum prope Caſtellanam urbem. B 445.

Acca Laurentia Romuli nutrix: nomen dedit Laurentalibus feriis. A 260.

Accipiter optimum præbebat augurium. A 297.

Accius, & Pacuvius in tragœdia clariſſimi. A 327.

Acere fiebant tabellæ &c. *Vide Abiete*.

Acherontici libri. *Vide Augurandi ſcientiam*.

Acinaces Medorum arma. A 450.

Acies diſponere Etruſci docuerunt: quomodo, & in quot partes diſponantur. A 378.

Acula. *Vide Aquila*.

Adhelmi textus corrigitur a Dempſtero. A 385.

Ad Fines. *Vide Ligures*.

Ad Piſtores. *Vide Piſtorium*.

Adria, aut Atria, ſive Hadria: ejus deſcriptio. A 394. Colonia, & urbs Etruriæ trans Apenninum: ab ea mare Hadriaticum, nomen accepit. B 214. nobilis porta, & ſitu: jus habuit Coloniæ Romanæ: Patria Hadriani Imperatoris. B 215. interiit. B 216.

Ad Statuas Coloſſas, Etruriæ urbs in agro Cluſino: interiit. B 155.

Ægilea, aut Ægilion. *Vide Caprariæ*.

Æginetis pollicem Athenienſes obtruncarunt, ut debiles fierent. B. 141.

Ægyptii Diapſolim urbem primam extitiſſe credunt. A 286. ex publico medicos alebant, & certis legibus obſtringebant. A 370. faciunt Iſidem inventricem agriculturæ. A 367.

Ægypto, Athenis, & Thebis permiſſa erant ſororum connubia. A 155.

Ælius Sejanus non fuit Rex Etruſcorum, ſed magna auctoritate floruit apud Tiberium; majeſtatis reus cum filiis, & amicis miſere interiit. A 234.

Æmilia. *Vide Gallia*.

Æneas Penates ex Aſia in Italiam tranſtulit. A 265.

Æneja. *Vide Janiculum*.

Æolus Etruriæ Rex, & vicinarum inſularum: ſex filios, & ſex filias habuit: cur fingatur ventorum Rex. A 152.

Æoli duo celebrantur, quorum alter filius Hippotæ, alter Hellenis. A 154.

Æoliæ Inſulæ ſeptem juxta Solinum: ſecundum alios novem: ab Æolo Rege ſic dictæ. A 153. Etruſcæ dictionis. B 242.

Æquicolæ Italiæ populi: Æqui, & Æquiculani, & Æcani dicti, a quibusdam Beneventani. B 29.
Æqui Falisci dicebantur, & cur. B 54.
Aer hieme Pisis jucundus, æstate Senis, & Florentiæ. A 52.
Ære incidebantur monimenta publica, & leges. A 483.
Æsar Etruriæ flumen. B 247.
Æsar Etrusca lingua Deus vocabatur. A 88. B 15.
Æs ferro nobilior: ad Religionem pertinebat. A 382.
Ætalia. *Vide Ilva*.
Agesilaus sacris in bello pepercit. A 269.
Agricultura Etruscorum inventio, saltem in Italia: quæ numina illi præsiderent: Agriculturæ inventores Græci fuere. A 366. & 367. *Vide Vinearum satio*.
Agylla. *Vide Cære*.
Alæsus Etruscorum Rex, sive Alesus, aut Halesus Rex Vejentum: Græcæ originis: Neptuni filius: ultimus ejus familiæ, Saliorum carmine laudatur. A 167. Faleriam condidit. B 53.
Alaricus Gothorum Rex laudat præstantiam vini Etrusci. A 45.
Albingia. *Vide Osa*.
Albula nomen vetus Tiberis. A 148.
Alciden Musicæ auctorem facit Athenæus. A 375.
Alesi Sacerdotes Salii erant. A 263.
Alexander Jovem appellari volebat. A 70. ejus successores provincias sorte sibi diviserunt. A 13. Thebis captis a sacris abstinuit. A 269.
Alexander Severus luxum, & præmia histrionum temperavit. A 413.
Alexandriæ octodecim civitates ab Alexandro dictæ. A 192.
Allia, sive Alia: Etruriæ fluvius. Nunc *Rio di Mosso*, quasi *Rio di Morte* ab horrenda Romanorum strage a Gallis accepta. B 21.
Alma, hodie: *Il piano d' Alma*. B 432.
Alsium Etruriæ urbs litoralis: penitus interiit: Colonia Romana. Regum Etruscorum sedes: A Græcis condita. B 91. hic villæ fuere Pompeii Magni, Virginii Rufi, & Pompejæ Celerinæ. B 92.
Alsium Oppidum. *Vide Vacina*.
Altus Passus. Vulgo *Alto Pescio*: olim Lucensium oppidum, nunc Etruscæ dictionis. B 438.
Amalesiunta Regina Gothorum ubi interierit. B 25.
Amazones sistro pro tubis utebantur. A 387.
Ambarualia, Palilia, & his similia festa, non sine epularum apparatu celebrabantur. A 432.
Amitina Etruriæ urbs: quando floruerit, & deleta fuerit incertum. B 169.
Amitinenses Amitinæ incolæ. B 169.
Amphiraus. *Vide Telegonum*.
Amudsetem Deum Etrusci colebant. A 63.
Ancitanones. *Vide Cenrones*.
Anastasius Bibliothecarius corrigitur a Dempstero. A 30. B 112. 113. 114. 136.
Anconitanus portus a Trajano Aug. mirifice refectus. B 102.
Ancus Martius Romanorum Rex Janiculum Romæ inclusit. B 85.
Androgynus lunæ natus. *Vide Lunæ*.
Anenus Bianor Rex Etruscorum. *Vide Bianorbis*.
Anguillara oppidum nobile ad Lacum Sabatum. B 446.
Anguis. *Vide Serpens*.
Angularium Etruriæ oppidum, vulgo *Anghiari*. *Vide Senaria*.
Anianus. *Vide Annianus*.
Anio delicatissimus amnium: in ejus ripa fuit Marii sepulchrum. A 145. dirimit Sabinos a Latio, & Marsorum agros alluit. A 146.
Anio in Etruria, diversus ab Anione, qui est in Latio. A 146.
Anius Rex Etruscorum: ejus historia. A 144. Parensii fluminis nomen mutavit. A 145. ex Etruria fugientem Cathetum in Anienem se præcipitavit. A 146.
Ab eo Anniorum Romanorum familia originem ducit. Ab hac familia Antonini Impp. stemma trahunt. A 146.
Annianus, aut Anianus Poëta scripsit versus Fescenninos, aut nuptiales versus: Villam habuit in fundo Falisco: ab Ausonio celebratur. B 131.
Annuli Regum Etruscorum ornamentum: eorum usus: ex qua materia insculpti. eorum pretiositas: eos servi habere non poterant: cur in læva manu gestarentur, & in digito minimo proximo: initio Romani ferreis tantum utebantur: ex qua materia conflatis Samothraces uterentur. A 314. Annuli aurei cur Thynici dicerentur: jus aureorum annulorum, ex Thynia venit: hoc jure multi in ingenuitatem transibant: aurea inaurata tantum erant: eorum quantitate Romanorum occisorum numerum Hannibal Pœnis monstravit, post Cannensem pugnam. A 315. Annulus gestamen Regum ab initio, quem successori dabant morituri: legatis dabatur honoris causa, cum ad exte-

ros mittebantur: matronæ utebantur initio ferreis, aut eburneis, vel electrinis: per annulum equestris ordo, a Senatorio, & pleb. distinguebatur: illis advocati utebantur. Poetæ annulo agone scholastico, Albano, aut Capitolino victores donabantur, veluti equestri ordinis digni. A 316. Annulos signatorios omnes cives habere poterant: sculpebant in illis deos, principes, amicos &c. Illis etiam utensilium vilissima signabant. A. 317.
Anticlia Ulyssis mater cum Sisypho concubuit ante Laertis nuptias. A 155.
Antipolis. *Vide Janiculum.*
Antonio Musæ Medico statua erecta fuit A 280. *Vide Artorius.*
Apenninus mons Etruriæ: ejus nomen unde: ejus longitudo: ad ejus radices fuit villa Liviæ. B 9.
Apes Pan sub tutela habebat. A 74.
Apollonii errores de reditu Argonautarum. A 35.
Apollo in Etruria adoratus: in monte Soracte ejus sacra: Malæoten vocatus, & cur: comam ei sacrabant. A 74. Malorum depulsor: Νόμιος vocatus a peritia Musicæ: ab Hyperboreis colebatur ob ejus æquitatem: leges Lycurgo dictasse creditur: Myriceus dictus a divinandi peritia. A 75. Apollo λόξιος dictus, & cur. A 81. Agriculturæ præses. A 366. Apollo Thermites in Sicilia adoratus. B 96.
Appius Crassus, Consul cum Camillo: anno CDV. ab U. C. A 2.
Aprilis lacus Etruriæ: hodie: *Lago di Castiglione o Fangosa Palude.* B 24.
Apri Tusci Romæ in pretio habiti: eorum usus duplex. A 41. *Vide Porcus.*
Apuli sive Pediculi, aut Messapi: Italiæ populi. B 27.
Aquæ medicatæ in Etruria abundantissimæ. A 53. Puteolanæ, & Tuscæ ægrotis saluberrimæ. *Vide de aquis medicatis.* A *CAP. XIII. libr.* 1.
Aquenses. *Vide Taurini.*
Aquila, seu Acula Etruriæ urbs: hodie *Arquapendente*: ejus viri illustres. B 342.
Aquila supra omnes aves in auguriis observabatur. A 297.
Aquilegis Tuscus quis esset, & ad quid teneretur. A 53.
Aræ apud Etruscos in usu erant: ad sepulchra erigebantur. A 271. Duæ in comœdiis, & tragœdiis agendis erigebantur, & quibus diis: aras morituri jubebantur amplecti: ad aras confugientes immunitatem consequebantur. A 272. Origo ritus fugiendi ad aras: ab eis sine sacrilegio nemo avelli poterat. A 273. *Vide Supplices.*
Aras juraturi Veteres tenebant. A 274.
Fontibus, & Fluminibus dicabantur. A 275. Arretio primum fortasse erectæ sunt. B 309.
Aræ Mutiæ, aut Aræ Murciæ, Etruriæ urbs: a Venere ita dicta: hodie deleta: forsan reliquiæ supersunt: hodie vocatur, *Murigano.* B 140. 141.
Aratrum. *Vide Vomer.*
Arborum pomiferarum culturam quis invenerit. A 365.
Arcades Etruriæ incolæ: iidem cum Pelasgis. A 20. Cum servis discumbebant: se Luna priores faciebant. A 21. 23. Glande vescebantur. A 21. 22. Antelunares cur dicti: horum mos ante lunæ coitum. A 24.
Archianus Etruriæ flumen: in Arnum influit in agro Clusentino. B 440.
Archimedes Sphæræ mirabilis inventor. A 345. Musicæ inventor secundum Tertulianum. A 375.
Ardeates sacrani dicti, & cur. A 17.
Areæ Deorum tantum templis adiicebantur mox optimatium ædibus. B 454.
Aretium Regia Cilnii Rex Etruscorum. A 220. Arretium etiam dictum. Etruriæ urbs antiquissima, ac potens, una ex duodecim primis secundum aliquos: ejus nomen unde véniat: muro insigni inclita: vino, ac fonte, mirabili, stagnoque celebrata: Colonia erat: municipium sui juris: ejus situs: res gloriose gestæ: a Gothis, & Vandalis vexata: a Ghibellinis, & Guelphis lacerata: variæ ejus vicissitudines: olim Respublica, & Academia: Ecclesiæ Arretinæ dignitas: virorum Sanctitate, dignitatibus, aut scientia illustrium Catalogus. B 308. usque ad pag. 313.
Aretia Jani uxor. B 309.
Argentarius mons: Etruriæ promontorium: Cosanum promontorium a Cluverio vocatur: hodie *Monte Argentaro.* B 12. 433.
Argentum post Pyrrhi fugam ex Italia signari cœptum. A 346.
Argilla. *Vide Plastica.*
Argiripa. *Vide Vendentij.*
Argivi pyris vescebantur. A 21.
Argonavis venit in Tyrrhenum mare. A 34.
Arinianum oppidum in via Ciminia: hic mortuus est Hadrianus IV. Pont. Max. B 447.

Arno-

Arnini, & Porcini cognomenta Romana. A 231.
Ariſtocratia libidine paucorum Reſpubb. perdit. A 298.
Arnobius corrigitur a Dempſtero. A 64.
Arnus Etruriæ fluvius: quos fluvios recipiat: ex monte Falterona naſcitur: ejus curſus. B 15.
Arnutes veteres: Etruriæ urbs, & populus eodem nomine: interiit. B. 154.
Aron amnis in Etruria: hic campus Salinus, poſtea Portus B 433.
Arretium. *Vide Aretium.*
Arſia ſilva prope Forum Caſſii. B 160.
Artena Etruriæ urbs: penitus interiit: B 134.
Artorius, & Antonius Muſa Medici Romani Principis amicitia clari. A 371. 372.
Arverni reges non habuere. A 107.
Arvernia mons in quo. D Franciſcus ſtigmata cœlitus recepit. B 440.
Aruſpices, & in eos Catonis dictum. A 240.
Aruſpicina unde petebatur: hanc ſcientiam Bacchis accepit a Tagete, & eam ſcriptis confirmavit: in Tuſcia reperta. A 244. Eam initio ſoli Principes, & Reges tractabant: in ea non modo Romani, ſed Lycii excellebant. A 246.
Aſcianum. *Vide Mons Apertus.*
Aſconius Pædianus corrigitur a Dempſtero. A 60.
Aſini caput præſepibus affigebatur ad arcenda mala. A 243. *Vide Tages.*
Aſini molarii a mola dicti. A 391. *Vide Mola.*
Aſtandæ, & Paraſangæ, præfecti curſibus publici itineris: a Perſis ita dicti. A 232.
Aſſyriorum reges certis diebus ſe populo oſtendebant. A 111.
Aſylas Rex Etruſcorum tempore Æneæ bello clarus: Augur: Regia ejus Piſis. A 183. 184. Mezentio ſucceſſit: ibid.
Atellanæ fabulæ. *Vide Fabulæ.*
Athenis, & Thebis permiſſa ſororum connubia. A. 155.
Athenienſes Clementiam ſine ſano, & ſine ſtatua colebant. A 268. Ficus veſcebantur. A 21. Megarenſes ab urbe ſua pœna capitis prohibebant. A 96.
Atlantis fabula unde orta. A 400.
Atrium, unde ita dictum: Etruſcorum inventum: atriorum ſtructura: quibus locis erigerentur: eorum ornatus: ſervi Atrienſes. A *Vide Cap. LIX. pag.* 393.
Atrium Minervæ ubi poſitum: Atrium Veſtæ ubi poſitum: Atrium Libertatis Gracchus ex multatitia pecunia erexit: in eo erat publica Bibliotheca: ejus dedicatio: ubi erectum. A 394.
Atria imaginibus nobiles tantum ornare poterant. A 397.
Atria plura una domus habere poterat. A 395.
Atria Etruſcorum urbs. A 397. *Vide Adria.*
Atria Civitas: municipium Marrucinorum. A 101.
Attila in Tuſciam numquam penetravit. B 361.
Audanii. *Vide Penestii.*
Augurandi ſcientiæ Etruſci inventores: Tages primus inventor: Romani eam coluerunt: in extorum inſpectione verſabatur: in cartis Etruſcis hæc ſcientia adſervabatur: ſcientia contemnenda: Augures ab Romanis honorabantur: Augures erant privati, & publici: Augurum libri Acherontici cur dicti: qua diligentia adſervarentur: Augures minores, & majores: Augures ab Eccleſia removendi: Augurum dignitas: vates ſuperſtitioſi: A a pag. 239. ad 246.
Auguſtus templa incendio, & vetuſtate diruta refecit. A 268.
Aulus Gellius corrigitur a Dempſtero. A 93. 255.
Aulus Cecina amicus Ciceronis, ab eo oratione defenſus: Pompejum contra Cæſarem ſecutus eſt: Libellum famoſum in Cæſarem ſcripſit, & ob illum exilio multatus. A 231. curſibus publici itineris præfectus: vir doctiſſimus: opera ab eo ſcripta. A 232. *Vide Cecina.*
Aunus Etruriæ rex quintus. A 123.
Aurelia. *Vide Gallia.*
Aurelianus regnum affectavit. A 299.
Aurum Coronarium Romani provinciis imponebant, nomine coronarum triumphalium. A 336.
Aurum poſt Carthaginem, & Corynthum captam ſignari cœptum. A 347.
Auſer. *Vide Auxerus.*
Auſpices nuptiis intererant. A 295.
Auxerus ſive Auſer, Etruriæ fluvius: Serchius dictus: Dei nomen inſignitus. B 15.
Axamenta carmina dicebantur, quæ laudes Deorum continebant. A 263.
Axones dicebantur Solonis leges: eo quod in lignis ſcriptæ. A 434.

Digitized by Google

B

BAbylonem Semiramis muris cinxit. A 39.

Bacchani Lacus, in Etruria: Aer corruptiſſimus illi tractui unde Proverbium ortum: *Offeria di Baccano*. B 24.

Bacchus triumphum inveniſſe dicitur devictis Indis. A 330. Eum florida veſte induebat vetuſtas. A 360.

Badia. *Vulgo la Badia*, terminus Senenſis & Florentini Principatus. B 442.

Bagnara. *Vide Balneum Regis*.

Bagnonus. *Vide Tendola*.

Bajas Fons Etruſcus. B 25.

Baleares Etruſci maris inſulæ: earum nomina varia: unde ita dictæ: celebres inventione fundæ: incolæ tunicæ præteſtæ dicuntur inventores. B 232. A Piſanis ſuperatæ. B 233.

Balnea diis conſecrata. B 96.

Balnea Petrioli. *Vide Iſtia*.

Balnea S. Philippi: oppidum ex ruinis Ruſellarum ſtructum. B 443. *Vide Ruſſilla*.

Balneum Regis urbs Etruriæ: a Longobardis extructa: nulla de ea mentio apud veteres Scriptores: Epiſcopatus: patria B. Bonaventuræ Ord. Min. B 412. Comitatus Monaldenſium de Cervaria ab Othone II. Imp. illis conceſſus: hodie *Bagnorea*: Roda etiam dicta ſed perperam. B 413.

Baraceſium: Etruriæ urbs: hodie forte *Vicarello*: interiit. B 164.

Barbaranum, & Vianum: oppida non longe a Blera Etruriæ urbe. B 446.

Baſſanum. *Vide Graſignana*.

Baſſanellum: oppidum a quo Lacus Vadimonis recentiorem appellationem accepit. B 445.

Becuni, aut Focunates, Alpium incolæ: eorum Regio *Vallem Sues* juxta Tridentum. B 28. Iidem cum Caracenis. B 29.

Bellona Etruſcorum numen: Martis uxor, & ſoror; Enyo: Nerine, Neriene, & Nearea dicta: ejus Sacerdotes bellonarii dicti. A 70. 71.

Belus Rex Aſſyriorum cum Saturno falſo confunditur. A 125.

Benebenti. *Vide Vendontij*.

Beneventi, aut Beneventum. *Vide Vendontij*.

Bergomum Galli condiderunt. A 40.

Bergomates. *Vide Cenomani*.

Beſtiarum vivaria Leporaria dicebantur: eorum inventor Fulvius Lippinus, ſive Hirpinus. A 358. 359.

Bianorus Rex Etruriæ: Mantuam condidit. A 35. 173. Quando regnavit. A 134. 174. ejus ſepulchrum ubi poſitum. A 174. ejus nomina varia. A 173. ejus hiſtoria. A 35. 174. 175.

Bianor quid ſignificet. A 35. 173.

Bianora. *Vide Gallia &c.*

Bibbiena oppidum in agro Cluſentino, ubi Archianus amnis Arno immiſcetur. B 440.

Bibendi mos in conviviis: toties homines bibebant, quot litteræ erant in nomine hominis, aut Dei in cujus honorē bibebant. A 354. 355.

Bidentes oves appellantur. A 250.

Bidental locus a fulmine tactus: impudicus habebatur: ab ove, dictus qua locus ille expiatur. A 250.

Bieda. *Vide Blera*.

Bientina Etruriæ Palus, aut Lacus prope Montem Carolum: ſub aqua ſunt civitatis rudereta. B 438.

Bigois Nympha, aut Dea: ejus, & Martiorum libri de fulminum obſervatione in Templo Apollinis adſervabantur. A 246.

Bithynia aureis annulis abundans. A 315. *Vide Annuli*.

Blaſcon, aut Metina, inſula ab Etruria remota. B 233.

Bleda, aut Bieda oppidum. B 109.

Blera Etruriæ urbs, ſive Bieda: quo loco poſita incertum: a Deſiderio Longobardorum Rege diruta. B 108. Interiit: Epiſcopatus olim celebris. B 109.

Blerani, aut Blerati. B 109.

Boïs Italiæ populi: Eorum regio in tractu Mediolanenſi: quo loco incertum. B 27.

Boii Dux Rhætici limitis. A 159.

Bomartium. *Vide Graſignana*.

Bondelia, Etruriæ urbs: interiit. B 165.

Bononia Colonia Etruſcorum. A 3. ejus conditor. A 36. Bojorum colonia: unde ita dicta. A 36. 164. ejus nomen vetus. A 36. 172. Felſina non a Bono Rege Etruſcorum, ſed a Boiis dicta. A 172. *Vide Cap. CXV. libr. 4 pag. 209.* Academiam in ea fundavit Theodericus Hiſpanus: ejus Academiæ hiſtoriam, & viri docti ex ea proditi. B 211.

Bonoſus Dux Rhætici limitis. A 159.

Bonus ſive Bon Regem Etruſcorum fuiſſe falſo creditur. A 172.

Brac-

Bracchianus Familiæ Urſinæ Ducatus. B 101.
Bracianum oppidum ad Lacum Sabatum: Ducatus Urſinorum: Bracenum, & Braceanum, & Brignanum dictum. B 446.
Britii. *Vide Brutii.*
Britona. *Vide Horta.*
Brixia a Gallis condita. A 40. Quo loco poſita: urbs & Colonia Etruſcorum: trans Apenninum: Cenomanorum caput. B 212. Colonia eo deducta & jure civitatis a Julio dictatore donata. B 213.
Brunas fluviolus in Etruria: fluit prope Montem Piſcalum. B 432.
Brutii, aut Britii, aut Lucani: eorum regio qualis. B 27.
Buccinæ. *Vide Cornua.*
Buggianum: oppidum in Etruria: patria Petri Calzolarii Theologi. B 438.
Bulgarium oppidum: a quibus conditum: ejus ſitus: ejus ager fertilis: aquæ inopiam patitur. B 431. Juxta illud in colle eſt Caſtanietum: ad littus turris S. Vincentii, longoque decurſu cernuntur rudereta. B 431. 432.
Bulla aurea nobilitatis nota ab Etruſcis ad Romanos pervenit: puerorum ornamentum: geſtamen triumphantium: Tarquinius ſuum filium impuberem bulla & prætexta donavit, & cur: in bulla geſtabant remedium contra invidiam. A 302. ad ſimilitudinem erat cordis: e pectore pendebat, & cur: ſtatuæ nobiles ea ornabantur, ideoque bullatæ dicebantur: eam ad Lares appendebant e pueritia egredientes: bulla digni ſenes pueriliter agentes dicebantur. A 303.
Bulſinus lacus Etruriæ: hodie *Lago di Bolſena*: inſula in eo parva, in qua obiit Amaleſiunta Regina Gothorum. B 25.
Burgeto. *Vide e Burgo.*
Burghettum oppidum. *Vide Paſſignanum.*
Burgus S. Leonardi. *Vide Corbianum.*
Burgus S. Sepulchri: urbs veteribus ignota: a peregrinis Hieroſolymitanis extructa: Burghetum S. Leonardi etiam vocata: hiſtoria brevis de ejus origine: ejus variæ viciſſitudines. B. 418.
Burianum oppidum. *Vide Caſtilio Piſcatie.*
Burnia. *Vide Turenus.*

C

Cælula. *Vide Prætoria Ducum.*
Centum Cellæ, urbs Etruriæ: Portum Trajanus Aug. refecit & nomen illi impoſuit. B 101. 102. Nunc forte Civitas Vetus. *Civitella* hodie dicta: a Saracenis diruta: a Gothis poſſeſſa: a Narſete recuperata: Epiſcopatus: B 103. 104.
Cære ſive Agylla: hodie *Cervetere*: una ex duodecim Etruriæ urbibus: ejus ſitus: a Pelaſgis condita: a Lydis reſtaurata: ab Originibus poſſeſſa: B 65. 66. Regum Etruſcorum ſedes. B 66. Municipium inter omnes Italiæ urbes primum fuit. B 68. Ibi exularunt filii Tarquinii Regis. B 69.
Cærites, Cære populi: Gallos, qui Romam cœperant, præda exuerunt: Sacra Pop. Rom. & Virgines Veſtales in ſuam urbem receperunt: eorum tabulæ: eorum ager aquarum ſalubritate clarus. B 68.
Cære altera. *Vide Eriz.*
Cæretanæ aquæ celeberrimæ. A 54.
Cæretanas thermas celebrat Dionyſius Halicarnaſſeus: Cæretana urbs qualis juxta Cluverium. A 55. in Adnot.
Cæretanorum navale. *Vide Eriz.*
Cæremoniæ dicebantur ritus ab aruſpicibus ſervati, & præſcripti Rom. Pont. A 255. earum nomen, & cauſa unde orta. ibidem.
Cæſar dictator ob diadema in tyrannidis opinionem incurrit. A 300. clementer injurias ultus eſt: quibus ignoverit: A 232.
Cæſanum. *Vide Cremera.*
Cajus Caligula regnum affectavit: diadema uti voluit. A 299. 300.
Calabri: Daunii, & Japiges, & Sallentini dicti: eorum regio. B 29.
Calcei. *Vide Cothurni.*
Calcei Senatorii, Etruſcorum inventum: dimidiatæ lunæ effigies in illis adſutæ erant: qui illis uti poterant, Patricii dicti. A 323. 324.
Calcei militares Etruſcorum inventum: qui illis uterentur apud Romanos: Tyrrhenici calcei dicti, & quomodo fabricati eſſent: Crepidæ dicti. A 322. 323. Calceamenta Principum purpurei coloris erant: Tzangæ, & Zancæ dicebantur: aquilam adſutam habebant Mulieres utebantur albis: Senatores nigris, qui mullei dicebantur. A 325.

Cal-

Digitized by Google

Calciarium pro donativo ſumitur. A 322.
Calcinara. *Vide Era.*
Caldana Palus: prope Populoniam: Corvium flumen recipit. B 432.
Calenus. *Vide Olenius.*
Caletra, ſive Calletra: urbs Etruriæ hodie interiit. B 144.
Caletranus ager in Etruria: in eum deducta Colonia Saturnia Romanorum. B 142.
Calſurnii verſus corrigitur a Dempſtero. A 431. 432. 448.
Camaldulenſium Monachorum Cœnobium in agro Cluſentino prope Pratum Veterem. B 440.
Camaſena, filia Jani ex Cameſe natu maxima; ita a matre dicta. A 120.
Cambiſes, & Cyrus a flumine nomen acceperunt. A 231.
Cameſes ſoror, & uxor Jani, ab eo in partem regni aſſumpta. A 117. ejus filius Tiberinus Jano ſucceſſit. A 119.
Camillus Faleriam obſidens Ludi magiſtrum patriæ proditorem virgis cæſum in urbem remiſit. B 53.
Campania tota Etruſcis paruit. B 189.
Campani cum Tuſcanis Romæ aggregati. A 4. Colonia Etruſcorum. A 3. Nobiliſſimi, & antiquiſſimi. A 101. Eorum regio, vernacule *Terra di Lavoro*. B 27. Campaniam quando Etruſci debellaverint. A 36.
Campus Salinus. *Vide Area.*
Camus cum Saturno, & Zoroaſtre male confunditur. A 124.
Canace Æoli filia, ſoror Macarei, cum eo concubuit filiumque ex eo genitum interemit. A 152. 153.
Canapina oppidum non longe a Viterbo: male Capena exiſtimatur. B 446.
Candelabra Etruſcorum opus: eorum ſtructura: eorum differentia inter principes, & privatos. A 356. facium nullus uſus illis temporibus. A 358.
Canens idem eſt ac ſacerdos. A 120. Canens filia Jani Pico Latinorum Regi nupta. A 120.
Capalbium. *Vide Mons Argentarius.*
Capena, aut Capinna Colonia Etruriæ Ciſtiberinæ in via Appia: Porta Capena inde dicta: bella cum Romanis geſſit. B 179.
Capena porta, aut Capinna hodie Porta S. Sebaſtiani plures aquæ ductus circum habebat, &c. A 193.
Capeni populi, & lucus Capenus, & porta Capena a Vejento Rege nomen ducunt. A 192.
Capenus Lucus. *Vide Lucus Capenus.*
Capinna. *Vide Capena.*
Capitolium, unde dictum. A 88.
Capra. *Vide Capreſium.*
Capreæ, Etruriæ inſula: a Græcis poſſeſſa: Telebo ejus incolæ antiquiſſimi: a Neapolitanis occupata: ab Auguſto illis adempta: Tiberius in ea ſe abdidit, &c. B 240.
Capranica. *Vide Vetrella.*
Capraria inſula Etruriæ Ægilea, ſive Ægilion etiam dicta: inter inſulas Fortunatas reponitur: B 235. Monachi in ea habitabant: B 236.
Capreſium ſive Capra: oppidum inter montes; ubi Totilam Regem Ghothorum extinctum fuiſſe tradit Procopius: B 443.
Capriola. *Vide Tendola.*
Capriola altera. *Vide Celinum.*
Capua Colonia Etruſcorum. A 3. omnium Campaniæ urbium mater: ejus ortus, & interitus: de ejus conditoribus opinio varia: A 37. 38. 39. Præfectura primum, mox Romanorum Colonia: ejus luxus Hannibalem fregit: B 176. herbarum, & florum copia celebris: B 177. Sanctis inclyta. B 178. unde ita dicta. A 38. B 176.
Caput Albium. *Vide Mons Argentarius.*
Caput detruncandi mos a cadaveribus devictorum. A 216.
Caput humanum dum fundamenta Capitolii jacerentur inventum: de hac inventione vaticinia augurum. A 253.
Caput Montis, & Marta, oppida ad Lacum Vulſinienſem. B 445.
Capy Etruſca lingua Falconem ſignificat. B 176.
Caracalla novercam adamavit ab ejus nuditate captus. A 421.
Caraceni populi: Carra eorum Metropolis: iidem cum Becunis. B 29. *Vide Becani.*
Carmanis palmæ victum præbebant. A 21.
Carmina nuptialia. A 438. *Vide Nuptiæ.*
Carmina in honorem deorum ab iisdem diis nominabantur. A 263.
Carni olim Tauriſci, & Norici ſive Inalpini: Italiæ populi: *Kraimer* eorum regio. B 27.
Carolus Magnus cum aliquibus Scotis in Italiam venit. A 31. Non alibi quam in palatio monetam cudi voluit. A 350.
Carrara: marmoribus dives &c. Juxta illam Larentia, & Frigidus amnes. B 430. & Arx Motronis. B 431.
Caſa major, ac Libera Facta oppida Etruſca in agro Piſano. B 437.

Caſcina: Etruriæ oppidum muris circundatum, & cur. B 442.
Caſentinus ager in Etruria inter Ducariam, & Arnum amnes: falſæ opiniones circa ejus nomen. B 439. ſunt in eo oppida Romena, Collinæ Vicus, & Poppium: ad Arni fontes vero, Porcianum, Stia, & Pratum Vetus. B 440.
Caſeus Lunenſis laudatus a Martiale. B 83.
Caſole. *Vide Laula*.
Caſolt. *Vide Sullanum*.
Caſſiodori textus corrigitur a Dempſtero. B 335.
Caſſis militaris Etruſcorum inventum: ab eis ſic dicta: in ea milites aquam ferebant: ejus ornatus: ex ære facta. A 375. 376.
Caſtanietum oppidum. *Vide Bulgarium*.
Caſtellum Surianum oppidum in Monte Ciminio. B 446.
Caſtellum novum. *Vide Matra*.
Caſtellum novum alterum. *Vide Vallis Graſiniana*.
Caſtellana urbs: Vejos fuiſſe quidam falſo opinantur: alii Feſcenium interpretantur. B 445.
Caſtiglio magni nominis oppidum. Prope Petramalam. B 443.
Caſtilio Piſcariæ: hodie *Caſtiglione della Peſcaja*, oppidum ad Lacum Aprilem: circa illud ſunt Burianum, & Columna antiqua oppida. B 432.
Caſtilio. *Vide Tendola*.
Caſtilionum oppidum ad Traſimenum. B 445.
Caſtrum Inui: urbs Etruriæ a Deo Pane ita dicta: ejus ſitus: Caſtrum novum prius dicta: celebris ortu Gregorii V. Pont. Max. B 105.
Caſtrum Florentinum: oppidum ad flumen Elſam. B 441.
Caſtrum novum Volaterrarum. *Vide Maranium*.
Caſtrum novum S. Geminiani. *Vide Mons Micciolus*.
Caſtrum Francum. *Vide S. Joannis Fanum*.
Caſtrum novum, & Arianum: oppida in via Flaminia. B 447.
Caſtrum: oppidum horrenti ſpecu ſeptum: Patria Pauli Caſtrenſis J. C. B 544.
Caſulum oppidum in Etruria ad Elſæ fontes. B 441.
Cateja Teutonum arma. A 450.
Catillus Amphirai filius. A 18.
Catilina, quibus conſulibus in agro Piſtorienſi oppreſſus. B 335.
Catinus. *Vide Fictilia*.
Catonis dictum in aruſpices. A 240.
Catulli Epigr. XXIV. corrigitur a Dempſtero. A 420.
Caturiges Alpium accolæ: Charges eorum oppidum. B 28.
Caudes. *Vide Fictilia*.
Cecinæ ſeptem numerantur: de his vide nonnulla. A 232.
Cecinarum familia hodie reperitur, ex qua Aulus, & Bernardus ſtudioſi juvenes, & Dempſtero familiariſſimi. A 233. *Vide Aulus Cecina*.
Cecinna nullus unquam Rex Etruſcorum ſed nonnulli cives Volaterrani a flumine urbi vicino ita dicti. A 231.
Cecinna Etruriæ flumen: unde ita dictum: B 16.
Cecrops juſſit Jovem Cretenſem adorari. A 69. Primam urbem condidit juxta Plinium. A 286.
Celeus. *Vide Triptolemus*.
Celeres vocabantur illi, qui eſſent equeſtris ordinis: unde ita dicti. A 304.
Celer Tuſcus Remum occidiſſe creditur. A 304.
Celinum: Fabbrica: Capriola: oppida prope Nepet Etruriæ urbem. B 446.
Cenomani, aut Bergomates, aut Orobii Italiæ populi. B 28.
Cenotaphium ſepulchrum vacuum, & locus Sanctus dicebatur. A 260.
Centrones: forte Acitanones Plinii, aut Centrones apud Cæſarem: eorum regio qualis: vernacule *Torentaiſe*. B 28.
Cere ſanctum ſignificat. A 255.
Ceres molæ inventrix. A 389. Cum Vertumno communem aram habebat. A 61. Triptolemum agriculturam docuit: ejus ſimulacrum quale: ejus ſacrificia, & illorum ritus: ejus nomina varia: feſta illi ab Athenienſibus inſtituta: vide *libr.* 3. *cap.* 58. *pag.* 366.
Cerſo amnis non longe ab Arretio: ad ejus ripas eſt Citerna oppidum. B 443.
Ceri oppidum. *Vide Vacina*.
Cervetere. *Vide Eris*.
Certaldum oppidum ad flumen Elſam: clarum ortu Joannis Boccaccii. B 441.
Cervetere. *Vide Cære*.
Cervia Palus in Etruria. *Vide Cervara*.
Cetona oppidum: prope Radicofanum. B 431. inexpugnabile impoſitum propugnaculum. B 443.
Chartæ Etruſcæ. *Vide Augurandi ſcientiam*.
Charges. *Vide Caturiges*.
Chiancianus oppidum prope Politianum. B 443.
Chilpericus ſignificat optimum Regem. A 142.

Chi-

Chioggia. *Vide Fossa Clodia.*
Chirurgica Medicina a Chirone inventa apud Græcos. A 371.
Ciceronis Epist. 12. libr. 5. ad Attic. corrigitur a Dempstero. A 263. & 5. Paradox. A 397.
Cilices. *Vide Piraticum.*
Cilnius Rex Etruscorum Arretii Regiam habuit. A 220.
Cilniorum familia potens ac Regia quo tempore in Italiam venerit. A 220.
Cimbri, & Galli carnifices a Romanis vocabantur. A 142.
Cimbri a Mario vidi: Italiæ incolæ non fuerunt. A 30.
Ciminius lacus in Etruria: unde ita dictus. B 24.
Ciminus, sive Ciminius, aut Cyminius mons hodie *Monte di Viterbo*: limes Imperii Romani. B 11.
Cimini Etruriæ populi. A 2.
Circenses. *Vide Equi Jugales, & Circenses.*
Citerna. *Vide Cerfo.*
Civitates. *Vide Urbes.*
Civitella oppidum in agro Cortonensi Guidonis Petramalæ opus. B 443.
Civitella altera. *Vide Mons Apertus.*
Civitella altera. *Vide Limprinianum.*
Claudius Imperator Portum Etruriæ urbem condidit. B 86.
Clamys. *Vide Paludamentum.*
Claudiani textus corrigitur a Dempstero. A 72. 342. 370. 375. 416. B 19. 75.
Claves ostiorum Etrusci invenere: earum inventor quis sit juxta Plinium: ab uxoribus custodiebantur, & cur: misso repudii libello claves uxori adimebantur: claves cellæ vinariæ uxores non tenebant, & quis eas teneret, & cur. A 351.
Clavus annalis quid sit. A 63.
Clementiam Athenienses colebant sine fano, & sine statua. A 268.
Clisthenes Jani filia. A 120.
Cloeliæ virginis virtus contra Etruscos. A 203. 206. Statua ei erecta fuit: ibid.
Clusentinus. *Vide Cosentinus.*
Clusium oppidum ad Trasimenum. B 445.
Clusinum oppidum, quis condiderit. A 186. Regia Osini Regis Etruscorum. A 188.
Clusius Rex Etruscorum Clusii conditor, Tyrrheni filius: ejus origo, & ejus opera incerta. A 190.
Clusius, & Patulcius Janus dicebatur, & cur. A 351. *Vide Janus.*
Clusium una ex duodecim Etruriæ urbibus: a Gallis Senonibus obsessum. B 70. Ante Trojanorum in Italiam adventum Regum Etruscorum sedes: Labyrinto clarum, & Porsennæ sepulcro. B 71. Syllana proscriptio prope hanc urbem acta est: Ducatus, & Episcopatus: Sanctis suis inclitum: Aquæ medicatæ in ejus agro. B 72.
Clustumina. *Vide Crustumium.*
Codex in rescripto Valentiniani corrigitur a Dempstero. A 416.
Cœlum ob divinationem ab Etruscis in sedecim partes dividebatur A 247.
Cœlum Mundi mœnia a Veteribus vocabatur. A 293.
Cœlius Vibennus Cœlio monte nomen dedit: ejus opera, & de illis opinio varia. A 195. 196.
Cœneus Rex omnes ad se venientes per sceptrum suum jurare cogebat: unde proverbium *Cunei hasta.* A 109.
Collegia in Pisana Academia quatuor: eorum nomina: a quibus erecta: Collegium Ferdinandæ Bartoli ædes fuit. B 256. Collegium Montis Politiani quis erexerit. B 267.
Collis oppidum, nunc civitas, Marchionatus prius erat: Reipub. formam retinuit: a Florentinis occupatur anno 1347 Patria B. Alberti Archipresbyteri: ejus Episcopus Archiepiscopo Florentino suffraganeus. B 429.
Collina. *Vide Lustra.*
Collinæ Vicus: vulgo *Borgo alla Collina*: oppidum in agro Clusentino. B 440.
Collis Elsanæ Vallis oppidum inter fines Florentinorum, & Senensium. B 442.
Colonia Pompei urbs Etruriæ Cistiberinæ: clara olim, & potens: Colonia Romana: interiit vel igne, vel terræ motu. B 189 Tempore Neronis restaurata: ludi ibi edebantur. B 190.
Colonia Marcina urbs Etruriæ Cistiberinæ: interiit. B 191.
Colonia Etruriæ urbs: ejus situs incertus: penitus deleta. B 171.
Colonna aut mons Columna, & Corcianum oppida ad Trasimenum. B 445.
Colubraria, Metina, aut Blascon, item Stoechades, insulæ paulo ab Etruria remotæ. B 233.
Columella corrigitur a Dempstero. A 61.
Columellæ Villa in agro Cæretano. B. 224.
Columna oppidum. *Vide Castilio Piscatio.*
Columnæ primis seculis pro Deorum simulacris colebantur, & cur? earum ornatus. A 401. Etruscorum inven-

Digitized by Google

eum: Tuſcanicæ dictæ: in mediis ædibus poſitæ: arma ſuſtinebant: Æratæ: leges in illis inſculptæ: ſepulchris impoſitæ. A 399. 400. 401. Columnæ Seſſiæ, Meſſiæ, & Tutelinæ: Unde ita dictæ. A 264.
Comam Apollini ſacrabant veteres. A 74.
Comanum. *Vide Laula.*
Complices Dei. *Vide Conſentes.*
Comum Galli condiderunt. A 40.
Concha pro tuba antiquitus habita. A 387.
Concordia Colonia. *Vide Vendouti.*
Connubia cum matre apud Perſas: cum ſororibus apud Ægyptios Athenienſes, & Thebanos conceſſa. A 155. Cum conſanguineis lege jubentur. A 156.
Conſa. *Vide Coſſa.*
Conſentes Dei & Complices: qui fuerint, & cur ita dicti. A 56. Non ſolum ab Etruſcis, ſed ab Italis, & Græcis culti: eorum numerus: A 57. 58. Nefas erat eos nominari ſecundum Etruſca ſacra. A 58. Eorum nominibus menſes appellabantur. A 59.
Conſules Roman. duodecim faſces habebant, Proconſ. ſex. A 307.
Contenebra Etruriæ urbs: penitus exciſa. B 146.
Contubernales. *Vide Prætoria Ducum.*
Convivalis lex de potatione: Tapulla: Poſthumia, & Myſtica. A 354.
Copſa. *Vide Coſia.*
Corcianum. *Vide Colonna.*
Corchianum, Ignanellum, Valetanum, Burgus S. Leonardi, ac Turris: oppida ſunt prope Galleſium: ſequitur Tiberis tranſitus, *Foglia* dictus. B 445.
Coretium. *Vide Bibbiena.*
Coris galea Græce dicitur. A 132.
Coritus Rex Etruriæ: ejus hiſtoria: filius Jovis ob prudentiam reputatus eſt. A 131. 132.
Coritus mons in Italia: in eo Coritus Rex ſepultus fuit. A 132. 133. B 60.
Corithorum Reges Jano ſucceſſere. A 106. Inter Deos numerati. A 131.
Cornua bellica Etruſci invenere: cornuum varia genera. A 377.
Corona aurea nobiliores defuncti ornabantur. A 301.
Coronam triumphalem, & omnes alias coronas Etruſci invenerunt: Coronæ triumphales Etruſcæ dictæ: laurea, & aurea: qui illa uterentur: carnifex eam in curru ſuſtinebat, & in convivio: ex quibus rebus conflata: lemniſcis obducta: in ſinu Jovis reponi ſolita. A 334. 335. 336. Corona ſponſus honoratur. A 339.
Coronidi Deæ Sicyonii nullum fanum erexere. A 268.
Cornetum oppidum Etruriæ vetus ſed urbs nupera: ubi poſita: Epiſcopatus: Viri illuſtres. B 419. Caſtrum Inui aliqui eſſe putant. B 433.
Cornia flumen Etruriæ. B 16.
Corſica inſula ab Etruria remota: ejus nomina varia: Cyrnus dicta. B 233.
Cortenebra. *Vide Contenebra.*
Cortona Etruriæ urbs antiquiſſima: Croton, & Laura dicta: crevit ex Corythi ruderibus. B 321. Aboriginum opus. Romana Colonia facta: B 321. 322. A Tarchonte condita: ejus ſitus: ejus ager ab Hannibale pervaſtatus. B 322. A Ladislao Rege domita: ab Arretinis, & Florentinis lacerata: Epiſcopatus. B 323.
Cortonenſes montes ad Septentrionem Traſimenum claudunt. B 11.
Cortuoſa, ſive Cortuoſſa Etruriæ Urbs in agro Tarquinienſi: pene a Tribunis militum deleta. B 146.
Corvetani populi in Latio, falſo Corneti incolæ putantur. B 67. 419.
Corvium flumen. *Vide Caldana.*
Coruncanus. *Vide Titus Coruncanus.*
Coſſa, ſive Coſa, aut Conſa, vel Copſa Etruriæ urbs: ejus ſitus. B 97. ejus incolæ a muribus fugati: quando floreret: regum ſedes: B 98. Juppiter Vicillinus hic colebatur: Colonia, & Municipium. B 99. Penitus deleta. B 100.
Coſſus Conſul Tolumnium Regem Etruſcorum necavit, & de eo ſpolia opima retulit ſecundus poſt Romulum. A 214.
Cothurni Etruſcorum inventum: Tragœdorum ornatus: Virgines illis utebantur, & Viatores, & cur. A 335.
Cravia. *Vide Graveja.*
Craſſeta. *Vide Volci.*
Cremera Etruriæ amnis ad quem cæſi Fabii: ad dexteram ſunt oppida Cæſanum: Formellum: & Gallera. B 20. 21. 447.
Cretenſes quomodo annos numerarent. A 63.
Croton. *Vide Cortona.*
Croton altera urbs in ſinu Tarentino. B 321.
Cruſtumium, ſeu Cruſtumerium, aut Cluſtuminia: Etruriæ urbs: alia in Latio: tertia in Sabinis hoc nomine reperitur: Ager pyrorum, & fœni feraciſſimus. B 143. Tribui Romanæ nomen dedit:

dedit: hic Lucus Martis: penitus interiit. B 144.
Ctereo fluviolus in Etruria ignobilibus vicis cinctus: trans eum sunt oppida mons D. Mariæ, Mons Albanus, & Sorbellum. B 444.
Ctesibium musicæ auctorem facit Vitruvius. A 375.
Cumæ Etruriæ Cistiberinæ urbs: unde ita dicta: ejus auctores: interiit. B 172. 173.
Cumæ ab Etruscis originem ducunt. A 36. 37.
Cumani aurum perpetuo gessarunt, & floridas vestes: molles fuere. B 174.
Cupræ Fanum urbs, & Colonia Etruriæ trans Apenninum: ab Etruscis condita: a Dea nomen accepit. B 205.
Currus triumphalis. *Vide triumphalis currus.*
Cursilianum. *Vide Lucus.*
Curulis. *Vide Sella Curulis.*
Cyantes. *Vide Venti.*
Cyclade pronuba honoratur. A 339.
Cypræ fanum. *Vide Cupra Fanum.*
Cyrnus. *Vide Corsica.*
Cyrus, & Cambises a flumine nomen accepere. A 231.

D

DAmophilus, & Gorgasius Romæ plasticen exercebant magna laude. A 429.
Dardanus Jovi Cretensi primus sacrificasse dicitur. A 69. In Frigiam pervenit: filius Jovis, & Electræ, Jasii frater: Teucro auxilium tulit: ex qua patria oriundus. A 131. Sacrorum Samothracium auctor: Penates ex Samothracia in Asiam transtulit. A 265.
David adulterium cum Bersabea commisit ab ejus nuditate captus. A 421.
Daunii iidem cum Calabris. B 27.
Decempagi. *Vide Novempagi.*
Deheberis Rex Vejentibus imperavit: Tiberi demersus flumini nomen dedit ut Deheberis diceretur, cum Albula antea vocaretur. A 148.
Deorum simulacra primis seculis lignea A 279. *Vide Sestus.*
Demaratus Corinthus, & Tarquinius ejus filius sacris Samothraciis initiati A 265.
Democratia furori plebis tumultuantis subjecta. A 298.
Demodocus cantor. A 373.
Deos qua Religione veteres nominarent, & qua religione, ante eorum templa transirent. A 65.
Deos tutelares in obsidionibus veteres invocabant. A 72. Eos invocandi formula. A 73. Eorum statuis plumbum infundebant ut graviores fierent, ne abierent. A 73.
Dextera quisque vir fidissimus a veteribus vocabatur. A 214.
Diadema Etrusci invenere: qui eo usi sint: eorum varietas apud diversos populos. A 300. Illo consules induebantur cum consulatum ineibant: capiti novi Imperatoris imponebatur. A 300.
Dianium. *Vide Igilium.*
Dictatores, & decemviri viginti quatuor fasces habebant. A 307.
Digitus pollex a Græcis ἀντίχειρ dicebatur veluti altera dextera ob ejus usum frequentissimum. A 314.
Digitis numerandi ratio. A 68 69. digitis loquebantur Veteres. A 410.
Dii magni boni, & potentes, qui sint. A 264. 265. Imperatores in provincias ituri apud eos immolabant. A 263. Dii salaces nudi, pudici vero vestiti, & cincti passim a poetis finguntur. A 421. *Vide Dei & Dea.*
Dii parietibus includendi non sunt ex doctrina Magorum. A 268.
Dii consentes, & complices, qui fuerint: cur ita dicti: colebantur ab Etruscis, Italis, & Græcis: eorum numerus. A 57. Nefas erat eos nominare secundum Etrusca sacra. A 58. Eorum nominibus menses singuli adscribebantur. A 59.
Divinandi scientia. *Vide Augurandi scientia.*
Dolates. *Vide Salentini.*
Dolia, quibus vina servabantur quomodo constructa. *Vide Vina.*
Dos consignabatur in manu auspicum. A 297.
Drusus contra Vindelicos missus. A 159.
Duelli usus antiquissimus. A 214.

E

EBa Etruriæ urbs in mediterraneis: interiit. B 164.
Ebusus, seu Pityusa Etruriæ insula: terra ejus fugat serpentes: cuniculos non gignit: saccari inventione celebris. B 231.

Edin-

Edinburgus Scotiæ Metropolis ab Edino conditore ita dicta. A 192.
Elbi Vicus. *Vide Vicus Elbi.*
Elheuterus. *Vide Pelasgus.*
Elsa amnis in Etruria. B 441.
Emilia. *Vide Gallia.*
Emporium: vulgo *Empoli.* B 441.
Enaria. *Vide Inarime.*
Ennodii Ticinensis locus corruptus corrigitur a Dempstero. A 412.
Equites Romani, Celeres, Trossuli, & Flexibulæ, aut Fletumenes dicti sunt. A 304. *Vide Celeres*, aut *Trossuli.*
Equi jugales in ludis unde acciti: Romam quando adducti. A 413. Curules dicti. A 416. Corithi in usu erant: Victores in illis ludis absinthium bibebant; & cur. A 414.
Equi Circenses: eorum colores repræsentabant quatuor anni tempestates. præstigiis eos Romanos incitabant, aut debilitabant. A 416. unde emebantur. A 417.
Equæ velociores equis. A 414.
Equæ Hispanicæ cur vento flante concipere dicantur. A 417. 418.
Equorum Cappadocum interitus semine Agrigentinorum reparatus. A 419.
Era amnis in Etruria: ad ejus ripam sunt oppida *Pieve di Socco*: Pecciolà: Calcinara: ab altera ripa Pons Era: Cascina, Lari, & Terracciola. B 442.
Eretus vicus in Sabinis. B 310.
Ergastula in singulis villis erant servos includendi gratia. B 223.
Erichonius quadrigæ inventor. A 414. Equas nutriebat tamquam equis velociores. A 415.
Eris amnis in Etruria: hic Cæretanorum navale: Cœnobium hic S. Severæ: in colle paulo alius est Cære vulgo *Cervetere.* B 433.
Etruria bello, & pace florebat: bis mille annis regibus paruit. A 1. Metropolis Etruscorum: quos populos contineat: cur celebrata: an cum aspiratione scribenda sit: ejus coloniæ quales. A 2. 3. ejus limites. A 3. 4. Opulentissima erat. A. 3. unde nomen habuit. A 2. 3. 6. ab indigenis culta. A 8. 9. in eam Homerus concessisse dicitur ob ejus famam. A 11. Arcades ejus incolæ. A 20. ejus incolæ ante Trojanum bellum Italiam tenuere. A 28. A Romanorum potentia debellata. Agri fertiles, & silvosi. A 40. Venatus in ea celeberrimus. A 41. Ejus ubertas quanta. A 42. Ejus mare piscosum, & portuosum. A 43. Vini ferax. A 44. 45. Porcis abundans. A 41. Picis opificia in ea mirabilia. A 45. Ejus boves bene compacti: Aeris temperies: litorea insalubria, mediterranea sana. A 51. Aquis medicatis abundat. A 53 Unde ita dicta. A 161. Ejus viæ, quæ in alias provincias ducebant. B 256. Inter Italicas provincias quo loco ponatur: Provinciarum nundinatio. B 26. Mater multarum gentium. A 101. Quo anno Romanæ dictionis facta. B 4. Ejus Provinciæ a quo magistratu regeretur: ejus rector statua honorabatur. B 5. 6. 7. Ejus descriptio geographica. B 8. Ejus montes, promontoria, & valles. B 9. Ejus flumina, & rivi. B 14. Ejus lacus. B 23. Olim divisa in populos varios, urbes numero, plurimas pro conditione temporum. B 37. 38. In bello civili Pompejano Liboni commissa fuit: dominatione Syllæ oppressa. B 402. ejus populorum divisio, ejusque populorum, & urbium nomina. B 37. Ejus urbium catalogus. B 42.
Etruriæ recentioris villæ, oppida, & loca celebriora, sancti, & viri clari Arces, & propugnacula. B 430.
Etruriæ calamitates deplorat Gelasius Papa. B 403.
Etruriæ Cistiberinæ descriptio: incipit. B *cap. XCIV. libr. 4. pag. 172. usque ad caput CV.*
Etruriæ trans Apenninum descriptio: incipit. B 192.
Etruria suburbicaria appellatur in rescripto Honorii Augusti. B 403.
Etruscus filius Herculis: ex Hispania in Italiam trajicens Etruscis præfuit. A 1. Genti nomen dedit: advena an indigena: quandiu, & quibus moribus rexerit Etruscos: quando, & ubi obierit incertum. A 161.
Etrusci indigenæ: cur ita dicti: ab Etrusco gubernati: in bello fortes: pietati deditissimi. A 1. Etrusi sive Etrusci cur dicti nobilissimi præ ceteris Italiæ populi. A 2. Remediorum inventores. A 3. 10. Cum Siracusanis bellum gesserunt. A 11 Ex Lydis orti. A 12. 108. oppida CCC. debellarunt. A 33. Mari potentes ante Argonautas. A 34. Criminum mortalium vindices. A 37. Usque ad fretum Siculum omnia possederunt. extra Italiam dominabantur. A 3. Tusci etiam dicti. A 8. eorum laudes. A 31. *usque ad* 35. Prisci venatu vitam transigebant. A 41. contra Circium ventum ob ejus violentiam non

ferebant. A 44. Quomodo vinum adſervarent. A 45. 46. 47. Romulus eorum ope Romam condidit. A 40. Mediolanum poſſederunt. A 39. cum Campanis Romæ aggregati. A 4. Eorum Dii. A 58. 59. 60. Lunenſem portum condiderunt. A 34. Eorum religio. A 56. In obſidione urbium deos tutelares invocabant, antequam quidquam aggrederentur. A 72. Eorum dii cum Romanis communes. A 69. Palladem inter deos tutelares habebant. A 74. Eorum oraculum Tethyos. A 79. Eorum convivandi conſuetudinem. A 85. Tuſci, & Etruſci ab hiſtoricis vocati, a poetis Lydi, aut Tyrrheni. A 87. Eorum lingua: multa vocabula eorum recenſentur. A 86. Etruſco ſermone uſi ſunt quatuor populi, & ob id quadruplex ejus Dialectus, Oſca, Rhætica, Umbrica, Phaliſca. A 92. Eorum Politia veruſtiſſima. A 95. 97. Eorum humanitas erga peregri-nos. A 96. Omnium artium ſemina ab illis ad Romanos derivata. A 97. Uxores conviviis adhibebant, & ſub eadem veſte cum illis recumbebant. A 98. Debitores quomodo multarent, & eorum circa debitores politia. A 99. 100. Eorum Reges bis mille annis, & quingentis bello, ac pace floruere. A 105. Eorum ſtemma multiplex: *Vide Reges Etruriæ*: nomæ plures ab illis habebantur. A 111. Eorum Regum catalogus primus, & hiſtoria eorum. A 124. Catalogus ſecundus. A 130. Catalogus tertius. A 134. Catalogus quartus. A 140. 141. Rhæteo duce Rhæticorum gentem condiderunt. A 158. Reges ex collegio ſacerdotum eligebant. A 199. Φιλότεχνοι, ſive artium amantes dicti: divinatio per auguria eorum inventio: auguria facere docuerunt. A 239. 240. 247. Fulmina expiare, & obſervare docuerunt. A 246. 247 Cœlum in ſexdecim partes dividebant juxta ſcientiam divinatricem. A 247. Oſtentorum obſervationem invenere. *Vide Monſtra*. Soli Romæ portenta expiare poterant. A 253. Quo ritu deos ſuperos adorarent, & eorum templa ingrederentur, & quo ritu deos inferorum colerent. A 256. 257. 258. Primi ſacerdotes inſtituerunt. *Vide Salii*. A 262. Sacra Samothracia invenere. A 264. Templorum apud eos uſus antiquiſſimus: a Romanis vocabantur ad templa extruenda. A 266. Aræ apud eos in uſu erant. A 271. Eorum artificium, & uſus ſtatuarum, ſtatuæ virorum fortium: ſtatuæ inviolabiles, & religioſæ fictiles erant, aut ligneæ. A 278. 279. *Vide Statuæ*. Idola eorum inventum, & etiam aliorum. *Vide Idola*. Primi urbes condere docuerunt; & quo ritu ab illis conderentur. A 286. Pomœrium eorum inventum. *Vide Pomœrium*. Urbes foſſa conſecrata, & muris conſecratis cingere docuerunt. *Vide Foſſæ, & Muri*. Sacrum nuptiale eorum inventum. A 294. *Vide Porcus nuptialis*. Inſignia regum invenerunt. A 300. Nobilitas ab illis prodiit. A 301. Secures, & faſces eorum inventum. A 305. In duodecim populos dividebantur, & unicum regem ex illis creabant, cui duodecim lictores dabant, ex uno quoque populo unum. A 306. Lictores eorum inventum. A 308. Et jam trabeam invenerunt. A 310. Et phaleras, & bellicum ornatum. A 317. Et paludamentum. A 319. Et prætextam. A 320. & calceos militares. A 322. Et cothurnos. A 325. Et currum triumphalem. A 332. Et coronam triumphalem, & omnia coronarum genera. A 334. Et togam pictam. A 337. Et tunicam palmatam. A 339. Et gladiatores. A 340. Et claves, & feras oſtiorum. A 351. 352. Et vivaria beſtiarum, & modum eas ſaginandi. A 358. Et floridas veſtes. A 359. Maſtrucæ ſeu veſtes villoſæ apud eos in uſu erant. A 361. Phialas invenerunt. A 353. Et morem circumferendi plena vini pocula, & ad numeros certos bibendi. A 354. Inventores fuerunt medicinæ. A 370. & muſices. A 272. Et caſſis militaris. A 375. Bellica eorum virtus. A 378. 380. 384. Cornua bellica invenerunt. A 377. Et prætoria ducum. A 453. Tibiis utebantur. A 382. Per Quingentos pæne annos Romanis reſtiterunt: ænea tuba ab illis inventa. A 384. Molæ eorum inventio. A 389. Et atria. A 393. Et columnæ. A 399. Et ludi. A 402. Et equi jugales. A 413. Et pugiles in ludis. A 419. Et ſcænicæ fabulæ. A 436. Et naves. A 439. Et leges in Italia. A 445. & venabulum. A 451. Et Scorpio. A 455. & Pilum. A 450. Moneta ſignata apud eos antiquiſſimis temporibus. A 346. Soli Symbola Pythagoræ ſervarunt. A 343 Candelabra invenerunt: Lycnorum apud illos opificium: ingenioſi: plurimarum artium inventores. A 356. Rei ruſticæ inventores. A *Vide libr.* 3. *cap. LV. LVI.*

Digitized by Google

LVI. LVII. LVIII. Eorum mos ſcribendi in corticibus arborum. A 430. Poculis argenteis utebantur. A 459. Bis in die menſas ponebant. A 457. Servi delicati apud eos in uſu. A 461. Etruſcorum mores damnat Dempſterus A 463. Acerrime a Regibus, & Conſulibus Romanorum bello perſecuti. B 3. Annulorum uſus ab illis ad Romanos venit. *Vide Annuli*. Fidem Catholicam receperunt. B 404. Diadema eorum inventum. A 300. Gaditanas puellas menſis adhibebant. A 463.

F

FAbius. *Vide Q. Fabius.*
Fabrica. *Vide Celianum.*
Fabulæ Atellanæ, ſeu Oſcæ Etruſcorum inventum: a Romanis receptæ: earum partes, & diſtributio eiſodium, embolia, exodium, ſales: Poetæ Urbici dicti, & cum his cantores. A 437.
Faces tempore Ariſtophanis non erant ſed tantum lyceni: apud veteres Etruſcos in uſu non erant. A 358.
Fæſulæ, ſedes augurum. A 56. & B 78. Ejus nomen unde. A 164. & B 73. una ex duodecim Etruriæ urbibus: urbs potentiſſima, & vetuſtiſſima: arx Catilinariæ conjurationis. B 73. Clara Gothorum ſtrage. B 74. A Florentinis diruta: nobiliores familiæ ex ea Florentiam traductæ: Epiſcopatu, & Sanctis ſuis inclita. B 79.
Fæſulanus mons Etruriæ, Apennini pars: urbis ruinas oſtentat. B 11.
Falarica Saguntinorum arma. A 450.
Falaris. *Vide Phalaris.*
Falces arborarias quis invenerit. B 366.
Falces ahenæ veneficiis adhibebantur. A 366.
Falco Capuæ conditor: cur ita dictus. A 39.
Faleria una ex duodecim Etruriæ urbibus: eam Aleſus Rex condidit: inexpugnabilis, & bellicoſa: ejus ſitus. B 52. 53. Incolæ æqui dicti, & cur: leges Romanis tradiderunt: campi patentes, & uberi paſtu ex quibus Romani victimas petebant ob earum candorem: linum hic probatiſſimum: ab illis tarciminum uſus ad Romanos migravit. B 54.
Faleſia urbs inter lacum Aprilem, & Populoniam. B 54.
Falisci Etruriæ populi. A 73. Palladem inter deos tutelares habebant. A 74.
Fana unde ita dicta. A 143.
Fanutii Campani textus corrigitur a Dempſtero. B 194.
Fanum D. Mariæ ſaxeæ Etruriæ oppidum. B 440.
Fanum Lucinæ Etruriæ urbs in agro Cæretano, a Dea Lucina ita dicta: ejus fanum a Dionyſio expoliatum: interiit. B 157.
Fanum Voltumnæ, aut Voltunæ dicatum, celebris comitiis publicis: interiit. B 158.
Farneſium: patria Pauli III. Pontif. & Petri Ancorani J. C. qui a Caſtro Ancorano, cujus erat dominum, nomen accepit. B 445.
Faſces. *Vide Inſignia Imperii.* Vetuloniæ inventi: ex virgis ligatis componebantur, a quibus ſecuris circundabatur. A 306. Faſces magiſtratuum Romanorum inſigne erat in Urbe, & in provinciis: ſolemnis eorum uſus: ſex Proconſuli lex dabat, Conſuli duodecim: ad improborum terrorem ferebantur: majora crimina ſecuri, minora virgis plectebantur: Faces XXIV. Dictator, & decemvir habebant, minimi magiſtratus duos tantum. A 307. Faſces laureati in victoria ſolemni ferebantur: faſces minor magiſtratus ſubmittebat cum in majorem incideret. A 308.
Fecciola. *Vide Era.*
Fecialium collegium Romulus inſtituit. A 448. *Vide Jura bellica.*
Felſinus Etruriæ princeps Bononiæ conditor. A 36.
Felſina, inde Bononia appellata Regia Felſini Regis Etruſcorum, & ab eo ſic dicta. A 36. 37. 171. *Vide Gallia, & Bononia.*
Ferentani, aut Frentani Italiæ populi: iidem cum Samnitibus. B 27.
Ferentinum, vel Ferentium, aut Ferentia: Etruriæ urbs: patria Othonis Imperatoris. B 132. Colonia Romana: Municipium: Epiſcopatus. B 133.
Feronia urbs Etruriæ: ſub monte Soracte poſita: a Dea Feronia libertatis præſes: ita nominata ſacrificium mirabile in ejus honorem peractum ab incolis. B 10. & 138. Colonia Romana: interiit. B 138.
Feronia altera in Campania: Cives Ferentini. B 138.
Ferrum antiquis temporibus vix cognitum. A 382. Ejus fodinæ in Ilva erant. B 228. Ejus uſus. B 230.
Feſcenini verſus. B 131. *Vide Nuptiæ.*

Digitized by Google

Feſcenium oppidum Etruſcorum. A 439. Hodie deletum: mea carmina nuptialia inventa. B 131.
Feſti Pompei error. A 408. Ejus textus corrigitur a Dempſtero. B 256.
Fianum oppidum ad ripam Tibridis; Patria Franciſci Hiſtorici. B 447.
Ficinum oppidum in Etruria: Patria Marſilii Ficini Philoſophi celeberrimi. B 440.
Fictilia, Etruſcorum inventum: A 424. vaſa Arretina erant rubra, & laudata: vaſa Samii habebant, & Saguntini. A 425. 428. Fictiles ſtatuæ rudi ævo deis dicatæ. A 425. 426 429. Fictilia in optimatum domus regnante Numa migrarunt. A 426. A ruſticis, & potentibus poſſidebantur: fictilium nomina varia recenſentur: *Frivola* vaſa quaſſa dicebantur. A 427. 428. Uſus eorum in conviviis, & in templis. A 425. 426.
Fidenæ urbs, Colonia Etruriæ cistiberinæ: opulenta, ac potens: res magnas cum Romanis geſſit: Colonia Romana. B 183.
Filaterra. *Vide Tondola*.
Fivizanum. *Vide Louio*.
Flavinium, aut Flavianum Etruriæ urbs: quo loco poſita: potens ſub Æneæ adventu: cæde Fabiorum inclita. B 147. Penitus interiit. B 148.
Fletumenes. *Vide Flexibula*.
Flexibulæ, & Fletumenes, ita equites Romani dicti ſunt. A 305.
Flora, agriculturæ Præſes. A 366.
Florentia urbs Etruriæ Metropolis: a Scotis reſtaurata. A 31. Omnium Italiæ urbium pulcherrima. B 349. Ejus origo, & conditores. B 350. Ejus nomen unde: male Fluentia dicta: inſignis Tiberio imperante. B 351. 352. Legatos Tiberio Romam miſit. B 352. 355. Ejus hiſtoricorum Catalogus. B 355. Res a Florentinis glorioſe geſtæ. B a 357. uſque ad 359 Res infeliciter ab illis geſtæ. B 359. 360. Principes armis ab illis adjuti: Pontifices ab illis in urbem recepti: Balduinus Imperator ab illis in urbem receptus. B 460. a Totila diruta. *Vide Totila*. A Carolo Magno reſtaurata, & cujus auxilio. B 361.
Florentiæ deſcriptio: aquæductus, thermæ, amphitheatra, templa &c. B a 363. uſque ad 366. Catalogus Florentinorum Sanctorum, Beatorum, Pontificum, Conciliorum, Epiſcop. & Archiep. Cardinalium, Virorum bello, & literis illuſtrium, a tyrannide Gualterii ducis Athenarum ope Mediceorum liberata. B 454.
Fluentia. *Vide Florentia*.
Focenſis lacus Etruriæ prope lacum Bientinæ. B 26.
Focunates. *Vide Vecuni*.
Fœdus unde dictum. A 295.
Foglia. *Vide Corebianum*.
Fojanum oppidum ad Clanim. B 442.
Fontus Jani filius, Rex Etruriæ: Fontinalis Deus dictus, & cur. A 143.
Fontinalia Fonto ſacra. A 144.
Fornax Dea. A 393.
Fornovum. *Vide Tondola*.
Fortuna Etruſcorum numen: Nurtia, & Nyrtia vocabatur: nunquam ab Homero nominata: Horatius ei pennas appingit, & cur. A 71. Eam nominaſſe Homerum Pauſanias affirmat in Arcad. A 72.
Fortunatiani textus corrigitur a Dempſtero. A 340.
Forum Claudii Etruriæ urbs in agro Faliſco: celebris opibus: Epiſcopatus. B 159.
Forum Caſſii Etruriæ urbs ad montem Ciminium in via Caſſia, non longe a ſilva Arſia, & Meſia. B 160.
Forum Aurelii Etruriæ urbs in via Aurelia: interiit. B 161. Forte nunc Vicarellum. B 446.
Foſſa conſecrata urbes cingere docuerunt Etruſci: A 292. Foſſa conſecrata quid eſſet: Foſſa urbis ab Etruſcis Mundus vocabatur. A 293.
Foſſæ Papirianæ. *Vide Macra*.
Foſſæ Papirianæ: Etruriæ urbs in via Aurelia ad mare: interiit. B 162.
Foſſæ Clodiæ in ſtatu Veneto: nunc *Chioggia*. B 456.
Framea Germanorum telum. A 450.
Franci Salii Gallias occupavere ſub Theodoſio Hiſpano anno ſalutis CCCCXX. A 189.
Francorum Reges certis diebus ſe populo oſtendebant. A 111.
Freculphi textus corrigitur a Dempſtero. A 116.
Fregellæ. *Vide Fregenæ*.
Fregenæ Etruriæ urbs: male Fregellæ nominatur: Colonia Romana: ejus ſitus: hodie diruta. B 100. 101.
Fregenæ altera. *Vide Vacina*.
Frentani. *Vide Ferentani*.
Frigidus Etruriæ amnis. B 14.
Frivola. *Vide Fictilia*.
Frontoni populi originem ducunt a Liburnis, Dalmatis, & Etruſcis: Larinus eorum

norum civitas, & municipium. A 101. B 191.
Fruges, quæ in ſacrificiis offeruntur, diverſæ ab illis, quibus homines veſcebantur. A 276.
Frumentum Cluſinum & Senenſe a Plinio laudatur. A 43.
Fucecchium oppidum in Etruria: Phocenſes eum condidiſſe quidam falſo credunt. B 438.
Fulmina a quibus numinibus mitterentur: quot eorum genera numina jaculentur: fulminum jactus manubiæ ab Etruſcis vocabantur. A 247. Fulminum obſervatio & expiatio, Tuſcorum inventum. A 246. 247. Fulmina Jovis ſolum afflabant: Saturni execrabilia: hæc occidebant: Martis cremantia: triſulca vocabantur: hæc incendebant. A 247. 248. Fulminum reliquiæ terræ mandabantur ex Etruſca diſciplina. A 250.
Fulvius Lippinus ſive Hirpinus in Etruria beſtiarum vivaria invenit. A 358.
Fulvius Bojus Dux Rhætici limitis. A 159.

G

GAditanas puellas menſis Romani adhibebant. A 463.
Gæſa Gallorum arma. A 450.
Galbæ ſtatuam decrevit Senatus ſuperſtantem columnæ roſtratæ: hoc decretum Veſpaſianus abrogavit. A 401.
Galea Græce dicitur *Corys*. A 132.
Galeritus. *Vide Lucumo*.
Galeromondus Rex Etruſcorum: incertum an exiterit. A 210.
Gallera oppidum: olim Vejentum Metropolis. B 447.
Galleſium Etruriæ urbs: condita a Gallis, aut Aleſo: Epiſcopatus: ſancti qui in ea floruerunt. B 120. 121.
Galli in Italiam tranſcenderunt. A 38. Mediolanum pulſis Etruſcis condiderunt. A 39. Comum, Brixiam, Bergomum, Veronam, Tridentum, & Vicentiam fundarunt. A 40. 158.
Galli Boii. *Vide Boii*.
Galli & Cimbri carnificea a Romanis dicebantur. A 142.
Galli immolato homine Teuthatem placabant. A 278.
Gallis vini uſum Lucumo primum oſtendit. A 142.
Gallinaria Etruriæ inſula, a gallinis ita dicta. B 241. S. Martinus in ea habitavit: ædificiorum expers: in mari Tyrrheno poſita. B 241.
Gambaſium. *Vide S. Geminiani Fanum*.
Garnajola, mons Leonis, & Plebs, vulgo *Pieve*, oppida inter Clanim, & Tiberim. B 443.
Gelſena nomen vetus Bononiæ. B 35. 36.
Gelum oppidum in agro Cluſentino. B 440.
Genium viris fuiſſe datum multi tradunt. A 73. Per Genium ſuum, aut Caſtorem viri jurabant. A 74.
Genua, Colonia Etruſcorum. A 3.
Getæ, ſervi a Romanis vocabantur. A 142.
Gladiatores lege Conſtantini ſublati ſunt: A 142. qua diligentia emerentur: A 341. Etruſcorum inventum. A 340. Quot ſpecies eorum eſſent: in conviviis adhibebantur, & in theatris: emebantur e cataſta per laniſtas: in funeribus adhibebantur, ideoque buſtuarii appellati. A 341. Pinnirapi cur dicti. a liqua nota inſigniti prodibant: rudiarii, qui dicebantur: auctorati, qui dicerentur: a pugna, niſi miſſione petita aut impetrata, non dimittebantur. A 342.
Gladii uſus nullus fuit, niſi poſt ſexcentos annos a Roma condita. A 307.
Gladii, arma Spartanorum. A 450.
Glande homines veſcebantur. A 22.
Glandes in alienum fundum decidentes colligere licebat. A 23.
Glandis nomine omnes fructus veteres vocabant. A 23.
Glaucus architectus navis Argûs gubernator: nullum vulnus accepit in navali prœlio cum Tyrrhenis. A 34.
Glaucus Minois filius Tyberim Etruriæ regem interfecit. A 151.
Gorgon, ſive Urgon, inſula Etruriæ, Urgo & Orgo etiam dicta. B 234.
Gorgaſius. *Vide Demophilus*.
Gothi maſtrucis ſeu villoſis veſtibus utebantur. A 361. 362.
Gottofredi Viterbenſis verſus corrigitur a Dempſtero. A 284.
Gracchus atrium Libertatis erexit ex multatitia pecunia. A 394.
Gradoli. *Vide Grotte*.
Græca lingua quando Romam migravit A 26.
Græci ex ludis Olympicis annos computabant. A 63. Uxores conviviis intereſſe non patiebantur. A 98. Melampodem, & Telegonum, & Amphiaraum faciunt inven-

inventores divinationis per auguria. A 239. omnium vitiorum genitores. A 420.
Grafignana, Specianum, Viturchianum, Bomartium, Magnanum, & Baſſanum: oppida prope Balneum Regis, Etruriæ urbem. B. 445.
Grafiniana. *Vide Vallis Grafiniana.*
Gragnola. *Vide Tendola.*
Graveja flumen, hodie Cravia. B 14.
Graviſcæ Etruriæ urbs: unde ita dicta: portu carebat. B 89. Colonia ab Auguſto deducta: coralio & vino nobilis: quando floruerit. B 90. interiit. B 91.
Groſſetum, urbs nova Etruriæ: Roſetum vocata ſecundum aliquos: ex ruderibus Ruſellarum orta: portus maris, arte & natura munitiſſimus: Epiſcopatus. B 420. *Vide Ruſella.*
Grotte, & *Gradoli* oppida non longe a Bolſena. B 445.
Gryte fictilia dicuntur. A 427. B 454.
Gualterius Athenarum Dux Florentiam vexavit. B 359.
Guardiſtalla. *Vide Matolla.*
Guilelmi opera Carolus Magnus Florentiam reſtauravit. B 361. *Vide Florentiam.*

H

HAdrius Etruſcorum Rex: Hadriani Auguſti familia ex eo deſcendit. A 173.
Hadriaticum mare quaneum extendatur. A 32. ejus nomen unde veniat. B 214.
Hadria, ſive Atria, aut Adria ab Hadrio nomen accepere. A 164. *Vide Adria.*
Haleſus Etruſcorum Rex. *Vide Aleſus.*
Haleſus alter Hetruſcorum Rex gente Argivus: Faliſcos & Alſium civitates condidit, & a ſuo nomine vocavit: unde ita dictus: Agamemnonis comes, vel filius: contra Trojanos ſtrenue pugnavit: a Pallante Evandri filio peremptus: ſacra Junonis ex Græcia in Etruriam attulit. A 468.
Hamaxobii & Burgundiones populi, unde ita dicti. A 8.
Hederæ ad aras Bacchi ponebantur. A 272.
Heliogabalus diademate gemmato uti voluit. A 300.
Heneti. *Vide Veneti.*
Herbanum Etruriæ urbs: putatur Oropitum, & Urbs Vetus vocari, aut *Orvieto*. B 113. Sed penitus interiit: Epiſcopatus. B. 114.
Hercules Etruſcum filium habuit. A 1. Romanos a tributo Etruſcorum liberavit. A 33. ejus ſimulacrum Tyri vinxerunt ne abiret. A 73. Pan ejus ſocius. A 74. ejusdem nomina varia. A 161.
Hercules ſtella Martis a Chaldæis vocabatur. A 262. illi multi divitum decimam partem bonorum conſecrabant; & cur. A 33. ejus ſacrificia. A 262. 263. 264.
Herculanei Scyphi. A 264.
Heruli anno Domini DLIX. in Etruriam venere cum rege Sindualt. A 30.
Hiera inſula ex ſeptem Æoliis Vulcano ſacrata. A 153.
Hieronymus Savonarola Dominicanus. B 398.
Hilarii Villa. *Vide Villa.*
Hirpinus. *Vide Beſtiarum nomina.*
Hirpinorum gens in Sabinis notiſſima, & in Etruria ad montem Soracte: iidem cum Samnitibus. A 358. & B 29.
Hiſtriones qui ſint: male ab Hiſtria nominantur. A 408. ex Etruria Romam acciti: quando & cur ex Italia pulſi: qua lingua loquerentur: e ſervorum genere erant. A 408. quando primum Romæ producti. A 409. eorum laſcivia. A 407. 410. eorum nomina varia: A 409. 410. 411. eorum domus Copreas Romani nominabant: nobiles in eorum diſciplinam corruptis moribus ſe tradebant. A 412. Luxum in illis munerandis M. Craſſus invexit: eum Alexander Severus temperavit: Aſtris certaminum exitum augurabantur. A 413.
Hocmus. *Vide Bienor.*
Homerus Etruriam inviſiſſe dicitur: in Ithaca oculos amiſiſſe. A 11. Fontium calidorum meminit: ejus temporum medicina noſtris contraria. A 54. Nunquam Fortunam nominavit: eam nominaſſe vult Pauſanias. A 71. 72. Fato omnia regenda commiſit. A 72. Odyſſeæ verſus libr. 5. varie legitur a Dempſtero. A 26.
Homines primi *αὐτόχθονες* cur dicti. A 276.
Homine immolato Carthaginenſes Junonem placabant: Scythæ Dianam: Galli Teuthatem: Romani Saturnum. A 278.
Horatii Coclitis virtus contra Etruſcos. A 203.

A 23. Ejus ſtatua de cœlo à fulmine tacta ab Etruſcis contraria Religione expiata. A 251.
Honorii Fortunati verſus corrigitur a Dempſtero. A 340.
Horia, genus navigioli. B 17.
Horta ſive Hortanum, ſive Ortana, ſive Britona, urbs a Leone IV. Pont. reſtaurata. B 112. in D. Petri patrimonio comprehenſa; Epiſcopatus. B 113.
Hoſtiæ, ſuo unicuique numini propriæ, erant majores & minores: majores, animales vocabantur. A 277. Quæ Apollini, & quæ Latonæ Græco ritu offerebantur: quot animalium genera immolarentur. A 278.
Hygini textus corrigitur a Dempſtero, A 367.
Hyperborei Apollinem venerabantur, A 75.

I

Janicularis mons, unus ex ſeptem Romæ collibus. B 85.
Janiculum urbs Etruriæ Antipolis a Plinio appellata, & cur; ejus ſitus. B 84. Romæ incluſa ab Anco Martio: Æneja etiam dicta, & cur; in ea Janus habitabat: ſedes caſtrorum Porſennæ Regis Etruſcorum. B 85. ſeceſſus plebis, ac poſtea Senatus: ibi pugnatum contra Cinnam. B 86.
Janitores clavem, & virgam geſtabant. B 352.
Jano Romani thure ſacrificabant. A 5. Janus quando vixit. A 299. Primus Etruriæ Rex. A 64. 105. 112. Janes vocabatur. A 64. 65. Etruſcæ originis erat. A 117. Inter deos agreſtes habebatur, & cur. A 65. Primus docuit Italos de diis bene ſentire, unde a Numa plurimi æſtimatus. A 256. Italicorum Deorum antiquiſſimus: Pater vocabatur. A 66. Templa & aras primus in Italia diis erexit. A 266. 271. Ei ſtatuæ in foro Romano erectæ erant: ibid. Janus Geminus, ob geminam faciem dicebatur. A 122. Quadrifrons a quibusdam factus & cur. A 120. Etruriæ indigena. A 298 367. Janus geminus a Numa dicatus: pacis, & belli præſes: quomodo effictus. A 67. 114. & cur. A 115. 120. Quis ſit, & variæ de eo opiniones. A 112, 298. Italos docuit hoſtias adolere: Venilia ejus uxor. A 113. ab eo omnia ſacrificia exordiebantur, & in eo complebantur. A 113. 114. Janus ab eo dictæ. A 114. quatuor filias habuit. A 118. 120 *Alter Janus* de prudenti homine dicebatur. A 123. ejus templum quododo conſtructum, & cur. A 115. 116. ejus templum tempore pacis claudebatur, tempore belli aperiebatur: a quibus clauſum fuerit: Romani in ejus templo ineuntes magiſtratus, ſive exeuntes inaugurabantur. A 116. cur: & quando laurea nova coronabatur, ejus uxor & ſoror Cameſes, in partem regni aſſumpta. A 117. ejus Regni tranquillitas: Menſis Januarius ab eo dictus; ab agricolis lapidibus interfectus & cur: A 118. Primus monarchiam apud Etruſcos inſtituit. A 298. Primus numiſma æreum ſignavit. A 346 Mos vultus Principum in nummis imprimendi ab eo venit: vultum ſuum in nummis obſignavit, ab altera parte navim, in qua Saturnus in Italiam devectus fuit; in Janiculo habitavit, ubi Saturnum ab Jove e cœlo pulſum hoſpitio excepit. A 347. B 85. cum clave, & virga cur figuraretur, A 351. 352. Cluſius, & Patulcius cur dictus: feras oſtiorum invenit. A 351. Arborum pomiferarum culturam adinvenit. A 365. A Saturno Præcepta rei ruſticæ hauſit. A 363. Janiculum condidit. B 279. Ejus uxor Aretia vocabatur. B 309.
Idola Etruſcorum a Serucho, aut Syrophane, aut a Cham adinventa: aut a Nino, aut a Græcis. A 281. 282. 283.
Idolum primum Ignem volunt quidam fuiſſe. A 281. eorum varietas: verbi hujus etymon.: Εἴδωλον, & Εἴδαλον dicunt Poëtæ. A 14. 285.
Igilium inſula Æturiæ, Dianium etiam dicta, forſan a Dianæ templo ibi exſtructo. B 237. Igivium a Pomponio Mela appellata: hodie *Giglio*. B 238.
Ignanellum. *Vide Corbinum*.
Ilva inſula, Regia Abantis Regis Etruſcorum. A 184.
Ilva Inſula Etruſca: Æthalia etiam dicta: vernacule *Elba*: celebris Argonautarum appulſu: auxilia Æneæ contra Turnum miſit; ferri fodinæ in ea ſunt: B 228.
Inarime, Etruriæ Inſula in ſinu Puteolano: Pithecuſa a Græcis dicta: B 239. Æmaria etiam dicta, & cur. B 240.
Inalpini. *Vide Cerni*.

In-

Inceſtuoſæ libidinis exempla multa recenſentur. A 155.
Inciſa oppidum in Etruria: unde ita dictum. B 13. 440. Nobile ortu Franciſci Petrarchæ. Ibid.
Indi arundine veſcebantur. A 21.
Inſignia imperii faſces, trabea, curulis, anuli, phaleræ, paludamenta, prætexta, togæ pictæ, tunicæ palmatæ, triumphum cum quatuor equis auratoque curru Tarquinius ab Etruſcis Romam detulit. A 305. ſecundum alios ea Romulus ad Romanos detulit. A 305. 306.
Inſubres aut Mediolanenſes, Galliæ Ciſalpinæ populi. B 28.
Inuber ſignificat impuberem. A 420.
Inuus Deus, idem cum Deo Pane: ab eo nomen ſumpſit Caſtrum Inui urbs Etruriæ. B 105.
Joannes Saresburienſis corrigitur a Dempſtero. A 72.
Io Iſis poſt conſecrationem dicta. A 65.
Jonium mare ſuperum vocatum. A 32.
Joves omnes nationes habebant: Joves trecenti numerantur. A 69. Jovis dicitur in recto caſu. A 59. Jupiter unde natus. A 69. 70. Eum Etruſci peculiari religione colebant, & cur: Præſes divitiarum: & præerat civitatibus & montium cacuminibus. A 70. Sceptrum ei ex cupreſſu finxerunt, & cur. A 70. 248. Joves omnes gentes ſuos principes vocabant: primus Jovis fuit Cretenſis: idem leges Soloni dictaſſe creditur: eidem Dardanus primus ſacrificaſſe dicitur: eumdem adorari lege primus præcepit Cecrops: ejus uxor Niobe fuit. A 69. Saturni filius. A 69. 70. ex eo Reges orti videri volebant. Ibid. minime cum fatis confunditur a Virgilio. A 242. Elicius cur vocetur: quomodo Elicius fingeretur ab Etruſcis: A 248. *Vide Juppiter*.
Iphigenia oratorum laudibus celebrata. A 272.
Iſidem, & Oſiridem agriculturæ auctorem faciunt Ægyptii. A 368.
Iſidori error. A 158.
Iſtia: Compagnaticum: Paganicum: Balnea Petrioli: D. Quircius, oppida ſunt ad amnem Umbronem. B 442.
Iſtri Japydii dicebantur: Italiæ populi: eorum regio B 27.
Italia vetus: ejus diviſiones variæ, & populorum diviſio, & eorum nomina varia: B 26. ejus diviſio juxta Strabonem. B 31.
Italiæ laudes. A 29. 30.
Julia colonia. *Vide Sutrium*.
Juli Obſequentis error. B 63. 99. 144.
Julius Frontinus corrigitur a Dempſtero. B 124.
Juno ab Etruſcis, præcipue a Vejentibus & Faleriis colebatur. A 72. 73. B 53. unde Curis dicta. A 61. ex arce Vejentum Romam deportata, & quibus cæremoniis. A 73. B 46. Fœminæ eam adoptarunt: & per Junonem ſuam jurabant. A 73. 74. Cur a Vejentibus culta. A 168.
Jupiter fulgurator exiſtimatur a veteribus. A 247. 248. 250. *Vide Fulmen*.
Jupiter Vicillinus Coſæ colebatur. B 99.
Jura bellica Etruſcorum inventum: fecialium poteſtas in rebus bellicis: haſta & caduceo armati, procedentes, illam jaciebant bellum indicturi. A 447. 448.
Juſti Lipſii error in corrigendo Seneca. A 462.
Juſtini textus corrigitur a Dempſtero. A 18.
Juſtinianum oppidum. *Vide Marantium*.
Juſtinus hiſtoricus vocabatur Junianus. A 13.
Juſtus Vultejus Æliani interpres corrigitur a Dempſtero. A 21.
Juvenalis vetus Scholiaſtes corrigitur a Dempſtero. A 193.

K

KRainer Carnorum regio. *Vide Carni*.

L

LAbeo quindecim voluminibus divinandi diſciplinam abſolvit. A 243. 244.
Labro Æturiæ urbs, ſive ad Herculem fortaſſe hodie *Livorno*. B 152.
Lacedæmones nudi palæſtram exercebant. A 421.
Lacedæmones Enyalii ſeu Martis ſimulacrum, ne abiret, vinxerunt. A 73. Tibiis & ſiſtro pro tubis utebantur. A 384.
Lapidibus occidendi homines, mos antiquiſſimus. A 118.
Lacus Traſimenus. B 23. *Vide Traſimenus*.
Lacus Bacchani. B 24. *Vide Bacchani lacus*.

Lacus Ciminius in Etruria. B 24
Lacus Vadimonis. B 24. *Vide Vadimonis lacus.*
Lacus Sabatius. B 25. *Vide Sabatius lacus.*
Lacus Bulſinus. B 25. *Vide Bulſinus lacus.*
Lacus Tyrrhenus ſive Averni. B 25. *Vide Tyrrhenus lacus.*
Lacus Aprilis. B 24.
Lacus Bientinæ. B 26. *Vide Bientinæ.*
Lacus Focenſis. B 26. *Vide Focenſis lacus*
Lagena Vas, apud veteres Laguna legitur. A 46.
Lai. *Vide Soleſſi.*
Lanceæ arma Hiſpanorum. A 450. Feciales ea utebantur ad bellum indicendum. A 447.
Lanificii uſus apud Etruſcos: hanc artem caſtæ matronæ exercebant: nonnullæ recenſentur lanificio deditæ: in lanificio ex præcipuum ornamentum ponebant. A 422. 423. animalia, e quibus lana ducitur. A 424.
Lapi error in verſione Plutarchi. A 9.
Lar quid ſignificet. A 135. vocabulum Etruſcum. A 137.
Lar Rex Etruſcorum, a quo Lartes ceteri reges dicti ſunt: Valerii Maximi error circa hanc opinionem. A 137.
Lar familiæ pater vocabatur. A 138.
Lares non modo Romani, ſed Ægyptii habebant. A 137. cur in domibus colerentur. A 138. illis pueri, virilem togam ſumentes, bullas & cetera pueritiæ argumenta ſacrabant. A 138. Lares viales & compitales, qui viis & compitis præſidebant: A 139.
Lari. *Vide Ere.*
Larina aut Larina, Etruriæ urbs, interiit. B 170.
Larinus civitas, municipium: populi Frontoni. A 101.
Larnia. *Vide Larine.*
Larthenianum, regia Regum Etruſcorum A 135.
Larthenianum Etruriæ urbs: Regum ſedes: ab ea Romæ vicus nomen habuit: penitus interiit: a nonnullis exiſtimatur Enianum, Pontiana, Civitas Caſtellana, & Veii, ſed perperam. B 115.
Larthes, Corithorum ſtemmati ſucceſſere. A 105. 106. Etruſcorum Reges. A 135.
Larvæ ab antiquis umbræ appellabantur. A 138.
Lagra: Mons Lupus: Sambuca Mons Giuſtus: Linarium: S. Donatus, oppida in Etruria. B 440.
Laterina. *Vide Terra nova.*
Latini, & Latienſes: Heſperii dicti: Italiæ populi: eorum Regio: hodiæ *Campagna di Roma*, aut *Maremma*. B 27.
Latinus Annii nepos, a quo Latium dictum. A 245.
Latium unde ita dictum. A 145.
Latonæ victimæ auratis cornibus offerebantur. A 277.
Laventia Etruriæ flumen ex Apennino decurrens. B 14.
Laula flumen, & oppidum in Etruria. B 434 Trans Laulam ſunt oppida Solera, Fivizzanum, Comanum, Caſole, Verucchia, Curſilianum. B 435.
Laura. *Vide Cortona.*
Laus flumen. *Vide Meera.*
Lautia Legatorum dona appellantur. A 213.
Lebni. *Vide Libyci.*
Leccia. *Vide Maraunia.*
Legati honorati, & donati dimittuntur: eorum dona Lautia vocabantur: A 213.
Legatum ſi quis offendit lege Julia de vi publica tenetur: excidia, quæ concivere legatorum occiſiones: legati neque impediri, neque retineri poſſunt. A 212. Legatis a Tolumnio Rege interfectis ſtatuæ publicæ in roſtris poſitæ fuere. 213.
Leges ære incidebantur. A 433.
Leges in Italia Etruſcorum inventum: Romani ab illis ſumpſerunt duodecim Tabularum ſupplementum. A 445.
Legum decemviralium nomina varia: a quibus illuſtratæ: A 446. 447. Leges decemvirales ex Lycurgi Rhetris, & Solonis Axonibus Romani derivarunt: earum correctio: haud vetuſtæ. A 445. Quo tempore conditæ, earum interitus: quæ apud Rhetores & Ciceronem ſuperſunt, non ſunt verba legum antiquarum, ſed ſenſus: elegantes: A 446. Leges contra monetarum corruptores. A 349. 350.
Leo IV. Pontifex Hortam reſtauravit. B 112.
Leones gentile regum Scotorum: illi ut Florentiæ alerentur caverunt: Leonem ferendi jus habent Scotorum plerique nobiles. A 31.
Leontopolis. *Vide Leopolis.*
Leopolis recens Etruriæ civitas: Leoniana dicta: a Leone III. Pont. inceptam Lothario Imperatore adjuvante, Leo IV. Pont. complevit, & munivit contra

tra Sarracenos: ab Anaſtaſio Antipapa occupata: in ea Templum præcipuum D. Petro dicatum fuit: quo caſu everſa incertum: nulla de ea mentio apud Coſmographos. B 411. Vigeſimo ab Urbe Veteri miliario diſtabat: intra ſex annorum ſpatio completa, Corſiſque habitandam data fuit: B 412.
Lepontii, gens Rhætica ſecundum Strabonem: alii Helvetios eos faciunt: ſumma alpium habitant juga. B 28.
Lepontii Viberi Rhodani fontem accolunt: eorum Regio Lepontina Vallis: male Sarmatas quidam eos faciunt. B 28.
Leporaria ſive beſtiarum vivaria quis invenerit. A 358.
Leporem ſurdum citius pingueſcere affirmat Plinius. A 359.
Lerices ſinus *Vide Lava*.
Lex convivalis. *Vide Convivalis Lex*.
Libera Facta oppidum in agro Piſano; Ripa Fracta etiam dicta corrupto nomine: hic S. Auguſtinus ſui Ordinis fundamenta jeciſſe fertur: locus nunc extat in montibus S. Juliani, ubi libros de Civitate Dei inchoavit, & abſolvit. B 437.
Libertatis atrium a Graccho erectum ex multatitia pecunia. A 394.
Libes pediſequi a Romanis vocabantur. A 142.
Libidinis inceſtuoſæ exempla multa. A 155. *Vide Athenienſes*.
Libri Acherontici. *Vide augurandi ſcientia*:
Licinius Macer Apologiam ſcripſit pro Tuſcis. B 402.
Lictores Etruſci invenerunt: eorum nomina varia, dignitas, habitus, officium: unde Lictores dicti ſint: januam intraturo magiſtratui percutiebant. A 308. 309. Cur tunicati in triumphum irent: Sago purpureo utebantur. A 329. Illis duces exercituum utebantur: ad Romanos ex Tuſcia translati. A 305. 312.
Ligurnus Portus, hodie *Livorno*: circa portum lacus & paludes multæ ſunt: prope eſt Mons Niger: poſtea Reſinianum, vulgo *Reſignano* villa ignobilis: a Gothorum ſtrage ita dicta: Vada deinde Volaterrana ſunt: inter Ligurem portum & Vada ſunt oppida Turrita, Piſcina, ad Fines, & Velinæ. B 431.
Limprinianum, Civitella, & Morlupus oppida non longe a Tibride. B 447.
Linarium. *Vide Laſtra*.
Liparus Rex, Liparæ inſulæ nomen dedit, qui eam ante Æolum rexit. A 153.
Rex Etruſcorum: Æoli ſucceſſor, ſive deceſſor. A 156. 157.
Lipara inſula Cnidiorum colonia. A 157.
Lippinus, aut Hirpinus docuit beſtias ſaginare. A 358. 359. *Vide Beſtiarum vivaria*.
Livallia ſilva Piſis proxima. B 250.
Livia Auguſti uxor, villam habuit in Vejentano via Flaminia, alteram ſub Apennino. B 225.
Livorno. *Vide Labro aut Ligurnus*.
Londinum Angliæ Regia: a Luddo nomen habet. A 192.
Longobardia. *Vide Gallia*.
Longula urbs, altera in Latio, altera in Volſcis. B 413.
Luca, una ex duodecim Etruriæ urbibus primis: unde ita dicta: forte a Lucumone condita. B 293. Ejus ſitus: municipium tertii generis: Jus Coloniæ habuit. B 294. Ejus res præclare geſtæ: a Gothis poſſeſſa. B 295. Pecunia Lucenſis, aut Luculenſis. B 296. Variæ ejus mutationes. B 296. 297. Longobardi eam poſſederunt. B 296. Reſp. libera. B 297. Ejus comitas in excipiendis principibus, & peregrinis, B 298. Ejus Sanctorum, Pontificum, Epiſcoporum, Cardinalium, Virorum illuſtrium Catalogus. B 298.
Luca urbs a Piſanis obſeſſa anno. A 1357. a Maſtino Scala Florentinis vendita. B 454.
Lucani, Italiæ populi, iidem cum Brutiis. B 27.
Luceres a Lucumone dicti. A 141. 194.
Luceria ſive Leucheria, urbs in Apulia. B 35.
Lucilii verſus libr. 3. corrigitur a Dempſtero. A 342.
Lucina Dea, cur ita a Latinis dicta: ejus Fanum a Dionyſio ſeniore expoliatum. B 157.
Lucinæ Fanum, *Vide Fanum Lucinæ*.
Luci diis conſecrati plurimi. B 144.
Lucinianum oppidum trans Arbiam: Florentinis adjudicatum fuit contendentibus Senenſibus: mox ad Senenſes rediit. B 442. Infra ſunt Aſinalonga, Turrita, & mons Felicianus oppida. B 443.
Lucius Ægilius unus e Triumviris coloniæ Lucenſis ductoribus. B 293. 294.
Lucius Petilius ſcribæ: villam habuit in Janiculenſi. B 225.
Lucretii verſus corrigitur a Dempſtero. B 185.

Lucrinus lacus, antea Tyrrhenus dictus; & cur. A 36.
Lactatius Placidus corrigitur a Dempstero. A 74.
Lucumo pater Tarquinii Prisci. A 143.
Lucumones vini usum Gallis ostenderunt. A 142.
Lucumus, sive Lucumo Etruscorum Rex Romulo auxilium tulit: templa invenit: Lucam forte condidit: Galerius dictus, & cur. A 194. Pythagoricæ philosophiæ sectator: ejus opera. A 194. 198.
Lucumones Etruriæ Reges Larthorum Regibus succedere: quingentis pæne annis Romanorum vires fregere. A 106.
Infami homines Lucumones a Romanis appellabantur, & cur. A 142.
Lucumones in Tuscia potentes omnes appellabantur. A 140.
Lucumones duodecim Tuscia habebat in duodecim populos divisa. A 141. A Lucumone Luceres dicti. *Vide Luceres.*
Lucus Capenus urbs & Colonia Etruriæ Cistiberinæ: a Regibus Veiento & Propertio condita: nomen portæ triumphali dedit. B 181.
Lucus Feroniæ. *Vide Feronia.*
Lucus Albionarum, Etruriæ urbs: non longe a Roma: interiit. B 149.
Ludi a Lydis ita dicti. A 407. eorum initium superstitiosum: Etruscorum inventum: diversis linguis editi: Osci in deorum falsorum honorem cur excogitati: Christianis interdicti: colores in iis quatuor, mox sex: eorum causa factiones usque ad Reip. interitum ortæ. A 402.
Ludiones. *Vide Histriones.*
Ludorum initium superstitiosum. A 403.
Ludus puerorum denarium in altum jacientium. A 347.
Luna, una ex duodecim Etruriæ urbibus, portu nobilis: B 80. Ejus situs: marmore inclita: ejus portus hodie *golfo di Lerice*, aut *golfo di Spezia*: a pestilentia & aliis monstris in ea ortis diruta: vinum in ea nobile: augurum sedes: hic Romanorum navale. B 82. Maris diu domina fuit: quando diruta incertum: regio vicina Lunigiana appellata: Episcopatus inde Sergianam translatus: B 83. Patria S. Eutychiani. B 84.
Lunigiana. *Vide Luna.*
Lunensis portus ab Etruscis conditus. A 34.
Lunensis caseus laudatus. B 83.
Lupanaria in fornicibus sepulcrorum, & in publicis itineribus, & litoribus erant. A 260.
Luxuria post devictam Asiam Romam irrepsit. A 279.
Lycaon Rex viginti duos filios habuit. A 27.
Libyci sive Lebni, aut Libni, Galliæ Cisalpinæ populi: eorum regio ager Vercellensis. B 28.
Lychnis Etrusci olim utebantur pro candelabris. A 356.
Lycii aruspicina excellebant. A 246.
Lycosura Arcadiæ urbs, omnium vetustissima. A 70.
Lydias puellas Romani mensis adhibebant tempore Domitiani. A 464.
Lydia, quæ regio sit. A 11.
Lydi voluptatibus dediti. A 12. in Italiam coloniam non deduxere. A 86. equorum studiosissimi. A 413. quo tempore Etrusci nominarentur. A 12. sortem de Regno jacebant. A 13.
Lydus & Tyrrhenus, ex quibus orti sunt. A 10.

M

MAcra, vulgo *Magra*. Etruriæ. flumen a Septemtrione: ejus nomina varia; quos fluvios recipiat. B 14. paulo propius mari sunt oppida Hortus novus: Niccola, Castellum novum: *Fosdinuovo*, quod Fossas Papirianas quidam fuisse volunt. B 435.
Macareus, filius Æoli, cum sorore corpus miscuit, quæ pro nato puero, quem occidere debebat, se ipsam interemit. A 152.
Macrobius corrigitur a Dempstero. A 51. 347.
Mæcenas ex nobili familia Cilniorum ortus. A 220. Rex Etruscorum: quot Mæcenates fuerint, eorum historia: A 21.
Magi Deos non esse parietibus includendos docuerunt. A 268.
Maglianum. *Vide Pedola.*
Magna Græcia, inter Brutios & Sallentinos posita. B 27.
Magnanum. *Vide Grassiana.*
Malæotus Etruscorum Rex, prope Volaterras regiam habuit: in Græcia obiit: quo exitu incertum. A 160. Regisvilla ab eo ita dicta. B 92.
Malgra. *Vide Tendola.*

Digitized by Google

Malianum oppidum ad montem Soractem. B 447.
Malianum Villa Pontificum prope Portum Romanum. B 447.
Malventum. *Vide Vendeenti.*
Mamertini iidem ac Meſſanenſes. A 16.
Manliana Etruriæ urbs in mediterraneis interiit. B 166.
Mantianum oppidum ad Soractem montem: B 447.
Mantua colonia Etruſcorum. A 3. a Bianore Etruſcorum rege condita. A 35. una ex duodecim Etruriæ urbibus juxta Virgilium. B 40. 203.
Manturanum Etruriæ urbs: quo loco poſita: D. Petri patrimonio continebatur; Epiſcopatus. B 111.
Marantium, vernacule *Ripamarance*: oppidum ad ripam Cecinæ: ſequuntur oppida Libbianum, ubi terra nigra foditur: mons Rufolus, olim præclara arce munitus: Mons Cerberi: inde Caſtrum novum Volaterrarum: remotius Leccia, & Mons Rotundus, Juſtinianum, & Saxeta. B. 442.
Marrucini ab Etruſcis trahunt originem: Hatria civitas eorum municipium. A 101. Incertum, qui fuerint. B 27.
Mars Etruſcorum Numen. A 69. 71. Ejus ſimulacrum Lacedæmones vinxerunt ne abiret. A 73. Mars profuſus quid ſignificet. A 449.
Marſi Etruriæ populi: eorum nomina varia. B 26.
Marta. *Vide Capra Montis.*
Marta fluvius prope Cornetum. B 433.
Martianus Capella corrigitur a Dempſtero. A 80. 297.
Martianum & Fojanum oppida ſunt ad Clanim. B 442.
Martis ſtella a Chaldæis Hercules vocabatur. A 262.
Martiorum libri. *Vide Bigois.*
Maſſa Etruriæ promontorium: marmoribus dives. B 13.
Maſſa urbs recens Etruriæ: oppidum olim nobile: Epiſcopatus Populonia eo translatus. B 421.
Maſſa altera in territorio Lunenſi. B 421. Principatus DD. Cybotum: non longe a Carrara. B 435. in iisdem montibus ei ſuccedit *Montone*, & alia Caſtella marmorum fodinis nota. B 436.
Maſſici montes duo numerantur, quorum alter in Etruria, alter in Campania. A 186.
Maſſicus Etruſcorum Rex bello Trojano Rutiloque interfuit: manu ſtrenuus: Coſſæ regia illius: a monte Maſſico ſic dictus. A 186. Ab Oſinio rege aliqui eum non diſtingunt. A 186.
Maſſilienſes, & Segufiani: Galliæ populi. B 30.
Maſtrucæ. *Vide Veſtes.*
Matolla, Roncolla, Guardiſtalla, Mons Scudai, Quercetum, & Ripabella, oppida in agro Volaterrano: B 442.
Matronæ annulis antiquitus ferreis, vel eburneis, vel electrinis utebantur. A 316.
Matronæ lanificium exercentes caſtæ habebantur. A 422. *Vide Lanificium.*
Medicea familia a Strotiorum factione vexata. B 451. Fabulæ de Mediceorum familia refelluntur. B 452. Mediceorum geminus ortus Florentiæ: eorum antiquitas mediocris. B 453. In aliis etiam urbibus floruere, & maxime Brixiæ, Ferrariæ, Veronæ, & Mediolani. B 455. 456. Nicolai Medicei tanta magnificentia fuit, ut in proverbium iverit. B 456. Eorum pietas memoranda, & tres Beati ex ea gente, Rolandus, Philippa, & Auguſtina. B 457. Priores in Florentina Repub. LXXII. numerantur: Vexilliferi Juſtitiæ XXXVIII. Summi Pontif. IV. Cardinales X. Reginæ II. Magni Duces IV. Eorum inſignia ſæpius variata. B 458. De eorum origine conjectura: adulatoriæ inſcitiæ repreſſæ: eorum magnitudo, & claritudo extra Italiam. B 462. Julianus Medices eques Periſcelidis factus: de hoc ordine equitum obiter. B 463. Xenodochium Hieroſolymis fundatum a Coſmo Medice Seniore. B 465. Mediceæ familiæ ſucceſſio a pag. 465. uſque ad pag. 498.
Medici e numero ſervorum erant apud Romanos. A 371.
Medici eſum potumque conſuetum admixta glacie inhibebant. A 459. *Vide de hoc plura ibid.*
Medici apud Ægyptios ex publico alebantur, & certis legibus adſtringebantur. A 370.
Medicina Homeri temporibus noſtris contraria. A 54. Medicinæ inventores, qui ſint. A 370. Medicina quando Romam migravit. A 371.
Mediolanenſes. *Vide Inſubres.*
Mediolanum Etruſcos poſſediſſe fama eſt. A 39. Colonia Etruſcorum: ejus nomen unde. A 200. Colonia, & urbs Etruriæ trans Apenninum: Olanum dicta: regiones vicinæ a Gallis poſſeſſæ. B 196. Reipub. honore, & titulis gaudebat.

debat. B 197. Quas res geſſerit, & quoties principatum mutaverit: celebrem Academiam habuit: virorum illuſtrium catalogus, qui ex ea prodierunt: ejus Eccleſia celebris. B 198. 199.
Medulia, aut Medullia, urbs & Colonia Etruriæ Ciſtiberinæ: interiit. B 182.
Megarenſes ab Athenis expellebantur ſtatuta pœna capitali. A 96.
Melampodes. *Vide Telegonum.*
Meleus Rex Etruſcorum totæ Italiæ imperavit: tubæ repertor. A 157.
Menalus Etruſcorum Rex, Regiam Velis habebat; a Nevio poëta nominatur. A 197.
Menſas bis in die Etruſci ponebant, Romani ſemel idque veſperi: prandere & cœnare Aſiatici ſolebant. A 457. Prandia quando apud Romanos in uſu. A 458.
Meſſanenſes. *Vide Mamertini.*
Meſſapi. *Vide Apuli.*
Meſia ſilva prope Forum Caſſii: hodie forte *Boccano*. B 160.
Metina, aut Blaſcon: *Vide Calubraria.*
Mezentius Etruſcorum rex Cærite regiam habebat: quando regnavit. A 176. 177. Meſentius a Dionyſio Halicarnaſſeo dicitur: Rutilis auxilium contra Latinum, & Æneam tulit, & cur, & qua mercede. A 177. Poſt ejus tempora ruſtici feſtum Vinalia dictum celebrarunt in honorem Jovis, cui vini primitias votas Mezentius ſibi vindicare volebat. A 178. Eum Virgilius vocat contemptorem divûm. A 197. Erat ex Liguria Tuſciæ cohærente: ſacrilegus erat: cur ita dictus. A 178. 179. 180. Vivos mortuis alligabat, & ita eos occidebat. A 180. De ejus obitu variæ opiniones: in exilium pulſus ob ejus crudelitatem. A 180. 181. 182.
Mica quid ſignificet. A 275.
Milites ſub tutela Martis ſunt. A 298.
Mimi. *Vide Hiſtriones.*
Minerva templum magnificum Puteolis habuit. B 185.
Miniſtri ab argento. *Vide Poculis.*
Miſia ad Saſonem ſtationem pyratis præbebat. A 444.
Mœani planum: hodie *Pianura di Mesma:* ita forte a Mœonia dictum. B 107.
Mœonia Etruriæ urbs, in ea D. Anſelmus colitur: a Mœonibus ita dicta: antiquitate nobiliſſima: quo loco poſita: Mœonum ſive Lydorum ſedes: hodie interiit. B 107.
Mœones, aut Meones Tyrrheno duce in Italiam deſcenderunt: multi populi ſub hoc nomine veniunt. B 107.
Molæ Etruſcorum inventum: A 389. ſervi ad eas damnati, qui & aſini dicti. A 390. eorum manſiones præſepia. A 391. ut immundorum hominum haræ. A 392. aſini & equi velatis capitibus eas verſant. A 393. molæ aquariæ: olcariæ: earum fabrica, & partes earum ſuis nominibus deſcriptæ. A 389. &c. numina, quæ illis præſiderent. A 393.
Monachi primis ſeculis inter Clericos non numerabantur, & cur. B 237.
Mona inſula Druidum ſedes antiquiſſima. B 229.
Monarchia perfectiſſimus regnandi ſtatus: eam Janus apud Etruſcos invexit. A 298.
Moneta veteres teſtacea, aut coriacea utebantur. A 346. *Vide Nummus.*
Monetarum requiſita. A 350.
Moneta falſa Cybdela vocata: Monetarum legitimi artifices quomodo a Græcis vocati: moneta falſa vetita ſub nomine peculatus: interdicta ſine imagine Imperatoris: eam Carolus Magnus non alibi quam in palatio cudi voluit. A 350. Monetarum genera varia, & earum nomen, & figura. A 348. Lex contra monetarum corruptores A 349. 350.
Monſtra a ſolis Etruſcis Romæ expiari poterant. A 253. Ex Etruſca diſciplina combarebantur, aut in altum mare deportabantur: quo ritu monſtra, & prodigia expiarentur: monſtra, portenta, & prodigia, in quo differant. A 254. Monſtra quæ Syllano tempore apparuere. A 252.
Mons Politianus. *Vide Politianum.*
Mons Roſcus oppidum in finibus Vejentum. B 447.
Mons Columna, oppidum prope lacum Traſymenum. B 445.
Mons Argentarius in Etruria, ab uno latere habet fanum S. Stephani, ab altero Portum Herculis: poſt hunc montem eſt Taliata, & Capalbium, ſive Caput Albium: ultra Florus, & Peſcia, & Mons Altus. B 433.
Mons Ilcii, aut Ilicii, aut Alcinoi urbs nupera Etruriæ, dictionis Senenſis: ejus nomen unde: ex ruderibus Ruſellarum forte crevit: hiſtoria mirabilis de Cammillo Marzolio Archidiacono ejus Eccleſiæ: Patria B. Joannis, D. Bernardini ſocii. B 416. Epiſcopatus: hodie *Monte Alcino*. B 417.

Mons

Mons Varcus. *Vide S. Joannis Fanum.*
Mons Piſcalus: oppidum in Etruria non longe a Groſſeto. B 432.
Mons Carolus oppidum Etruſcæ dictionis. B 438.
Mons Alcinoi. *Vide Mons Ilcii.*
Mons Merulus oppidum in Etruria non longe a Piſtorio, ſtrage exſulum Florentinorum nobile. B 438.
Mons Altus oppidum in Etruria: falſo quidam Graviſcas eum eſſe putant. B 433.
Mons Summanus, oppidum in Etruria. B 438.
Mons Verolinus. B 438.
Mons Catinus, oppidum non longe a Piſtorio. B 438.
Mons Flaſcon, ſeu Fiaſcum, aut Falconis nova Etruriæ urbs prope lacum Ciminium: varia ejus nomina: mons Faliſcorum putatur, ſed falſo: a Rainerio Capoccio domita, & in fidem S. Sedis reducta: arcem in ea condidit, & munivit Martinus II. Pontifex: ſitus amœnus: ager omnium rerum ferax, maxime vini generoſiſſimi. B 417.
Mons Lupus. *Vide Laſtra.*
Mons Giuſtus. *Vide Laſtra.*
Mons Arvernæ. *Vide Arvernis.*
Mons Rufolus. *Vide Marantium.*
Mons Cerberi. *Vide Marantium.*
Mons Micciolius oppidum inter fines Florentinorum, & Senenſium: ſequitur *Spicciajola*, & Caſtrum novum S. Geminiani. B 442.
Mons Scudai. *Vide Matolla.*
Mons Maſſus. *Vide Perola.*
Mons Orſalus. *Vide Perola.*
Mons Apertus, oppidum trans flumen Arbiam: ſequuntur oppida Aſcianum, Rapollanum, Civitella, & Batiſole. B 442.
Mons S. Sabini vulgo *Monte a S. Savino*, oppidum in Etruria. B 442.
Montes Tynni vulgo *Montanista*; non longe a Radicofano. B 443.
Mons Leonis. *Vide Garnajola.*
Mons S. Mariæ. *Vide Cereto.*
Mons Albanus. *Vide Cereto.*
Mons Alera: Villa prope Traſimenum. B 445.
Mons Rotundus. *Vide Marantium.*
Morlupus. *Vide Limprolanum.*
Montedolium oppidum non longe ab oppido Angulario: ſequitur S. Stephani fanum: vulgo *Pieve a S. Stefano.* B 443.
Montone. *Vide Maſſa.*
Montopolis. *Vide S. Geminiani fanum.*
Morrius Rex Etruſcorum ex gente Neptuni, & Alæſi Regis, Veiis Regiam habuit: Saliorum Sacerdotum auctor. A 188. 189.
Moſcona olim urbs, nunc ejus ruderum ſuperſunt. B 442.
Moſynœci populi in Aſia: unde ita dicti. A 8.
Motina. *Vide Mutina.*
Motronis Arx. B 431.
Mugellana Vallis a Mugello oppido dicta: ibi Mediceorum nondum Principum, ſed Primatum poſſeſſiones erant. B 13.
Mugellum oppidum in Etruria: ex eo venit familia Mediceorum Etruriæ principum: Viri illuſtres ex eo proditi. B 439.
Mullei *Vide Calcei.*
Murciæ Deæ Sacellum erat ſub monte Aventino, qui Murcius antea vocabatur. A 141. Sub hoc nomine Venus colebatur, & ab ea dictæ Aræ Murciæ Etruriæ urbs, ubi ſub hoc cognomento colebatur. A 140. Venus Murtia dea ſegnitiei, & mœroris Murriciæ hinc ignavi dicti. B 141.
Murci dicebantur illi quibus pollex obtruncabatur, ut debiles fierent ita dicti quaſi murem tantum necare poſſent: Æginetæ ab Athenienſes hac pœna damnati ſunt. *Polveri* Italice debiles vocantur: quaſi ſine pollicibus, adeoque militiæ inepti. B 141.
Mures quibus locis infeſti fuere variis temporibus. B 98.
Murignano. *Vide Ara Murcia.*
Muris ſacra religione erectis urbes cingere Etruſci docuerant: muri a ſolo Imperatore ampliari, & refici poterant. A 292. 293.
Muſicæ Etruſci inventores: Romam quando translatam: eam Romani quanti facerent: in conviviis, & ſacrificiis ea utebantur, idque faciebant ex præcepto Pythagoræ: laudes clarorum virorum ad ſonum tibiæ celebrabantur. A 372. 373. 374.
Muſicæ inventores varii: ejusdem auctorem Alcidem facit Athenæus. A 375.
Mutina Colonia, & urbs Etruriæ trans Apenninum: Motina male appellatur. B 208. Ejus vicissitudines. B 209.
Mutius Scævola Regem Etruſcorum aggreditur. A 107. 203. 204. 271. præmium quod retulit. A 205.
Myoparones. *Vide Piraticum.*

N

Nævii versus corrigitur a Dempstero. A 111.
Navis, qua Saturnus in Italiam devectus fuit, in nummis ab Jano signata. A 347.
Navim non dicebant veteres, sed naviam. A 347.
Navis prima ab Etruscis excogitata: naves corio circumsuto viminibus, primo ævo Britannorum, & Scotorum more. A 439. 440.
Navium originem primam ad Janum aliqui referunt. A 440.
Naves ex ficu fiebant; unde proverbium *ficulnea nave*. A 440. Multa ligna recensentur, ex quibus naves conficiuntur. A 440. 441.
Naves ab Alexandro Magno fabricatæ ex ligno innominato, quod nascitur in Tylo insula maris rubri. A 441. Tutelæ suæ navibus erant: Patræi dii purpurei in puppibus collocati: locus navigiis in quo tutela collocabatur. A 441. Navium varia genera: naves, non solum a diis, in quorum tutela erant, sed ab urbibus, in quibus factæ erant, nominabantur. A 442. Rostra navium, & ancora Etruscorum inventum: ibid.
Nazantum. *Vide Pontiacum*.
Nepe Etruriæ urbs: Nepete, & Nepet etiam dicta. B 116. Unde ita dicta: ejus cives Nepetes, aut Nepesini: municipium, & Colonia. B 117. Respublica, & Ducatus: Præclara ejus gesta, & opes eximiæ. B 118. Episcopatus. B 119.
Neptunus Cumatilis cur dictus. B 173.
Nerusii Alpium incolæ. B 28.
Nicephori falsa opinio de oraculo Juliano Apostatæ reddito. A 84.
Nicius Fæsulanus Etruscorum Rex Fæsulis nomen dedit, aut a Fæsulis nomen accepit. A 164. De eo Dempsteri opinio. A 165.
Nicolajum oppidum ad Rontam. B 439.
Ninus Saturnus interpretatur: a D. Augustino. A 283.
Niobe uxor Jovis. A 69.
Nobilitas prima in Italia post diluvium incipit ab Athalo Rege ad Latinum Regem. A 29. Ejus progressus. Ibid.
Noë in Italiam numquam venit. A 324. Vinearum sator: A 363.
Nola Colonia Etruscorum. A 3 Ab Etruscis condita. A 37. Etruriæ Cisti-berinæ urbs: Fœda libidine olim infamis: B 174. Celebratissima repulsu Hannibalis: Episcopatu inclita. B 175.
Nonæ cur ita dictæ: plures nonas Etrusci habebant. A 111.
Nonnii versus corrigitur a Dempstero. B 82.
Notenses Sardiniæ populi. B 229.
Norici. *Vide Carni*.
Nortia Sutrinorum Dea: ejus nomina varia: pro Fortuna accepta. A 62.
Novempagi Etruriæ urbs: male Decempagi dicitur: Roda alio vocata: forte est Balneum Regis interiit: B 156.
Nudato corpore viri, & mulieres ludis, & convivii apud Tyrrhenos intererant. A 422.
Nudi Lacedæmones palæstram exercebant: ibid.
Nudi salaces dii figurantur a Poëtis, Venus, Cupido, & Priapus. A 421.
Nuditas libidinis incentiva. A 421.
Numa thure in sacrificiis non utebatur: A 5. Sacrificia quo ritu instituit. A 275.
Numerandi ratio per digitos. A 68. 69.
Nomina qua religione veteres nominarent, & qua religione antecorum templa transirent. A 65.
Nummus triplex apud Romanos æreus argenteus aureus: nummi apud Etruscos antiquissimis temporibus signati: initio testacei, & coriacei erant. A 346. Nummus plumbeus vilissimus. A 347. Nummus aureus, quis obsignaverit. A 348. Nummus aureus pro donis militaribus, & populorum commercio obsignatus. A 349.
Numariæ rei multi scriptores recensentur. A 346.
Nuptiale sacrum Etruscorum inventum. A 294. *Vide Forcas Nuptiales*.
Nuptiarum ritus. A 294.
Nuptialia carmina sive Fescenini versus: Etruscorum inventum. B 131.
Nurtia Dea tutelaris Vulsiniensium. A 63. *Vide Nortia*.

O

OCnus Bianorus Etruriæ rex: Mantuam condidit: ejus historia. A 35. Quando regnare cœpit. A 134. *Vide Bianor*.
Ocriculum, seu Ocricula: urbs Etruriæ: ejus situs: ab ea Tribus Romana Ocriculana dicta. B 135. A Desiderio Lon-

Digitized by Google

Longobardorum Rege capta: penitus deleta: Episcopatus. B 136.
Ocularia medicina ab Apolline inventa. A 371.
Odoribus, & unguentis pro thure utebantur veteres. A 6.
Oënara. *Vide Osna.*
Oëna, aut Oënarea Etruriæ urbs, colle alto nobilis: interiit: ubi fuerit, aut quo auctore coperit, & esse desierit: incertum. B 145. Hoc nomine Volaterrana urbs est appellata. B 284.
Olanum. *Vide Mediolanum.*
Olane. *Vide Olenius.*
Olenius Calenus Rex Etruscorum: augur celeberrimus: quando regnavit. A 198. Omnes reges sacerdotio præditi hunc imitati. A 199. Olane ostium seu rivus Padi ab eo dictum. A 208. Mediolanum ab eo nomen non sumpsit. A 200. 201.
Onager. *Vide Scorpio.*
Opici populi antiquissimi, ab Etruscis originem ducunt: ab Opico eorum Duce sic dicti. A 101.
Opima spolia quis referre poterat: Romulus primus ea sacravit, secundus Cossus. A 214. Jovi Feretrio, aut Marti sacrabantur ex Numæ lege. A 215.
Oracula quot sint: cur desierint, & quando. A 82. 83.
Oraculum Juliano Apostatæ fuisse redditum falso Nicephorus tradidit. A 84.
Orbicellum. *Vide Orbitellum.*
Orbitellum Etruriæ villa: Orbicellum etiam dicta. B 432.
Orgo. *Vide Gorgon.*
Orobii. *Vide Cenomani.*
Oropitum. *Vide Herbanum.*
Ortana. *Vide Horta.*
Orvieto. *Vide Herbanum.*
Osa, & Albingia Etruriæ amnes non longe a promontorio Argentario. B 432.
Oscæ fabulæ. *Vide Fabulæ.*
Opsci Osci dicebantur. A 92. ab Etruscis originem ducunt: Pometia eorum municipium. A 101.
Osinius Rex Etruscorum: Æneæ contra Turnum auxilium tulit: Clusii regiam habuit: quandiu regnavit incertum. A 187. 188. Cum Mastico Rege confunditur. A 187.
Ossaria, sive Ossaja Villa ad Trasymenum lacum: cur ita dicta. B 444. *Vide Trasymenus.*
Ostentum. *Vide Monstrum.*
Osyridem, & Isidem Ægyptii faciunt agriculturæ auctores. A 367. 368.
Othonia. *Vide Volaterræ.*
Otranto. *Vide Salentini.*
Otria Amazon. *Vide Polesgus.*
Oves bidentes dictæ. A 250
Ovidius primus Romanorum tragœdiam scripsit ad normam Græcorum, cui titulus *Medea.* A 326. Versus illius in secundo Fastorum corrigitur a Dempstero. A 268. Et primo Amorum. Eleg. 8. A 395.

P.

PAcuvius, & Accius in Tragœdia clarissimi. A 323.
Padus flumen celeberrimum in Etruria: circa illud coloniæ Etruscorum multæ: ejus nomen unde: ejus nomina varia. B 192. 193. Paduса amnis pro ipso Pado accipitur ob illius magnitudinem. B 193.
Pagasicum. *Vide Histia.*
Palia amnis non longe a Trasymeno. B 445.
Pales agriculturæ præsidebat: A 366.
Palestritæ. *Vide Pugiles.*
Palilia lustratio septorum. A 432. *Vide Ambarvalia.*
Palladem Etrusci, & Falisci inter Deos Tutelares habebant: A 74. B 185. Templum magnificum Puteolis habuit. B 185.
Palmata tunica vir consularis honorabatur. A 339.
Palo. *Vide Varino.*
Paludamentum Etruscorum inventum: Regum gestamen: magistratus eo utebatur: chlamys etiam dicebatur. A 319.
Pan ab Etruscis colebatur: cujus filius: apes in ejus tutela: Herculis socius: oraculum reddebat. A 74. Agriculturæ præsidebat: Inus dictus. B 105.
Pandæa. *Vide Pandateria.*
Pandateria, seu Pandaria Etruriæ insula in Puteolano sinu celebratissima. B 238.
Pangæi, & Mons Alces: duo Villæ prope Trasymenum. B 445.
Pantomimi. *Vide Histriones.*
Papiliones. *Vide prætoria ducum.*
Papiro utebantur Ægyptii pro charta. A 430.
Parasangæ. *Vide Asseda.*
Parensis flumen Anio postea dictum ab Annio Rege Etruscorum. A 145.

Pa-

Parentalia Tanitii Etruſci hereditatis cauſſa nata: unde originem duxere: quomodo celebrentur. A 259. 260.
Parma urbs & colonia Etruriæ trans Apenninum: in via Æmilia poſita: a quibus primum condita: operibus publicis, & amphitheatro commendata. B 207.
Paſcianum. *Vide Paſſerenum.*
Paſſinianum, Burghettum, Caſtilionum, Cluſinum, & Paſcianum oppida prope Traſymenum. B 445.
Patulcius, & Cluſius Janus dicebatur, & cur. A 351.
Pauſus Deus Etruſcorum: Bellonæ contrarius. A 70.
Pecunia plumbea viliſſima a poëtis ſolum nominata. A 347
Pecunia. *Vide Nummus.*
Pediculi. *Vide Apuli.*
Pedemontani. *Vide Taurini.*
Pelaſgus, vel Theſſalus, vel Eleutherus vel per Phoroneus, vel Otrita Amazon, vel Lycaon templum extra Italiam conſtituerunt. A 268.
Pelaſgi iidem cum Arcadibus. A 20.
Pelargi dicti. A 19. Etruriæ incolæ. A 15. 16. Ab Athenienſibus agitati ſuam religionem reliquere: eorum origo. A 15. Eorum imperii interitus A 16. *Vide Tuſci.*
Peligni Italiæ populi: eorum Regio *Valva* B 27.
Penates a Dardano ex Samothracia, ab Æneа ex Aſia in Italiam translati. A 265.
Penates hominum ſunt, Deorum propria Templa. A 267.
Pentapolitani. *Vide Picenі.*
Pereta. *Vide Perola.*
Periſcelidum equitum ordo. B 463.
Perola: Tatti: Mons Maſſus: S. Frontinus: Strada: Mons Orſatus: Scanzanum: Pereta, & Magliannm: oppida obſcuri nominis in agro Volaterrano. B 442.
Perſarum Reges floridis veſtibus utebantur. A 360. Certis diebus ſe populo oſtendebant. A 111.
Perſæ cum matribus miſcebantur. A 155. Templa reſpuebant, & cur: Græciam inrumpentes templa vaſtarunt & cur: ſolis deliaco templo, & Epheſino pepercerunt, & cur. A 268.
Perus lingua Scythica ſignificat *Gryphum*. B 324.
Peruſia, aut Peruſium una ex duodecim primis Etruriæ urbibus ſecundum aliquos: unde ita dicta: quibus auctoribus condita. B 324. 325. Res ab ea glorioſe geſtæ. B 324. 325. 326. A Gothis, & Longobardis devaſtata: inteſtinis ſeditionibus lacerata. B 328. Pontificiæ ditioni reddita per Ugolinum Trincium anno MCCCCI. a Braccio Todione oppreſſa ann. MCCCXVII. Tandem ſub tutela Roman. Pontificis conquievit: academia in ea erecta anno MCCXC. Collegia in ea celeberrima: Bibliotheca in ea inſignis: ejus ager feraciſſimus vini, olei, tritici, et fructuum omnium generum. B 329. Sanctorum, Cardinalium, Epiſcoporum & Scriptorum catalogus. B 330.
Peſcia amnis, fluit inter Pyrgos, & Portum Herculis. B 17.
Peſcia: *Vide Mons Argentarius.*
Petramala oppidum in agro Cortonenſi: ex eo originem duxit fami ia Arretina Tarlatorum: ſequitur Civitella, & Caſtilio. B 443.
Petra Sancta Lucenſium opus: crevit ex Feroniæ Luci ruinis: ejus vices: ejus nomen unde: patria Vincentii Theologi, & Michaelis Saraveti philoſophi. B 436. 437.
Petronii verſus corrigitur a Dempſtero. A 72.
Petrus Ancoranus. J.C. a Caſtro Ancorano cujus erat dominus ita dictus, B 445.
Peucetii Peucetiantes, aut Audanii: Italiæ populi: eorum Regio: *Terra di Bari*. B 27.
Phalanges octo millibus hominum conſtabat: Etruſci ea utebantur & Macedones, Græci, & Dardani: quo tempore Romani ea uſi ſint. A 379.
Phalaris, ſive Falaris, aut Faleris, Etruriæ urbs: Colonia Romana, & Epiſcopatus. B 148. 149. Phalerionenſes ejus cives. Ibid.
Phaleræ Etruſcorum inventum: militibus dabantur in præmium fortitudinis. A 317. Initio geſtamen, poſtea militum fortium, deinde ad equos translatæ: Phaleræ etiam conſulares erant. A 318.
Phialas Etruſci invenere: inter vaſa potoria numerantur: ex qua materia factæ ſint: earum uſus in conviviis, & libationibus. A 353
Phoroneus primam urbem conſtituit juxta Homeri ſententiam. A 286. *Vide Pelaſgus.*
Picenі populi antiquiſſimi, & nobiliſſimi, ab Etruſcis originem ducunt: a Piceno eorum Rege ita dicti. A 101. Picen-

Digitized by Google

centini, & Peicentes, & Pentapolitani dicti: Regio eorum Firmiana, nunc *Marca d' Ancona*. B 27.
Picenus Rex Picenorum asinum aureum in campo cyaneo in insignibus ferebat. A 101.
Pientia nupera Etruriæ civitas Corsilianum prius dicta: Piccolomineorum patrimonium: unde ita dicta: anno Domini MDXLV. ab ingenti terræmotu pessumdata. B 428. 429.
Pilani, & primipilares nomina ducum Romanorum. A 451.
Pilum Romani ab Etruscis acceperunt: Romanorum propria armatura erat. A 450. Per pilum honor castrensis intelligitur aliquando: quale id genus teli fuerit. A 451.
Pilumnus, & Picumnus auguriis præsides. A 297.
Piraticam Etrusci exercebant: Myoparones, Stlatæ, Cilices illorum prædonum naves: in piratas bellum. A 443. 444. 445.
Pira Argivi, & pira silvestria Tyrinthi vescebantur. A 21.
Pirorum ager fertilis in Crustumio. B 143.
Pisanis in Etruria nulli bellicosiores. A 384.
Pisæ ante Æneæ adventum in Italia conditæ. A 384. A Piseo nomen accepere. A 164. Regia Asylæ Regis Etruscorum. A 183.
Pisæ, seu Pissa, aut Teuta: Etruriæ urbs antiquissima. B 245. a Pisæis ex Elide Græcis condita: A 246. ante Æneæ in Italiam adventum a Græcis condita: ejus situs: Arno, & Æsare amnibus clausa. B 247. Operibus publicis, & turribus privatorum inclita. B 248. Turris Campanaria Ecclesiæ Metropolitanæ meridiem versus inclinata: ejusdem turris architectus? Campus Sanctus plumbo tectus: Pisanorum nobilium sepultura: ejus potentia. B 249. Res in Italia, & in Etruria ab eâ gloriosæ gestæ. B 251. 252. amor in Romanos Pontifices, & quæ illi adversa acciderunt. B 252. 253. Sedes Equitum Divi Stephani Papæ & Martyris: ejus aquam mirabilem laudat Plinius. B 256. Augurum Romanorum sedes. B 257.
Pisis oriundi Sancti, ac Beati, Pontifices Romani: Ecclesiæ Pisanæ dignitas, ac successio Episcoporum: Cardinales, & Viri in omnibus scientiis illustres. B 258.
Pisana Collegia. *Vide Collegia.*
Pisatiles, Pisæ cives. B 256.
Pisces soli inter animalia cur non immolarentur. A 278.
Pisciana vallis Etruriæ: a Piscia amne ita dicta. B 13.
Piscina. *Vide Lignum.*
Piseus Rex Etruscorum Græcanicæ originis æneæ tubæ inventor: a Pisis urbe celeberrima nomen habet: venabula invenit: filius Apollinis Hyperborei juxta aliquorum opinionem: Corsicam insulam a pyratis liberavit, ut quidam credunt. A 165. 166.
Pistorium urbs Etruriæ. B 155.
Pistorium, sive ad Pistores urbs antiquissima inter Stellam, & Umbronem amnes posita: unde ita dicta. B 333. In ejus agro asinus tribunal rugiens ascendit. B 335. Ejus cœlum mitissimum, ager fertilis omnigenum frugum: prospectus amœnus: urbs rebus gerendis accommodata: Catilinaria conjuratione ibi oppressa nobilis. B 334. Sedes Præsidum Etruriæ: a Desiderio Longobardorum Rege oppressa: ejus factiones: Etruscorum Ducum imperio subjecta. B 335. In templo D. Jacobi ara celebris: in templo Humilitatis effigies integræ Leonis X. Clementis VII. PP. MM. & Alexandri, & Cosmi Magni Etruriæ Ducis. B 336. Sancti, Episcoporum successio: Ecclesiæ dignitates: Viri illustres. B 336.
Pistrinum. *Vide Mola*
Pisus Celtarum Rex: Pisas condidisse Servius scribit. B 246.
Pithecusa. *Vide Inarime.*
Pitholaus carmina maledicentissima in Cæsarem scripsit. A 231. Illi Cæsar ignovit. A 232.
Pitilianum, Comicatus, & patrimonium Ursinorum prope Montem Soractem. B 445.
Pityusa. *Vide Ebusus.*
Planasia insula maris Tyrrheni: forte *Palmarola*: sedes exulibus consueta: in eam Agrippa Postumius, Augusti nepos relegatus fuit. B 234.
Planeus adulandi artifex. A 256.
Plastice Etruscorum inventum. A 429.
Plasticen, sive ars staruas ex argilla faciendi Corinthi excogitata: Damophilus, & Gorgasius in ea celeberrimi: statuæ ex argilla compositæ Tuscanicæ dictæ. A 429.
Plauti textus corrigitur a Dempstero. A 143.

Plebs, vulgo: *Pisa*, oppidum. *Vide Garusjola*.
Plinii textus corrigitur a Dempstero. A 33. 36. B 139. Ejusdem error circa Homerum, A 54.
Plumbinum infra promontorium Populoniæ positum: a plumbo ita dictum: Plumbinariam Ecclesia Romana illud vocavit: ejus vices. B 432.
Pluto Summanus vocabatur, quasi Manium summus, vel Manium Deus. A 247.
Pocula. *Vide Convivalis Lex*.
Poculis argenteis utebantur Etrusci: duplicis generis, cælata, & pura: ministri ab argento, qui ea adservabant dicti. A 459. 460.
Poëtæ Urbici. *Vide Fabulæ*.
Poëtæ agone Scholastico, seu Albano, seu Capitolino victores, corona lemniscata, & annulo donabantur velut equestris ordinis honore digni. A 316.
Poggibonsium, aut Poggibonitium oppidum in Etruria ad Elsæ fontes, olim ditionis Senensium, mox a Carolo I. Siciliæ Rege Florentinis venditum in contumeliam Pisanorum: Patria Beati Lucesii. B 441.
Polimartium hodie *Bomartio*, Etruriæ urbs prope Bleram: Episcopatus. B 110.
Politianum urbs recens: forte oppidum antiquum est Politorium dictum: ejus situs: ejus originis historia brevis. B 422. Arretinorum colonia: forte Arretini Fidentes sunt: variæ ejus vicissitudines: D. Agnetis sanctitate illustrata. B 423. Ejus Sanctorum, & Virorum illustrium catalogus. B 423. fons in ejus agro mirabilis. B 426.
Politianæ juventuti Collegium Pisis erexit Joannes Riccius. B 423.
Pollicis obtruncatio. *Vide Martia*.
Pometia Oscorum municipium. A 101.
Pomœrium locus sacer post muros, & prope muros urbium: Etruscorum inventum: pomœrium urbes extra Italiam non habebant: locus hic incultus relinquebatur. A 289. 290. Terminabatur cippis quibusdam: quis illud proferre poterat: inconsultis auguribus proferre nemo poterat: ab Jano inventum: a Numa prolatum fuit. A 290.
Pomona Dea: cur fingatur uxor Vertumni. A 121. 365. Vicum habuit in septima urbis regione. A 365.
Pomonalis flamen. A 365.
Pompejus Possidonii domum intraturus fores percuti a lictore de more noluit ob tanti viri venerationem. A 309.
Pompejus Magnus villam habebat in Alsiensi. B 324.
Pons ad Eram, oppidum Etruriæ: muris nudatum, & cur. B 442.
Pons Milvius terminus Vejentum: prope est Malianum villa amœna Pontificum. B 447.
Pons Burianum. *Vide Terranova*.
Pons ad Sebam oppidum in Etruria prope Clusentinum agrum. B 440.
Pons Romuli, vulgo *Pontremoli*, oppidum in Etruria: hoc Apuam quidam credunt sed falso: ejus situs prope flumen Macram: a multis historicis nominatur. B 334. 435.
Pons Setinus, vulgo *Ponte Centeno*: ad amnem Paliam. B 443.
Pontianum, aut *Ponzano*: Turrita Nazanum, & Fianum, oppida ad ripam Tiberis. B 447.
Pontremoli. *Vide Pons Romuli*.
Ponzano. *Vide Pontianum*.
Poppium oppidum in agro Clusentino ad Arni fontes: olim ditione Comitum Guidorum. B 440.
Populonia una ex duodecim Etruriæ urbibus. B 56. Syllanis temporibus deleta: quomodo floruerit; Volaterranorum colonia. B 57. Iterum deleta: ejus situs. B 58. Ejus Sancti. B 59.
Populonium Etruriæ promontorium ab urbe Populonia ita dictum hodie *Porto Baratto*. B 12.
Potatio. *Vide Convivalis Lex*.
Potum, & cibum admista glacie Medici inhibebant. A 459.
Porca Laribus, & Cereri immolabatur: cur Cereri immolabatur: ejus deæ sacris initiati immolabant: hujus moris origo. A 294. 295.
Porcianum. *Vide Cosentinum*.
Porcini, & Arnini cognomenta Romana. A 231.
Porco adhibito jurabant pugiles non dolo sed virtute se acturos. A 419.
Porcorum sacrificium vetustissimum. A 294.
Porcorum usus apud Tuscos. A 41.
Porcus Trojanus, qualis intelligatur. A 41.
Porcus pars pudenda virginum appellatur. A 294.
Porcus Nuptialis quia sit. A 294. Cum fœdera percuterentur occidebatur. A 294. Inde fœdus dictum. A 295.
Porphyrius corrigitur a Dempstero. A 122.

Digitized by Google

Porſenna aut Porſena Rex Etruſcorum: Magnus, Claras, & Lars vocabatur. A 137. 202. Ex familia Lartium: Cluſii regiam habebat: bellum Romanis intulit ad reducendos Tarquinios. A 202. Ejus potentia. A 207. 208. Augur fuit: Rex Volſiniorum vocatur, & Cluſinus Rex: ejus ſepulchri magnificentia. A 208.
Portentum. *Vide Monſtrum.*
Portenta a ſolis Etruſcis expiari poterant. A 253.
Portus Herculis. *Vide Mons Argentarius.*
Portus Piſanus Etruriæ urbs: opulenta, & divitiis inclita: Piſanorum navalis penitus periit: quando perierit incertum. B 153.
Portus Romanus: urbs Etruriæ a Claudio Imperatore condita: Epiſcopatus: Sanctis tutelaribus inclita. B 85.
Prætexta primum Etruſcorum Regum geſtamen, poſtea Romanorum fuit: ea Tarquinius primus donavit filium ſuum devictis Sabinis virtutis ergo! A 302. 320. Pontifices, & Imperatores ea uti conſueverunt: puerorum Romanorum geſtamen uſque ad ætatem virilem: Abolla dicta, & qualis. A 321.
Prætoria ducum, ſive Cælata, aut Uraniſca Etruſcorum inventum: ab eis ad Græcos, & Latinos derivata: in obſidione Vejentum a Romanis primum uſurpata. A 453. 454. Papiliones dicta & contubernales, qui ſub iisdem pellibus milites hiemaſſent. A 454. 455.
Prætutii Picentinis vicini. B 29.
Prandia non ſemper in uſu fuere. A 457. *Vide Menſæ.*
Pratum olim Reſpublica nunc urbs Etruſcæ ditionis: ad Biſentium amnem ſita: Cingulûm D. Virginis in ea veneratûm: ejus urbis viri inciti. B 438.
Pratum Vetus, oppidum in agro Cluſentino ad Arni fontes. Vulgo *Prato Vecchio*. B 440.
Principes more militari tubæ ſono, & machinarum exploſione ſalutantur. A 111.
Procenum, & Soranum, oppida circa urbem veterem. B 443.
Prochyta hodie *Procida*, Inſula Etruriæ in Puteolano ſinu. B 238.
Prodigia. *Vide Monſtra.*
Pronuba cyclade honorabatur. A 339.
Propertii verſus corrigitur a Dempſtero. B 48.
Propertius Rex Etruſcorum: Volaterris ejus Regia: Capenos condidit: Populoniam coloniam deduxit: Vejentes juvit fœdere. A 191. 192.
Prudentii verſus corrigitur a Dempſtero. A 83.
Pudicitiæ temeratores multi recenſentur. A 155.
Pugiles in Ludis inventum Etruſcorum: oleo, & cera corpora ungebant palæſtritæ. A 419. Et nudato corpore decerebant: A 419. 420. Pudenda ſubligaculo velabant. A 420. Hoc inſtitutum Lycurgi legemque Platonis plerique reprehendunt. A 421.
Puteolanus ſinus cur Tyrrhenus dictus. A 36.
Putæoli Colonia, & urbs Etruriæ cisTiberinæ. B 184. Clara olim præfectura, & Colonia Romana: Templum Minervæ hic erat: pulvis in ejus agro mirabilis: unde ita dicta: Delos minor vocata. B 185. 186. Amœniſſimus hic ſeceſſus, & mare piſcoſum: municipium: Epiſcopatus: interiit: Martyribus inclita. B 187. 188.
Pyramides, & Montes ſepulchris imponebantur. A 401. *Vide Columnæ.*
Pyrgi Etruriæ urbs. B 87. Littus piſcoſum: unde ita dicta: penitus interiit: ejus territorium: hodie *S. Marinella* eſſe creditur ſed perperam: huc Coloniæ traducta: penitus interiit. B 88. In hac urbe mortuus eſt pater Neronis. B 89.
Pythagoreorum ſecta ex Etruria manavit. A 343.
Pythagoræ Etruſcus erat, Philoſophiæ nomen invenit: ejus ſymbola ab Etruſcis obſervata. A 343. Samium fuiſſe quidam volunt: patre Mneſarco natum ſculptore annulorum. A 344. Sphæræ mechanicæ inventor: Geometriam excoluit: Muſis bovem immolavit ob inventionem cujusdam theorematis. A 345.

Q

QUadrigæ inventores. A 414. 415. *Vide Erichthonius.*
Quarata oppidum in Etruria prope Fanum S. Joannis. B 440.
Quercetum. *Vide Matelle.*
Q. Fabius Maximus ſexaginta tribus annis auguratum geſſit. A 241.

R

R Nullus uſus hujus litteræ erat ante Appium Claudium: litteræ carina. A 2.

Radagaſius Gothorum Rex, a Florentinis occiſus anno ſal. CCCCVII. B 357.

Radicofanum. *Vide Cetona.*

Rætzuus Arx antiquiſſima: ubi poſita. A 158.

Rapolanum. *Vide Mons Apertus.*

Raſena Etruriæ Rex Mæonia oriundus ab eo Ravenna condita: ab eo Tuſcoi Raſenos dictos, & Razenos, & Ratzennos quidam falſe credunt. A 164.

Raſeni. *Vide Tuſci.*

Ravenna a Raſena condita: error Sylburgii circa ejus nomen. A 164. Colonia, & urbs Etruriæ trans Apenninum: ejus ſitus: Piceni caput. B 200. Ejus nomina varia: ejusdem auctores: portus commodiſſimus: Exarchatus in ea inſtitutus: ejus ranas, aſparagos, ciſternam, & onocrotalum Martialis celebrat: ejus Archiepiſcopatus in Italia ſecunda ſedes: viri illuſtres, qui ex ea prodiere. B 202.

Recurſus, vulgo *Ricorſo*; vicus ad amnem Paliam. B 443.

Reges Romanorum *πάτρες* vocabantur. A 299.

Reges ſub tutela Jovis ſunt. A 298.

Reges victi quomodo in triumphum ducerentur. A 331.

Reges ex Jove orti videri volebant. A 70. Sceptrum tenentes jurabant. A 109. In montibus ſepulchra primis ſeculis habebant. A 132. Eorum filii etiam reges vocabantur. A 190.

Reges Etruriæ bis mille annis, & quingentis floruere: eorum ſtemma multiplex: quadruplici ſerie diſtinguuntur, ſcilicet Janigenarum, Corithorum, Larthum, & Lucumonum. A 105. Sceptrum, coronam, bullam, togam, prætextam, & cuſtodes corporis habebant. A 108. Sceptrum cum aquila in vertice expanſis alis geſtabant: purpureum amiculum, & tunicam auro diſtinctam, ut Lydorum, & Perſarum Reges ferebant. A 110. Certis diebus ſe populo oſtendebant: ſemel tantum in menſes ſubditos admittebant: Magiſtratum ad Volturnæ fanum indicere poterant. A 111. Ex collegio Sacerdotum eligebantur. A 199. Eorum triumphandi mos, & reos morte damnandi: quomodo eligerentur. A 209. Eorum catalogus primus, & eorum hiſtoria. A a pag. 124 uſque ad 129. Catalogus tertius. A 134. Catalogus quartus. A 140. 141. Vera eorum nomenclatura. A 227. Alia nomenclatura Regum fictitia. A 229. 230.

Reges apud Etruſcos non fuiſſe, ſed tantum optimates quidam credunt. A 106.

Reges in clypeo in eorum electione elevabantur, ut adorarentur. A 299.

Regis villa Etruriæ urbs: Maſæotti regia: penitus interiit: unde ita dicta. B 92. Nunc *Rege*. B 93.

Regium cognomento Lepidi: Colonia Etruriæ trans Apenninum: hic Forum Lepidi olim fuit: urbs diverſa a Regio, quæ ponitur in Italiæ extremitate: ejus viciſſitudines. B 206.

Reſica ſine diphtongo ac aſpiratione legitur apud Columellam. A 159.

Rex ſceptrifer ab Homero vocatur. A 108.

Rhæti populi a Tuſcia ducunt originem, a Rhæto Lydorum duce ita dicti. A 40. 102. 158.

Rhætus Etruſcorum Rex Coloniam in Germaniam duxit. A 158.

Rhæti omnes Alpinæ gentes, juxta quorundam opinionem dicti ſunt. A 158, 159.

Rhæti Vindelici ſæviſſimi populi, contra quos Druſus miſſus fuit. A 159.

Rhenus flumen prope Bononiam, in eo Auguſtus, Antonius, & Lepidus de proſcriptione convenerunt. B 209.

Rhomphæa Thracum arma. A 450.

Ripa bella. *Vide Mutella.*

Robertus Eccleſiaſtici cantus reformator. B 433.

Roda. *Vide Nouempagi.*

Roda altera. *Vide Balneum Regis.*

Romam Etruſci condiderunt. A 40. Ejus fines quantum pateant. A 2. Ejus nobilitas unde incipiat. A 29.

Romani immolato homine Saturnum placabant. A 278. Primis ducentis quadraginta quatuor annis Reges habuerunt. A 299. Nobiles ab Etruſcis originem ducere gloriabantur. A 301. Pueros Alexandrinos, & Symphoniacos in triclinia admittebant juxta Etruſcorum morem. A 461. Et Gaditanas puellas, & Lydias. A 463. 464. Semel in die comedebant idque veſperi. A 457. *Vide Menſas.* Ab Etruſcis ſupplementum duodecim tabularum ſumpſere. A 445. Acies diſponere ab Etruſcis didicerunt. A 378. Quo tem-

ſint.

Digitized by Google

pore phalange ab Etruſcis ſumpta uſi ſint. A 379. Atria apud eos juxta Etruſcorum morem. A 394. Ludicra variis linguis pro gentium diverſitate edebant. A 403. Floridas veſtes non reſpuebant. A 360. Muſicam ab Etruſcis ſumpſere. A 372. Clarorum virorum laudes cur canerent ad ſonum tibiæ. A 373. *Vide Muſicam*. Nil inconſultis aruſpicibus faciebant. A 246. Cives potentes Reges appellabant. A 106. Sceptrum cum aquila in vertice expanſis alis juxta Etruſcorum morem gerebant. A 110. Exeuntes, ſive ineuntes magiſtratum in templo Jani inaugurabantur. A 116. Uxores eidem menſæ adhibebant. A 98. Sellam curulem ab Etruſcis ſumpſere. A 108. Auguralem ſcientiam coluere. A 241. Filios in Etruriam ſacris myſticis initiandos mittebant. A 56. Linguam Etruſcam filios docebant. A 94. Lunæ effigiem calceis adſuebant. A 24 25. Quirites cur dicti. A 25. In Tuſcia æſtivabant. A 52. Per conſules annos computabant. A 63. Eorum Reges *βῆγαι* dicti. A 299.

Romena. *Vide Caſentinus*.

Romulus Æneæ filius, ex quo Romulus Romæ fundator. A 11.

Romulus Romam condidit cum Etruſcis. A 40. Eum quidam triumphaſſe volunt. A 333. Ejus temporibus triumphandi mos erat. A 329. Fidenates, & Vejentes non fudit. A 194. Ejus nutrix. A 260. Statua ei belluinæ ſpeciei Romæ erecta erat, & cur. A 261. Faſces, & ſecures ex Tuſcia ad Romanos detulit. A 306. Lictoribus duodecim utebatur ſecundum duodecim Etruriæ populos, qui ſinguli lictorem unico communi Regi dabant. A 306. Imperium ſuum ampliavit. B 3.

Roncilio ſive Roncillonium. B 446. *Vide Vetralla*.

Roncolla. *Vide Matella*.

Ronta vicus in Etruria ad Rontam amnem poſitus: non longe a Burgo Sancti Laurentii. B 439.

Roſini error corrigitur a Dempſtero. A 61.

Roſtrum navis & ancora Etruſcorum inventum. A 442. 443.

Rufolus mons Etruriæ a fonte nitidiſſimo ita dictus, qui nunquam impurus cernitur. B 11.

Ruſellæ, aut Roſellum Etruriæ urbs inter duodecim a quibusdam poſita: rerum geſtarum gloria floruit: Colonia: Epiſcopatus. B 150. Eam quidam hodie vocari putant Roſellam, ſive *Regni di S. Filippo*, quidam Groſſeto. B 151.

Rutilii textus corrigitur a Dempſtero. B 9. 54. 55. 86.

S

SAbatius lacus in Etruria: hodie *Lago di Bracciano*: ſive *Lago d' Anguillara*, ab anguillarum copia. B 25.

Sabelli, aut Squinci, aut Samnites, vel Hirpini, Italiæ populi: eorum regio ubi ſit. B 29.

Sabini, aut Senini Umbri primitus dicti: Italiæ populi. B 29.

Sabulo. *Vide Tibicen*.

Sacerdotes Canentes vocabantur. A 120.

Sacrani Ardeates dicti, & cur. A 17.

Sacrati Reate orti dicti ſunt, & cur. A 17.

Sacrificia diis propitiandis Tuſcorum Janus inſtituit: in principio vilia erant: in iis Lar, far, aut cibus offerebatur: deinde animalia: eorum ritus. A 274.

Sacrificia Cereris. *Vide Porcus*.

Sagaris Perſarum arma. A 450.

Sagminibus coronabantur ruſtici, & boves, in feſto compitalitio. A 431.

Salaſſi, aut Lari populi Inſubribus ſubjecti: eorum regio *Val d' Oſſola*. B 28.

Salentini, aut Salantini, aut Sallantini olim Dolates, Italiæ populi: eorum regio *Terra di Otranto*. B 27.

Saleumbroni. *Vide Tuſci*.

Salii Sacerdotes ante Trojam everſam inſtituti. A 167. Morrius Rex Etruſcorum eorum auctor. A 188. Unde ita dicti: A 189. 262. Ab Etruſcis inſtituti: Martis, & Herculis ſacerdotes: Tiburtes Salii. A 262. Qui eorum numerum auxerit, & varia eorum nomina, & variæ opiniones de illorum auctoribus. A 262. 263. Patricii erant: lautiſſimis epulis accumbebant, unde Saliares cænæ. A 264. Franci Salii Gallias occupavere ſub Theodoſio Hiſpano anno ſalutis CCCCXX. A 189.

Saliarés cenæ a Saliis dictæ: quo ſumptu inſtruérentur. A 264.

Sammites a Romanis gladiatorés vocabantur. A 142. Eorum regio, & eorum nomina varia. B 29. Iidem cum Fefentanis. B 27.

Samothraces annulis aureis, capitulo vero ferreo utebantur: omnium ſacrorum ritus ab Etruſcis accepere. A 314.

Samothraces Dii qui sint: nullum jusjurandum efficacius, quam quod per illos concipiebatur. A 265. Eorum imagines ligneæ erant in principio, postea ferreæ. A 266.
Samothracia sacra Etruscorum inventum A 264. Quæ sint, A 264. 265. Dardanus eorum auctor. Ibid.
S. Armatii Fanum: *Vide Sallovium*.
S. Donati oppidum. *Vide Lastra*.
S. Geminiani Castrum novum. *Vide Mons Micciolus*.
S. Geminiani Fanum, Senensium olim, nunc Florentinæ ditionis: falsæ opiniones circa illius originem; Viri illustres ex eo editi, B 441. Prope oppidum Gambasium, *Vide Montajone, & Montopoli*, B 442.
S. Joannis Fanum in Etruria: notum vino suavissimo Trebbianum appellatum: sequuntur, Mons Varcus; Quarata: ultra Arnum, Castrum Francum, & alia oppida. B 440.
S. Laurentii Fanum non longe a Bolsena. B 445.
S. Leonardi Burgus. *Vide Corebiense*.
S. Mariæ Saxeæ Fanum. B 440.
S. Marinella Etruriæ oppidum. B 433. *Vide Pyrgi*.
S. Miniatis Fanum cognomento Tedeschi, sive *al Tedesco*, olim oppidum, nunc urbs Etruriæ: unde ita dicta: aër purissimus: ager fertilis: mores incolarum suavissimi: Viri illustres. B 441.
Sancti Quirici oppidum. *Vide Ilice*.
S. Stephani Fanum, vulgo *Pieve a Sesto Stefano*. *Vide Montedolium*.
S. Stephani Fanum. *Vide Mons Argentarius*.
Sanctus Donatus. *Vide Lastra*.
Sanctus Fortinus. *Vide Perola*.
Sanflorium Comitatus non longe a Radicofano: aliqua de eo referuntur. B 443.
Sanguinaria. *Vide Vacina*.
Sardes urbs Lydorum primaria. A 108.
Sardi venales, & nequissimi: Reges Etruscorum fortunamque regiam contemnebant: Romæ ludibrio habiti. A 108.
Sardi villosis vestibus utebantur. A 361.
Sardinia Etruscorum Colonia. A 361.
Sarissæ Macedonum arma. A 450.
Sarra, sive Serra vox Etrusca, dominatum significat. B 18.
Sarzana, sive Sergiona nova urbs Etruriæ, Lunæ ruderibus crevit, variæ ejus vices: ejus nomen unde veniat incertum. B 417. Episcopatus Lunæ in eam translatus: B 83. 428. Ejus viri illustres. B 428.
Sarzanellum, arx prope Sarzanam a Castrutio Castracane Lucensium Tyranno extructa, a Petro Fregoso munita. B 433.
Sateanum oppidum non longe a Clusio. B 443.
Saturnia Etruriæ urbs: Colonia Romana, & præfectura: nunc quoque nomen retinet. B 142.
Saturnini populi antea Aurunini dicti. B 142.
Saturnus Saturniam condidit in Etruria: B 279.
Saturnus filios devorabat. A 124. 125. Cur religatum ab Jove fuisse fingatur: A 125. Ab Jove e cœlo pulsus ab Jano hospitio acceptus fuit in Janiculo. A 124. 347. Eum multi cum Zoroastre, & Camo confundunt, sed perperam. A 124. Titanum opera e regno pulsus: cum Belo Rege Assiriorum male confunditur. A 125. Homine immolato a Romanis placabatur. A 278. Janum docuit agriculturam. A 363.
Savonarola. *Vide Hieronymus*.
Saxeta. *Vide Maruntium*.
Scævola. *Vide Mucius Scævola*.
Scamander pater Teucri. A 131.
Scanzanum. *Vide Perola*.
Scarlino. *Vide Suetonia*.
Scarlinum non longe a Plumbino Statonæ ruinis crevit; idem ac Scabris, sive Scapris. B 432.
Scarparia oppidum plenum fabricis ferrariis; a Florentinis conditum sub Clemente V. Pont. Max. B 439. Ab Archiepiscopo Mediolanensi obsessa anno MCCCLII. a Joanne Mediceo liberata. B 454.
Sceptrum regum non baculum, sed hasta erat divinis culta honoribus, & cur. A 108. 109. Cum aquila in vertice Reges Etrusci, & Romani ferebant. A 109. 110. Alii principes pro aquila vomere utebantur. A 110.
Scholiastis Juvenalis textus corrigitur a Dempstero. B 240.
Scorpio Etruscorum inventum tormentum poliorceticum, atque etiam telum: duplex major minorque: onager etiam dictum; Pisens ejusdem auctor. A 455.
Scoti quidam Florentiam restaurarunt: cum Carolo Magno in Italiam venere: leones, ut Florentiæ alerentur caverunt. A 31.

Digitized by Google

Scribendi in corticibus arborum mos Etruſcorum, item in cera, & in linteis textis, in ligneis tabulis, in ære in charta, & in plumbo: minium litteris primis additum, cornua, & umbilicus. A 430. usque ad 435. Hieroglyphica pro litteris. A 435.
Scyra homine immolato Dianam placabant. A 278.
Scuſiani. *Vide Segusiani.*
Segûſiani, aut Scuſiani: gens Gallica: eorum regio. B 28. 30.
Sejanus Nyrtiæ ortus, B 63. 64. *Vide Ælius Sejanus.*
Sella curulis ab Etruſcis ad Romanos magiſtratus traducta. A 108. A Tullio Hoſtilio devictis Etruſcis inſtituta: ex ebore elaborata: reges, & magiſtratus ea utebantur. A 312. 313.
Sella Prætoria diverſa a ſella curulis. A 313.
Semiramis Babilonem muris tantum cinxit. A 39. Legem apud Perſas nubendi matres filiis tuliſſe fertur. A 155.
Sempronianum oppidum inter Sarnum, & Suanum. B 442.
Sene urbs Etruriæ antiquiſſima: a Gallis condita, & ab illis nomen ſortita. B 342. 343. Colonia Romana: ejus res geſtæ cum Romanis, aut inter ſe. B 343. 344. Ibi Pompejus debellavit Martium urbemque diripuit: variæ ejus vices: Civium genus: aëris temperies: urbs auguſta: templum metropolitanum celebre: academia: collegium ſapientiæ, in ea inſtitutum ab Andrea Galerano. B 344. Ejus Sanctorum: Pontificum: Cardinalium: Epiſcoporum: Archiepiſcoporum: Virorum illuſtrium catalogus. B 345.
Senæ urbi aliæ, & ipſa a Gallis condita. B 343
Senones Italiæ populi: terra Albanorum eorum regio. B 27.
Sentina, aut Sentinum Etruriæ civitas in Umbria. B 170.
Seplaſia, villa prope Capuam: herbarum, & florum copia celebris: ab ea pharmacopolæ Seplaſiarii dicti. B 177.
Septimi Severi Villa. *Vide Villa.*
Sepulcra in ædibus domi habebant veteres: ſepulcra parentum ſub foco domi. A 137.
Sepulcra vocabantur templa, inde nata ſuperſtitio, ut amicorum mortuorum ſepulcra colerentur. A 257.
Seravallis, oppidum non longe a Piſtorio. B 438.
Serchius fluvius. *Vide Auſerus.*
Sergiona, hodie *Senigaglia*, urbs prope Macram flumen: in eam Lunenſis Epiſcopatus translatus. B 83. *Vide Serzana.*
Sermio. *Vide Sirmio.*
Serpens ex columna lignea delapſus in Regiam Romanorum terrorem intulit maximum. A 253.
Servi afini dicti, & cur. A 391.
Servi atrienſes. *Vide Atrio.*
Servi delicati apud Etruſcos menſis inſerviebant. A 461. Taranius, aut Thoranius hujuſmodi familiam aluiſſe dicitur: eorum nomina varia. A 462.
Servii error. A 110. 312. Ejus textus corrigitur a Dempſtero. B 60. 105. 238. 246. 325.
Setinus pons. *Vide Pons Setinus.*
Seva Etruriæ fluvios: hodie *Sieve.* B 16. Quot fluvios recipiat. B 16.
Sicani Hiſpaniæ populi unde ita dicti: Sicelo duce pulſi Aboriginibus Italiam occupavere: A 28.
Sicyonii Coronidi Deæ nullum templum erexere. A 268.
Silanum. *Vide Vallis Grafiniana.*
Silii Italici verſus corrigitur a Dempſtero. B 100. 147.
Silvanus agriculturæ præſidebat. A 366.
Silvini villa. *Vide Villa.*
Simulacra. *Vide Statuæ.*
Sindault Herulorum Rex in Etruriam venit. A 30.
Sirmio Colonia, & urbs Etruriæ trans Apenninum: peninſula ad lacum Benacum. B 194. 195.
Siſyphus filius Æoli Ulyſſis pater. A 154, 155.
Siſtro pro tuba utebantur Spartani, & Amazones. A 387.
Soccus comicorum ornatus. A 325.
Sol ſine templo a Perſis adorabatur, & cur. A 268.
Solera. *Vide Lauia.*
Solis Deliaco templo, & Epheſino Perſæ Græciam irrumpentes pepercerunt. A 268.
Solon ab Jove Leges accepiſſe creditur. A 69.
Solonium Etruriæ urbs: interiit. B 137.
Sonaria fluviolus non longe ab Arretio: ad ejus ripas, eſt Angularium, vulgo *Anghiari* oppidum. B 443.
Soracte mons Etruriæ, hodie *Monte di San Silveſtro*, Feronia urbs ſub eo poſita. B 10.
Soracten mons in finibus Faliſcorum. B 445.
Soranum. *Vide Proverum:*

Sor-

Sorbellum oppidum. *Vide Cerse.*
Soveretum Etruriæ oppidum vino, oleo, & frugibus abundantiſſimum. B 442.
Soveretum. *Vide Marautium.*
Spartani *Vide Lacedæmones.*
Sparus ruſticorum arma. A 450.
Specianum. *Vide Graſignana.*
Spetiæ ſinus. *Vide Lunæ.*
Spicciajola. *Vide Mons Apertus.*
Spolia opima. *Vide Opima ſpolia.*
Staggia oppidum prope montem Soracte m. B 447.
Statius corrigitur a Dempſtero. B 240.
Statonia Etruriæ urbs: unde nomen ſortita, aut quando condita, aut quo auctore incertum: olim præfectura. B 122. Vino generoſo nobilis: interiit: hodie forte vocatur *Scarlino*: in ejus agro lapidicinæ, & inſulæ fluctuantes. B 123. Ejus incolæ Statonienſes, aut Stratones. B 122.
Statuas deorum, aut principum amplectentes immunes cenſebantur. A 273. *Vide Supplices.* Primis ſeculis ligneæ; aut fictiles erant: deinde marmoreæ, aureæ, & argenteæ, &c. A 429. Viris fortibus erigebantur. A 279. Aureæ & argenteæ imperatoribus erigebantur: quibus locis erigebantur: loca a magiſtratu impetrabantur. A 280.
Stia oppidum. *Vide Caſentinæ.*
Stlatæ. *Vide Piraticum.*
Stœchades, & inſulæ ab Etruria remotæ. B 233.
Strabo Amaſianus quo tempore vixerit. A 83. Ejus textus corrigitur a Dempſtero. B 52. 311. corrigitur ejus verſio vulgata. A 160.
Strada, oppidum in agro Volaterrano. B 442.
Strongyle inſula ex ſeptem Æoliis: flammas evomit liquidiores: a ceteris inſulis differt. A 153. 154. Æoli domus ſecundum poëtas. Ibid.
Styggiana Balnea. *Vide Terme Tauri.*
Styggianus vicus. *Vide Terme Tauri.*
Suana Etruriæ urbs: Comitatus, & Epiſcopatus: vicus exiguus nomen retinet: Patria Gregorii VII. Pont. Max. qui Henricum IV. Imperat. excommunicavit. B 165.
Suanenſes Suanæ incolæ. Ibid.
Sudertum Etruriæ urbs: periit. B 138.
Sudertani, Suderti cives. Ibid.
Sulfure pro thure utebantur veteres. A 5.
Sullanum oppidum in Jugo non longe a finibus Florentini principatus, quis eum condiderit: ſequitur S. Armatii Fanum, & Caſoli, ubi ſtatua marmorea L. Cornelii Sullæ dictatoris. B 442.
Superum mare Jonium vocatum. A 32.
Supplices ad aras, vel ſtatuas confugientes immunes cenſebantur: ab illis avelli ſine ſacrilegio non poterant: igne admoto cogebantur aram deſerere, ſive obſtructis vallis fame enecabantur. A 272. 273.
Surenia. *Vide Tuvena.*
Surii, aut Suriates populi in Umbria juxta Plinium. B 28.
Suſarion Rullus tragœdiæ auctor ſecundum Donatum. A 327.
Sutrium Etruriæ urbs: hodie *Sutri*: Rebus geſtis, & opibus clara: Colonia Romana cognomento Julia: Municipium: Epiſcopatus, & Archiepiſcopatus. B 124. 125. Auxilium Romanis miſit contra Hannibalem: a Longobardis peſſumdata. B 126. Sutrini cives. B 125.
Sylla conſule bellum civile Romanorum exarſit: hæc calamitas, quibus prodigiis denuntiata. A 245.
Syllæ ſtatua marmorea. *Vide Sullanum.*
Syllana proſcriptio prope Cluſium formata eſt. B 72.
Syrentum, aut Syroentum Etruriæ urbs, periit. B 140.
Sympuvium. A 427. *Vide Fidiliæ.*
Syracuſani floridis veſtibus uti non poterant, ſed tantum ſcorta. A 360.
Syrcentum. *Vide Syrentum.*

T

TAciti textus corrigitur a Dempſtero. B 99.
Tages Etruſcus divinationis per auguria inventor. A 239. uſque ad 243. Ejus præceptum de capite aſini præſepibus affigendo ad arcenda mala: ſcriptis præcepta divinandi confirmavit. A 243. Acherontica ſacra invenit. A 244. Diſciplinam haruſpicii duodecim populos docuit. A 256. B 39.
Taliata. *Vide Mons Argentarius.*
Tanaquil uxor Tarquinii Priſci regiam dignitatem conjugi portendit. A 253.
Tanitius Etruſcus, Carutius dictus in variis Macrobii editionibus: Parentalia inſtituta hæreditatis ſuæ cauſſa. A 259.
Taranius. *Vide Servi.*

Tar-

Digitized by Google

Tarcon Rex Etruſcorum ex Mœonia, præfectus primum a Tyrrheno ſactus, deinde Rex: frater vel filius Tyrrheni: civitates duodecim ſtruxit: nomen Tarquiniis indidit: cur natum ejus fabulentur: Cortonæ habitavit: quando in Italia regnaverit. A 169. 170.
Tarconium Etruriæ urbs in Mediterraneis: a Telepho Tarconis Lydii filio condita: alia a Tarquiniis. B 162.
Tarquinii una ex duodecim Etruriæ urbibus: Reges Tarquinii inde profecti. B 49. Tercentos Romanos bello captos immolavit, quapropter deleta. B 50. A Tarconte nomen accepit: quo loco ſita. B 51. Plaſtice hic inventa, & nitriæ: in ea vivaria cervorum, & caprarum ferarum. B 52.
Tarquinii, quo anno Roma pulſi. A 207.
Tarquinius duodecim Tuſciæ populos ſubegit, & ab eis omnia decora, & inſignia imperii detulit. A 305. 328.
Tarviſium. *Vide Venetri.*
Tarviſinium. *Vide Veneti.*
Tarti. *Vide Pirola.*
Taurini, aut Aquenſes, ſive Taurifci: Italiæ populi, nunc Pedemontani. B 28.
Taurifci. *Vide Taurini.*
Tautifci. *Vide Carni.*
Telamon Etruriæ promontorium. B 13.
Telebœ Caprearum habitatores antiquiſſimi. B 240.
Telegonum auctorem divinationis per auguria Græci putant: item Melampodem, & Amphiraum. A 239.
Templa a Perſis vaſtata Græci reſtaurare ſoluerunt, & cur. A 268.
Templa non omnibus Diis devota. A 268.
Templa ſepulcra vocabantur. A 267.
Templa jure belli victori cedebant. A 268. 269.
Templum quilibet locus vocatur. A 267.
Templum cœli regio appellatur. A 266.
Templorum Etruſcorum uſus antiquiſſimus: eorum forma. A 266.
Templum Hieroſolymitanum bis a Romanis captum, & devaſtatum: & quo tempore. A 270.
Tendola, Capriola, Laula Etruriæ oppida: ibi Caſtilio, Fornovum, aut Forum Novum, Villafranca, Bagnonum caſtellum nobile cum amne hujus nominis, Filaterra, Malgra, mox Gragnola finis deinde Etruriæ ab ea parte. B 433. 434.
Terentii Varronis textus corrigitur a Dempſtero. A 53. 54.
Terracciola. *Vide Ere.*
Terra nova Etruriæ oppidum, patria Poggi hiſtorici: eam muro cinxit Guidus a Petramala Arretinorum Epiſcopus: poſt eam ſequuntur Laterina, & Pons Burianum duo alia oppida. B 440.
Terræ nigræ fodinæ. *Vide Maremma.*
Teſſalus. *Vide Peloſgus.*
Tethyos Oraculum Etruſcorum. A 79.
Tethyos an Themidos. Ibid.
Teucrus a Dardano adjutus. A 131.
Tenthatem numen Galli homine immolato placabant. A 278.
Thebani cum ſororibus, & conſanguineis miſcebantur. A 155.
Themidis Oraculum notum ante Apollinem, & Jovem Dodonæum, aut Ammonem. A 79. Italiæ Oraculum veruſtiſſimum. A 82. Ubi eſſet. A 80. *Vide Tethyos.*
Theodorus Samius clavium inventor juxta Plinium. A 351.
Theodoſianus codex corrigitur a Dempſtero. B 7.
Thermæ celeberrimæ, quæ fuerint. A 53.
Thermæ Tauri Etruriæ urbs: quo loco poſita: balnea ejus. B 95. Quando condita, & quando everſa incertum. B 96.
Theſpis tragœdiæ auctor. A 327.
Thioſcos. *Vide Tuſci.*
Thurii incogniti ante quadrigæ inventionem. A 413.
Thus a Romanis Jano oblatum: Thure Niacis temporibus non ſupplicabatur: Numa eo in ſacris non utebatur: ejus ante Numam, & regnante Numa in ſacris nullus uſus: illius priſci ſcriptores non meminerunt. A 5.
Thuſcus. *Vide Tuſcus.*
Tiberinus Jani filius ex Cameſena patri ſucceſſit. A 119. Patri parentalia inſtituit: in bello mortuus. A 120.
Tiberis Etruſcorum Rex: in Albula demerſus flumini tertium nomen dedit: de ejus nomine, & origine variæ opiniones. A 149.
Tiberini fluminis nomina variæ. A 150.
Tiberius aprum dimidiatum apponebat, & cur. A 42.
Tibia aerea ab Etruſcis inventa: ejus uſus in bello, ludis, & ſacris funeribus. A 382. 383.
Tibicen *Sabuio* Etruſca lingua vocatur. A 382.
Tibicines prærogativam habebant veſci in æde Jovis: jus æquale cum Sacerdotibus habebant: ſine illis ſacra peragi non poterant. A 383.

Ti-

Tibris flumen Etruriæ limes ultimus. B 17. Ocitur in finibus Arretinorum ex Apennino, & quadraginta duo amnes recipit. B 20. Geheberis dictus. A 148. *Vide Tiberini & Tybris.*
Tifernũm urbs, & fluvius in Dauniis. B 168.
Tifernũm alter in Umbria. B 168.
Tiferum Tiberinum Etruriæ urbs a Tiberi vicino dicta: nonnullis *Città di Castello*: sed interiit. B 168.
Tigulia Etruriæ urbs: interiit. B 167.
Tirynthii piris silvestribus vescebantur, A 21.
Titanes Saturnum e regno expulerunt. A 125.
Titi Livii textus corrigitur a Dempstero. B 39.
Titus Coruncanus Etruscos subegit. B 4.
Toga picta Etruscorum inventum. A 337. In illa immagines pictæ erant: quis ea uteretur. A 338. *Vide Insignia Imperii.*
Togam virilem juvenes, deposita prætexta assumebant: Umbo vocatur a Persio quasi clypeus adversus reprehensiones: offerebatur solemni die deducto in forum tyrone: libera dicebatur, & cur: Abolla dicta quasi toga major, A 321.
Tolfa nova oppidum: non longe a Blera Etruriæ urbe: forte idem ac Forum Claudii. B 446.
Tolumnius Rex Vejentum ex gente Porsenæ. A 137. 211. Male Volumnius dictus: ejus cognomen Lar, aut Lars: Veiis, & Fidenis regiam habuit: Romanorum legatos interfecit. A 211. 212. a Cosso consule interfectus. A 214. Ejus caput hasta defixum Cossus retulit. A 215.
Torebus. *Vide Tyrrhenus.*
Totila a Florentinis superatus anno salut. CCCCLIV. B 357. Aliquando eos vicit Etruriamque devastavit, Italiamque pessumdedit: Roma ter ab eo obsessa, Arretium bis: Portus Romanus bis. B 361. Florentiam devastavit. B 362. Ubi occisus fuerit. B 443.
Trabea Etruscorum inventum: qui ea uterentur: quomodo, & ex quibus rebus contexta, &c.: trabeatæ imagines ab ea dictæ. A 311.
Tragœdias scripsit Volumnius poëta Tuscus diu ante quam tragœdiæ Romæ essent: tragœdiam ad normam Græcorum Ovidius scripsit primus, cui titulus Medea. A 326. Accius, & Pacuvius in tragœdia clarissimi: tragœdiæ auctores, &c. A 327.
Trajanus Augustus Anconitanum Portum refecit. B 102.
Trasimenus lacus Etruriæ: Trasumenus est etiam dictus: hodie *Lago di Perugia*: nobilissimus captura piscium etiam brumali tempore: hic Flaminius Romanus Cons. ab Hannibale occisus fuit, ejusque exercitus dextructus: Sanguinetæ rivus in eum influit: Ossariæ vicus ab ossibus occisorum militum dictus, distat ab eo tribus millibus passuum: totum arsisse memorat Plinius. B 25.
Trebbianum vinum suavissimum. *Vide S. Joannis Forum.*
Trevisani. *Vide Veneti.*
Tridentum Galli condiderunt. A 40.
Trivilianum oppidum ad lacum Sabatum. B 446.
Triumphum Romuli tempore non erat: soli victores triumphabant: triumphus, & triumfus scribitur. A 329. Triumphandi ritum Etrusci Romanos docuerunt. A 328. Triumphum Bacchum devictis Indis instituisse volunt: triumphus ante Romam conditam in usu erat. A 330.
Triumphalis currus Etruscorum inventum: ejus figura, & ornatus: quot equis, & quo colore, & a quibus animalibus traheretur: ab hominibus etiam trahebatur. A 332. 333.
Triumphalis corona. *Vide Corona.*
Triumphandi mos tempore Romuli non erat, A 329.
Triptolemus a Cerere didicit agriculturam: Celeus pater dictus. A 367. De eo, & Cerere vide plura. A 356.
Triturrita Etruriæ urbs prope Portum Pisanum: interiit: ejus nomen forsan remanet in villa prope Ligurnum Turrita dicta. B 154.
Trossulum, sive Trossuli Etruriæ urbs: quo loco posita: equestri ordini Romæ dedit initium: a Romanis equitibus capta sine opera peditum. B 94. Interiit. B 95.
Trossuli equites: unde ita dicti. A 304. 305. B 94.
Trojana Insula Falisca etiam dicta: vulgo *Fabesce*. Hic fines Imperii Faliscorum quidam fuisse credunt. B 432.
Troilum Etruriæ urbs: a Trojanis forsan condita, & ita dicta quasi Trojæ Ilium: quando deleta fuerit incertum. B 157. 158.
Tubæ inventores: ejus usus, A 384.
Tubæ Libisticæ, & Ægyptiacæ minus quam Tyrrhenicæ acutæ. A 385. Usus illa-

Digitized by Google

illarum in navalibus prœliis, & in ſacris certaminibus. A 385. 386.
Tubæ repertor Meleus Rex Etruſcorum. A 157.
Tubæ ſono, & machinarum exploſione Principes militari more ſalutantur. A 111.
Tubam æneam invenit Piſis Tyrrhenus. A 384. 385.
Tuba ſalpinx, σάλπιγξ dicebatur. A 386.
Tumulus. *Vide Sepulcrum.*
Tunica palmata Etruſcorum inventum: geſtamen regum, conſulum, & triumphantium. A 339.
Turanius. *Vide Servi.*
Turnebus corrigitur a Dempſtero. A 412.
Turrena, ſive Tyrrhena, aut Tyrſena, Etruriæ urbs in mediterraneis. B 114. Sureniam, vel Burniam eſſe quidam exiſtimant. B 114. 115.
Turreni. *Vide Tyrrheni.*
Turris oppidum. *Vide Corebianum.*
Turris S. Vincentii. *Vide Bulgarium.*
Turrita. *Vide Ligurnus*, aut *Triturrita.*
Turrita. *Vide Pontianum.*
Tuſcanella oppidum nobile Eccleſiaſticæ ditionis. B 445.
Tuſcanienſes. *Vide Tuſcinati incolæ.*
Tuſci Curiales dicuntur in reſcripto Valentiniani. B. 403.
Tuſcorum familia ab Etruria deſcendit. B 403.
Tuſcia, altera ſuburbicaria dicta, altera annonaria. B. 403. *Vide Etruria.*
Tuſcia an Thuſcia dicendum ſit. A 6.
Tuſciæ Portus memorat Ludovicus Imperator. B 404.
Tuſci ſive Pelaſgi, & Tyrrheni, & Comari, & Raſeni, & Raſſenni, & Marſi, & Saleumbroni, Italiæ populi. B 26.
Tuſci Tuſcianenſes dicti: Etruriæ populi: Thioſcoseos Græci vocant. A 3. 4. An Thuſci dicantur; cur ita dicti, & variæ de eorum nomine opiniones. A 4. 5. 6. *Vide Etruſci.*
Tuſcinatum, Etruriæ urbs in agro Volaterrano, mari abſumptum. B 151.
Tuſcinati incolæ Tuſcanienſes dicti. B 151.
Tuſcus filius Herculis: Tyrrheni filius. A 6 162.
Tuſcus Hiſtoricus. Ibid.
Tuſcus Poëta. Ibid.
Tuſcus Rex Etruſcorum genti nomen dedit: ejus hiſtoria. A 162.
Tuſcus Scriptor. B 403.
Tuſcus vicus in urbe Romana: unde ita dictus. A 141. 195. Lenones, & meretrices in eo habitabant. A 195. 196.
Tybris Etruſcorum Rex diverſus a Tiberi: flumini nomen dedit: ab Argonautis occiſus: ejus hiſtoria, & fluminis nomina varia. A 150. B. 17.
Tyrii ſimulacrum Herculis vinxerunt ne abiret. A 73.
Tyrrhena. *Vide Turrena.*
Tyrſena. *Vide Turrena.*
Tyrrhenum mare quantum extendatur. A 32.
Tyrrhenus Etruriæ Rex, & falſæ de eo opiniones. A 129.
Tyrrheni viri & mulieres nudato corpore, non modo ludos, ſed convivia celebrabant. A 422.
Tyrrhenus ſive Torebus Etruriæ Rex ex Lydia, ſive Mæonia Italiam tenuit: genti nomen dedit: Lydi frater, ex Hercule & Omphale genitus: ab Antiphane poëta laudatur, & ab aliis citatur: unde ita dictus: varia ejus nomina. A 163. Atyos filius. A 163. 169.
Tyrrheni iidem ac Tyrſeni, ac Turrheni: Tyrſeni unde dicti. A 8. 9. 10. An ſint coloni, & unde venerint. A 9. 12. Etruriæ populi. A 3 B. 26. Fortes in bello multas urbes condiderunt. A. 3.
Tyrrhenus quidam Tyrrheno mari ſubmerſus. A 6.
Tyrrhenus & Lydus ex quibus orti ſint. A 10.
Tyrus urbs Etruriæ: ejus ſitus: penitus delera: D. Chriſtinæ martyrio inclita. B. 128. 129.
Tytea, ſive Aretia, & de ea falſæ opiniones. A 229.
Tzangæ. *Vide Caſtei.*

V.

VAcina, & Sanguinaria amnes in Etruria: hic oppidum Ceri, quod Alſium etiam vocatur: deinde oppidum Fregenæ, vernacule *Pale*. B. 433.
Vada. B. 431 *Vide Ligurnus.*
Vada, villa ignobilis, non urbs. B 431. *Vide Ligurnus.*
Vadimonis lacus celeberrimus: hodie *Lago di Monte Roſſo*: olim dividebat Romanos ab Etruſcis: ad eum Etruſco-

ſcorum res fractæ: ubinam loci fuerit: inſulæ fluctuantes in eo. B 24.
Valentanum oppidum in Etruria, Farneſiorum ditioni ſubjectum. B 445.
Valentiam Deam Ocriculani Tuſci colebant. A 62.
Valerii Maximi error. A 137.
Valetanum. *Vide Corebianum*
Vallis Elſanæ Collis oppidum inter fines Florentinorum & Senenſium. B 442.
Vallis Umbroſa in Etruria, unde ita dicta: celebris ob Cœnobium erectum ann. Sal. reparatæ MLXX. a Joanne Gualberto nobili Florentino. B 13. octavo lapide ultra Pontem ad Sebam poſita. B 440.
Vallis Graſiniana Lucenſis ditionis, in ea ſunt caſtella plura, ideſt, Caſtellum novum, dictum Graſinana, frequens negotiatoribus: Grignanum, ac Veruchia propugnaculum inexpugnabile, & Silanum, Maleſpinarum Patrimonium, & multa alia. B 437.
Valva Peligno rum regio. B 27.
Vara fluvius: a Macra recipitur. B 14.
Vaſa aurea & argentea non habebant Veteres, ſed fictilia. A 425. *Vide Fictilia.*
Vejentes Etruriæ populi. A 2.
Vejentus, Veiis nomen dedit. A 191.
Veii, una ex duodecim Etruriæ urbibus: quo loco poſita: cum Romulo bella ſuſcepit; a Camillo expugnata, & quando: vini ignobilis ferax, & gemmarum. B 45. ejus magnitudo. B 47.
Veiis regiam habuit Morrius Rex Etruſcorum. A 188. & Mænalus. A 197. a Vejento ita dicta. A 192.
Veiis obſeſſis Rex creatus anonymus, inteſtinæ diſcordiæ cauſa fuit: hinc urbs Romanæ ditionis facta. A 217. 218. 219.
Vejuſa. *Vide Viterbum.*
Veletes Etruſcorum urbs. Velitrum inventione celebris: interiit. B 132.
Velites ab Etruſcis in acie adhibiti: unde ita dicti: expediti dicti: eorum uſus in bello: quibus armis uterentur: eorum haſta Etruſcorum inventum. A 449. Equites Velites; Velites haſtati. A 381. 449.
Velinæ. *Vide Ligurnus.*
Venabulum venatorium, Etruſcorum inventum: ab iis Græci uſum venabuli acceperunt: inſtrumentorum nomina varia. A 451. Feras ingentis magnitudinis illis excipiebant: illis utebantur Romani etiam in Amphitheatro. A 452.
Vendeontii, forte Venebenti, aut Venebentii, aut Benebenti: Beneventi incolæ in Samnio: olim Argyripa cognominata, aut Concordia colonia: Beneventum, aut Maleventum Plinius nominant. B 28. 29.
Venebenti. *Vide Vendeontii.*
Veneti, aut Heneti, etiam Euganei, aut Cyantes, & a recentioribus dicti Treviſani: Tarviſium, ſive Tarviſinum eorum regio: hodie *Marca Trevigiana*. B 27. Populi antiquiſſimi, magnifici, & honeſtiſſimi: ab Etruſcis ducunt originem: Dardanus Etruſcus eorum Dux: Verona eorum Metropolis. A 102.
Venilia uxor Jani. A 113.
Venus colebatur ſub titulo Murciæ, aut Murtiæ, in urbe Etruriæ, quæ ob id Arx Murtiæ, aut Arx Murciæ vocata fuit. B 140.
Verbenæ ad aras Apollinis ponebantur. A 272.
Veronam Galli condiderunt. A 40. Metropolis Venetorum. A 102.
Veruchia. *Vide Vallis Graſiniana.*
Veruchia. *Vide Laula.*
Ver ſacrandi mos. A 16. 17. 18.
Verſilia, aut Veſidia Etruriæ torrens. B 15.
Vertumnus Etruſcorum Deus: cur inter Deos relatus: Vertunus non Vertumnus: mercaturæ Deus. A 60. Agricolarum Deus: cum Cerere aram communem habebat: diem feſtum ei nuncupavere III. Kal. Novembris. A 61. idem cum Vadimone: male cum Noheme, Jano, & Zoroaſtre confunditur. A 121. arbores frugiferas & pomiferas ſerere docuit. A 63. & earum culturam ab Jano inventam expolivit. A 365. Pomonam Deam in uxorem duxiſſe fingitur, & cur. A 121. 365. non peregrinus, ſed indigena. A 121. Templum illi Romæ ædificatum poſt ejus mortem: Vertumno irato fatui homines nati dicebantur: ſtatuæ, & templa Romæ illi erecta, & quo loco: Deus vendendarum, & emendarum rerum habebatur: mentibus humanis præſes. A 122. ejus ſimulacra in omnibus Italiæ municipiis conſecrabantur: *Vertumnus inconſtantior*, de homine mutabilis mentis dicebatur. A. 123.
Veſentina Etruriæ urbs: interiit. B 170.
Veſentini Veſentinæ incolæ. Ibid.
Veſtales virgines faſces habebant, quibus lictores eas anteibant. A 308.
Veſtes floridas Etruſci invenerunt. A 359.

Digitized by Google

359. His veſtibus uti Syracuſani non licebat, ſed tantum ſcortis concedebantur: Liberum Patrem illis veſtiebat vetuſtas: Perſarum Reges eis utebantur: Romani eas non reſpuebant: illas cum togis pictis quidam male confundunt. A 360. Earum nomina varia. A 360. 361.
Veſtes villoſæ, ſeu Maſtrucæ apud Etruſcos in uſu erant: qui nam illis uterentur. A 361. 362.
Vetletta. B 432.
Vetralla a quibuſdam Forum Caſſii credita: hic Ædes D. Mariæ Forcaſſiæ: in colle ſequitur Roncilio, aut Roncillonium, infra Capranica, juxta Baſſanum oppidum. B 446.
Vetulonia una ex duodecim Etruriæ urbibus celeberrima: ex ea faſces ad Romanos delati ſunt. A 306. B 55. Penitus interiit: ejus ſitus incertus: tubam, ſecures, præteſtam, & curulem invenit. B 55.
Via Æmilia: Æmilia Lepidi dicta, a M. Æmilio Lepido Marci filio dicta. B 220.
Via Æmilia altera a M. Æmilio Scauro dicta: ea viæ pars Aureliæ & Flaminiæ fuerunt. B 220.
Via Annia, quo auctore ſtrata incertum, in Faliſcis a Flamminia exibat. B 221.
Via Auguſta, viæ Flaminiæ pars, ab Auguſto reſtaurata. B 222.
Via Aurelia Roma in Gallias ducebat, per litus Tyrrhenū, & per Alpes Arelatenſes: duæ viæ hoc nomine, *Vetus* una, altera *Nova*: vetus Conſularis dicta, & Trajana dicta ab Aurelio. B 219.
Via Caſſia a L. Caſſio dicta, qui eam ſtravit: mediam Etruriam ſecabat. B 221.
Via Ciminia, a ſilva Ciminia ita dicta: ſuperſunt ejus veſtigia quædam ſupra Viterbum. B 221.
Via Claudia aut Clodia, viæ Flaminiæ pars: Lucam per Cluſium & Arretium ducebat. B 222.
Via Cornelia, in eodem tractu, quo via Aurelia. B 219.
Via Flaminia, a C. Flaminio ejus auctore dicta, qui ad Traſimenum cæſus fuit. B 217. A ponte Milvio incipiebat, uſque Ariminum protendebatur. B 218.
Via Portuenſis, quæ Portum ducebat. B 222.
Via Poſtumia, viæ Flamminiæ pars: fuit in Gallia togata prope Bebriacum: celebris clade Vitellii, ac Victoria Veſpaſiani. B 222. 223.
Via Sempronia a Flaminia oritur, ducit ad Forum Sempronii, ex quo ita dicta, per Umbriam ducit. B 223.
Via Vitellia ab Janiculo uſque ad mare protendebatur. B 223.
Viæ Etruſcorum quomodo initio ſternerentur. B 217.
Vianum oppidum. *Vide Barbaranum.*
Vicani, qui in pagis & vicis aruſpicinam exercebant. A 246.
Vicarellum oppidum ad Sabatum lacum: ita dictum quaſi Vicum Aurelii: forte Forum Aurelii. B 446.
Vicentiam Galli condiderunt. A 40.
Vico oppidum non longe a Viterbo. Vicum Elbii quidam fuiſſe credunt: inde origo Vicorum familiæ. B 446.
Vicus Elbii Etruriæ urbs in Mediterraneis: interiit. B 166.
Vicus Elbii: hodie dirutus: ex eo Vicorum familia orta. B 416. *Vide Viterbum.*
Vicus Tuſcus cur ita dictus. A 60.
Villa Anniani poetæ in Faliſco. B 225.
Villa Cæcilii Junioris ad Tiberis ripam non longe a Tiferno. Ibid.
Villa Fabati profoceri C. Plinii Junioris prope Vadimonis lacum. Ibid.
Villa Franca. *Vide Tendola.*
Villa fratrum Vejanorum in Faliſco. Ibid.
Villa cum leporario in Stratonenſi. Ibid.
Villa Hilarii in Cæretano. Ibid.
Villa altera Liviæ Auguſti uxoris in Vejentano, via Flaminia ad nonum lapidem: altera ſub Apennino in Etruria. A 225.
Villa cum hortis Valerii Martialis in Janiculenſi. Ibid.
Villa in agro Arretino T. Pomponii Attici. Ibid.
Villa Lucii Petilii Scribæ in Janiculenſi. Ibid.
Villa L. Junii Moderati Columellæ in Cæretano. Ibid.
Villa in Ocriculano P. Clodii, qui Tribunus plebis Ciceronem in exilium expulit, & a T. Annio Milone interemptus fuit. Ibid.
Villæ in Sutrino fuerunt. B 226.
Villa Mæcenatiana, Villa Mæcenatis. Ibid.
Villa Meſſallæ in Tuſcia prope Thermas Tauri Ibid.
Villa M. Æmilii Porcinæ in Alſienſi. B 227.
Villa Pompei Magni in Alſienſi. B 224.
Villa Pompejæ Celerinæ, ſocrus C. Plinii

nii Junioris in Ocriculano. B 226. altera in Alſienſi. B 229.
Villa Q. Fulvii Lippini in Tarquinienſi. Ibid.
Villa Trajani Imperatoris. Ibid.
Villa Septimii Severi in Vejentano. Ibid.
Villa Sejani in Tuſcia, forſan in Vulſinienſi. Ibid.
Villa Virginii Rufi in Alſienſi. Ibid.
Villa P. Silvini, cui ſuos libros Columella inſcripſit, in Cæretano. Ibid.
Vinalia, feſtum ita dictum, poſt Mezentii tempora inſtitutum: quo anni tempore celebratum: quomodo vinum vocaretur, quod Jovi offerebatur in hoc feſto: mos bibendi in eodem feſto. A 178.
Vincarum ſatio ab Etruſcis inventa: Janus eas primus plantavit: non omnes apud Romanos jus habebant eas colendi: tributus illarum cultoribus imponebatur: earum furtum legibus vetitum. A 363. 364.
Vini Etruria ferax: de variis vini generibus. A 44. uſque ad 51.
Vino apud majores noſtros fœminæ niſi feſtis diebus in ſacrificio utebantur. A 183.
Vinum Rheticum laudatis Italiæ vinis non cedit: a Catone laudatur, & a Catullo. A 159.
Vinum veteſtum Ægyptiis in pretio fuit. A 47. quæ optima eſſent: quomodo aſſervarentur. A 48. mos inſcribendi in amphoris vini titulos. A 49.
Vipao Etruriæ flumen ubi eſſet. B 14.
Virgines cur in nuptiis raperentur. A 146. ita ſublimes rapiebantur, ut ne quidem limen domus paternæ tangerent: earum raptores quomodo punirentur. A 147.
Virginum rapiendi mos duplex, quorum alter a Romulo manavit. A 146.
Viridianus Narnienſium numen. A 62.
Viſceratio quid ſit: populo dabatur poſt ludos in Monte Albano. A 414.
Viſcontiorum, ſeu Vicecomitum ſtemmatis enarratio, quam habet Sanſovinus, fabuloſa. A 210.
Viterbum, ſeu Viterbium nova Etruriæ urbs: Vejuſa ab aliquibus dicta, ſed perperam. B 413. Ex Elbii vici ruderibus crevit: ejus nomina varia: ſedes Pontificum: Viri ejus illuſtres, ac Sancti. B 414. 415. 416 Ejus ager fertilis: quo loco ſita. B 414.
Vitruvii textus corrigitur a Dempſtero, A 400. B 123.
Vitruvius templorum Etruſcorum fabricam exequitur. A 266.
Viturchian m. *Vide Graſignana.*
Vivaria Beſtiarum. *Vide Beſtiarum, &c.*
Ulimentum mons Etruriæ: aqua mirabilis ab eo emanat. B 11.
Ulyſſes, Siſyphi & Anticliæ filius, quæ cum Siſypho ante Laërtis nuptias concubuit. A 155.
Ulyſſem ſomniculoſum fuiſſe Etruſci narrant. B 402.
Umbo candidus. *Vide Toga Virilis.*
Umbræ cur larvæ appellentur. A 138.
Umbria: ejus limites. B 29.
Umbro Etruriæ fluvius olim navigabilis. B 46.
Umbro, cujus ripa altera habet Groſſetum, altera Telamonis aut Talamonis portum. B 432.
Umbroſa Vallis. *Vide Vallis Umbroſa.*
Unguentorum, & odorum incentio ante thuris inventionem. A 6. illis pro thure utebantur veteres. A 5.
Vola, Etruſca lingua quid ſignificet. A 61. B 279.
Volaterræ urbs inexpugnabilis: portum piratis Etruſcis præbebat. A 443. Sedes augurum Etruſcorum. A 56. Urbs antiquiſſima: ab indigenis condita. B 279 Ejus inſtitutum in adminiſtranda Republica: ejus ſitus. B 280. Coloniæ Romanæ jus habebat. B 281. res ab ea glorioſe geſtæ. B 281. 282. Civitate Romana donatur, & cur. B 282. A Vandalis & Hunnis vexata: a Ghibellinis & Guelfis lacerata. B 283. Othoniana, & Oëna, & Oënarea appellata, B 284. Ejus Sanctorum, Pontificum, Epiſcoporum, virorum literis & militia illuſtrium catalogus. B 284. Antoniam quidam eam dicunt, ſed perperam. Ibid. Regia Propertii Regis Etruſcorum. A 191
Volci ſive Volcientes, aut Volcini, Etruriæ urbs: interiit: quidam Craſſetum hodie nominari putant: Velocas a Magino dicta. B 169.
Volci. *Vide Volſci.*
Volſci colonia Etruſcorum. A 3. In Tuſcorum poteſtate fuerunt. A 36. Veruti dicti, & celebres Camilla Virgine. B 179.
Volſinii, una ex duodecim Etruriæ urbibus: hodie *Bolſena*: ejus ſitus: ex ea ſtatuæ multæ Romam translatæ. B 61. Nortia Dea in ea culta: molæ ibi inventæ: depopulata, ſubeunte Volta monſtro: a ſervis & libertinis pæne op-

Digitized by Google

oppreſſa. B 62. nobilitata Sejani ortu. B 63. Epiſcopatus. B 64.
Voltumna ſive Voltuna ab Etruſcis colebatur: ad ejus fanum conventus omnibus Etruriæ populis indicebatur. A 62. *Vide Fanum Voltumnæ*.
Volumna Dea Etruſcorum: cur ita dicta. A 61.
Volumnius poëta Tuſcus tragœdias ſcripſit, diu ante quam Romæ Tragœdiæ eſſent, & ante quam Etruria Romanæ dictionis eſſet. A 326.
Volumnus Etruſcorum Deus: ſacrificia ei ſolemnia, non ad opes & honores, ſed ad bonam mentem conſequendam. A 61.
Vomer in vertice ſceptri a principibus ferebatur, & cur. A 110.
Vomere æreo veteres deſignabant urbes, & quo ritu ararent. A 287. 288. Eodem utebantur etiam cum civitates everterent. A 289.
Uraniſca. *Vide Prætoria Ducum*.
Urbes Etruſci primi condere docuerunt: ritus, quo urbes condebantur, Etruſcus ritus dicebatur. A 286. 287. 289. Urbes cum everterent hoſtes, circum eas arabant. A 289. Vivere, ſeneſcere, florere, & mori dicuntur. A 289. Pomœria extra Italiam non habebant. A 289. *Vide Pomerium*: foſſa ſacra muniebantur. A 292. *Vide Foſſa*: muris ſacra religione cingebantur. A 292. *Vide Muri*.
Urbici poëtæ. *Vide Fabulæ*.
Urbs vetus nupera Etruriæ civitas: ita a Longobardis dicta: colonia Florentinorum: in eam, ut ſe defenderet, Hadrianus Pontif. IV. ab Imperatore Friderico fugere tentavit. B 409. ejus ſitus: aëris temperies optima: ager fertilis: Urbs Ventana dicta: male Herbanum vocata: territorium Orbetanum dictum: ejus Epiſcopatus. B 410. Vivianus in ea Archidiaconus. B 411.
Urbs vetus. *Vide Centumcellæ*, aut *Herbanum*.
Urgo. *Vide Gorgon*.
Vulſinii. *Vide Volſinii*
Vulſinienſes, clavis in parietibus in templo Deæ Nortiæ defixis annos computabant. A 63.
Vultejus. *Vide Juſtus Vultejus*.
ad Voltumnæ fanum Etruriæ reges magiſtratum indicebant. A 111.
Vulturnum Capuæ nomen. A 38. 39.

X

XYlandri error in verſione Straboniſ. B 440.

Y

YBrin fovea circa Siracuſas. A 158.

Z

ZOroaſtris Oraculum apud Chaldæos, A 82.
Zoroaſtres cum Saturno & Cano male confunditur. A 124.
Zanchæ. *Vide Celeſtes*.

Digitized by Google

Digitized by Google

CATALOGUS

SCRIPTORUM VETERUM ET RECENTIORUM,

Quorum loca in hoc opere vel citantur, vel notantur.

Animadvertat hic Lector, Auctores nonnullos, quos aſteriſco notavimus, vel eruditis viris ſuſpectos, vel etiam ſpurios eſſe, & præcipue ab Alphonſo Ciccarellio confictos. Quod autem Dempſterus eos in teſtimonium alicujus rei, aliunde ſatis probatæ, laudaverit; indulgendum eſt homini Scoto; quum & aliis ex noſtratibus, iiſque clariſſimis Scriptoribus, Ciccarellius impoſuerit. De hac re vide, quod notaverat Leo Allaccius in fine Opuſculi De Antiquitatibus Etruſcis.

A

ABbas Panormitanus.
Urſpergenſis.
Abbo Poëta.
*Abdias Babylonicus.
Abrahamus Ortelius.
Accius.
Achilles Statius.
Achmes Seirim.
Acron Helenius.
Acta MSS. Archiepiſcopatus Piſani.
SS. Carpophori & Abundantii Martyrum.
Conſiſtoralia ſub Clemente VII.
Epiſcopatus Lucenſis.
D. Martini Piſarum.
Peruſiæ.
Piſtorii.
D. Silveſtri Piſarum.
Adamus Abrenethæus.
Adelmus Scotus.
Ado Viennenſis.
Adolfus Occo.
Ædeſius.
Ægidius Maſerius.
Tſchudus.
Ælianus.
Ælius Lampridius.
Spartianus.
Tubero.
Æmilius Probus.
Æneas Gallettus.
Silvius Piccolomineus, ſeu Pius II. Papa.
Æſchylus.
Æthicus.
Aëtius.
Afranius.
Agathias Scholaſticus, Smyrnæus.
Agnellus.
Agobardus Lugdunenſis.
Aimonius Pariſienſis.
Albertus Aquenſis.
Krantius.
Albertutius.
Albinovanus Pedo.
Albutius Novarienſis.
Alcæus.
Alcimus Avitus.
Aldus Manutius.
Alemannus Monachus Clarævallenſis.
Alexander ab Alexandro.
Polyhiſtor.
III. Pontifex.
Sardus.
Ferrarius.
Alexius Ugonius.
Alfenus J. C.
Alfius Hiſtoricus.
Alphonſus Ciacconius.
D. Ambroſius.
Ambroſius Leo.
Ammianus Marcellinus.
Anaſtaſius Auguſtus.
Bibliothecarius Papa.
Andreas Alciatus.
Baccius.
Fulcrius.
Schottus.
Tiraquellus.

Digitized by Google

Androcydes.
Angelus Breventanus.
Politianus.
Annales Anglici
Pisani.
Annius Viterbiensis.
Anonyma Monialis Hildesheimensis
Anonymus Auctor de Bello Gothorum.
Historiæ Cumanæ.
Historiæ Danicæ.
Itinerarii Italiæ.
de Limitibus.
Oraculorum Sibyllinorum.
de Origine Gentis Romanæ.
Prosopejæ Tusciæ.
de Rebus Bellicis.
de Recuperatione Terræ Sanctæ.
de Viris Illustribus.
Vitæ S. Bernardi.
S. Guilielmi.
S. Willibrordi.
B. Rolandi.
* Anselmus Brixianus.
Anthologia Græca.
Anticlides Historicus.
Antiphanes.
D. Antonius.
Antonius Augustinus.
Coccius Sabellicus.
Del-Rio.
Famensis.
Guibertus Costanus.
Lusitanus.
Maginus.
Matta Galesius.
Nebrissensis.
Palladius.
Poslevinus.
Appianus.
Apollodorus Athenienſis.
Apollonius Collatius.
Rhodius.
Smyrnæus.
Tyrius.
Apulejus Madaurenſis.
Arabius Scholasticus.
Arator Diaconus.
Archæus.
Archilochus.
Archivum Archiepiscopatus Pisani.
Capituli Canonicorum Pisanorum.
Fratrum Augustinianorum ad D. Nicolai Pisis.
S. Justi Lucensis.
Lucense.
Ordinis Eremitani Romæ Pisanum.
S. Romani Lucæ.
Sanctimonialium D. Justinæ Lucensis.
Arnobius.
Aristænetus.
Aristides Milesius.
Aristophanes.
Aristoteles.
Arnoldus Villanovanus.
Arius Menander.
Arrianus.
Artemidorus.
Artemius.
Artemon.
Asconius Pedianus.
Athenæus.
B. Atto Episcopus Pistorienſis.
Aubertus Miræus.
D. Augustinus.
Augustinus Fortunius.
Justinianus.
Mannus.
Aulus Cæcina.
Gellius.
Hirtius.
Aurelius Olympius Nemesianus.
Ausonius.
Axionicus Comicus.
Azo J. C.

B

Baccius Baldinius.
Baldricus Archiepiscopus Dolænſis
Baldus.
Balsamon.
Balthassar Castilionæus.
Baptista Caraffa.
Egnatius.
Fontejus.
Fulgosus.
Mantuanus.
Pius.
Platina.
Bardesanes.
Barnabas Brissonius.
Bartholomæus Marlianus.
Platina.
Ptolemæus.
Scala.
a S. Concordio.
Taurinensis.
Bartolus.

Digitized by Google

D. Basilius.
Beda.
Beatus Rhenanus.
Benedictus Accoltus.
Arias Montanus.
Varchius.
Beniaminus Jhonsonus.
Tudelensis.
Beninca sa Benincasa.
D. Bernardus.
Bernardus Oricellarius.
Saccus.
Berosus.
Bibliotheca Abbatiæ Florentinæ.
D. Catharinæ Pisis.
S. Crucis Florentiæ.
Franciscana Cesenæ.
Gaddiana Florentiæ.
S. Marci Florentiæ.
S. Mariæ Novellæ Florentiæ.
Mediceo-Laurētiana.
* Mundi.
Ordinis Prædicatorū.
Palatina.
SS. Patrum.
Regis Britanniæ.
Regis Christianissimi.
Servorum B. M. V. Florentiæ.
S. Silvestri Pisis.
S. Spiritus Florentiæ.
Vaticana.
Bilibaldus Birckheymerus.
* Blasius Pantolinisius.
Viguenerius.
D. Bonaventura.
Bonaventura Castilionæus.
D. Bonifacius Papa.
Bonifacius VIII.

C

Cælius Rhodiginus.
Cæsar Baronius.
Caccialupus.
Cæsareanus.
Franciottus.
Cajus J. C.
Flaccus.
Licinius Macer.
Lucidius.
Sempronius.
Calendarium Vetus.
Callias.
Callistratus J. C.
Calpurnius Poëta.
Callimachus.
Capitulare Caroli Magni.
Carolus a Basilica Petri, Episcopus Novariensis.
Magnus.
Sigonius.
Cassius Hemina.
Cato.
Catullus.
Censorinus.
Chares Mytilenæus.
Cherubinus Ghirardaccius.
Christodorus Thebanus Coptita.
Christophorus Landinus.
Romanus.
Rufus.
Chronica Bossiana.
Burgi S. Sepulchri.
Camaldulensis.
Fratrum Minorum Senensis.
Regni Neapolitani.
Vallis Umbrosæ.
Chrysippus Victor.
Cicero.
Cincius.
Claudius Marius Victor.
Minos Divionensis J. C.
Claudianus.
Clearchus.
D. Clemens Alexandrinus.
Mazza.
Papa V.
Clovius Burgensis.
Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ.
Canonum Ecclesiæ Romanæ.
Hermogenianus.
Theodosianus.
Cœlestinus III.
Collenutius.
Coluccius Pierius Salutatus.
Columella.
Commodianus.
Concilium Ancyranum.
Antissiodorense.
Cabilonense.
Chalcedonense.
Gangrense.
Laodicenum.
Namnetense.
Toletanum III. & IV.
Conradus Clauserus Tigurinus.
Escius.
Gesnerus.
Constantinus Augustus.
Cajetanus Abbas.
Manasses.
Coppus Stephanius.
Corius.

Corippus Africanus.
Cornelius Celſus.
Fronto.
Labeo.
Nepos.
Severus.
Siſenna.
Tacitus.
Cornutus.
Coſmas Patius.
Cruquius.
D. Cyprianus.
Pagnius.
a Pompna.

D

DAmaſus Papa.
Damianus Beneſius.
Dantes Alighierius.
David Sanctarus.
Decius Auſonius Magnus.
Decreta Gregorii II.
Gregorii VII.
Hilarii Papæ.
Symmachi Papæ.
Decretum Gratiani.
Demetrius Chalcocondylas.
Demoſthenes.
Deſiderius Heraldus.
Didacus Covarruvias.
Didymus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Diocles.
Dio Coccejanus.
Diomedes Grammaticus.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Gothofredus J. C.
Lambinus.
Dioſcorides Pedacius.
Diphilus.
Domitius Calderinus.
Dominicus Floccus, auctor Libelli ſub nomine Feneſtellæ.
Dominicus Joannis Dominicanus.
Mellinus.
Nizer.
Peccholi.
Donatus.
Janvotius.
Doſitheus.
Draco Corcyræus.
Durantius Caſellius.

E

EGinartus.
Egnatius Veratius.
*Eleutherius Mirabellius.
Elias Vinetus.
Eliſius Calentius.
Ennius.
Ennodius Ticinenſis.
Enricus Monachus.
Ephorus Cumanus.
Epigrammata Vetera.
Eraſmus Roterodamus.
Erycius.
Eubulides.
Eucherius Lugdunenſis.
Evhemerus Hiſtoricus.
Eugenius Papa.
Eunapius.
Euphroſinus Lapipus.
Euripides.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſtathius Theſſalonicen.
Eutropius.

F

FAbius Pictor.
Planciades Fulgentius.
Facius Uberti.
* Famuſius Campanus.
Faſti Capitolini.
Favorinus.
Fauſtus.
Ferdinandus de Caſtilione.
Lofredus.
Pincianus.
Feſtus Avienus.
Pompejus.
Flavius Blondus.
Florentius Vigornienſis.
Florus Halicarnaſſeus.
Fortunatianus.
Franciſcus Beroaldus.
Bocchius.
Bonad. Sanction.
Bracciolinius.
Caſtillioneus.
Cattanus a Diaceto.
Epiſc. Feſul.
Fabricius Marcoduranus.
Floridus.
Godwinus.
Guicciardinus.
Hotomannus.
Joannettus.
Juretus.
Laziardus.
Lucinus.
Maurolycus.
Modius.

Pam-

Pamphilus.
Pandulphinus.
Petrarcha.
Philelphus.
Picus.
Robortellus.
de Roſieres.
Sanſovinus.
Vinius.
Zabarella.
Zephyrus.
Freculphus Lexovienſis.
Fridericus Morellus.
Sylburgius.
Fulcherius Carnotenſis.
D. Fulgentius.
Fulvius Urſinus.

G

GAbriel Barrius.
Landinus.
Galenus.
Galvanius a Flamma.
Garimbertus Gallenſis Epiſcopus.
Gaſpar Peucerus.
Scioppius.
Gaudentius Merula.
Gaufridius Malaterra Monachus.
Gelenius.
Gennadius.
Genebrardus.
Gentilis de Fulgineo.
Georgius Alexandrinus.
Cedrenus.
Codinus.
Chriptonius.
Erhardus *aſſumpto nomine; verum* Michaël Gaſpar Lundorpius.
Fabricius.
Jodocus Berganus.
Longus.
Merula.
Gerardus Maccharinius.
Gerardinus Protonotarius Apoſt.
Ginus Capponius.
Gloſſarium Philoxeni.
Iſidori.
Vetus.
Godefridus Viterbienſis.
Godeſcalcus Stewechius.
Gonzaga.
Goropius Becanus.
Gratius Poëta.
Gregorius Datus.
Fantius.
Haloander.
IX. Papa.
D. Magnus.
D. Nazianzenus.
Turonenſis.
Petrus Toloſanus.
Gualterottus Florentinus.
Guibertus Abbas.
Guidus Pancirolus.
Guilielmus Apulienſis.
Barclajus.
Bibliothecarius.
Bellendenus.
Buchananus.
Budæus.
Canterus.
Frontejus.
Hegatus.
Philander.
* Sirletus, ſive Auctor libri de Succeſſoribus Barnabæ.
Tyrius.
Xylander.

H

HAdrianus Cardinalis.
Junius.
Turnebus.
Halitgarius.
Harmenopulus.
Harpocration.
Hecatæus.
Hector Boëtius.
Hegeſippus.
Helias Capreolus.
Heliodorus.
Henricus Buntingus.
Caniſius J. C.
Glareanus.
Mameranus.
Monachus.
Stephanus.
Heraclides Ponticus.
Hercules Ciofanius.
Hermannus Cruſerius.
Hermogenianus.
Hermolaus Barbarus.
Herodianus.
Herodotus.
Herodes Sophiſta.
Heſiodus.
Heſychius.

Hierocles.
D. Hieronymus.
Aleander.
Bardius.
Bellarmatus.
Bignonius.
Cardanus
Coneſtaggius.
Donzellinus.
Gigas.
Henningius.
Magius.
Mercurialis.
Riccius.
Rubeus.
Ruſcellius.
Surita.
Wolfius.
Hippocrates.
Hippolytus Thebanus.
Hirtius.
* Hiſtoria Piſana.
Ordinis Divi Dominici.
Genuenſium.
Homerus.
Honorius III.
Horatius.
Hubertus Folieta.
Goltzius.
Vellejus.
Hyginus.
Hyperechius Abbas.

I

Jabolenus J. C.
Jacobus Amiotus.
* Corellius.
Cujacius.
Dalechampius.
Gordonius Leſmoreus.
Lætus.
Nardius.
Pamelius.
Papienſis Cardinalis.
Poggius.
Rævardus.
Sadoletus Cardinalis.
Sanazarius.
Schegkius.
Voraginenſis.
Jamblicus.
Jannotius Manetthius.
Janus Douza.
Gruterus.
Mellerus Palmerius.
Parrhaſius.
Vertumnus.
Vitalis.
Innocentius III.
Incertus Poëta apud Suetonium.
Inſcriptiones veteres.
Joachimus Camerarius.
Vadianus.
Joannes Arretinus.
Aventinus.
Baro.
Boccaccius.
Bodinus.
Botherus.
Bracheſcus.
Britannicus.
Brodæus.
Cajus.
Chriſtophorſonus.
Chryſoſtomus.
D. de Cruce.
Camers.
Campanus.
Cara.
Caramuel.
Caroli.
Cuſpinianus.
Diaconus.
Dempſterus.
Fraſerius.
Gobelinus.
Grammaticus.
Hartungus.
Lesleus.
Magnus Upſalenſis.
Molanus.
Meurſius.
Nauclerus.
Nider.
Opſopœus.
Paſſeratius.
Picardus.
Roncagallus J. C.
Roldus.
Rualdus.
a Sacroboſco.
Saresburienſis.
Savaro.
Schoppa.
Serranus.
Sleidanus.
* Solinus.
Stadius.
Toloſanus.
Tortellius.
Temporarius.
Trithemius.
Tzetzes.
Villanius.
a Wowweren.
Xiphilinus.

Jo-

Digitized by Google

Joannes Baptiſta Bocchinerius.
Cinius.
Gentilius.
Hadrianus.
Pigna.
Strozzius.
Joannes Chryſoſtomus Zanthus Bergomas.
Joannes Marius Catanæus.
Mathius.
Joannes Michaël Brutus.
Joannettus.
Jodocus Metzlerus.
Velareus.
Jonius.
Jornandes.
Joſeph Betuſſius.
Caſtalio.
Flavius.
Juſtus Scaliger.
Joſias Mercerus.
Simlerus.
Jovianus Pontanus.
Jovianus Nerius de Franchis.
D. Irenæus.
Iſaacus Caſaubonus.
Iſacius Tzetzes.
D. Iſidorus.
Iſocrates.
Itinerarium Antonini Auguſti, ſeu potius Scoti.
Julianus Auguſtus.
Julius Capitolinus.
Cæſar.
Cerealis.
Clarus.
Firmicus.
Guaſtavinus.
Modeſtus.
Obſequens.
Pollux.
Stadius.
Cæſar Scaliger.
Junius Philargyrus.
Ivo Carnotenſis.
Leucothea.
Juſtinianus Auguſtus.
Juſtinus Hiſtoricus.
D. Martyr.
Juſtus Lipſius.
Juvenalis.

L

LAbeo J. C.
Laberius Mimographus.
Lactantius Firmianus.
Lælius Torellus.
Lævinus Torrentius.
Lambertus Hortenſius Montfortius
Laonicus Chalcocondylas.
Lapus.
Latinus Pacatus Drepanius.
Laurentius Amienſis.
Bonincontrius.
Ramireſius.
Rhodomannus.
Shraderus.
Valla.
Lazarus Baifius.
Laziardus.
Leander Alberthius.
Leges Longobardorum.
Wiſigothorum.
Leo Baptiſta Alberthius.
Marſicanus.
Leonardus Arretinus.
* Liber Memorabilium Italiæ.
Licinius Imbrex.
Lilius Gyraldus.
Lucas Gauricus.
Lucas Antonius Junta.
Lucanus.
Lucianus.
Lucius Florus.
J. nius Brutus.
Tuſcus Pythagoricus.
Lucilius.
Lucretius Carus.
Lucatius Placidius.
Ludovicus Alamannius.
Arioſtus.
Cario.
de la Cerda.
Charondas.
Imperator.
Romanus.
Vives.
Luitprandus.
Lupus Ferrarienſis.
Lycophron.
Lycurgus.
Lyſippus.

M

MAcrobius.
Magnes Poſidonius.
Maffejus Vegius.
Magno Archiepiſcopus Rhemenſis.
Magnus Ennodius Felix.
Mamertinus.

Mar-

Marcellus J. C.
Empiricus.
Marcellinus Comes.
Marcianus Heracleota.
Marcus Aurelius Caſſiodorus Senator.
Manilius.
Olyſſiponenſis.
Marcus Antonius Boba.
Marculfus.
Mariangelus.
Marianus Franciſcanus.
Scotus.
Marius Niger.
Marius Victor.
Marinus Sanutus Torxellius.
Marſilius Ficinus.
Martialis.
Martianus Capella.
Martinus Bellajus.
Del Rio.
Martyrologium Romanum.
Maſurius Sabinus.
Matthæus Fortunatus.
Hoſtus.
Paris.
Palmerius.
Panichius.
Raderus.
Villanius.
Maximus Tyrius.
Taurinienſis.
Melchior Guillandinus.
Melius Porphyrion.
Mengus Faventinus.
Menippus Cynicus.
Mercurius Triſmegiſtus.
Meſſalla Corvinus.
Metellus Tegerſenſis.
Metrodorus Scepſius.
Michaël Glycas.
Pocciantus.
Ritius.
Savonarola.
Minutius Felix.
Modeſtinus J. C.
Mombrinus.
Monachus Anonymus Engolismenſis.
Moſchus.
Muretus.
Myrſilus Lesbius.

N

Nathan Chytræus.
Nævius.
Nannius.
Nerius Capponius.
Nicarchus Poeta.
Nicephorus Caliſtus.
Chroniates.
Gregoras.
Niceras Choniates.
Nicias Nicacenſis.
Nicolaus Beraldus.
Cragius.
Damaſcenus.
Erythræus.
Gerbelius.
Gruchius.
de Lyra.
Laonicus Thomæus.
Machiavellus.
Renſverus Leorinus.
Sanderus.
Shraderus.
Trivetus.
Valorius.
Nonius Marcellus.
Nonnus.
Notkerus Barbulus.

O

Oberus Gifanius.
Olaus Magnus.
Olympiodorus.
Olympius Nemeſianus.
Omnibonus Vicentinus.
Onuphrius Imperator.
Panvinus.
Oppianus.
D. Optatus Milevitanus.
Oracula Sibyllina.
Oriſmius Lexovienſis Epiſcopus.
Oroſius.
Orpheus.
Otto Friſingenſis.
Ovidius.

P

Pacianus.
Pacuvius.
Paganus Paganinus Licinianenſis.
Palladas Poëta.
Palladius Fuſcus.
Papinianus.
Pandulphus Collenutius.
Piſanus.
Pratejus.

Pane-

Panegyricus Maximiani.
Parthenius.
D. Paulinus.
Paulus Æmilius.
J. C.
Cortesius.
Diaconus.
Grillandus.
Jovius.
Lancillotus.
Leopardus.
Manutius.
Minius.
Morigia.
Merula.
Warnefridus.
Pausanias.
Paxamus.
Pelagius Papa.
Persius.
Pervigilium Veneris.
Petronius Arbiter.
Petrus de Ancharano.
Arvernus.
Angelius Bargæus.
Benedictinus.
de Boissat Lussiæus.
Calzolarius, alias Petrus Burgensis, vel a Buggiano.
D. Chrysologus.
Ciacconius.
Clovius Burgensis.
Crinitus.
D. Damianus.
Diaconus.
Eugubinus.
Marsus.
Monaldus.
Pisanus.
Pythœus.
Ravennas.
Santiorius.
Victorius.
Petrus Franciscus Giambullarius.
Petrus Georgius Tolosas.
Petrus Leo Casella.
Petrus Paulus Vergerius.
Phædrus.
Pheus Belcarius.
Pherecrates.
Pherecydes.
Philander.
Philetas.
Philo Judæus.
Philodemus.
Philostratus.
Phocilides.
Photius C. P.
Phurnutus.
Philetas Epigrammatarius.
* Philibertus Episcopus Arelatensis.
Philippus Bellevorestus.
Beroaldus.
Brodæus.
Cominæus.
Nerlius.
Villanius.
Philodemus.
Philoxenus.
Phocylides.
Pierius Valerianus.
Pignonius.
Pindarus.
Pisander.
Plato.
Plautus.
C. Plinius Secundus, seu Major.
C. Secundus Cæcilius, seu Junior
Plutarchus.
Polyænus.
Polybius.
Polydorus Virgilius.
Pomponius J. C.
Pomponius Lætus.
Mela.
Sabinus.
Porphyrius.
Porphyrion Scholasticus.
Posis Magnesius.
Porcius Cato.
Priapeja.
Priscianus.
Probus Grammaticus.
Proclus Grammaticus.
Procopius.
Proculus J. C.
Propertius.
D. Prosper.
Prudentius.
* Auctor Chronicorum de Brunforte.
Pseudocato.
Pseudocornutus seu Valerius Probus.
Ptolemæus.
Hephæstio.
Publius Consentius.
Victor.
Pyrrhus Ligorius.

Q

Quintianus Stoas Poëta.
Quintilianus.
Quintus Aurelius Symmachus.
Calaber.
Curtius.
Quadrigarius.
Serenus. Ra-

R

RAbanus Maurus.
Roncionius
Raphael Maffejus Volaterranus.
Raimundus de Agiles, ſeu Agilius.
B. Capuanus.
Marlianus.
Reinerius Granchius, ſive Auctor Libri de Prœliis Tuſcorum.
Reineccius Steinhemius.
Renatus Seravallinus.
Rhegino Abbas Prumienſis.
Richardus Streinnius.
Ricordanus Maleſpina.
Robertus Abbas.
Cœnalius.
Dalingtonus Anglus.
Monachus.
Titius.
Valturius.
Rodulphus Gualterius.
Hoſpinianus.
Rolandus Malavoltus.
Rufinus Aquilejenſis.
Rutilius Numatianus Gallus.
Romulus Amaſæus.

S

SAbellicus.
Salvianus.
Salluſtius.
Sappho.
Savinlianus.
Saxo Grammaticus.
Scævola J. C.
Schola Salernitana.
Scholiaſtes Anthologiæ.
Apollonii Rhodii.
Ariſtophanis.
Callimachi.
Æſchyli.
Euripidis.
Horatii.
Juvenalis.
Nicandri.
Perſii.
Pindari.
Sophoclis.
Theocriti.
Scipio Africanus.
Ammiratus.
Orator.
Sebaſtianus Munſterus.
Sedulius Presbyter.
Scotus.
Seneca Philoſophus.
Tragicus.
Septimius Romanus.
Servius Honoratus.
Severinus Boëtius.
Severus Sulpitius.
Sextus Aurelius Victor.
Julius Frontinus.
Rufus.
Sicardus Epiſcopus Cremonenſis.
Siculus Flaccus.
Sidonius Apollinaris.
Siffridus Presbyter.
Sigebertus Gemblacenſis.
Silvanus Razius.
Silveſter Aldobrandinus.
Silius Italicus.
Simeon Dunelmenſis.
Simon Majolus.
Orlandus.
Simonides.
D. Simplicianus.
Siricius Papa.
Sirmondus.
Siſenna.
Socrates Scholaſticus.
Solinus.
Soſipater Charifius.
Sozomenus.
Spinellus Poëta.
Stanislaus Gilepſius.
Statius.
Stephanus Byzantinus.
Claverius.
Joavinenſis J. C.
Pighius.
Stobæus.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Sulpitia Poëtria.
Sulpitius Altinus.
Surius.
Symmachus Papa.
Symphorianus Campegius.
Syneſius.
Synodus Bavarica.
Chalcedonenſis.
Romana.
Ticinenſis.

T

TAbulæ Capitolinæ.
Eugubinæ.
Itinerariæ.

Digitized by Google

Peutingeri.
Tarruntenus J. C.
Terentianus Maurus.
Terentius Afer.
Varro.
Tertullianus.
Theætetus Poëta.
Theatrum Genealogicum.
Theocritus.
Theodoretus.
Theodoricus Bellovacus.
a Niem.
Theodoridas Poëta.
Theodorus Marcilius.
Theon Sophiſta.
Theophantus Monachus.
Theophylactus Simocattus.
Theophraſtus.
Theopompus.
Thomas Dempſterus.
Eduardus Anglus.
Fazellus.
Linacrus.
de Minis.
Nerius.
de Romanis.
Valois.
Ugolinus.
Thucydides.
Tibullus.
Timæus Hiſtoricus.
Titinius.
Titus Livius.
Toſſignanus.
Trajanus Boccalinius.
Trebellius Pollio.
Trithemius Abbas.
Triſtanus Chalcus.
Trogus Pompejus.
Tryphoninus J. C.
Turpinus Archiepiſcopus Rhemenſis.

V

Valentinianus Auguſtus.
Valens Auguſtus.
Valerius Antias.
Flaccus.
Maximus.
Probus.
Valgius Rufus.
Varro.
Varus.
Verrius Flaccus.
Vegetius.
Vellejus Paterculus.
Ugolinus Verinus.
Vibius Sequeſter.
Victor Afer.
Victorinus Aquitanus.
Strigelius.
Vincentius Belluacenſis.
Borghinius.
Mainardus.
Umbertus Locatus.
Virgilius.
Vitruvius.
Volumnius.
Vopiſcus.
Ulpianus J. C.
Ulpianus Sophiſta.
Uranius.
Urbanus III.
* Ciſtercienſis, ſive Auctor Libri de Notabilibus Italiæ.
Uſuardus.
Wernerus Rollwinck.
D. Wilibaldus Scotus.
Wimpina.
Wolphgangus Lazius.
Siberus.

X

Xanthus Lydius.
Xenagoras.
Xenophanes Colophonius.
Xenophon.
Xenon.

Z

Zacharias Generalis Ordinis Servorum.
Lilius.
Zacchius.
Zoſimus.
Zonæ Poeta.
Zonaras.

Caſtigentur hi loci.

Pag. 4. verſ. 18. ditioni's [*ſic ſemper in eodem ſenſu*] 5. 16. ἀνδήτατοι. 18. ἐς. 11. 12. καταῤῥωγυίας. 19. Fragmentis 13, 32. *Perque genas oculo facilis ſpreviſſe medentes*. 14. 8. quod. 21. 18. Cruſtuminiis. 23. 18. ubi. 24. 4. Archivis. 25. 6. vis. 19. Amalatunta. 26. 25. redacta. 28. 43. quod. 38. 37. πέλεκυν. 57. 12. πρὸ αὐτῆς ὥσε. 43. regionibus 64. 18. circa. 67. 1. καλαφρυγέντας. 6. καίπερ δυναμένη. 70. in Not. unio. 71. 16. deſcribir. 38. prius. 75. 37. juvêre. 76. 18. Chunus. 77. AB. 78 10. fecerat. 80. 20 πενταετίων. 24. οἶνω. 83. 42. Sergiana. 92. 22. Arelate. 96. 9. urbis 13. de fontibus 99. in Not. quæ compilavit. 101. 5. Codicibus. 103. 13. ἐκτὸς Ῥώμης. 105. 13. Inous. [*ſic ſemper*] 17. Ἐπιέλτης. 109. 17. Mantuarianenſes. 120. 1. iſto. 122. 3. Lapicidinas [*ſic ſemper*] 124. 27. gammatos. 131. Erotopægnion. 138. in Not. Farneſe. 139. 7. octoginta. 141. 34. μυόπτονον. 145. 20. ἐλευθερωμένης. 161. 9 patrum. 33. Volaterranis 171. 1. ἠύχουλο. 172. 33. *e regione*. 173. 8. Ἰταλικτίδων. 23 *Cumatilis* 32. ἐκεῖθεν. 177. 20. odoriferorumque. 181. 26. προσηγορίας. 187. 16. audit 190. 40. Herculanenſe. 191. 11. urbibuſque 202. 42. Cynthius Aldobrandinus. 214. 32. Anermo. 228. 38. δι' ἐξ ἄλλο. 39. εἰσορῶντες. 234. 26 μητρυιαν. 238. 33. Typhœum [*ſic ſemper*] 38. Εἰν Ἀρίμοις 240 11 0. Claudit. 14. Teleboe. 20 ἁμάρτημα μνημονικὸν 250. 29. λειτουργίαν. 252 43. urbs. 258. 14. ſub quorum poteſtate manſit octoginta. 254. 7 Forolivienſis. 29. MANCINUS. 255 29. Balneoregienſis. 263. 9. Archivis. [*ſic ſemper*] 279. 24. qui novo. 295. 22. πολεῖσθαι. 296. 14. exactionibus. 302. 19. emptum. 303. 2. Lucam. 306. 19. de Conſideratione. 308. 25. Cenomos. 311. 6. propterea. 313. 28. Gregorius. 324 32. Grypho. 327. 6. ac jure 331. 14 eſt quam. 333 25 ὄρος. 334. 31. Pompna. 343. 39. *Senienſem*. 344. 16. Malavolta. 356. 12. BONINSEGNIUS. 357. 9 JOANNES D. MINICI. 363 31. lapidem. 371. 38. incertum. 374 9. d' ORSO. 17. digitum. 389. in Not. fallitur 390. in Not. Joannes. 413. in Not. Bonifacius Ubertus. 421. 23, *Populonienſis*. 31. *Meſſavenſi*. 433. 40. rudetis. 434 32. Badinus. 441. 15. eruditio. 442. 8. Ponte. 443. 17. *a Centino*. 43. ὃν τινες 445. 15. Soracte [*ſic ſemper*] 446. 36. Cebennenſis. 462. 5. Bucchinerius. 458. 2. quam ſacramentis 469, 6. fratreque 488. 21. obſeſſantibus.

In Tabula. Pag. 499 col. 2. v. 14. Dioſpolin. 500. 1. 12. nobiliſſima. 9. annui inaurati 501. 1. 8. ordine. 31. Λοξίας. 2. 30. Regis. 503. 2. 53. Theodoſius. 504. 2. 122. Aboriginibus. 505. 1. 14. Vetus. 510. 1. 21. Romani. 511. 1. 14. conſuetudo. 512. 2. 28. Faſces 50. præſide. 523. 2. 30 Athenienſibus. 526. 1. 23. vel Phoroneus. 2. 13. & fructuum. 36. Phalanx. 527. 1. 26. comedebant. 528 2. 11. Burianus. (*ſic infra* 535. 2. 6.) 534. 1. 21. Statones. 535. 2. 56 veſcendi. 536. 2. 20. Triumphus.

Digitized by Google

APPROBATIONES

DOminus Doctor Antonius Maria Biſcioni attente perlegat præſens Opus, quod inſcribitur : *Thomæ Dempſteri de Etruria Regali Libri VII. &c.* ad effectum recognoſcendi, an in eo reperiatur aliquod, S. Fidei orthodoxæ adverſum, & bonis moribus abſonum, & referat.

Dat. hac die 10. Menſis Februarii Anno 1719.

Horatius Mazzei Vic. Gener. Flor.

Illuſtriſſime ac Reverendiſſime Domine.

PRæclarum hoc opus, omnique eruditione refertum, a Thoma Dempſtero Scoto de noſtra Etruria elaboratum, attento animo diligenterque perlegi: nec in eo quidpiam reperi, quod Fidei Catholicæ & bonis moribus eſset contrarium; quare in lucem prodire poſse, exiſtimo & fateor.

Ex meis Ædibus XI. Kal. Octobris MDCCXX.

Obſequentiſſimus Famulus
Antonius Maria Biſcionius.

Attenta ſupradicta Relatione. Imprimatur

Horatius Mazzei Vic. Gen. Flor.

Imprimatur

Magiſter Fr. B. Bernardius Ord. Min. Convent.
Vic. Gener. S. Offic. Flor.

Imprimatur

Philippus Bonarota Senat. & Audit.
Suæ Regiæ Celſitudinis.

Digitized by Google

AD MONUMENTA ETRUSCA

OPERI DEMPSTERIANO

ADDITA

EXPLICATIONES ET CONJECTURÆ.

Digitized by Google

CLARISSIMO VIRO

THOMÆ COKE

PHILIPPUS BONAROTA

S. P. D.

PRæclarum & ſingulare conſilium Operi Dempſteri de Etruria, quod tu Florentiam referri juſſiſti, ut typis in hac urbe, Etruriæ principe, ederetur, quamplurima, quæ reperiri poterant Tuſcorum veterum monumenta, addendi, felicem ortum & complementum debet ſummæ & incredibili liberalitati tuæ, qui ingenti impenſa voluiſti, ut monumenta delinearentur, ac in tabulis æneis cælarentur. Profecto eruditis doctiſque viris gratum magnopere accidet, in uno volumine, omnia quæ ad Etruſcorum geſta moreſque illuſtrandos pertineant, ſimul comprehenſa habere; in Dempſtero enim ſyllogen veterum, qui de rebus Etruſcis aliquid ſcripſerunt, docti deprehendent: in antiquis vero monumentis non ſterilem meſſem circa Tuſcorum religionem moreſque collectam lætabuntur reperiſſe antiquitatis ſtudioſi. Quæ ſatis ampla & fœ-

cundiſſima videbitur, ut ſpero, lectoribus, ſi meas haſce explicationes vel leviter percurrere velint; cum multa & pleraque ſint, quæ ſolas monumentorum icones aſpicientibus animadverſionem effugiunt. In his vero ſcriptorum fere teſtimoniis ſepoſitis, qua argumentis, qua conjecturis, ſola monumentorum ipſorum autoritate, vel mutua eorumdem inter ſe collatione (abſit verbo invidia) multa ad mores Tuſcorum ſpectantia, quæ nuſquam in antiquis Scriptoribus reperire ſperes, e tenebris veluti eruta exhibentur.

Has porro explicationes tibi merito dicare decrevi, qui Tuſcorum monumentorum veluti patronus es, & munificus aſſertor: ad id me etiam impellente veteri non ſolum amicitia, quæ inter nos, dum Florentiæ verſabaris, ſancita eſt; ſed etiam cum particeps quodammodo ſim gloriæ, quæ Etruriæ meæ ex editione Dempſteri tua opera accidit, ut mei aliquod grati erga te animi teſtimonium publice darem.

Ad exornandum porro Dempſteri opus ea monumenta (circa quæ explicationes meæ verſantur) ſolum inſerta fuere, quæ certo Etruſcos artifices ſaperent: & quia monumentis non ſemper literæ Etruſcæ additæ ſunt: & ipſæ literæ priſcis illis, quibus antiquiſſimis temporibus Græci uſi ſunt, aſſimilantur, conabor pro re nata monumenta, quæ exhibentur, & quibus utimur, Etruſca eſſe pro viribus aſſerere.

At quemadmodum medicorum filiis difficilli-

ma

Digitized by Google

ma accidit infantium, ratione & loquela deſtitutorum, cura; ita mihi monumenta hæc Etruſca explicaturo ſane perdifficilis occurret provincia in tanto Scriptorum defectu aut ſilentio: & quamvis in plurimis monumentis literæ ſpectentur; cum tamen ignotæ ſignificationis adhuc ſint, nihil penitus auxilii eadem enarraturo præſtare poſſunt. Unde veniam mihi benigne tributurum te, Clariſſime Thoma, una cum doctis, & æquitate præſtantibus viris non diffido, ſi unico ipſorum monumentorum præſidio adjutus, eruditis videri poſſim non plane aliquando ſatisfeciſſe. Vale

Sigillum aëreum parili cum hoc exemplo magnitudinis. Cortonæ apud Equitem Iosephum Laparelli.

Vas fictile Perusiæ apud Rob. de Anvideis.

AD MONUMENTA ETRUSCA

EXPLICATIONES ET CONJECTURÆ.

§. I.

Quæ ad Etruſcorum religionem ſpectant : & de anathematibus & ornamentis, ſimulacris Deorum ab Etruſcis apponi ſolitis.

AB Etruſcorum in rebus ſacris ſuperſtitioſa religione, ſat Autorum teſtimonio celebrata, initium merito ducimus : ac antequam de eorum Diis agere inſtituamus, præfari nobis liceat id, quod non parum auxilii ad dignoſcenda ipſa Deorum ſimulacra præſtiturum eſſe ſperamus; Etruſcos ſcilicet Deorum imaginibus, quod apud plures nationes in uſu fuit, addere conſueviſſe inſignia quædam, quæ pro ſacris auguſtiſque habuere. Et primum videre licet, Etruſcos alas ſæpius quibuſdam Diis tribuere ſolitos. Hinc in anaglyphis ſepulcralium urnarum paſſim occurrunt Deæ quædam ferales, faces ferentes, ejusdem, vel con-

Digitized by Google

conſimilis cum Furiis Græcorum generis, alis vel in humeris vel etiam in capite inſtructæ. [a]

In Tabula LXXI. n. 2. ubi pugna expreſſa, numen alatum Victoriæ adſimile cernitur: in parte vero inferiore aliud numen æque alatum muliebre, cum cruribus in duplices veluti caudas deſinentibus videtur. In Tabula II. ignotum numen alis donatur, ſicuti Minerva Tabula VI. In picturis vaſorum fictilium plura numina alata, vel ſedentia vel in aëre pendentia, ſpectantur: de quibus alibi ſingillatim verba faciemus: & in Tab. XXXXVII. ſellam curulem alis ornatam, ut auguſtior foret, videre potes. [b] Unde crèdendum forte eſt, Bupali, qui juxta Plinium LX. Olympiade vixit, patrem, quem recte Olympiadi LIII. tribuere potes, qui ut tradit vetus Ariſtophanis Scholiaſtes, alas primus ſimulacris Victoriæ & Amoris addidit, id a vetuſtis Tuſcorum artificibus ſumpſiſſe. Præterea ab Etruſcis plures Deorum imagines haſtis præcipue puris donabantur, & fulmina eorum propria tribuebantur. Tandem Tuſci Deorum effigies ornabant inauribus, armillis, monilibus, torquibus, & his ornatioribus. Et licet iiſdem homines uterentur; tamen, ſeu religione ducti, ſeu mali ominis effugiendi cauſa (quod & de Romanis animadverti (c)) ut plurimum hominum mulierumque honeſtiorum imagines abſque iis ornamentis effingebant; ſed eadem Deorum Dearumque ſimulacris, ut ita dicam, reſervabant. Omnia hæc additamenta, quibus plures ex his iconibus ornantur, tamquam quibuſdam divinitatis ſignis, has eſſe Deorum icones nobis facile demonſtrare poſſunt.

§. II.

[a] Vide Tabellam impreſſam pro parergo in fine, & quæ adducuntur infra, cum de Religione Tuſcorum circa defunctos agetur. [b] Vide Tabulas XVI. XXXV. LXIII. Tom. II. Tab. LXXX. n. 1. Tab. LXXXX. n. 3. in ornamento in principio hujus Diſſertationis. [c] Oſſervaz. a' Vetri ec. p. 155. e 175.

Digitized by Google

§. II.

Jovis cultus.

HIs brèviter præmiſſis, Jovis cultum in Etruria oſtendit antiqua patera, depicta in Tabula I. in qua Minervæ ortus ex Jovis capite repræſentatur. Jupiter, quemadmodum apud Græcos & Latinos, ſuperiore parte nudus, inferiore pallio tectus conſpicitur: dextra haſtæ ſeu ſceptro innititur: ſiniſtra fulmen, in modum brevioris lanceæ efformatum, tenet. Adſtant duæ mulieres, obſtetricum vices gerentes, & Jovi parturienti opem laturæ. Mercurius brevi clamyde ſemitectus, cum bipenni, qua Jovis caput aperuiſſe etiam fabulæ Grecæ teſtantur, naſcentem Minervam admirabundus intuetur. Sed cum, ut ſupra innuimus, characteres, qui in hac patera aliiſque ſculpti videntur, non ita proprii Etruſcorum ſint; cum præcipue ex antiquiſſima Inſcriptione buſtrophedon, paucis ab hinc annis a C. V. Guilelmo Scherardo in Sigeo reperta, & a clariſſimo item viro Edmundo Chishullo illuſtrata peculiari diſſertatione, Londini anno 1721. impreſſa, conſtet, vetuſtiſſimos Græcos uſos fuiſſe characteribus valde ſimilibus iis, quibus Etruſci uſi fuere; neceſſe videtur aliis argumentis probare, has pateras opus eſſe, non artificum Græcorum, ſed Etruſcorum. Et primum plurimæ earum circa Cluſium certo repertæ ſunt. Præterea licet quædam verba, quæ in his monumentis aliquando leguntur, aliquam a Græca lingua originem redoleant; plurima nihilominus, cum nullam analogiam cum Græca lingua retineant, diverſi a Græco idiomatis eſſe ſe ſe demonſtrant, ut præcipue in nomine adſcripto Minervæ poſtea videbimus. Tandem fulmen in ſiniſtra Jovis, & aliud in Tabula III. in ſiniſtra Bacchi, inſolitæ apud Græcos Latinoſque formæ, & capilli longiores in figura, quæ Mercurium ex bipenni repræſentat, evincunt, pateras elaboratas eſſe ab artificibus, a Græcis Latiniſque diverſis. Jupiter etiam repræſentatur in pictura vaſis fictilis in Tabula XXXII. in qua barbatus cum virga longiore ſeu ſceptro, & pallio indutus ſedet velut in regio throno cum ſubſellio. Jovis

cultum apud Tuſcos, præter autores adductos a Dempſtero l. 1. cap. XVII. docet fragmentum poſt autores de limitibus deſumptum ex libris Vegojæ, quam Salmaſius, qui ita emendat titulum illius fragmenti *Item Vegoja Arrunti Vertunno*, cenſet eſſe Nympham Bygoën, quam Servius Æneid. VI. v. 72. notat ſcripſiſſe de Arboribus fulguritis. In eo inter cetera legitur: *Scias mare ex æthere remotum. Cum autem Jupiter terram Etruriæ ſibi vindicavit, conſtituit juſſitque metiri campos, ſignarique agros &c.* Bygoë eadem forte cum nympha incerti nominis, quam Lactantius ad Statium l. 4. v. 516. teſtatur, apud Etruſcos maximi Dei nomine portentum patraſſe. Goëſius totum illud fragmentum ſuppoſititium cenſet: ego interpolatum fateor, ut legenti patet.

§. III.

Junonis cultus.

TAb. II. ubi depingitur apotheoſis Herculis, figuram ſiniſteriorem mulieris, cum torque circa collum, & armilla in ſiniſtro brachio, Junonem repræſentare ſuadent, corona radiata, breve ſceptrum, quod in ſiniſtra tenet, & etiam vox adſcripta ΣΙΘΑ, quæ redolet aliquid Græcæ originis; apud Græcos enim Juno, *Hera* vocabatur. Strabo quidem lib. V. tradit, Tyrrhenos Junonem Κύπραν vocare, unde nomen *Junonis Cypræ* factum ejus templo in Piceno. Sed forte pluribus nominibus, ejuſdem numinis ſtatum & conditionem denotantibus, vocare Junonem Etruſci potuerunt, quod Græcis quoque Latiniſque in Deorum nominibus in uſu fuit. Juno Apotheoſi Herculis appingitur, cum heroi huic divinos illa honores immortalitatemque ſuo in eum odio pepererit.

§. IV.

§. IV.

Minervæ cultus.

QUater cernitur in Etruſcis pateris Minerva, ſcilicet Tab. II. IV. V. & VI. Ejus galea in Tab. II. pro criſta duabus pinnis erectis ornatur, eodem pacto, quo ſæpius urbis Romæ, aut Palladis caput alis ornatum videmus in nummis, qui ab eruditis Conſulares vocantur. In tribus pateris ægidem pectore præfert, quarum duabus Gorgonis caput ſculptum eſt. Tab. VI. ubi auxilium impertitur Herculi Hydram interficienti, quæ fabula in Cypſeli arca ſculpta ſpectabatur (*a*), Minerva loco galeæ, diademate ſupra frontem anteriore tantum parte ornatur, additæque ei alæ ſunt; nam, ut diximus, Etruſci alarum ſymbolo inſigne aliquod & divinum innuere voluerunt: & forte, ut infra dicemus, paratum celereque numinis auxilium. In altera patera Tab. V. eadem Minerva opem præſtare videtur Perſeo in Gorgonis cæde. Perſeus pileum habet & peram, & ſiniſtra brevem gladium in arcum curvatum, quem *harpen* dixere, ſtringit. Orientales hanc incurvi gladii formam adhuc retinent. Ad Minervæ ſeu Palladis cultum ſpectant Gorgonis capita, quæ in monumentis Etruſcis occurrunt, præſertim Tab. VIII. & in Tab. ad finem Libri VI. impreſſa. Sed de iis aliiſque alio loco etiam dicendum.

In quatuor prædictis pateris Minervæ adſcribuntur voces ⍼⍺⍵⍺⍀⍺⍵, vel ⍼⍺⍵⍺⍀⍵, quæ cum nullam affinitatem cum Græca lingua habeant, noſtra hæc monumenta Etruſca eſſe confirmant. Et ſi velimus *Menream*, quaſi *Menervam*, Deam hanc dictam, cum apud Græcos *Athenæ* aut *Palladis* nominibus vocetur; adhuc Græcis has pateras tribuere non poſſumus: ſolumque, ſi hanc conjecturam, qualiſcumque ſit, ſequi placeret, doceremur, *Minervæ* nomen Romanos ab Etruſcis levi mutatione forte accepiſſe.

[*a*] Paul. l. 5. p. 321. edit. Sylburg. V. etiam l. 6. p. 380.

§. V.

Herculis cultus.

HErculis apud Etruſcos cultum binæ ex prædictis pateræ evincunt. Tabula enim II. ubi ejus apotheoſis repræſentatur, & quando a Minerva poſt devicta monſtra inter Deos collocandus ducitur (a), Hercules cernitur cum leonina pelle & clava; prope Minervam, cui innititur, cum Junone & muliere alata, quæ Victoriam, aut Nemeſim, aut Æternitatem repræſentat, Genio muliebri alato, infra ſolum poſito, omnes attollente. Additæ figuræ Herculis literæ ΑΛϽΟΛΒ Tabula VI. Ejus pugna cum Hydra, adſtante eadem Minerva, depingitur, adſcriptis literis ΕΕΡΚΟΛΕ. In nummis præterea Etruſcis clavæ, modo binæ, modo una ſolum, occurrunt. Tab. LVII. LVIII. & LX.

§. VI.

Apollinis religio apud Etruſcos.

APollinem non ignotum fuiſſe Tuſcis eruitur ex Apollinis coloſſo Tuſcanico ex ære, qui tempore Plinii (b) extabat in bibliotheca templi Auguſti. Idem demonſtrat ejuſdem Dei imago, una cum Baccho & Mercurio delineata in Tab. III. laurea enim redimitur, & ad imum collum torque ornatur, additis literis ΑΠΥΛΥ, quæ ſimilitudinem cum nomine Apollinis ſervant. Apollinem etiam repræſentare cenſenda eſt figura c. Tab. XXVIII. capilli enim flavi & corona, quibus inſignitur, Apollini a fabulis tribuuntur: petaſus etiam, retro humeris ſuſpenſus, convenit Apollini: de qua re conſulendus Begerus in Obſervationibus & Conjecturis &c. impreſſis Coloniæ Brandeburgicæ anno 1691., ubi profert inter cetera nummum Auguſti, in quo conſpicitur Apollo pæne nudus, ſedens, & lyram tenens, qui humero ſuſpenſum hujuſmodi petaſum geſtat. Apollinem

(a) Stat. Theb. l. 8. v. 514. ubi antiq. Schol. Pauſ. l. 3. p. 197. (b) Plin. l. 34. c. 7.

Digitized by Google

nem etiam referre forte credendum eſt æneum ſignum, cum literis Etruſcis in femore, cum torque & armilla in ſiniſtro brachio, & laurea in capite, quod affert C. V. Montfauconius [a]. Huc ſpectat fabula Marſyæ ab Apolline victi, picta in Tabula IX. n. 1. deſumpta ex anaglypho Urnæ marmoreæ, quæ Peruſiæ aſſervatur :: & præcipue Gryphus ex ære, Apollini ſacer, qui ſuperius repræſentatur in Tabella impreſſa poſt epiſtolam ad C.V. Thomam Coke. Ejuſdem numinis ſymbola ſpectantur in nummis Etruſcorum Tab. LX. n. 4. & 5. lyra ſcilicet, & lupus[b]. Aliqua infra dicemus de Apolline, ejuſque ſacris Pæanibus, & ejuſdem aliorumque Deorum invocationibus & apparitionibus.

§. VII.

Veneris cultus.

VEneris ſimulacrum forte credendum eſt æneum ſignum Tab. XLI. quod extat in Muſeo Mediceo; nam torquis & inaures, ut alias animadvertimus, numinis ornamenta & ſigna ſunt : pomum vero, quod præfert ſiniſtra manu, Venerem denotare poteſt. Idem videtur dicendum de ſtatua Tab. XLIII. mulierem repræſentante, quæ aſſervatur in ſuburbano Florentino ad viam Piſanam nobilium *della Stufa*, in qua Venerem cum torque ſericeo, duplici armilla in ſiniſtro brachio, & columba ei ſacra, quam manu ſiniſtra tenet, dignoſcere queas; niſi forte Nympha illa Etruſca ſit Bygoë, de qua quædam diximus ſupra, cum de Jovis cultu loqueremur; avis enim innuere poteſt auguralem artem, in qua plurimum excelluit : & globus cœlum ſignificare infra dicetur, cum de Pueri Tagetis ſigno diſſeremus.

§. VIII.

(a) Theſ. Antiq. T. 3. part. 2. Tab. 177. [b] Lupus Apollini ſacer. Macrob. Satur. l. 1. cap. 17. Phurnut. c. 32. Enarrator Græc. Arati apud Natal. Comit. l. 4. c. 10.

§. VIII.

Mercurii cultus.

IN eadem patera Tab. III. ut jam diximus, una cum Apolline & Baccho adſtat Mercurius, dexteram humero Bacchi imponens. Pileolus alatus, quem in capite geſtat, Mercurium eſſe pro certo nobis innuit. Virgam ſiniſtra retinet, ſerpentibus deſtitutam: quæ artificem diverſum a Græco Latinoque nobis oſtenderet, niſi ſæpius in antiquis gemmarum ſculpturis Mercurius nuda virga abſque ſerpentibus inſtructus videretur. Literæ tamen additæ Mercurio ϩⲙⲁⲩ1, & Baccho ⲁ1ⲛ11ⲧ, quæ nihil commune habent cum Græca vel Latina lingua, Etruſcum opus demonſtrare videntur. Mercurium pariter repræſentatum cenſuimus alia figura, quæ, ut dictum eſt in Tab. I. adſtat cum bipenne Jovi Minervam parturienti. In qua Tabula Mercurius calceis induitur, qui licet alati non ſint, forte apud Etruſcos Mercurio Deo, ob negotia Deorum itinera ſuſcipienti, tribuebantur. Unde in eadem Tab. III. ſolus Mercurius calceos habet, cum Bacchus & Apollo iis non induantur.

§. IX.

Bacchi cultus.

BAcchum in Etruria cultum non ſolum docet fabula de Tyrrhenis, eum captivum ducere tentantibus [a], & in Delphinos converſis; ſed etiam patera Tab. III. in qua ut dictum eſt, una cum Apolline & Mercurio numen illud ſpectatur, additis literis ⲁ1ⲛ11ⲧ. Præter coronam hederaceam, haſtam, torquem, & armillam in ſiniſtro brachio, notes velim fulmen, peculiaris & inſolitæ formæ, quod ſiniſtra retinet: ex quo coniicere licet, Bacchum unum ex novem Diis fuiſſe, quos ex Plinio l. 2. cap. 52. Etruſci emittere fulmina exiſtimabant: ac licet Servius ad l. 1. Æneid. ex libris Etruſcorum doceat, ſolos Jo-

[a] Imo Bacchus traditur Tyrrhenos ſubjugaſſe. Ariſtid. orat. in Bacchum. Lucianus de Saltation.

Digitized by Google

Jovem & Vulcanum & Minervam poſſediſſe fulminum jactus; attamen, cum Romani non ſequerentur in omnibus ἀκριβῶς, quod ex eodem Plinii loco evincitur, Etruſcorum ritus, veriſimile eſt Servium & Romanos, libros haruſpicum ab inventoribus haruſpicinæ, Etruſcos vocaſſe, & vocare ſolitos. Myſteria etiam Bacchi ſeu Dionyſii in Etruria viguiſſe colligitur ex D. Clemente Alexandrino, qui ſcribit in Protreptico, Cabiros ea invexiſſe in Etruriam una cum ciſta myſtica, in qua recondita Dionyſii verenda. Unde in Tab. IX. n. 2. deſumpta ex Urna marmorea, quæ Peruſiæ extat apud nobiles Anſideos, eadem myſteria nobis depinguntur: in quibus cum Gentiles Deorum geſta adamuſſim repræſentarent, hinc in eadem Tabula miles imaginem pueri Dionyſii in lebetem conjicere tentat; quia fabulabantur, ut notat idem Clemens, & ex eo Euſebius de Præparatione l. 2. c. 6. Dionyſium puerum, cum Curetibus choreas ducentem, crepundiis deceptum, dilaniatum fuiſſe, cujus membra primum in lebete elixaverint, & deinceps verubus infixa igne aſſaverint. In prædicto Anaglypho ſpectatur mulier lyram ſonans, & vir tibias inflans; hujuſmodi enim muſicis inſtrumentis myſteria comitabantur. Virum barbatum, & pileo tectum, ore hiante quædam, myſtica ſcilicet carmina, canere de tabula, quam manibus ſuſtinet, facile credas. (a)

Hinc mirum videri non debet in picturis fictilium vaſorum, quæ paſſim in Etruria, conterminiſque, & aliis Italiæ regionibus reperiuntur, conſpici non ſolum Bacchum, ſed ut plurimum icones, & pleraque alia, ad Bacchum, Bacchanalia, & Orgia ſpectantia; quemadmodum videre licet pluribus in Tabulis (b), ex hujuſmodi vaſorum picturis deſumptis, quæ ad Opus Dempſteri illuſtrandum adjectæ ſunt: Fauni ſcilicet in iis identidem occurrunt perſonati, ſaltantes, aut thyrſos variaque inſtrumenta tractantes, vel hircum, Bacchi victimam, ducentes: bacchæ, thyrſi, coronæ, & ramuſculi, ex hedera aliiſque ſilveſtribus virgultis decerpti: pampini & uvarum racemi, tibiæ, lyræ, tympana, cymbala, vaſcula diverſi generis, veluti canthari, amphoræ, ſcyphi,

(a) Vide infra quæ dicentur de Deorum Epiphaniis poſt ſacrificia. (b) Tab. X. ad XIX. & Tab. XXVII. ad XXXV. & Tab. LXIV.

ſcyphi, pocula in cornuum formam, ciſtæ rotundæ, forte myſticæ, calathi, & caniſtra, floribus aut fructibus referta, umbellæ crepitaculis ornatæ, ſpecula rotundæ formæ, inter crepundia Bacchi in Orgiis connumerata. Quæ frequenter in vaſis depicta ex eo fuiſſe forte cenſenda ſunt; quia vaſa illa, vel in conviviis, in quibus Bacchanalia inter cætera acroamata perſonati viri imitari ſolebant, vel etiam in Bacchi pompis adornandis adhibebantur.

Verum quia utenti mihi, ad mores Etruſcorum eliciendos, hujuſmodi vaſorum picturis, opponi facile poſſet, non ſatis conſtare, vaſa ea omnia eſſe Etruſca; cum præſertim etiam in remotioribus ab Etruria Italiæ regionibus reperta ſint; ne id feciſſe abſque validiſſimis rationibus videar, quædam hic animadvertenda proponere libet, quæ, niſi me mea fallit opinio, oſtendent, ea omnia pro Etruſcis habenda eſſe. Et primum, ne oratio a Bacchanalibus diſcedat, licet in his vaſculis Faunos, Bacchanaliorumque inſtrumenta quiſque facile cognoſcere queat; attamen quamplurima non leviter formâ differunt ab iis, quæ ſpectantur in monumentis tum Græcorum, tum Latinorum; ſolum enim in vaſis Etruſcis Fauni perſonati, & eorum barbæ, auriculæ, & caudæ longiores, & peculiari forma, thyrſi multo amplioribus capitulis, & ii vittis deſtituti conſpiciuntur. Imo aliqua videntur, quæ in Latinis vel Græcis non reperias; ut quædam inſtrumenta ad formam tympani, & rotundo foramine, ampliore ſæpius, perforata, crepitaculis vel lamellis inſtructa: tympanum ad formam ſphæræ dimidiatæ: ac demum flabella peculiaris formæ, quæ paſſim in his noſtris viſuntur: & arculæ quadratæ, quæ in Bacchanalibus non ſpectantur, frequenter occurrunt in manibus Baccharum, & virorum Bacchantium. Præterea Bacchi imagines Tab. XI. & Tab. XIV. præter mitram, quam in fronte ferunt, peculiari modo, & feminis prorſus proprio, in capite comptæ ſunt; licet enim muliebris ornatus Baccho a poëtis tribuatur; tamen in monumentis Latinorum vel Græcorum nuſquam capilli in totum circa caput conſtricti, & religati prorſus more muliebri conſpiciuntur.

In Tab. vero XI. quod in aliarum gentium ſculpturis facile

non

non videas, imago Bacchi dextra prætendit coronam, & ſiniſtra ſuſtinet caulem ſimilem plantæ, quam herbarii ferulam vocant, & Deo illi ſacra cenſebatur: & ad ejus pedes jacet cerva aut dama; cum tigres & pantheræ & hujuſmodi animalia Baccho dicata in Etruria non reperirentur. In eleganti tandem pictura triumphi Tab. XLVIII. Victoria, quæ intervenit triumphali gladiatorum ludo, non coronam, quemadmodum ab artificibus Græcis Latiniſque effingitur; ſed vittam ſeu phaleram, præmium victoris futuram, prætendit, & qua obſervabimus præcinctos quosdam milites Etruſcorum. His accenſendæ ſunt alæ, ut ſupra notavimus, frequenter additæ imaginibus Deorum & Dearum: torques denique inſolitæ formæ, quas bacchantes aliæque figuræ ferunt, ut Tab. XXXIII. & Tab. XXXIV.

Hæc ergo, quæ adeo diverſa a Græcis & Latinis, & ſolum in hujuſmodi vaſculis reperiuntur, oſtendunt, ea vaſa opus eſſe artificum nationis diverſæ a Latinis & Græcis: quæ alia eſſe non poſſe videtur, quam Etruſca, quæ totam fere Italiam, & plures circa eam inſulas occupavit. Et cenſeo eruditos in meam venturos eſſe ſententiam, ſi animadvertant, ſimilia vaſa, quæ in aliis Italiæ regionibus reperta dicuntur, uno eodemque artificio elaborata eſſe cum iis, quæ certo in Etruria reperta ſunt: & cum, ut dictum eſt, in picturis multimode diſſentiant a monumentis Græcorum & Romanorum; omnia tamen inter ſe convenire noſcuntur; in omnibus enim occurrunt eadem ſchemata virorum, Etruſca Faunorum forma perſonatorum, & Baccharum: iidem thyrſi, flabella, ſpecula rotunda, inſtrumenta ad modum tympani, ſed perforata, arculæ quadratæ, quas Bacchæ virique Bacchantes præferunt. Præterea omnibus in vaſculis depicti ſpectantur viri peculiari modo pallio vel toga induti: aliquando humero dextro ſolum nudi, unde brachium exerunt, quo baculo innituntur: aliquando pallio prorſus circumveſtiuntur uſque ad collum, ut potius pallio conſtricti, quam induti dici poſſint: mulieres itidem conſimili pallio circumducto ſupra longiorem tunicam indutæ, & pileolo caput opertæ. Tandem vaſa omnia inter ſe conveniunt in elegantiſſimis ornamentis folliculorum, foliorum, mæandrorum, & vorticum: quæ omnia innuunt, ejuſdem nationis opera & artificia eſſe.

Notandum etiam eſt, vaſa hæc reperiri per Italiam in locis, ubi antiquiſſimis temporibus Etruſcorum coloniæ effloruere; cum Romæ, ubi antiqua monumenta, vel eorum fragmenta diverſi & pæne innumeri generis effodiuntur, dum in ea Urbe per quindecim & eos expletos annos moram duxi, nunquam audiverim vel ſciverim effoſſa ſimilia vaſa fictilia, more Tuſco depicta.

Addere poſtremo libuit Tabulam LXXX. n. I. ex fictili Urna ſemifracta, quæ Cluſii extat, in qua ſpectare licet perſonatos viros & mulieres eadem forma & ſchemate, quo viſuntur in quibuſdam picturis horum vaſculorum, præſertim Tab. XII. & Tabula XLIX.

§. X.

Cereris cultus.

CUm oſtenderim Bacchi apud Etruſcos cultum, facile erit aſſerere apud eosdem Cereris ſuperſtitionem viguiſſe. Tyrrheni enim antiquitus non ſolum dominabantur in mediis Italiæ regionibus, ſed etiam in extremis, & Siciliæ proximis, in qua inſula maxime Dea illa colebatur. Imo Hipponenſes in Brutiis [a] aſſerebant, ejus filiam a Plutone raptam in locis amœnis eorum urbi proximis, unde & annua ſacra peragebant. Hinc in Tabula XLVII. triumphans laureatus ante editionem ludorum ſacrificare videtur Cereri; duæ enim mulieres, ex quinque, quæ ſacrificio adſtant, facem tenent, & ipſe triumphans ſedet in curuli ſella, quam Dracones trahere videntur, ad formam & quamdam imitationem currus Cereris a Draconibus ducti, quem Deam illam, dum Proſerpinam filiam quæreret, adhibuiſſe fabulabantur.

§. XI.

[a] Strabo L. 6.

Digitized by Google

§. XI.

Proſerpinæ cultus.

EIuſdem Proſerpinæ raptum deſignari cenſeo in patera ænea Tab. XCI. ad finem hujus Diſſertationis poſita: in qua etiam ſpeluncæ Tartareæ os circa figuras linea notatum ſpectatur. In patera Pluto imberbis reprælentatur, cum Græcorum & Latinorum monumenta barbatum præſeferant, ex quo aliiſque argumentis confirmatur id quod notavimus; ſcilicet Etruſcos quidem communes cum Græcis fabulas habuiſſe, ſed ex parte præcipue in numinum imaginibus immutaviſſe. Cum vero fabulæ traderent Proſerpinam ex Inferis egredi non valuiſſe, quia pauca grana mali punici comediſſet (a): unde malum illud punicum veluti Proſerpinæ ſacrum inter ſymbola ciſtæ myſticæ Eleuſinorum connumerabatur (b); hinc aliquando in urnis Cluſinis figuræ mulierum ſupra jacentium, non pateram, ſed malum punicum dextra retinere conſpiciuntur (c), ut in Tartaro ſine reditus ſpe mulieres illas, vel per aſſentationem, tanquam in comitatu Proſerpinæ conſtitutas, forte denotarent.

§. XII.

Victoria.

REcenſitis majorum gentium Diis, qui ab Etruſcis communi cum Græcis & Latinis religione colebantur; in medium mihi in præſens adducenda ſunt alia quædam numina. Et primum occurrit in Tab. XLVIII. Victoria, quæ, ut alio loco diximus, ludis gladiatoriis triumphalibus adſtat, & quæ phaleram victori largiendam præfert.

[a] Lactantius ad Statium Theb. libr. 3. v. 512. Apollodorus libr. 1. pag. mihi 9. Lucan. libr. 6. (b) Clemens Protreptic. Euſeb. de Præparat. libr. 2. Artemidor. libr. 1. cap. 75. [c] Vide Tab. LXXXII. n. 2. Figuram pariter mulieris ſuperpoſitam urnæ Tabell. poſt Libr. II. delineatæ, quam ibi pictor omiſit aliaſque malum punicum retinere accepi ab Equite Claudio Samuelli Patricio Cluſino.

Digitized by Google

§. XIII.

Nemeſis.

NEmeſim etiam ab Etruſcis cognitam forte ſuadet Tabula II. prædicta, in qua Herculis apotheoſis depingitur; in ea enim videre licet mulierem tunica cincta indutam, alatam, inauribus, armilla & torque ornatam, literis ΑΙΩΝ adſcriptis. Nemeſim potius, quam Victoriam credimus, id ſuadente ejus ſiniſtra manu ad pectus reducta, qua veſtem paulum elevare, ſeu potius veſte pectus tegere attentat: qui geſtus in nummis & gemmarum ſculpturis Nemeſi tribuitur. Aliis forte arridet, ea muliere artificem ſignificare voluiſſe ævum ſive æternitatem, qua Hercules, poſtquam in Deos relatus fuit, donatus eſt; verbum enim ΑΙΩΝ parum differt ab ἀιὼν, quo apud Græcos ævum, ſeculum, & æternitas ſignificatur.

§. XIV.

Fortuna.

FOrtunam apud Etruſcos cultam, quæ Nortiæ nomine indigitaretur, teſtantur ſcriptores; ſed quo ſchemate apud eoſdem depingeretur, ignotum. Volaterris apud Nobiles de Maffeis ſervatur ſtatua marmorea mulieris, literis Etruſcis inſcripta, quam videre potes Tab. XLII. Ea puellum ſuſtinet. Idem numen forte occurrit in anaglypho urnæ marmoreæ Cluſinæ Tab. LXVIII. n. 1. in quo pugna repræſentatur. Si divinare liceat, crederem Fortunam apud Etruſcos effingi ſolitam ſpecie mulieris, puerum in ulnis geſtantis; quemadmodum Fortunæ Prænestinæ ſimulachrum cum Jove puero deſcribitur a Cicerone de Divinatione. Fortunæ etiam infantem Plutum, divitiarum Deum, aliquando in manus dedere Antiqui, ut videre eſt apud Pauſaniam [*]: qui etiam notat Cephiſodotum Athenienſibus Pacem feciſſe in ſinu Plutum habentem: quamobrem forte eruditi Volaterrani Pacem ſtatua hac repræſentari voluere.

[*] libr. 9. pag. 565. n. 35.

§. XV.

Digitized by Google

§. XV.

Janus.

IN nummis Etruſcis, ut videri poteſt in Tabulis inſertis Tom. I. pag. 350. ſæpius occurrit bifrontis Jani imago. De Jani (utpote qui ſedem in Janiculo habuerit, in Etruſca Tiberis ripa) cultu apud Etruſcos agit Dempſterus libr. I. cap. XVI. & libr. II. cap. III. Vereor tamen, an in illis nummis Janus repræſentetur; an potius expreſſum ſit regimen alicujus Etruſcæ urbis, ad cujus reipublicæ gubernacula duo Principes aut Summates ſederent.

§. XVI.

Fabulæ Etruſcorum, & Heroes cum Græcis Latiniſque communes.

POſt numina recenſendæ nunc ſunt fabulæ, quas Etruſci communes cum Græcis & Latinis habuerunt. Et primum Tab. I. Minervæ ortum ex Jove habemus: & ipſam Minervam Herculi faventem Tab. II. & Tab. VI. & Perſeo auxilium præſtantem in Gorgonis obtruncatione Tab. V. ipſius Gorgonis caput Tab. VIII. & in fine libri VI. & in fine hujus Diſſertationis. Chimæra in Muſæo Sereniſſimi Magni Ducis quam exhibet Tab. XXII. edocet apud Etruſcos ejuſdem monſtri & Bellerophontis fabulam evulgatam fuiſſe. Centaurum videre potes Tab. XXI. n. 2. Ulyſſis & Circes fabula ſpectatur depicta in Vaſe Tab. XX. in quo pileatus cernitur Ulyſſes, qui de diſceſſu veluti cogitans, calceos induere videtur, adſtante muliere cum poculo. Hanc fabulam ſculptam videre potes in patera antiqua C. V. Abbatis Petri Andreæ Andreini, quam, licet in ea literæ non appareant, artificii Etruſci eſſe cenſeo. In illa patera Circe tiara oblonga, & in vertice parum inflexa ſedet: parte dextera adſtat ancilla, ſiniſtra juvenis, forte Ulyſſes aut unus ex ejus ſociis, cum poculo. In extremo orbe, quo patera circum-

Digitized by Google

cumornatur tamquam parergis, variæ animalium figuræ, ſe ſe invicem incurſantium, ſculptæ ſunt, ad indicandos forſan Ulyſſis ſocios magicis artibus in belluas converſos. Fabula etiam Ulyſſis & Sirenum ſpectatur in urnis marmoreis, quæ reperiuntur in Vico Pognæ, de quo inferius pluribus verbis agetur: diceturque, ex ſculpturæ modo & ornamentis, Etruſcas eſſe cenſendas. Has fabulas Homerus, forte a Tyrrhenis edoctus, ut adſolet, externarum nationum fabulis uſus vitam Ulyſſis exornavit, quod & notavit Strabo libr. 5. ubi agit de fabuloſis hiſce narrationibus, Italiæ peculiaribus.

In patera Tab. VII. in medio ſedet vir cum mitra pileove phrygio, ſola tunica indutus, armillis ornatus, & gladio ſuccinctus, additis literis 𐌀𐌏𐌊𐌀𐌉𐌀𐌌, Meleager forte eſt: inde triſti geſtu exprimitur ob fatum imminens; brachium enim & manum dexteram mento ſupponit. Adſtant, a dextera nudus vir, haſtæ innixus, literis adſcriptis 𐌀𐌊𐌅𐌕𐌉𐌅𐌕: a ſiniſtra parte alter, pileo phrygio, tunica & chlamyde cirrata indutus, ſiniſtra haſtam ferens, literis additis 𐌏𐌅𐌕𐌎𐌀𐌊, quibus forte Pollux & Caſtor repræſentantur. Vide nummos Tab. LX. n. 2. 3. & 6. in quibus manus cæſtu armata: & Tab. XXVIII. Juvenis armatus cum equo credi poteſt Caſtor aut Pollux. Retro ſtat vir nudus cum clypeo & haſta, adjunctis literis 𐌀𐌉𐌀𐌌, quod ſi viri nomen ſit, in fabulis Græcorum, quod ſciam, ignotus eſt; niſi forte ſub ipſa voce Menelaus lateat.

De mythologia Etruſcorum circa defunctos, & eorum cura, & poſt mortem ſtatu in Tartaro vel in Elyſiis, agetur, cum de eorum moribus circa defunctos pertractabimus.

Deorum haſce & Heroum fabulas, a Græcis uſurpatas, in Etruſcorum monumentis, hactenus mihi viſis, offendi. Hanc ſuperſtitionum ſimilitudinem uniformem & communem utriſque populis Græcis & Etruſcis credere licet contigiſſe: partim, quod Græci Deorum cultum magna ex parte ſuſceperint a natione aliqua, a qua Etruſci originem traherent; unde non mirum ſi in ambobus populis eadem numina & fabulæ vigerent: partim vero credere etiam fas eſt, a Pelaſgis vel Græcis & præcipue a Corinthiis, qui vel inter Etruſcos vel in finitimis locis conſederunt,

Etru-

Etruſcos nonnulla circa Deos & fabulas paulatim & temporum decurſu ſuſcepiſſe. De Romanis non loquor; cum Scriptores, eos ab Etruſcis plura, præſertim ad Religionem ſpectantia, accepiſſe teſtentur.

§. XVII.

Fabulæ peculiares Etruſcorum.
Tages.

VEniendum nunc ad fabulas & Deos, qui ſpeciatim in Etruria colebantur. Ex Cicerone aliiſque relatis a Dempſtero (*) nota eſt fabula illa Etruſca de Tagete, Haruſpicinæ inventore, qui inter arandum in forma pueri emerſit. Hujus pueri Tagetis ſimulacrum videre poteris Tab. XLV. bulla ante pectus, armillis & periſcelide ornatum. Hoc ſignum inter donaria aut votiva anathemata reponendum dubitaveram; ſed cum aliud omnino ſimile, licet minoris magnitudinis & literis carens, reperiatur Peruſiæ in Muſæo Nobilium de Anſideis, pro Tagetis ſimulacro habendum cenſui: id etiam ſuadente avicula, quam dextra retinent duo prædicta ſigilla; forte ad connotandam auguralem diſciplinam, cujus Tages auctor fuit. Globus vero in altera manu Orbem cœlumve innuere videtur, circa quod magnopere verſabatur Auguralis diſciplina: quodque teſte Cicerone libr. II. de Divinatione in XVI. partes, ad commodum & expeditiorem uſum & veluti quoddam artis fundamentum, Etruſci diſpertiti ſunt.

§. XVIII.

(*) Lib. III. c. I.

§. XVIII.

Volta.

DE fabuloſo apud Etruſcos monſtro, quod Voltam dixere, ita ſcribit Plinius, (a) agens de evocatione fulminum: quæ forte deſumpſit ex Cecina aut Tarquitio aut L. Aquila, qui de Etruſca diſciplina ſcripſerunt, quos in Catalogo Autorum libri ſecundi recenſet. *Extat Annalium memoria, ſacris quibuſdam & precationibus vel cogi fulmina, vel impetrari. Vetus fama Etruriæ eſt, impetratum, Volſinios urbem agris depopulatis, ſubeunte monſtro, quod vocavere Voltam: evocatum & a Porſena Rege ſuo.* Fabuloſum hoc animal forte repræſentat Tab. XXV. in qua erumpit e crypta monſtrum canino rictu, quod militem proxime ſtantem aggreditur, aliis duobus proſtratis: aliuſque miles adeſt, qui perterrefactus gladium intentat. Apud Petrum Sanctem Bartoli (b) id monſtrum vinctum eſſe, & retentum cernitur a poſtremo modo dicto milite; ſed potius judico a Furia ſeu numine illo Tartareo (quod magis rationi conſonum videtur) deduci; nam in exemplo, ex quo hæc Tab. XXV. delineata fuit, & quod pictor Florentia Peruſiam miſſus, ab ipſamet urna marmorea excepit, quæ aliquibus in locis vetuſtate corrupta eſt, funis fruſtum, quo revinctum eſt monſtrum, directum apparet in eam marmoris partem, ubi ſita erat ſiniſtra manus alatæ mulieris; non vero verſus militis manum, cujus carpus adhuc ſupereſt. Cum autem in ſepulchro monſtrum hoc expreſſum ſit, credi poteſt, ut infra, cum de Sepulchris agetur, dicemus, Etruſcos per illud voluiſſe ſignificare & repræſentare Mortem, ejuſque vim & potentiam feram & malignam. Si cui placet, liceat aſſerere, Tabulam hanc reſpicere Tuſcorum circa monſtra diſciplinam; ſed verius forte, quod diximus monſtrum Voltæ indigitaſſe, vel Mortem per illud figuratam Etruſcos ſignificare voluiſſe: id ſuadente præſertim Furia, monſtrum illud ducente.

§. XIX.

(a) libr. 2. cap. 53. (b) Libro Italicè inſcripto *Gli Antichi Sepolcri*. Tab. 91. ubi etiam imaginem in operculo jacentem affert, quæ deperdita aut loco amota, dum Pictor antiquitates Perufinas delinearet.

Digitized by Google

§. XIX.

Fabuloſa alia Monſtra.

MOnſtrum aliud exhibet Tabula LXXX. n. 2. mulierem ſcilicet cum face accenſa pugnantem: cujus crura in longiſſimas caudas deſinunt, atque iisdem duos viros proſtraviſſe conſpicitur, duoſque milites ſe ſe defenſantes implicare tentat. In Tab. XXI. n. 1. procax Faunus caudatus & inſolitæ ſtaturæ, quem plures (inter quos unus forte Rex, nam coronam radiatam in capite gerit) ſecuribus aggrediuntur: mulier facem in eum intentat, & tandem alter furca in collo ipſum impetit. Forte factum hoc ante urbem aliquam fabulæ Etruſcæ ſtatuebant; duæ enim turres, pinnis coronatæ, in anaglypho apparent. Pugnam aliam ante urbis portam cum Centauro, quem bipennibus quidam adoriuntur, repræſentat eadem Tab. XXI. n. 2. & licet Centauros Græci & Latini agnoverint; cenſeo tamen pugnam hanc cum uno tantum Centauro, & eo pileato, & cingulo in corpore adſtricto, ex Tuſcanica mythologia deſumptam. Utrique, tam Faunus quam Centaurus, arboris ramum flexilem & lentum, ab humero tranſverſum pendentem, vice balthei ferunt: forte & ipſi Etruſci utroſque Baccho comites dabant [a]. Tres has Tabulas, ut dixi, credendum eſt continere peculiares fabulas, quæ apud Etruſcos vulgatæ eſſent, & quas ſculptas in feralibus urnis volebant: vel quia eadem ipſa monſtra, de quibus Etruſcæ hiſtoriæ mythologicæ loquebantur, eædem fabulæ inter monſtra Inferorum referrent: ſeu potius vires virtutemque defunctorum extollendo, eos non ſimplici morbo vulgarium hominum more ſublatos, neque in bello cum mortalibus geſto; ſed quaſi in celebratis Deorum & Semideorum præliis occubuiſſe, his ſymbolis ſignificare volebant.

Idem dicendum judico de anaglyphis in Tab. LXXI. delineatis, quorum in primo miles, leonina pelle & rictu pro galea tectus, forte Herculem Etruſcum repræſentat & ejus geſta: vel

(a) Nonnus Dionyſiacorum libr. 13. tradit comitem adveniſſe Baccho ex campis circa Veſuvium, Phlegræis ſcilicet, qui Teſte Polybio libr. 2. poſſidebantur a Tyrrhenis.

aliquem ex ejus gentis heroibus, qui animalium exuviis pro capitis integumento uti ſolebant. In eadem Tab. n. 2. repræſentatur bellum pariter fabuloſum, & heroicis temporibus geſtum (quadrigis enim in bello heroes uſi) de his bellis Tuſcæ literæ loquerentur, ſi eorum hiſtoriis fabuliſque, temporis injuria deperditis, uti liceret. In hoc anaglypho, præter mulierem alis inſtructam, armillaque in ſiniſtro brachio ornatam, quæ militem veluti deiicere e curru tentat, videre licet inferius, ubi victorum acies inclinata cernitur, muliebre monſtrum alatum, tibiis in longas caudas deſinentibus, eo pacto, quo noſtri artifices minus in mythologia eruditi, Sirenes repræſentant. Hujuſmodi monſtrum numen aliquod infeſtum deſignavit apud Etruſcos, a quibus forte credendum eſt Virgilium [a], ut in multis aſſolet, Diras ſuas, mali ominis Turno futuras, deſumpſiſſe.

Etruſcorum ignotis numinibus accenſenda eſt mulier alata in infima parte Pateræ Tab. II., ubi in anguſtiorem formam ipſa patera producta redigitur, ut manubrio aptetur, expreſſa: quæ forſan numen aëris aut Cœli (Genium Latini vocabant) repræſentat: quæque Herculem & Deos, qui eum in apotheoſin comitantur in Cœlum, attollere videtur. In duabus pateris, quæ apud C. V. Petrum Andream Andreinium ſervantur, quas eſſe Etruſcas, delineationis & cælaturæ linearis ratio ſuadet, eadem in parte inferiori duo numina ignota videri poſſunt. In una etenim ſub hiſtoria Ulyſſis & Circes cernitur mulier alata in volucris alicujus caudam pedeſque deſinens, & manibus coronam aut ſtroppum diſrumpit, quam credere fas eſt tempeſtatem repræſentare; & in altera patera, in qua ſculpta eſt Medæa una cum alia muliere, Heſonem exanimem ferens, viſitur vir barbatus alatuſque, qui ſub brachiis duas urnas aquas fundentes ſuſtinet; & aliquod aquarum numen referre videtur.

Hoc loco prætermittimus alia numina Etruſcorum, quæ præcipuè in picturis fictilium vaſculorum occurrunt; cum de iis partim egerimus, cum de eorum more alas Diis addendi præfati ſumus; & partim agemus, cum de numinum epiphaniis loquuturi erimus, & de Etruſcorum opinatione circa Tartarea numina verba faciemus.

§. XX.

[a] Æneid. Libr. XII.

§. XX.

Sacrificia.

EXpoſitis Tuſcorum numinibus & fabulis, quantum potuimus, ex ipſorum monumentis; nunc nonnulla ex iiſdem expiſcanda ſunt circa eorum ſacrificia. Sacrificiorum ſunt inſtrumenta pateræ lineari cælatura figuris & parergis ornatæ, quibus ſuperius in exornanda Tuſcorum religione uſi ſumus. Infra loquemur de ſacrificio, quod exhibet Tab. XXXVII. n. 1. cum de Gladiatoribus verba faciemus; in ea enim putamus repræſentari ſacra quædam, quæ apud Etruſcos in uſu eſſent, cum Gladiatores ad pugnam præparabantur. In Tab. XXXVI. deſumta ex urna marmorea Peruſina, expreſſus eſt ſacrificii apparatus & cæremoniæ; in ea enim ſpectantur aries & ovis, in ſacrificio mactanda, ara ramuſculis aut ſoluta corona ornata. Animadverſione etiam digna ſunt inſtrumenta muſica, tympana, cymbala, tibiæ, quas in ſacrificiis Etruſci in uſu habuerunt, qui ut teſtatur Plinius libr. 16. c. 36. tibias ex buxo in ſacrificiis adhibebant. Sacrificiorum pompam videtur oculis ſubiicere pictura ex vaſe fictili deſumpta Tab. XXXIX. Præcedit vir, caput parvo pileo tectus, & pallio more Etruſco indutus, qui ſiniſtra fert lituum: & exerto dextero brachio, poculum manu dextera aliquantum attollit. Sequitur tibicina, parvo pileolo, ſuperius vitta religato, caput tecta: tunica, & ea cincta, induta: & inferius fortaſſe crepitaculorum ſerie ornata. Tertius pileatus poculum dextra præfert. Pompam claudit vir pileatus, pallio undique circumvoluto occluſus, qui lituum ſiniſtra ſub pallio abſconſa fert. Hunc pictor, ut in gyrum ſe ſe circumvolventem exprimeret, ei faciem in anteriorem partem, pedes vero in poſteriorem & diverſam obverſos effinxit.

Aliam ſacrificii pompam in argenteo deaurato vaſe Tabulæ LXXVII. cælatam videre eſt, in Tab. LXXVIII. In medio ſtat ara in modum grandioris & altioris vaſis conformata: cui adſimiles videri poſſunt Tab. XVI. & Tabella præpoſita ornamenti gratia huic noſtræ elucubrationi. Pompæ ſacrificii du-

plex ordo eſt: ex utroque ſcilicet latere quilibet aram verſus procedit. Cum vero in utroque latere eædem pæne adamuſſim repetitæ & cælatæ ſint, ad effugiendum iteratæ deſcriptionis tædium deſcribam pompam unius tantum lateris, ſcilicet dexteræ partis habita ratione ad aſpicientes, quæ in Tab. LXXVIII. depingitur in ſuperiori limbo. Præcedunt viri duo, jactantes brachia & ſaltantes. Sequitur tibicen: inde duo armati cum galea clypeo & duplici haſta, quorum primus altiore & vehementiore ſaltu ſe ſe jactat; ſecundus autem ſupra galeam gerit lunam creſcentem aut cornua: ex altero latere ſecundus cornua ſupra galeam non habet. Sequuntur victimarii duo, primus ovem, ſecundus porcum ſuccollantes. Videre inde eſt duas mulieres, quæ in capite arculas gerunt. Vir eques deinde brachia attollit, quorum uno flagellum agitat. Pompam claudit hinc inde miles, ut præcedentes, armatus galea, clypeo rotundo & duplici haſta. In altero latere miles galeam cornibus ornatam gerit. Ex quibus colligitur, ſaltationem armatam adhibitam fuiſſe ab Etruſcis in ſacrificiis aut ſacrificiorum pompis; cum alias apud eoſdem Salios in uſu fuiſſe oſtendat Dempſterus libr. 3. cap. 8.

Tabula LXXVII. deſumta fuerat ex exemplo, quod multis ab hinc annis in manus meas devenerat; verum cum eximia benignitate Domini Equitis & Prioris Laurentii Sozzifanti, qui illuſtre hoc monumentum poſſidet, licuerit ipſum vaſculum ſub oculis opportuna commoditate habere; curæ mihi fuit, ut pompa in eo cælata ſeorſim & diligentius delinearetur in peculiari Tabula LXXVIII. & adamuſſim indumenta, galeæ, aliaque deſcriberentur.

In Tab. XXXVII. n. 2. Sacrificium exhibetur, igne ad baſim aræ parato: mulier victimam ſuſtinet: miles & mulier ante aram ſtant: duo milites dextris, precantium more, aram verſus elatis, eo corporis geſtu ſculpti ſunt, ut quaſi circum aram obambulare videantur, dextram interius ut aræ proximam tenentes, more in ſacrificiis & præſertim luſtrationibus recepto, ut notat Salmaſius ad Solinum pag. 657. & contrario modo, ut idem notat, quo utebantur in Circenſium gyris.

§. XXI.

Digitized by Google

§. XXI.

Sacrificia ab Etruſcis adhibita in ſanctionibus pacis aut foederum, aut felicis Ducis poſt victoriam adventus.

IN ſuburbano nobilium *della Stufa*, quod occurrit parte ſiniſtra non longe a via, quæ Florentia Piſas ducit, milliario quinto ab ipſamet Florentia cum dimidio, ſervantur duo inſignia Tuſcorum monumenta. Alterum eſt ſtatua marmorea capite trunca Tab. XLIII. [a] in qua ſculpti ſpectantur in ipſa ſtola tres verſus characteribus Etruſcis, qui in ima parte dictæ Tabulæ XLIII. videri poſſunt: quique initium ducentes ſub ſiniſtra ſtatuæ manu, deſcendendo deinceps, modum & ductum plicarum veſtis ſequuntur, & proxime ad dextrum genu vergunt, ibique deſinunt. Hæc ſtatua eadem cenſenda eſt ac illa, quam ibidem in rure B. M. Sigiſmundi *della Stufa* repertam ſuo tempore teſtatur Sanctes Marmocchinius, a Santo Caſſiano oppido Agri Florentini, qui floruit circa medium ſeculum XVI. in Dialogo MS. lingua vernacula *in defenſione della lingua Toſcana*. Opuſculum hoc in paginis 49. ſcriptum ſervat Eques lectiſſimus Antonius Franciſcus Marmi, & qua ſolet humanitate ejus mihi copiam fecit.

Alterum monumentum eſt cippus, qui ibidem ſervatur, ex lapide cinereo arenario, anaglyphis optimæ notæ exornatus, at nonnihil ob temporis longævi injuriam, accedente etiam lapidis ipſius mollitie, in ſuperficie exeſus. In ſumma cippi corona plures adhuc literæ Etruſcæ ſuperſunt. In eo repræſentatur vir galea, thorace & chlamyde indutus, nobiliori militiæ gradu inſignitus, duobus namque lictoribus ſtipatur: duos alicujus vicinæ urbis proceres civilibus veſtibus indutos comites excipit: proximioris dextræ dextram ſuam conjungit, dum ille ſiniſtro brachio militem ſupra humerum amplectitur. Cippus hic, qui quatuor antiquorum pedum altitudinem adæquat, ad formam grandioris

[a] de hac ſtatua vide ſupra §. 7. ubi Venerem aut Nymphan Bygoen repræſentare credidimus.

dioris aræ affabre efformatus nobis innuere videtur apud vetuſtiſſimos noſtrates uſu recepta in fœderibus, aut pacis pactionibus, & adhibita fuiſſe ſacrificia: aramque hanc ad poſterorum documentum poſitam opinor eo loci, ubi vel fœdus ictum, vel pax, ſacrificio peracto, ſancita. Forte etiam credere fas eſt, aram ipſam erectam in perenne monumentum adventus poſt victoriam alicujus ducis, fauſtis acclamationibus & ſacrificiis a civibus excepti.

§. XXII.

In Deos Hymni, & Deorum Invocationes, & Epiphaniæ.

INter ſacrificia Gentiles non ſolum choreas ducebant; ſed etiam hymnos & Deorum laudes canebant: forte aliquando nullo interveniente ſacrificio, ſtatis temporibus, ſolemni apparatu, choreis intermixtis, & muſicorum inſtrumentorum concentu eaſdem laudes & carmina modulabantur. Hujuſmodi morem viguiſſe apud Etruſcos teſtatur Tab. LXIII. In ea hic tantum notandam propono (de ea enim rurſus locuturi ſumus, cum de Tuſcorum muſica agemus) alatam figuram numinis carmine invocati & quaſi advolantis dum ejus laudes cantantur, & ejuſdem præſentia iiſdem hymnis rogatur. Conſuevere enim inter cetera prædictis ſacris carminibus Deos compellare, ut eorum ſacrificiis vel laudibus præſentes eſſe vellent, & ita ratos eos honores haberent; unde hujuſmodi invocationes paſſim leguntur in carminibus, quæ Orpheo tribuuntur: quæ Scaligero cenſentur non ὕμνοι, in quibus Deorum natalitia, geſta & hujuſmodi narrantur; ſed τελεταὶ, hoc eſt carmina, quibus in myſteriis uterentur. In hymnis porro etiam invocationes Deorum leguntur apud Callimachum initio hymni in Apollinem. In hymnis, qui Homero tribuuntur, licet Deorum præſentia non petatur; tamen in fine Dii tamquam præſentes ſalvere jubentur. Hinc apud Apollonium Argonaut. libr. 2. v. 695. Orpheus inducitur rogans Apollinem, ut propitius ſit & appareat;

quia

quia Gentiles pro certo habebant, Deos præcipue ſic carminibus vocatos præſentes fieri ſacrificiis vel hymnis; eoque pacto vota & preces ſacrificantium vel laudes canentium grata habere, propitioſque ſe ſe præbere; unde apud Latinos præſentes Dii, idem ac Dii propitii. Imo etiam fabulabantur, Deos ipſos viſibiles apparere probis viris, rite ſacrificia peragentibus, vel myſteria Deorum celebrantibus, ut longius traditur a Jamblico in libro de Myſteriis. Inde frequens apud Scriptores mentio Deorum ἐπιφανῶν (Latini vertunt *præſentium* & *propitiorum*, cum ex vi vocis dicendum eſſet *deſuper apparentium*) quia numina cum apparent probis viris proſpera eiſdem ſunt, & propitia. Latius rem adornat C. V. Spanhemius de Præſtantia & uſu numiſmatum, Diſſert. VII. dum agit de cognomine Epiphanis, pluribus Seleucidis aliiſque Aſiæ & Ægypti Regibus tributo. Videndus idem etiam in notis ad Callimachum. In prædicta ergo Tabula forte Apollo lyram præferens concinentibus ſibi Pæana: & in Tab. XVI. celebrantibus Orgia Bacchus, qui cum ramuſculo in ſiniſtra, coronam dextera protendit, invocati deſuper apparent: & ſic tamquam numina propitia rata habent ſacra carmina, ſacrificia & myſteria. Vide etiam Tab. XXXV. & Tabellam in principio hujus diſſertationis.

Nihil mirum porro, prædictis numinibus additas alas fuiſſe, cum, ut prædiximus, divinum quoddam ſignificare per alas voluerint Etruſci: & hic propitiis Diis tribuerunt, ut per eaſdem alas eorum auxilium promptum & celere ſignificarent; unde ſupra in patera Tab. VI. Minervæ, quæ Herculi hydram interficienti auxilium præſtat, alas ab artifice adpictas vidimus.

§. XXIII.

Victima humana.

IN ſacrificiis apud Etruſcos, ut apud quamplurimas nationes in uſu erat, aliquando humanam victimam immolatam fuiſſe, nos docere videtur Tabula LXXXI. n. 1. deſumta ex anaglypho in urna marmorea apud nobiles de Gaddis

dis Florentiæ aſſervata : ubi exprimi videtur ſacrificium viri ſenis, peranguſta pænula induti. Præcipue immane hoc ſacrificium in funeribus virorum principum uſurpatum fuiſſe forte credendum eſt, ut non tantum gladiatorum, qui quodammodo humanæ victimæ ſpecies erant, ut infra videbimus; ſed etiam mactati hominis ſanguine numina Tartarea erga defunctorum manes mitiora & propitia redderentur. Hinc oſtium apertum, oſtium cryptæ ſepulchralis denotat: & adſtat mulier alata, quam ex Furiis unam repræſentare, cum de ſepulchris agemus, dicturi ſumus. Quod numen peculiari habitu indutum, cum frequenter occurrat in urnis fictilibus Cluſinis, evincit præſens anaglyphum Etruſci operis eſſe.

§. XXIV.

Sacra Mithriaca.

APud eoſdem nobiles viros de Gaddis aliud anaglyphum ſervatur, quod habes eadem Tab. LXXXI. n. 2. diligenter delineatum: ex quo mihi perſuaſum eſt, apud Etruſcos non ſolum, ut vidimus, Bacchi Orgia, ſed etiam ſacra Mithriaca celebrata fuiſſe; in eo enim parvo ſarcophago repræſentari pro certo habeo militem mithriacum, qui in ſuperſtitioſis illis ſacris plurima tormenta perpeſſus (de quibus elegantiſſimè ſcripſit C. M. Philippus a Turre in peculiari & luculenta Diſſertatione de Mithra) quaſi morti per fictionem exponebatur; unde Lampridius de Commodo: *ſacra mithriaca homicidio vero polluit*. Id mihi in primis ſuadet palma, quæ in hac aliiſque quamplurimis urnis Etruſcis in militis ſiniſtra manu cernitur, ad ſignificandam mithriaci militis de ipſa morte victoriam: ad quam victoriam reſpicere videtur Tertullianus cap. 15. de Corona: *Erubeſcite commilitones eius, jam non ab ipſo judicandi, ſed ab aliquo milite mithræ: qui cum initiatur in ſpelæo, in caſtris vere tenebrarum, coronam interpoſito gladio ſibi oblatam, quaſi mimum martyrii, dehinc capiti ſuo accommodatam, monetur obvia manu a capite pellere, & in humerum,*

Digitized by Google

rum, ſi forte, transferre, dicens, mithram eſſe coronam ſuam; atque exinde nunquam coronatur: idque in ſignum habet ad probationem ſui, ſicuti tentatus fuerit de Sacramento: ſtatimque creditur mithræ miles, ſi dejecerit coronam, ſi eam in Deo ſuo eſſe dixerit. Corona in hoc ſimilibuſque anaglyphis nuſquam apparet, quia mithriacus reiiciebat; ſed ſolum palma, qua etiam forte donabatur: ad quam reſpicere videtur palmæ ramus cum hominis calvaria, quæ cum plurimis mithriacorum ſymbolis ſpectatur in antiqua gemma nobilis & eruditiſſimi viri Abbatis Petri Andreæ Andreinii apud Leonardum Agoſtini, & apud Maffeum Part. II. Tab. 9. Eumdem militem mithriacum repræſentari cenſeo in anaglypho, in ærea lamina cælato, reperto prope Viterbium inter plura Etruſcorum monumenta; cujus typum affert Petrus Sanctes Bartolus *Degli Antichi Sepolcri* n. 97. In noſtra Tabula præcipue notandus in ſiniſtra & extrema parte vir barbatus cum galea, qui tunica ſtrophio adſtricta, & pallio indutus, baculum in ſpiras contortum retinet, qui ſacrorum præſes vel initiator (*a*) forte cenſendus. Sacra porro mithriaca Etruſcos in ſepulchris ſculpta voluiſſe, eadem ratione ductos puto, ac Latinos, apud quos Cereris myſteria & Bacchi Orgia ſæpius in ſarcophagis occurrunt; quia ſcilicet ſibi Gentiles perſuaſum habebant, multa commoda defunctorum manibus, qui myſteriis initiati eſſent, in Tartaro & in Eliſiis obventura. (*b*)

Hoc etiam anaglyphum opus Etruſcorum eſſe, evincit ratio & forma ſculpturæ, ſimilis ceteris eorundem monumentis, & præcipue ſuperiori n. 1. in quo Furia Tuſco penitus more ornata conſpicitur. Imo in hoc ipſo monumento eadem forte Furia repræſentatur in figura mulieris, prope militem mithriacum ſtantis; panno enim, licet non cincto ſed ſoluto, inferius tantum tegatur, vittas tamen decuſſatas ſupra pectus gerit, ut prædicta numina: & ſi alis deſtituta ſit, aliquando in ſepulchris Peruſinis abſque alis eaſdem Furias videre licet.

Duas prædictas urnas, quæ ſervantur in ædibus Gaddiorum, credendum eſt repertas fuiſſe in loco *Pogna* nuncupato; unde

(*a*) Vid. Meurſ. in Eleuſin. cap. 13. & Arrianum in Epictetum libr. 3. cap. 21. (*b*) Videndi plures Auctores allati a Meurſio in Eleuſiniis Cap. XVII.

Florentiam advectæ quamplurimæ, quæ in ædibus Patriciorum ſervantur in quibus cernitur miles ille mithriacus nudus, dextero genu aræ innixus, cum palma & gladio. Ipſe etiam ſervo ſimile fragmentum marmoreum cum alio, fabulam Sirenum & Ulyſſis referente quæ circa Pognam reperta mihi olim tranſmiſit eruditus Antiquitatum ſtudioſus Franciſcus Pittoreggius, olim Caſtri Florentini Canonicus.

Omnes autem urnæ, quæ circa Pognam reperiuntur, peculiari ſtylo elaboratæ noſcuntur; aliquanto enim longiores & altiores ceteris, quæ in Etruria inveniuntur. Cavum vero pro recipiendis oſſiculis ſemiuſtis, ſicuti longius, ita anguſtius eſt ceteris. In ſuperiore parte ſpeciem quandam coronæ, in architecturæ operibus uſurpari ſolitæ, præſeferunt: in inferiore vero parte in faſcias ad modum epiſtylii diſtinguuntur: & in utriſque partibus ſimis, & cymatiis, aſtragalis, denticulis, echinis aut lineis globulorum & aſtragalorum intermixtis, verticillis ornantur. De hiſce monumentis tunc temporis & antea ad Pognam repertis, ante ducentos & amplius annos, teſtatur Ugolinus Verinus patricius Florentinus, qui floruit decimoquinto ſeculo exeunte, libr. III. Carminum de Illuſtratione Urbis Florentiæ, ubi de gente ſeu familia Ghinia agit. Carmina hiç referre ſuperſedemus, cum Dempſterus ea attulerit libr. I. cap. 21. Marmoreæ urnæ, elegantibus anaglyphis ornatæ, quæ Pognæ repertæ ſunt, & reperiuntur, ſuadere videntur, eo loco fuiſſe antiquitus urbem, quæ inter illuſtriores facile connumeraretur. Inferioribus temporibus Pogna prævalidum oppidum fuit, fœdere cum Republica Florentina inito illuſtre; verum anno 1184. ex pactis initis inter dictam Rempublicam & Comites Certaldi, dirui juſſum, ſancitumque eſt id omnino exequendum ante exitum Aprilis ſequentis anni 1185. Unde (quæ rerum viciſſitudo!) ubi nobile & potens oppidum erat, nunc incolis deſtituti, agri ſunt & prædia, in quibus identidem reperire eſt, præcipue circa rus C. V. Senatoris & Comitis Ferrantis Capponi, rudera & parietinas; Eccleſia ibidem, Divæ Mariæ dicata, & vicinia, nudum antiquæ Pognæ nomen retinentibus. Locus, ubi olim Caſtrum Pognæ fuit, occurrit in valle fluminis Elſæ, inter viam,

qua

qua Roma Florentiam itur, & viam, quæ a Podio Bonitii divertit, & per Vallem Elſæ Piſas ducit, ſed multo proximior viæ Florentinæ : diſtatque duobus circiter milliaribus a Vico *Tavernelle*, ubi fit mutatio equorum curſus publici.

§. XXV.

Donaria Templis ſuſpenſa.

AD Deorum religionem ſpectant Donaria, templis Deorum apponi & ſuſpendi ſolita. Ea videre licet Tabula XXVIII. ubi gladius & parvum ſcutum : & Tabula XXXII. in qua clypeus & galea, ad modum coni efformata, & gladius, appenſa conſpiciuntur. In his ſcutum & galea, inſolitæ Græcis Latiniſque formæ, demonſtrant vaſa hæc, in quibus hæc pinguntur, alterius gentis opificium eſſe. Multa Donaria & votiva Anathemata Etruſcorum forte ſupereſſe credendum eſt, & veluti ſublatere in quamplurimis ſigillis ſuppellectilium vel ſacrorum vel domeſticorum, animalium, virorum, æneis vel fictilibus, paſſim in Etruria repertis ; præſertim in iis, quæ ex fictili materia paucis ab hinc annis prope Viterbium effoſſa, in Muſeo Eminentiſs. Gualterii ſervantur ; ſed cum literis careant, incertum an Etruſcorum antiquorum ſint, an potius recentiorum, quando ob Colonias receptas, & jus civitatis Romanæ acceptum, in mores Romanorum ceſſere.

§. XXVI.

Etruſcorum mores & opinio circa defunctos.

AD alteram Religionis partem deveniendo, de moribus & opinione Tuſcorum circa defunctos, ſolo monumentorum veterum adjumento, juxta ſuſceptum inſtitutum differendum eſt. Antiquiſſimis temporibus, Etruſcis in uſu fuit, more vetuſtiſſimo & apud pleraſque gentes recepto, integra corpora mortuorum in cryptis tumulandi. Id ſuadent plurimæ cry-

Digitized by Google

ptæ, quæ circa antiquam Falarim, nunc *Città Caſtellana*, adhuc viſuntur in quarum lateribus plures loculi, pro recipiendis integris cadaveribus, in ipſa rupe excavati, & eodem pacto, quo in cœmeteriis Chriſtianorum, in ordines diſtributi ſunt. Proſpectum unius ex quamplurimis cryptis habes Tab. LXXXII. n. 1. quam, utpote literis Etruſcis inſignem, delineavi, cum anno 1691. C. M. Ciampinus & ego, antiquitatum viſendarum cauſa, plurima circum loca diligenter luſtraremus. Litera C. deſignat ſepulchrum, non ut ceteri loculi, ſed in modum Sarcophagi excavatum. Grandiores literæ ſupra inſculptæ opus Etruſcum patefecerunt. Hoc idem comprobant integra plurium hominum oſſa reperta in crypta detecta anno 1698. in via, quæ ab Urbe *Colle* Senas ducit, prope Abbatiam *all' Iſola* dictam, cujus in parietibus literæ Etruſcæ depictæ erant, quas videre potes Tab. XCII. Integram hujus cryptæ delineationem, a patre ſuo factam, dedit Franciſcus Bartoli in Appendice libri Italice ſcripti *L'antiche Pitture*, &c. Tab. XI. Poſtea ſequentibus temporibus obtinuit conſuetudo cremandi cadavera, & cineres in parvis urnis recondendi, quæ in Etruria ita invaluit, ut pæne a primævo tumulandi ritu receſſum videatur; innumeræ enim propemodum urnæ cinerariæ, in quibus fragmenta ſemiuſtorum oſſiculorum reperiuntur, paſſim in Etruria, præſertim circa Cluſium, marmoreæ, tophaceæ, vel ex lapide Tiburtino ſimili, vel ex plaſtico opere, vel fictiles occurrunt. Harum urnarum varias figuras ſimul collectas habere potes in Tab. LXXXIII. & Tab. LXXXIV. Patet ex his non ſolum urnis quadratis, ſed etiam rotundis, & ollis, pro condendis cineribus, uſos fuiſſe Etruſcos. Prædictis diverſi generis urnis addendas quoque eſſe amphoras, quas etiam Romani adhibuere, coniicitur ex anaglypho urnulæ marmoreæ Peruſinæ Tab. LXXXV. n. 1. & comprobant quamplurimæ amphoræ, Cluſii in ſepulchris cum oſſiculis repertæ.

Has urnas recondebant in cryptis, in tophaceo lapide excavatis, & ſuperponebant ipſimet pavimento aut ſcamno ex eodem topho. Recondebant etiam in loculis, in parietibus ipſius cryptæ excavatis, ſingulis, aut binis aut etiam ternis, in ſingula latera diſtributis, amplioribus aut minus amplis, pro magnitudi-

ne

ne urnarum in iis recondendarum eoſque loculos claudebant tegula majore vel minore, ut in monumentis Cluſinis ſpectatur & tegula Tab. LXXXIII. n. 10. huic uſui inſerviit. Aliquando etiam tabula lapidea, præſertim ſi urnæ marmoreæ in loculis reconditæ eſſent.

Urnis Inſcriptiones breviuſculas addebant, quæ, ut credere par eſt, nomen defuncti continerent. Eæ non ſolum in lapideis urnis ſculptæ ſunt, ſed etiam in fictilibus, aut ollis, aut earum operculis, aut in tegulis exterius loculamenta tegentibus. Vide Tab. LXXXII. & Tab. LXXXIII. Aliquando literæ colore tantum expreſſæ cernuntur, ſcilicet in fictilibus urnis, quando præſertim earum anaglypha colorata ſint. Earum exempla habes Tabula LXXXIII. Nonnunquam etiam ollis in fundo loculorum inſertis exterius forte appoſuere titulos, ut Romanis in more fuit de hiſque agit Fabrettus Inſcript. Domeſt. Cap. 1. Id quippe ſuadere videtur æneum tabellæ fragmentum Tab. LXXXIII. n. 9. in quo adhuc ſupereſt unum ex duobus foraminibus, per quæ, clavibus immiſſis, parieti titulus affigeretur.

In operculis elegantiorum urnarum, tum ex marmore tum ex argilla, imagines virorum vel mulierum, quorum cineres in urnis reconditæ, jacentium vel dormientium ſpecie collocatæ ut plurimum videntur. in fronte vero & anteriore parte urnarum ſpectantur prælia, gladiatorum concertationes, ſacra & ſacrificia, arma, aliaque, quæ vel ad defunctorum geſta, officia, honores, artes ſpectarent, vel reſpicerent funebres ritus, vel mortem, vel fabulas, quæ circa animorum poſt mortem ſtatum apud Tuſcos vigebant.

Urnas vero fictiles, in fronte & in anaglyphis, & in figuris ſuper opercula jacentibus, variis coloribus obducere Etruſci conſuevere & mirari ſæpius licet (ſi contigerit cryptas, in quibus urnæ aſſervatæ, ſtillicidiis humorique minime obnoxias fuiſſe, & arte perfecta colores inducti fuerint) poſt bis mille & amplius annos colores ita ſervatos eſſe, ac ſi recenter depictæ fuiſſent. Exemplum damus in urna Tab. LXXXVI. in qua ſingulos colores notavimus, præſertim quia nobilioribus, & (ut dicebant) floridis coloribus depicta ſit; cum ceteræ vilioribus &

craſ-

craſſioribus ut plurimum ſint coloratæ. Ea reperta anno 1721. menſe Julio, in crypta fortuito detecta in prædio Nob. mulieris Aureliæ Sozzi Bottarelli, nuncupato *il Poggio al Moro*, ad milliarium prope Cluſium, in ipſo ſolo cryptæ collocata inter plura vaſcula variæ magnitudinis & formæ, unà cum duabus aliis urnis; altera parva, in qua conjugium expreſſum eſt, ejusdem typi cum urnula Tabulæ LXXXIV. n. 1. cujus tamen colores pæne periere altera majoris amplitudinis, quam ceteræ. Ejus figuram habes Tabula LXXXVII. In hac quoque urna mirum in modum colores ſervati ſunt; unde non gravabor eos hic recenſere. Vir jacens in urnæ operculo indutus eſt tunica abſque manicis alba, in qua ante pectus duplicis clavi purpurei veſtigia adhuc apparent. Supra tunicam pallium ſeu toga pariter alba, purpureo limbo in extremitate circumquaque ornata. Nudæ corporis partes coloris carnei: capilli, cilia & ſupercilia, & oculorum pupillæ coloris caſtanei ſaturi. Corona florum, quæ ante pectus pendet, colore roſaceo tingitur, vittaque rubra retro religatur. Coronæ in capite pariter roſeus color ſuperinductus. Ea corona (quod notandum eſt) floribus ornatur tantum in anteriore parte ſupra frontem & tempora retro in ſolam vittam floribus deſtitutam deſinit. Pateram flavi coloris præfert. Siniſtro brachio duobus pulvinaribus, uno alteri ſuperpoſito, innititur, coloris cyanei. Pulvinaria in extima parte ornantur fimbriis pariter cyaneis: ſupra fimbrias lineæ rubræ veſtigia apparent. Gladiatorum clamydes in extremis partibus limbis ornantur, vel cyaneis vel puniceis, cum ceteroquin ipſæ vel rubræ vel roſeæ ſint. Fundus ipſius anaglyphi niger: ſupra anaglyphum literæ rubræ in fundo albo inſcriptæ. Prædictæ tres urnæ, dum Opus Dempſteri multis jam menſibus ſub prælo premeretur, munere Clariſſimi Senatoris Petri Philippi Uguccionii, providentiſſimi Regiorum Ædificiorum & Etruriæ Arcium Præfecti, meo domeſtico Muſeo acceſſere.

Urnas ſic paratas & ornatas, ut dictum eſt, in cryptis aut earum loculis recondebant; in iis enim reperiuntur, & oculis ſubiicit anaglyphum Tab. LXXXV. n. 1. in quo duo viri veluti in crypta amphoram cinerariam condere & aptare videntur. Conſue-

Digitized by Google

fuevere deinceps circa integra corpora & urnas cinerarias, quæ in cryptis aut loculis reconditæ essent, vascula & vasa diversæ magnitudinis & formæ collocare: aliquoties etiam lucernas, in loculorum lateribus insertas, apponere; ea enim inventa, dum cryptæ detectæ fuere. Hujusmodi ritus originem forte sumpsit, ex eo quod priscis temporibus cibos & potum cum cadaveribus in cryptis includerent. Exterius circa cryptam cupressus plantare soliti erant etiam Etrusci: & apud eosdem ea arbor feralis, ut apud Romanos, reputabatur, ut eadem Tab. LXXXV. demonstrat, & alia Tab. LXXXIII. n. 5. aliæque quædam urnulæ fictiles, cæteris admodum minores, cum longitudinem septem unciarum cum dimidio non excedant, quæ circa Clusium communiter reperiuntur, unde earum figuram omittimus: in illis janua videtur, quæ ostium sepulchri designat, & duæ hinc inde cupressus, a quibus & a janua pendent utrinque coronæ solutæ.

Propinqui autem statis temporibus circa sepulchra funebres epulas sive parentalia renovabant; inde icones defunctorum coronis ornatas, in cœnatoriis lectis recumbentes, & pateras dextra habentes frequentissime licet aspicere. Hi aliquando nudi & sola sindone cœnatoria tecti, spectantur in operculis, quasi epularum, quæ sibi afferrentur, participes essent. Eodem typo repræsentare forsan etiam in animo habebant defunctos, in deliciis & epulis Elysiorum constitutos. Identidem tamen icones linteis, vultu excepto, tectas, & prorsus in modum dormientium jacentes repræsentabant, ut quietum animorum statum in Elysiis innuerent, & quasi, communi cum Græcis Latinisque fabula, somnum mortis fratrem statuerent.

In feralium urnarum anaglyphis, ut dictum est, conspiciuntur plura, quæ spectant ad defunctos & funerum ritus: inter quæ sæpius & passim Gladiatores videntur; unde arguere possumus, morem conducendi Gladiatores in funeribus, ab Etruria Romanos accepisse. Porro quamvis in Tuscorum sepulchris sæpissime Gladiatores occurrant; non ideo tamen credendum est, passim in funeribus adhibitos; cum potius verisimile sit, solum interveniisse in divitum procerumque funeribus. Sed cum, ut notat Servius, in sacris simulata pro veris acciperentur, & quæ exhi-

exhiberi non poterant, ſimulabantur & erant pro veris; credibile eſt, Gladiatorum pugnantium imagines in ſepulchris expreſſas, pro veris Gladiatoribus, inferioris notæ Tuſcos ſubſtitutas voluiſſe.

Ex Urnis marmoreis, præcipue Peruſiæ repertis, coniici poteſt, alicubi ſaltem, in Etruria morem viguiſſe, ſi quando funebres ludi edi deberent, unum vel duos Gladiatores ſacrificiis vel ritui ſacro primum initiatos, ut indicat Tab. XXXVII. n. 1. ſupra aram eleganter ſculptam, aut loco aræ ſupra ſaxum informe, ut in Tab. LI. n. 1. (quæ aræ vel prope vel ſupra tumulum eſſent) dextero genu innixos ſtatuiſſe, qui veluti ſepulchri defenſores, dum aliis cum Gladiatoribus, qui eos aggrederentur, pugnarent, eorum ſanguine aram & ſepulchrum reſpergerent; forte ut placarent Deos inferos, & mites & beneficos erga defunctorum manes redderent: eodem pacto, quo apud Laconas (a) adoleſcentuli aris Dianæ ſuperpoſiti verberabantur, ut ara Dianæ ſanguine humano reſpergeretur. Et fortaſſe Gladiatorum ſanguine ſepulchra reſperſa voluere, præcipue, ut placarent monſtrum illud, quod vidimus Tab. XXV. lupino rictu militem anteriore dextero pede aggrediens, quod (anſa vel occaſione ab antiqua Voltæ fabula ſumpta) ut diximus, repræſentare mortem voluerunt, vel præcipuum ferum & immite Inferorum monſtrum, hominum vitæ infeſtum. Quod autem idem monſtrum placare Gladiatorum ſanguine in animo haberent, levi licet conjectura mihi ſuadet Tab. LII. n. 1. in qua Gladiator genu innititur, non ſuper aram, ſed ſupra cippum rotundum, & in vertice, ubi anguſtior eſt, complanatum, eodem opere reticulato tectum, quo labrum cryptæ, e qua monſtrum erumpit in Tab. XXV. ornatur; unde ſuſpicor in prædicta Tab. LII. n. 1. exprimi cippo illo vel operculo tectam eandem cryptam, in qua monſtrum latere fabularentur.

Monſtrum, quod ſupra diximus, vinctum ducitur a muliere alata, ſolo ſubligaculo inferius tecta, quod vittis ſupra pectus decuſſatis & cingulo ſuſtinetur, face ſuper humerum retro caput poſita: quod Inferorum numen eſſe coniicimus. Et quia cum faci-

(a) Servius ad libr. 2. Æneid. v. 116. Sanguine &c. Paul. libr. 3. pag. 192.

Digitized by Google

facibus adſimili habitu mulieres certaminibus Gladiatorum ſæpius intereſſe videntur: & dexterâ Gladiatorum capita verſus extensâ, quaſi eos ad pugnam concitare, eorumque rabiem inflammare velint; pro certo habeo, Etruſcos, has mulieres fabuloſas, Furias eſſe voluiſſe, vel numina, Furiis Græcorum & Latinorum affinia.

Furiarum (ita ergo vocare placet hæc numina ignota) habitus, diligenter & coloribus diſtinctus, expreſſus habetur in Tab. LXXXVI. unde liceat mihi eaſdem deſcribere, ut in prædicta Tabula repræſentantur. Alatæ ut plurimum ſunt, licet in monumentis Peruſinis alis, ſaltem in humeris, careant: faces accenſas præferunt: ſubligaculo albo, lato clavo purpureo diſtincto, inferius tantum teguntur, quod vittis flavis vel aureis, & cingulo ſuſtinetur: purpureis brachialibus, iiſque reticulatis (quod genus veſtis numquam eruditis viſum) brachia earum ornantur: aliquando, ut vidi in alia urna, brachialia reticulata non ſunt, ſed perpetuo rubro panno conſtant. Amethiſtinis ſeu violaceis (feralis ſcilicet coloris) caligis pellibus ornatis in pedibus, & ad medias tibias veſtiuntur: capillos pæne ſolutos geſtant.

Eædem Furiæ occurrunt in fictilibus urnis, nuper anno 1723. effoſſis ad initium Silvæ S. Anthimi, tribus milliaribus cum dimidio a Caſtellinæ, & quatuor a Podii Bonitii oppidis, quas mihi cum aliis monumentis, & præcipue duobus ollarum operculis, literis Etruſcis inſignitis, traſmittendas curavit Joſeph Martellinius, patricius Florentinus, vigilantiſſimus Præſul Noſocomii S. Mariæ Novæ, in cujus latifundiis, vulgo *la Fattoria di Lilliano*, repertæ fuere: quæ omnia videri poſſunt Tab. LXXXIV. n. 4. 5. 6. & 8. & in Tabella, quæ finem hujus diſſertationis exornat. In hac urna (quod præcipue notandum) Furiæ non ſolum alis in humeris inſtructæ conſpiciuntur; ſed inſuper etiam aliculas in capite geſtant. Parvas pariter alas ſupra frontem, licet infelicius expreſſas, habere videtur ſimilis Furia prope angulum dextrum urnulæ, Tab. eadem LXXXIV. n. 6. Credendum etiam pro certo, repræſentare eadem numina Infernalia duos muliebres vultus cum pileis alatis, qui in fictili Tabella opere anaglypho elaborati & ſuperpoſiti, tanquam emblemata ornabant

pariter fictilem urnam, quæ diſtracta & deperdita fuit: ambos repræſentat una figura Tab. prædictæ n. 7. cum ſimiles inter ſe ſint; immo unius ejusdemque typi impreſſione veluti efformati videantur. Tandem in figura 8. ejusdem Tabulæ repræſentatur caput alatum alterius ex Furiis, quæ ſpectantur in Tab. L. in qua capitibus injuria temporis mutilæ utræque delineatæ ſunt. (a) Caput hoc avulſum, in ipſa urna abſconditum, fortuito repertum fuit, poſtquam impreſſi fuerunt typi Tabularum, Dempſtero addendarum. In prædictis urnis, prope Caſtellinæ oppidum repertis, aliquando Furiæ (quia forte plures earum ſpecies Etruſcorum fabulæ ſtatuerent) parum diverſo habitu indutæ conſpiciuntur. Haſtas longiores, rotundo & ampliore mucrone armatas, vel malleum ferunt. Malleus etiam occurrit Tab. LXXXVIII. præ manibus cujusdam figuræ veluti cruciaturæ defuncti umbram: & in Tab. XLIV. Genius, qui a parte dextera ſponſis nuptias celebrantibus adſtat, dextram manum manubrio mallei imponit.

Hujuſmodi Furiarum icones peculiaris ſchematis, quæ ſæpius in Tuſcorum veterum monumentis, literis Etruſcis inſignitis, occurrunt, auxilio mihi fuere, ut dignoſcerem monumenta, quæ ſupra attulimus, dum de ſacrificiis ageremus, Etruſca eſſe. Eodem argumento nunc coniicimus operis Etruſci eſſe picturam Tab. LXXXVIII. cujus anno 1699. Corneti detectæ exemplum mihi Romam tranſmiſit C. M. Annibal Tartaglia, tunc in Romana Curia Advocatus. In ea inter cetera depictæ viſuntur hujuſcemodi Furiæ alatæ. Harum ergo ope diſcimus, Etruſcis communem cum Græcis & Latinis de Inferorum cruciatibus, qui in hac pictura expreſſi videntur, opinionem fuiſſe. Idem ſuadent prædicta anaglypha in urnis Tab. LXXXIIII. n. 5. & 6. ubi Furiæ, ut notavimus, defunctorum umbras in Tartara ducere & comitari videntur.

Hanc opinionem circa Inferos, & monſtra, animas ſontium affligentia, reſpicere facile poteſt monſtrum muliebre cum face accenſa.

Infe-

[a] Illud idem anaglyphum extat apud Franciſcum Bartoli in libro *Le Pitture antiche in-appendice* Tab. XII. a patre ſuo Petro Sancte in ære ſculptum, tunc cum urna erat integra, cum figura ſupra operculum urnæ reclinata; ſed per oſcitantiam loco alarum in capitibus Furiarum vittas ponit.

Digitized by Google

Inferorum monſtra referre etiam credas fabuloſa animalia, alis inſtructa, quæ in Tab. LXXXV. num. 2. e duobus oſtiis aut cryptis erumpere videntur: & præcipue gryphes, qui viros aggredi finguntur, in urnula, in fine libri III. pro ornamento appoſita: & in altera extremo libr. IV. in qua pictor literas omiſit, cum tamen literarum Etruſcarum veſtigia aliqua apparerent. Ea tamen monſtra & gryphes, utpote Solem repræſentantes, forte congruentius innuere credendum eſt Fatum malignum, quod in Sole conſtituebant, cauſamque mortis ſtatuebant defunctorum, quorum cineres in illis urnis reconditæ; hæc enim ſimiliaque monſtra idem connotare in Latinorum ſepulchris jam vidimus (*). Eadem plane ratione, ad innuendum ſcilicet Fatum, a quo pendere mortem volebant, in ſepulchris collocaſſe credendum eſt Gorgonis caput, alatum, ſerpentibuſque inſtructum, ut in urna in calce libr. VI. appoſita: ſicut aliud mulieris caput, cornibus & alis inſigne, inter duo fulmina, ſculptum in urna, cujus exemplum in fine libr. II. reperies: & tandem aliud pariter mulieris caput, cornibus armatum, inter duas cupreſſus, ut in Tab. LXXXIII. n. 5. ut exprimerent Fati malignam naturam, celeritatem, & quod ineluctabile foret, quo omnia vinci domarique, & a quo proinde & ipſam mortem pendere credebant. Hoc ipſum inſinuat Gorgonis caput, in medio Furiarum conſtitutum, in duabus urnis, repertis circa Caſtellinæ oppidum, in ea præcipue, de qua ſupra diximus, & quam videre potes in Tabella in fine noſtræ hujus Diſſertationis.

Ut apud Etruſcos viguit Inferorum opinio, ita ipſos beatorum loca, tamquam Grecorum & Latinorum Elyſios, ſtatuiſſe, collocaſſeque in ultimo Oceano, ſuadere videntur anaglypha urnularum, quarum exempla appoſita ad ornamentum in fine Præfationis & librorum I. V. & VII. & licet in prima & ultima literæ deletæ ſint; tamen ſtylus ſculpturæ Tuſcanicum artificem demonſtrat. In prædictis enim urnis ſpectantur piſces & marinum monſtrum, & mortuorum umbræ, equis monſtriſque marinis vectæ: quæ monſtra Latinos ab Etruſcis artificibus accepiſſe credendum eſt, cum apud Græcos ea nunquam, vel ſaltem

(*) V. Oſſervazioni s' Medaglioni pag. 141. & pag. 145.

raro uſurpata & ſculpta reperiantur. In prædicta fictili urna, quæ in fine Præfationis poſita eſt, notanda ſunt plura oſcilla ſeu perſonæ ſcænicæ, & quædam hianti ore, vice capitulorum, ſupra columnas appenſæ, quæ ſicuti apud Latinos manes & umbras defunctorum, & animarum ſpolia & vehicula repræſentabant; ita credi fas eſt, Etruſcos in eadem circa animas fuiſſe ſententia.

Eadem loca Beatorum & delicias, ut ſupra tetigimus, connotant imagines in operculis urnarum jacentes in lectulis, coronatæ duplici corona, eodem pacto, quo in conviviis recumbere in uſu habuerunt Etruſci; & clarius innuit urna, ſculpta in Tab. LXXIX. in qua vir decumbens in lecto cœnaturus jacet, miniſtrantibus epulas duobus ſervis.

§. XXVII.

Etruſcorum res militaris.

MAxima & præcipua, poſt religionem circa Deos, populorum, optimis inſtitutis viventium, cura & ſollicitudo in re militari verſatur; armis etenim patria & urbes cuſtodiuntur, tutæ & incolumes ſervantur, & imperii fines longe lateque protenduntur. Quamobrem eo pacto, quo Etruſci in ſuperſtitioſo Deorum cultu, ita & in militiæ diſciplina inſignes fuere: qui belli artibus maximam Italiæ partem & quamplures inſulas, in mari Tyrrheno ſitas, ſubegerunt & occuparunt. Licet vero eorum bellica diſciplina ſit a ſcriptoribus petenda; nihilominus Etruſcorum monumenta quamplurima, ad ejus gentis militiam, & præcipue ad arma ſpectantia, docere nos poſſunt. Et primum ſi oculi intendantur in anaglypha, tum marmorea tum fictilia, quibus eorum urnæ emortuales ornantur, conſtabit, Etruſcos plerumque uſos fuiſſe thoracibus, qui pectoris nudi formam ſervant & imitantur, eo plane ſchemate, quo ut plurimum milites Græci Romanique ſpectantur. Iidem thoraces aliquando in extrema parte infericre ſeu limbo, & ad initium brachiorum, in gyrum cæſi apparent, in ſpeciem parvorum ſemicirculorum,

ad

Digitized by Google

ad formam fimbriarum, quas Etruſci recentiores vocant *merletti.* Aliquando thoraces undique tecti ſpectantur ſcutulis, ſibi invicem ſuppoſitis & annexis, ut credere fas eſt, æneis vel ferreis, ut in Tab. LIII. n. 1. Aliquando pro ſcutulis teguntur lamellis quadratis : aliquando partim iis lamellis quadratis, & partim ſcutulis, ut indicat Tab. XLVIII. Aliquoties non integro thorace tegebantur, ſed lata faſcia ex ære aut ferro, pectori ſub axillis circumducta, & alia lamina ex anteriore parte corpus tegebant : quod videtur innuere Tab. LXXXVI. In Tab. LXXX. n. 2. unus ex militibus, curto admodum thoraciolo, ſummo tantum pectore, induitur, ſuperpoſito tunicæ, cujus pars, ubi cincta eſt, conſpicitur. Præterea loricis ſeu faſciis, ſupra pectus adſtrictis, utebantur, ut videre eſt in Tab. XXXVI.

Thoraces infra corpus fimbriis longioribus ut plurimum ornabantur. Apud Etruſcos frequentius earum ordo duplex conſpicitur; cum apud Romanos ſæpius uno tantum, & raro duplici ordine, idque forte in nobilioribus militibus, ſpectentur. Quandoque eædem fimbriæ ad initium brachiorum apparent : aliquoties loco fimbriarum, ibidem una vel duobus lamellis oblongis muniuntur: aliquando thoraces ornamento fimbriarum deſtituuntur.

Sub thorace tunica ſubarmali, eademque ſuccincta, utebantur : non candida, ut in figuris, habitu civili indutis, videbimus; ſed diverſimode colorata, & aliquando duplici colore virgata, & verſicolori, ut indicat Tab. LXXXVI.

Duplici tamen tunica indutum gladiatorem vel militem exhibet prædicta Tab. LXXXVI. cum enim, ut diximus, non integro thorace indutus ſit, ſed lata faſcia, notata in Tabula n. 13. pars ſuperioris tunicæ conſpicitur num. 17. quæ eadem omnino videtur cum illa ornata fimbriis, duplici ordine diſpoſitis, indicata n. 16. ſubtus hanc apparet alia tunica interior duobus in locis, deſignatis n. 18. Ex his coniicere forſan poterunt eruditi, fimbrias primitus non thoraci, ut in armis antiquorum trophæorum apparent, ſed tunicæ affixas, ejuſque ornamenta fuiſſe, quæque ad tunicæ colores in virgas diſpoſitos ſe ſe conformarent. Tab. LXXXVII. gladiator ordine ſecundus eodem modo indutus cernitur.

Su-

Supra thoracem induebantur ſagis, nunc amplioribus nunc anguſtis, fibula (eaque aliquando ornata) in pectore, rarius ſupra dexterum humerum, religatis. Spectantur etiam milites, brevibus ſagis induti, duplici bulla ſupra dexterum & ſiniſtrum humerum obfirmatis : pænulæ adſimilarentur, niſi bullis detinerentur, ſed perpetuo panno conſtarent.

Galeæ militum ſæpius pelliceæ videri poſſunt : idque conii-cere licet ex lineamentis, quæ villos imitantur, & oculorum cavitatem, & rictus : & galeæ ex metallo, & quæ cum Græcis & Romanis conveniunt, & ſæpius in oculis rictuque antiqui moris imitationem præſeferunt. Galeæ, quæ ferreæ, æneæ, aut ex orichalco (colore enim cyaneo, vel flavo tinguntur) criſtis ornatæ repræſentantur. Altior & ad modum metæ galea conſpicitur in Tab. XXXVII. & ad coni formam occurrit Tab. XXXII. ubi tanquam donarium, una cum gladio & clypeo in Jovis templo ſuſpenſa cernitur. Tab. XIX. repræſentatur miles, forte Gallus, cum galea, in apice in ſpiram reflexa, quæ aliquo modo pileum Phrygium imitatur, cujus formæ eſt galea Palladis in nummis Thuriorum, & Romæ in nummis, qui dicuntur Conſulares, præcipue in gente Cornelia & Pompeja. Eam altiorem formam forte galeis dedere, ut facilius ictuum vis elideretur. Galeæ aliquoties non ſolum bucculis circa malas & latus, quæ loris ſub mento religarentur, munitæ erant (*a*), ſed eæ etiam in anteriore parte (quod ſolis Perſis in uſu fuiſſe notat ex Ammiano Lipſius (*b*)) plus aut minus aut in totum, ſolis aliquando foraminibus, ante oculos & os relictis, clauſæ cernuntur, ut in Tab. XLVIII. Alteram galeam pæne clauſam videre licet Tab. LXVI. Eodem pacto clauſæ cernuntur galeæ ſex militum, qui comitantur ſacrificii pompam in Tab. LXXVIII. (*c*) e quibus duo galeas gerunt, ornatas pro criſta cornibus (*d*), niſi criſtæ ſint in tranſverſum poſitæ. Hæc galearum clauſarum forma ſæpiuſcule adhibita in picturis vaſorum, eorum artificium Latinis Græciſve adimere vide-

[*a*] Vide Tab. XXVIII. XLVI. XLVIII. & LII. (*b*) De Militia libr. 3. Dial. 5. [*c*] Galeam eodem pacto clauſam videre licet apud Fabrettum de Columna Trajani Cap. VIII. pag. 258. in monumento Gladiatoris. (*d*) De cornibus ſupra galeas videndus nummus in Gente Marcia. De Thracibus Herodot. libr. 7. De Gallis Diodorus libr. 5. De Pyrrho Plutarchus. Videndus etiam Lipſius de militia libr. 3. Dial. 5. & in Analectis. Spanhemius de Præſt. Differt. 5.

videtur. Quo vero ad tibiarum pedumque indumenta, milites ſæpe nudis pedibus conſpiciuntur: aliquando tamen induti apparent ſolidis caligis, mediam tibiam & ſupra pertingentibus, nunc undique clauſis, nunc in anteriore parte infibulatis, nunc vero ad digitos mediumque pedem apertis. Aliquando etiam ſoleis vel calceis, adſtrictis loro, ad mediam tibiam circumvolutis, inſtructi videntur.

Clypeis utebantur rotundis, ſæpius amplioribus. In Tab. LXXXVI. & præcipue Tab. LXXXVII. in parte interiore inſpicere licet anſulam, in quam ſiniſtrum brachium intromittebatur: & aliam anſulam ex metallo, quæ manu retineretur. Clypeos, ut prædictæ Tabulæ oſtendunt, undique coloribus depingebant, vel in zonas & ſegmenta diſtributis, aut foliorum ſeriem aut euripos mæandroſque imitantibus. Grandiores hi clypei lignei forte exteriore parte, corio tecti; aliquando enim clavorum, quibus retineretur corium, capita obſervantur, ut in Tab. LIV. Parvæ etiam peltæ occurrunt in anaglyphis Tuſcanicarum urnarum Tab. LI. n. 2. LII. n. 1. 2. & præcipue Tab. LXVII. n. 1. & 2. In Tabula vero LXXX. n. 2. inſolitæ formæ apparet, uti Tab. XXVIII. Scutis etiam quadratis & oblongis uſi fuere: id indicat Tab. LXXII. n. 1.

Inſignia ſupra clypeos vel cælare vel pingere conſuevere. In anaglyphis id obſervari poteſt Tab. LI. n. 2. ubi in militis aut gladiatoris clypeo vultus veluti in medio rotæ conſpicitur: & in picturis vaſorum Tab. XLVIII. & Tab. LXVI. ſerpens depictus eſt, & Tab. LXII. mulieris caput, & Tab. XIX. leonis effigies. Et apud Franciſcum Bartoli, in libro vernacula lingua inſcripto *Le Pitture antiche ec.* in adſimili Etruſco vaſculo, Tab. XV. in appendice in clypeo depictum eſt belluæ vel monſtri caput: & in altero clypeo pars anterior canis aut lupi.

Milites non ſemper thoracibus induti apparent; aliquando enim ſola galea armati: ceteroquin aut tunica cincta & ſago, vel ſolo ſago induuntur, vel penitus, excepta galea, nudi ſunt. Qui nudi, vel ſolo ſago veſtiuntur, in anaglyphis, ubi repræſentantur ludi gladiatorii, cerni ſolum poſſunt; forte enim gladiatores diverſimode a militibus armabantur, ut apud Romanos;

quia

Digitized by Google

quia milites aut viros diverſæ gentis inter ſe pugnantes repræſentarent.

. Antiquioribus temporibus milites Etruſci rudiori veſtitu & armatura incedebant; vel enim nudi, vel anguſto indumento, velut thorace & braccis, utebantur. Hoc ſuadet anaglyphum Tab. LXXII. n. 2. quod, a majoribus meis affixum in avitis ædibus impluvii parietibus, ſervatur: & aliud Tab. ead. n. 3. quod Volaterris extat: & comprobant milites, qui Tab. LXXVIII. pompam ſacrificii comitantur, & alii in antedicta Tab. XV. apud Franciſcum Bartoli.

Animadverſione dignæ ſunt urnæ Tab. LXIX. in quibus prælia cum inimicis, veſtitu admodum diverſo ab Etruſcis indutis, ſpectantur; numero enim 2. cernimus duos viros, braccis ad talos productis, tunica prolixiore, & ſago villoſo indutos, & capite pileum more barbarico geſtantes. Ii forte Gallos repræſentant, pacem petentes; in monumentis etenim Romanorum barbari præcipue ſeptemtrionales eo habitu exhibentur. Tab. XIX. in pictura vaſis miles proſtratum militem, braccis virgatis indutum, & galea, ut diximus, proxime ad modum pilei Phrygii munitum, aggreditur. Forte quemdam militem Gallum inſignem devictum nobis repræſentat hæc pictura, cujus forſan victoriæ occaſione Ludi celebrati, in quibus viri ad morem bacchantium induti luderent. Prædicta in Tab. LXIX. n. 1. conſpicitur eques, qui milites tunicatos inſequitur, qui circa caput pannum circumvolutum gerunt, ita ut cuculli quodammodo ſpeciem præſeferat. Tab. LXX. milites, tunica, vel etiam tantum ſago, induti, impetuntur a militibus, longa veſte indutis. In Columna Trajana barbari quidam ita repræſentantur. Forte etiam ea in urna Amazonum prælium ſculptum eſt; neque enim ſculptura probe dignoſci poteſt, cum peſſimi ſit artificii, & temporis injuria aliquantum detrita. Armis, quibus defendebantur milites, qualia in uſu erant apud Etruſcos, recenſitis; nos advocant arma, quibus ad inimicorum offenſam utebantur. Ex anaglyphis Tab. LXXII. n. 2. & 3. conſtat, haſtis, ruditer mucronatis, uſos fuiſſe, non longioribus, ſed fere ad ſtaturæ humanæ menſuram. Id etiam in pateris & in picturis vaſculorum obſervare poſſumus;

quam-

Digitized by Google

quamvis in vaſculis aliquando, ſed raro, longiores haſtæ ſpectentur. In iis & in pateris mucrones eleganter efformati. In Tab. I. haſtâ Minervæ mucrone munita etiam in parte inferiore, qua ſolo infigi ſolebat (*a*); in Tab. XXVIII. mucro ad metæ formam factus repræſentatur. In Tab. prædicta LXXIIX. ſex illi milites ſinguli duabus lanceis ſeu telis armantur, quæ in uſu fuiſſe etiam apud Romanos, quæque uno ictu jacere conſueverint ſuadent illa Virgilii libr. I. Æneid.

Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Utebantur arcubus ſagittis inſtructis, ſecuribus, & præcipue gladiis: quos, vel cingulo, ut Tab. VII. & Tab. LXV. vel balteo ſiniſtro latere ſuſpenſos, gerebant, ut Tab. XX. Gladii autem latiores erant, aliquando breviores; aliquando enim longitudine tibiæ altitudinem æquant. Longior tamen gladius videri ſolet in manu alatæ mulieris, quam repræſentare Diſcordiam credimus in Tab. XLIV. n. 1. & in conſimilibus & ejuſdem typi anaglyphis. Gladii Etruſcorum ſæpius muniti conſpiciuntur ſupra capulum & ubi incipit acies, ferro aut ære longiuſculo tranſverſo (quod genus munimenti noſtrates vocant *la guardia*) non ſolum in picturis vaſorum Tab. XX. XXXII. XXXXIIX. verum etiam in urnis, literis Etruſcis inſcriptis, Tab. XXXXIV. n. 1. L. n. 1. LIV. n. 1. LXXXI. n. 1. quæ, licet careat literis, Etruſca tamen eſt. Hujuſmodi formæ gladii rarius occurrunt in monumentis Romanorum: & in Etruſcis ferrum illud tranſverſum longiuſculum apparet. Adhibita etiam prægrandia ſaxa docent Tabula LXVIII. n. 1. & LXXI. n. 2. Uſos fuiſſe etiam facibus, quædam Etruſca monumenta evincunt; ſed forte antiquiſſimis temporibus, & rudi militia, quando, ut ex Autoribus conſtat, paſſim in uſu erant clavæ ligneæ & ſudes præuſtæ (*b*). Inter rudioris militaris Etruſcorum diſciplinæ arma, etiam recenſendus eſt uncus prægrandior, quem miles ſeu gladiator ferme nudus, ſola parva galea armatus, in quamplurimis Tuſcorum fictilibus urnis (in quibus tantum hoc genus teli conſpicitur) in caput militis impingit. Hic uncus, in priſca militia uſu receptus, retentus forte fuit in lu-

[*a*] Fabrett. ad Column. Trajan. cap. 7. pag. 180. [*b*] Scholiaſt. Stat. ad v. 64. & 302. libr. 4. Thebaid. Vid. Lipſium libr. 4. Dialog. 4. Poliorcetic.

Digitized by Google

dis gladiatorum: eo, inimico interfecto, apte cadaver trahere poterant, indeque ſpolia auferre. Huic ſimilis forte uncus, qui, ut Tullii verbo utar, reis impingebatur, eoque ipſi trahebantur apud Romanos.

In præliis tandem non ſolum equis utebantur, ſed etiam curſibus, quorum uſus antiquiſſimis temporibus in bellis vigebat, ut ex Homero elicitur: idque oſtendit Tab. LXXI. n. 1. & 2.

§. XXVIII.

Tuſcorum militia navalis.

POſtquam de terreſtri Etruſcorum militia verba fecimus, aliquid etiam dicendum de navali, in qua illuſtres fuere; eorum enim piratica fabuloſis & Iliacis temporibus jam percelebris erat, ut docet fabula de Baccho a Tyrrhenis capto: & Poſſis, ſcriptor apud Athenæum libr. 7. pag. 296. præcipue tradit, Glaucum, navis Argi architectum & gubernatorem, occubuiſſe in navali pugna inter Argonautas & Tyrrhenos. Palæphatus etiam n. 21. ſcribit Scyllam, quam Ulyſſes evitaverat, Tyrrhenorum navem piraticam fuiſſe; unde imperium maris tenuiſſe, tradunt inter ceteros Diodor. libr. v. & libr. XI. & Strabo libr. v. ubi de portu Lunæ & de proximo amplo maris ſinu verba facit. Inde in nummis Tab LXI. ſæpius occurrit ancora eorum inventum. In Tab. LXVII. n. 2. deſumpta ex marmorea urna Peruſina, infelicis tamen ſculpturæ, inter duas peltas ſpectatur vir, forte navium ductor, galea ſeu pileolo tectus, & ſola exomide indutus, qui innititur dextera navis gubernaculo: cujus quadrata forma occurrit aliquando in monumentis Romanorum aut Græcorum.

§. XXIX.

Digitized by Google

§. XXIX.

Buccina, & Tuba reflexa Etruſcorum.

ISidorus libr. 17. cap. 4. tradit a Tyrrhenis prædonibus, in uſum ejusdem rei navalis, tubam æream excogitatam; licet ea poſtea ad terreſtria certamina fuerit tradu&ta; cum non facile per maria diſperſi per buccinæ ſonum ad prædam convocarentur. Prius enim ſono buccinæ ſeu conchæ pro tuba utebantur[a]. Ipſius vero conchæ uſum Tyrrheno Herculis filio primo tribuit Hyginus fab. 274. Hinc in Bacchanali depi&o in vaſe Tab. XIX. Faunus concham inflat, quod genus inſtrumenti muſici nuſquam in Romanis Bacchanalibus, quod ſciam, conſpicitur.

Ab Etruſcis tradunt Scriptores tubam accepiſſe Romanos alioſque populos: apud quos duplicis generis cenſebatur, alia ſcilicet recta, alia reflexa; tradente Artemidoro libr. 1. cap. 58. hujus uſum fuiſſe ſolum in bello: rectæ tubæ autem, etiam in ſacris. In Tab. LXXI. n. 2. occurrit tuba reflexa. Credibile eſt, cum conchæ marinæ occaſionem dederint inveniendæ tubæ, Tuſcos æreas tubas, marinarum buccinarum forma & natura ita eos docente, non rectas, ſed in plures ſpiras reflexas, fabricaviſſe, & ejus formæ, quam videre licet Tab. XLVIII. (b)

§. XXX.

Dona militaria, honores & ornamenta Ducum, Magiſtratuum, Regum &c.

RE militari Tuſcorum ex antiquis monumentis, quantum licuit, illuſtrata, videndum in præſens, quæ ex iisdem eruere fas ſit circa militum præmia, ſummorumque ducum honores. Inter dona militaria recenſenda vitta illa, quam,

[a] Lycophron. v. 250. ubi Tzetzes & Meurſius. (b) Autoribus, qui tubam inventam ab Etruſcis ſtatuunt, & a Dempſtero adducuntur, addendus Paul. libr. 2. pag. 222. Euſtathius ad Iliad. E. Diodorus libr. 5. Suidas in Κώδων, qui tradit Archondam, qui Heraclidis commilitavit (anno ſcilicet octogeſimo poſt Trojam captam) adduxiſſe in Græciam Tyrrhenicam tubam.

ut notavimus, præ manibus tenet Victoria Tab. XLVIII. ſimiles enim vittas, in utroque pariter limbo in ſemicirculos tonſas, pectori militum, veluti latiorem cingulum, circumductas cernimus Tab. LI. n. 2. & Tab. LII. n. 1. In iisdem anaglyphis militum nonnulli præter cingula ornantur vittis puris: & alii inſuper cincti videntur lana aliave materia textili circumvoluta, cujus formæ erat quoddam coronarum genus, quibus Sacerdotes coronabantur, quod Latini *ſtroppum* dixere (a): quo coronatæ cernuntur philoſophorum & poetarum antiquæ imagines, quos Priſci tamquam Sacerdotes venerabantur. Tab. LXXI. n. 1. miles ſeu heros duplici ſtroppo circa pectus ornatur, a quorum ſuperiore plura veluti vittarum fruſta dependent. Hæc militaria dona, quibus ornata militum pectora ſpectantur, cenſeo ea eſſe, quæ Latini *phaleras* dixere, quas Florus libr. 1. cap. 5. inter ornamenta ab Etruſcis accepta, & apud Nonium Salluſtius inter dona militaria recenſent: quæ poſtea ad exornanda equorum pectora translata & adhibita, phalerarum nomen retinuerint.

Inter ornamenta ducum, & triumphalia ab Etruſcis accepta, Romani ſcriptores ſellam curulem recenſent; unde communicato ejus ſellæ honore Ædilibus, Ædiles curules dicti. Ejus ſellæ antiquam & veram formam nobis repræſentari credo Tab. XLVII. Eam contis & manibus ductam coniicere licet. In monumentis Romanorum ſella curulis hujuſmodi cum rotis nuſquam conſpicitur: forte quia, creſcente, ut ſolet, luxu, cum Ædiles poſterioribus temporibus, in Proceſſibus ad edendos ludos, curribus ab equis vectis uterentur: & poſtea e curru deſcendentes ludos ſpectaturi in ſellis nobilioribus abſque rotis ſederent, uſum ſellarum cum rotis omiſerunt, nomine tamen priſco curulium retento.

Iisdem ducibus, forte etiam ſummis urbium magiſtratibus throni cum ſuppedaneo concedebantur; unde ad oſtentationem dignitatis defuncti, in urna marmorea Cluſina Tab. LXXXIV. n. 3. hujuſmodi thronus cum ſuppedaneo ſpectatur. Stipabantur etiam duces lictoribus, virgarum faſces ferentibus, ut in Tab. XLVI. Faſces ſine ſecuribus viſuntur, vel quia tempore eæ ſint deletæ, vel forte etiam, quia duci, quem comitantur, ſola verberum infligendo-

(a) Feſtus verbo *ſtroppus*.

dorum, non vero necis poteſtas eſſet attributa. Armigeros etiam, qui proceres ſequerentur, quique eorum clypeos & galeas ferrent, in uſu fuiſſe apud Etruſcos innuunt Tab. LXVI. & Tab. præſertim XLVIII. in qua armiger triumphantis galeam ſuſtinet. Apud eosdem ad ornamentum ſummorum ducum vel etiam Regum (priſci enim Etruſci, vel ſaltem aliquando peculiares civitates Reges habuere) adhibitam fuiſſe coronam radiatam, ſuadere videntur Tab. XXI. n. 1. & forte etiam Tab. LXXI. n. 2. ibi etenim ſpectantur corona radiata redimiti præcipue in illis præliis viri: & Tab. II. Junoni, utpote Deorum Reginæ, tribuitur.

§. XXXI.

Triumphorum uſus apud Etruſcos, & ludi triumphales.

MAximus tandem ducum, qui bello viciſſent, honor erat triumphus, qui luculenter delineatus ſpectatur in fictili vaſe Eminentiſſimi Gualterii Tab. XLVIII. Vir laurea redimitus ſedens in quadriga ducitur, torque ornatus, & tunica picta abſque manicis induitur: togamque ſiniſtro brachio ſuſtinet, & dextra longius ſceptrum ſeu haſtam tenet. Equi, qui currum ducunt, ſigna in coxis inuſta, more apud Antiquos recepto, habere videntur, quorum duo P$\tilde{\text{o}}$ inverſo aſſimilantur. Ita vetuſtiſſimi Græcorum, ut notat Salmaſius ad Solinum pag. 627. Coppa, unde Latini ſuum *Q* ſumpſerunt, effingebant: & eo ſigno notati equi Coppatiæ dicti: forte ea nota equi Cappadoces, apud autores celebrati, ſignabantur. Comitatur pompam vir laureatus, cum tunica, undulato opere texta, cum haſta: qui forte cenſendus eſt dux aut miles alter, qui, ob res bene geſtas ſecundis honoribus ornatus, comes datus ſit triumphanti. Miles armiger, pariter laureatus, galeam triumphantis præfert.

Currum & pompam præcedit juvenis tubicen, cum galea & tunica picta, qui ſiniſtra ſuſtinet tubam, in plures ſpiras circumvo-

volutam, a qua pendet pannus, in flammarum formam diſſectus. Vir barbatus, pallio ſolum inferius tectus, prope nobile ædificium ſedens, tubicinem dextra complectitur: forte connotat ſenatum, qui gratulabundus triumphantem & ejus commilitones a bello redeuntes excipiat: niſi ea figura, quam tubicinem diximus, ſit Dea, belli præſes, ita ab Etruſcis depingi forte conſueta cum tuba: inde Minerva, bellorum Dea, ab Argivis culta, & ſub nomine Σάλπιγγος Ἀθηνᾶς templo donata ab Hegelao Tyrrheni filio, teſte Pauſania libr. 2. pag. 123. & etiam Heſychio, & Σάλπιγξ a Lycophrone vocatur. Altera parte vir pariter ſedens, & laureatus cum haſta, fortaſſe repræſentat pompæ triumphalis præſidem & rectorem.

Picturæ ejusdem vaſis docere nos poſſunt, Etruſcos poſt triumphum ludos & ſpectacula triumphalia edere conſueviſſe: ad quæ edenda ipſe triumphans, peracto prius ſacrificio, procederet; in collo enim vaſis conſpiciuntur ara & mulieres cum pateris, vaſculo, & facibus: & triumphans ipſe in ſella curuli ſedens, laurea redimitus, cum ſceptro & patera: adſtantque duo Sacerdotes coronati, tunica manuleata & pallio induti, haſtas puras ferentes. Sacrificium peragi Cereri, ut diximus, ſuadent mulieres faces ferentes, & præcipue ſella curulis, quæ Cereris currum a ſerpentibus vectum imitatur.

Proxime depictum eſt venationis ſpectaculum; venatores enim exhibentur, qui cervam vel capreolum inſequi videntur; Etruſcis enim leones, tigres, elephanti, rhinocerotes, aliaque Africæ, Aſiæ, Indiæque animalia non ſuppetebant.

In vaſis corpore poſt triumphalem pompam, gladiatorum pugna exhibetur, cum præpoſito ludis virgam tenente, pallio ſeu toga more Etruſco induto: & Victoria, quæ phaleram præfert, victoris præmium futuram. Adhibitos ergo gladiatores in ſpectaculis triumphalibus etiam ab Etruſcis, præſens pictura evincit; cum ceteroquin facile credi poſſit, Romanos, ut ab Etruſcis triumphos ſuſcepere, ita pariter triumphalia ſpectacula, quæ apud eosdem Romanos in uſu fuere, ab Etruſcis iisdem accepiſſe. Eadem dicenda videntur de conviviis, quæ poſt triumphos apud Romanos celebrabantur; convivia ſcilicet apud Etruſcos

ſcos data a triumphantibus fuiſſe, quorum occaſione forte elaboratum fuit hoc elegantiſſimum vas. Vaſa etenim ut plurimum ornabantur, deſumptis emblematibus & picturarum thematibus, vel a ſacrificiis, vel a conviviis, vel a rebus, quarum occaſione convivia dabantur, vel a ſpectaculis conviviorum, in quibus vaſcula uſui futura eſſent.

§. XXXII.

Venatio apud Etruſcos, & Canes & Accipitres, ſeu Aquilæ venatrices.

MIlitiæ proxima eſt & quædam ejus imago, venatio: imo ea inſtructos fuiſſe Heroes ad bella tradit Xenophon, & ſacræ Hiſtoriæ interpretes teſtantur, Nembrotum, robuſtum illum venatorem, homines, ferarum venatione allectos & eruditos, bello tandem ad occupandam alienam & non ſuæ ſortis regionem duxiſſe. Eam a primis uſque temporibus, non ſolum ad victum quærendum, ſed etiam ad repellenda noxia animalia, quibus terra referta erat, hominibus adhuc non plene per orbem diffuſis, apud omnes nationes in uſu fuiſſe, non eſt ambigendum. Idque de Etruſcis teſtatur non ſolum Plinius libr. 7. cap. 56. qui ſtatuit Piſeum, quem paulo poſt Tyrrhenum vocat, venabula inveniſſe; ſed præſertim etiam prædicta Tab. XLVII. in qua depicta eſt venatio, ab Etruſcis inter varios ludos triumphales edi ſolita. Eo enim vaſe exhibentur venatores, qui venabulis inſequuntur, ut notavimus, cervam ſeu capreolum. Venatores ſola clamyde, fibula medio pectore religata, induti, pileos humero ſuſpenſos gerunt; eorum enim proprii erant, utpote qui Solis æſtui & pluviæ incommodis expoſiti eſſent. Præterea ab Etruſcis ad venationem adhibitos canes & accipitres venaticos aut aquilas, indicant canes cum manno ſeu torque, quibus ſupervolitant accipitres aut aquilæ, bubulcum & ſubulcum ſequentes, ſculpti in patera argentea Tab. LXXVII. n. 2. hujuſmodi enim profeſſionis homines in ſylvis incultiſque locis degere ſueti, venationi etiam operam dabant, ad noxia ani-

Digitized by Google

animalia a gregibus amovenda, & ad victum ampliorem comparandum: inde iidem ſubulci & bubulci eadem in Tabula n. 1. & 2. jaculo latiore ferro munito armati incedunt. Hoc monumentum morem antiquum demonſtrat; nam cetera Etruſcorum antiquitate longe ſuperat, ut alias animadvertimus.

§. XXXIII.

De veſtibus virorum & mulierum.

MIlitum veſtibus, cum de Re militari ageremus, illuſtratis; in præſens de civilibus & quibus communiter uterentur, tractandum. Tuſci ergo induebantur tunicis, aut brevibus manicis, aut manicis penitus deſtitutis, ut inter cetera Tab. XLVIII. & Tab. LXXVII. oſtendunt. Eæ aut breviſſimæ erant, aut alte ſuccinctæ: id demonſtratur præſertim ex Tab. XLVI. eo etenim anaglypho non ſolum viſitur prope militem figura viri, civili habitu induta, cum pallio aut toga tunicæ ſuperpoſita: cujus tunica ad pectus cincta, ad genua non pertingit; verum etiam ei adſtat vir alter, cui apparet non ſolum genu, ſed etiam coxæ medietas nuda, & tunicæ nulla pars ibidem viſitur. In nobilioribus & amplioris ſtatus & fortunæ viris tunicæ latæ, & ampliſſimæ erant; unde etiamſi manicis carerent, redundanti tunicæ panno aliqua pars brachii tegeretur. Id præſertim perſpicue oſtendit ſtatua ænea Medicea Tab. XL.

Supra tunicam pallio ampliore ſeu toga amiciebantur, ita ut dexter humerus & brachium eſſent expedita, & modum ferendi togam Romanis receptum imitarentur. Togam credere potius quam pallium nihil prohibet; cum togæ uſum apud Tuſcos aſſerant toga picta & toga prætexta, quas ab illis Romanos accepiſſe tradunt ſcriptores; imo Servius ad libr. 2. Æneid. ex MS. Fuldenſi circa finem tradit, apud Tuſcos togæ uſum viguiſſe. Neque vim facere poteſt, quod in prædicta ſtatua Medicea Tab. XL. appareat angulus quadratæ veſtis, ſeu alterius figuræ, apertæ tamen, cujuſmodi erat pallium; id enim uſum togæ apud Etruſcos minime convellit; nam præterquamquod eruditorum

rum ſanior pars togam apertam ſtatuat, mirifice ſententiæ meæ favet altera ejusdem Muſei Medicei ſtatua viri togati, ad cujus pedes ejuſmodi lacinia, ſeu potius panni angulus conſpicitur, cui, ut in prædicta ænea ſtatua Etruſca, annexa eſt anſula, ex eādem cum panno materia contorta, quæ uſui eſſe potuit, vel ad ſuſpenſam ipſam togam ſervandam, vel dilutam Soli exponendam.

In eadem ſtatua Medicea, artifex eo quo potuit ingenio, in limbo togæ lineis notatum voluit clavum prætextum, quem e purpura fuiſſe videbimus. Decentiſſimum forte apud Etruſcos ferendæ togæ modum eadem ſtatua ærea Medicea exhibet. In vaſorum picturis communis modus non admodum diverſus paſſim repræſentatur; ſed de eo diligentius loquuti ſumus, poſt quam de Bacchi cultu ſupra diſſeruimus.

Aliquoties tamen in noſtris monumentis ſubtus togam palliumve viri nudi abſque tunicis conſpiciuntur. Romani priſci, ut norunt eruditi, ſola toga tecti tunicis carebant. Idem forte de vetuſtioribus Etruſcis credendum: forſan etiam ſequioribus temporibus juniores, utpote valentiores, nudi ſolas tunicas adhuc geſtabant; unde ſponſi Tab. XLIV. n. 1. & 2. imo etiam ſponſa n. 2. (niſi tunica ſiniſtrum tantum humerum veſtiat) nudi & exerti conſpiciuntur. Idem mos in vaſculorum picturis, & in iconibus virorum, ſupra urnas jacentium, aliquando dignoſcitur; ſed forſan, ut infra animadvertimus, illæ icones viros ad convivium veſte cœnatoria paratos, hæ autem diſcumbentes repræſentant.

In Tab. XLVI. in ampliore cippo rotundo lictores ſupra tunicam, alte admodum ſuccinctam & brevem, amiciuntur altera veſte breviore, quæ ſolum ſiniſtrum humerum tegit, & manicam ſeu foramen anguſtum habet ad educendum aut ad inſerendum brachium ſiniſtrum: ac humerum & brachium dexterum liberos relinquit, ut clare apparet in uno ex lictoribus; cum in altero minus feliciter a pictore, fortaſſe ob labem marmoris, hujuſmodi veſtis expreſſa ſit. Hæc veſtis, quæ apud Latinos Græcoſque *exomis* vocabatur, ſequioribus temporibus propria erat vilium perſonarum & artificum: & ea non ſolum ſu-

pra tunicam induebantur, ſed etiam ſola, & abſque tunica, ut videre eſt in navium ductore Tab. LXVII. n. 2. & in uno ex libitinariis Tab. LXXXV. n. 1.

Nunc nos advocant pedum & tibiarum integumenta, quorum multiplices formas monumenta Etruſca præſeferunt. Supra de Etruſcorum militum calceis aliqua notavimus: hic agendum de calceis, quibus extra militiam Tuſci uterentur. Eorum nobiliſſimum genus nobis ænea ſtatua Medicea Tab. XL. oſtendit. In ea ſpectantur calcei, qui pedes & mediam circiter tibiam tegunt, adeo ut neque digiti, neque ulla pars tibiæ quam veſtiunt, nuda appareat: & loris, per ipſam tibiam circumvolutis, religati ſunt. Tab. XXIV. n. 2. in ſigillo, reperto Carpineæ, calcei, qui parum ſupra pedem per tibiam attolluntur, clauſi ſunt; ſed in anteriore parte ſciſſi & infibulati. Tab. XI. in inferiore ordine conſpiciuntur viri, pallio (ſeu toga ſit) circumvolutis induti, calceis clauſis, ſed admodum brevibus, utpote qui talum non excedant, latiore ligula ex eadem calcei materia adſtrictis. Ita Tab. XX. virorum, Etruſco more, pallio aut toga indutorum, calcei pariter breves & clauſi, qui ſolum pedem veſtiunt, neque ligula religantur. Adſimili brevitate calcei, & qui nullo modo religati ſunt, conſpiciuntur Tab. XXXVIII. tam in figura mulieris, quam viri. Crepidas forte etiam repræſentant; quandoquidem eorum poſterior pars aſpectui non patet. Tabula LXXIX. ex duobus ſervis, menſæ miniſtrantibus, alter calceo tibiali, cujus initium genu attingit, induitur: alter tibiam pedemque faſciis, inter ſe ad modum retis complicatis, tectus conſpicitur: cujuſmodi formæ compagos fuiſſe ſtatuunt Eruditi. Peculiare apud Etruſcos pedum indumentum ſoleæ erant, vittis per tibiam circumductis religatæ, unde Tyrrhenica ſandalia vocabantur (*): ex qua eorum denominatione erui poteſt, illorum uſum Romanos alioſque populos ab Etruſcis accepiſſe. Tab. I. & Tab. III. Mercurius hujuſmodi ſoleis induitur, quibus, ut Gellii libr. 13. cap. 21. verbis utar, plantarum calces infimæ teguntur: cetera prope nuda, & teretibus habenis vincta ſunt. Credendum eſt, ſoleas antiquiſſimis tem-

(*) Virgil. libr. 8. v. 448. Pollux libr. 7. cap. 22. n. 37.

Digitized by Google

temporibus, delicatis moribus adhuc ignotis, pro ſolo pedum tutamine, præcipue eorum, quibus longa itinera eſſent ineunda, inductas fuiſſe; unde in prædictis Mercurii, utpote Deorum nuncii, imaginibus ab artificibus additæ.

Mulieres plerumque in noſtris monumentis, clauſis, & nullas partes nudas relinquentibus calceis, munitæ ſunt: ita Furiarum imagines repræſentantur in Tabulis, de quibus diximus, cum de moribus & ſuperſtitionibus Tuſcorum circa defunctos ageremus. Similes calceos clauſos in mulieribus exhibent Tab. XXXVII. n. 2. & Tab. XXXXI. & Tab. XXXVIII. in qua, ut vidimus, imagines illæ breviſſimis calceis indutæ conſpiciuntur. Tab. II. Æternitas ſeu Nemeſis calceos clauſos geſtat, ſed parte anteriore apertos, at ligulis adſtrictos. In eadem Tabula Juno conſimiles calceos clauſos, ſi rimulam per longitudinem tibiæ & medios uſque pedes forte apertam excipias, eoſque vittis ad mediam tibiam religatos induit. Tabulis tamen XLII. & XLIII. ſtatuæ muliebres munitæ ſunt ſoleis, vittis religatis, quæ ſuperiorem partem pedis & digitos nudos in majore parte relinquunt, ut ex extrema parte pedum, quæ tantum in illis ſtatuis detecta eſt, apparet. Inſolitæ formæ tibialia ſpectantur in Bacchante Tab. XI. dimidia enim parte clauſa ſunt: altera vero parte, ſcilicet anteriore, reticulo conſtant: inferius autem ſolea carent, neque totum pedem, ſed dimidium tantum a calcaneo ad talum uſque veſtiunt, anteriore parte & digitis nudis relictis. In eadem Tabula in Baccho, forma muliebri ornato, calcei clauſi ſpectantur, loris religati, parumque ſupra pedem elati. Quod ad calceorum colores, vidimus Tab. LXXXVI. Furias calceis, puniceis vel amethyſtinis pellibus variis ornatis, comtas. Tab. LXXXIV. n. 1. tam ſponſæ quam ſponſi calcei ad mediam tibiam longiores, nigri aut alterius fuſci coloris ſunt.

Quod vero ad reliquas mulierum veſtes pertinet, feminæ Etruſcæ tunicis longiſſimis, & infra papillas cinctis, uſæ ſunt: ſupra vero palla ſeu pallio, ſeu etiam toga (nam apud priſcos Romanos ea quoque a mulieribus geſtata) amiciebantur: aliquando etiam capiti pallio ſuperinducto utebantur, ut figuræ mulierum ad ſimilitudinem jacentium ſuper urnas fictiles oſtendunt, præcipue in

Tab. LXXXVI. in qua tunica abſque manicis, ut apud alias gentes receptum eſt, ſingulis fibulis ſupra humeros religatur: hujuſmodi tunicæ forma in vaſculis ſæpe occurrit. Tab. XLI. Veneris, ut credidi, ſimulacrum manicas gerit, pluribus fibulis colligatas. Tab. XX. in qua Ulyſſis & Circes fabulam agnovi, mulier ſupra longiorem tunicam alteram brevem geſtat, cum manica triplici fibula conſtricta: fortaſſe tamen longiſſima tunica, duplici loco cincta, illa induta eſt. Sed prædicta brevis tunica, longiori tunicæ ſuperinducta, ſpectatur in quibuſdam mulierum iconibus urnularum Tab. LXXXIV. n. 5. & 6. Rubenius libr. 2. Electorum cap. 20. Romæ ſimulacrum affert, cum manicis pariter fibulis adſtrictis. In picturis vaſculorum feminæ tunica longiore, quæ plerumque pedes attingit, latioribus manicis, & palla ſeu pallio in varios gyros circumvoluto amiciuntur: caput vero ut plurimum tectum habent parvo veluti pileolo, aliquando etiam ipſomet pallio coopertum. Lectori tantum propono Tabulam LXXXIX. quia in aliis vaſorum picturis aliquando mulierum habitus diverſimode exhibetur; in iis enim ut plurimum non honeſtiores matronæ, ſed Bacchicorum ſacrorum adminiſtræ, mimæ & ſcenicæ, in conviviis adhiberi ſolitæ, repræſentantur.

Porro Tuſci candidis togis, aut palliis & tunicis, tam viri quam mulieres, utebantur. Id oculis ſubiiciunt fictiles urnæ ſæpius memoratæ Tab. LXXXVI. & LXXXVII. in quibus colores antiquitus inducti adhuc ſuperſunt. Hic mos Romanorum honeſtioribus in uſu fuit. Milites autem, ut notum, tunicis & ſagis diverſimode coloratis induebantur: quod & præſertim Etruſci conſuevere: idque demonſtrant ultimo loco dictæ Tabulæ. Candidis vero tunicis clavos purpureos: togis autem extremo in limbo prætextam purpuram vel aſſuebant vel intexebant. Hinc in Furiarum tuniculis latus e purpura clavus in Tab. LXXXVI. conſpicitur. Tab. LXXXVII. in icone viri jacentis ſuper urnam (quod notavimus, cum de defunctis & circa eos Tuſcorum religione verba fecimus) prætexta conſpicitur, & veſtigia duplicis clavi rubei apparent. Id patentius eluceſcit in ſponſo & ſponſa Tab. LXXXIV. n. 1. in qua non ſolum prætexta purpura in togis, ſed

Digitized by Google

ſed etiam duplices clavi, e purpura tamen fuſciore in tunicis, tum in anteriore pectoris ſponſi, tum in poſteriore tergi ſponſæ partibus luculenter exhibentur: quod lineis tranſverſis in ipſa Tabula notatum. Clavos veluti innuere voluiſſe cenſeo rudem artificem lineari illa ſculptura Tab. LXXXIII. n. 10. Præterea eadem purpura ornare conſueverunt pulvillos culcitraſque lectulorum, ut oſtendit Tabula ſuperius dicta LXXXIV. n. 1. in qua albus pulvillus, linea rubra, & culcitra viciſſim albis & rubris faſciis diſtinguuntur. Idem mos Romanis fuit, qui, Rubenio notante, mantilia, mappas, pannos, aliaque uſui neceſſaria, paſſim purpura ornabant.

Poterant hujuſmodi faſciæ non ſolum veſtibus & pannis ſuperponi, verum etiam opere textorio ſimul cum pannis elaborari; Etruſcos etenim inſignes fuiſſe arte texendi pannos, variis diverſiſque coloribus & ſchematibus diſtinctos, quos Romani Babylonicos vocavere, ſuadere videntur eorumdem monumenta; etenim hujus generis cenſendæ ſunt coloratæ militum veſtes, vel virgatæ, vel limbis in extrema parte coloribus diverſis diſtinctæ Tab. LXXXVI. & LXXXVII. Hinc panni veſtium, non ſolum ornati elegantibus limbis, ut præſertim in Junone Tab. II. ſed etiam orbiculis diverſi coloris ſpectantur Tab. LXXXIV. n. 1. & etiam Tab. XLVIII. Stellis Tab. XII. & Tab. LXXIV. Floribus Tab. XLVIII. & Tab. XLIX. & Tab. LXXIV. & in vaſe, ornamenti gratia præpoſito libro III. Tunicam, opere undulato textam (quod genus texturæ inter antiquiſſima recenſet Plinius libr. 8. cap. 48.) videre licet in milite triumphanti adſtante Tab. XLVIII.

Agendum nunc de ceteris, tum mulierum tum virorum ornamentis. Tam viri quam feminæ anulos in anulari ſiniſtræ manus geſtabant: a viro fide digno accepi, aliquando vidiſſe figuram, duobus anulis ornatam.

Mulieres in uſu communi habuiſſe armillas & torques, vel ex pretioſo metallo, & has ornatiores, aut in circuli formam fabrefactas: vel ex ſtroppo, inaures aut lineas margaritarum, bullas & periſcelides, ſuadent non ſolum Dearum, verum etiam Deorum imagines, de quibus in principio egimus: & præcipue

ſignum,

Digitized by Google

ſignum, quod Taigetis pueri credidimus, quod bulla, armillis & periſcelide inſignitur; pueris enim mulierum ornamenta tribuere conſuevit etiam antiquitas. Tribus etiam bullis ornatum eſt æreum ſimulacrum Tab. XLI. Neque contra quidquam valet, quod mulierum virorumque mortalium, cum in vita eſſent, imagines in Etruſcorum monumentis ſine iisdem effictæ conſpiciantur, ſi excipias mulierem lyriſten Tab. IX. n. 2. in qua Orgia repræſentantur, circulo ſeu armilla in dextero brachio ornatam; quia, ut ſupra diximus, Antiqui, religione quadam ducti, ea ornamenta ſimulacris Deorum tantum ſecreta & ſacra eſſe volebant: imo certo credendum, eatenus Deorum imagines iiſdem ornamentis comtas voluiſſe, quatenus eadem ipſa ornamenta eorum oculis uſus communis obtruderet atque ſuggereret.

Inter monumenta, ceteris antiquiora eſſe noſcuntur ea, quæ exhibentur Tab. LXXII. n. 2. & 3. & Tab. LXXVIII. habitus enim minus culti antiquiſſima tempora ſapiunt, in quibus homines paucis contenti, longeque remoti a luxu deliciiſque recentiorum, rudiore & naturæ proximo cultu procedebant. Ex iis ergo conſtat, milites vetuſtis illis temporibus arcto thorace & feminalibus munitos ſolum fuiſſe: & homines in communi uſu vel brevioribus feminalibus clauſis, vel brevi panno ad modum feminalium cinctos tantum inceſſiſſe. Ex Tab. eadem XI. n. 2. itidem conſtat, vetuſtiſſimos Etruſcorum longiores capillos, natura ipſa id docente, nutriviſſe: deinceps non ita longos, ſed in gyrum fere, ad vultus altitudinem cæſos, tuliſſe, ingerit eadem Tab. LXXVIII. cum recentioribus temporibus capillos prorſus non nutriviſſe noſtra anaglypha, ſtatuæ & picturæ vaſorum demonſtrent. Mulieres in eadem Tabula ſola tunica, manicis carente, non cincta, (eam Latini rectam dixere) quam primo Tanaquil texuiſſe Plinius [*] aſſerit, quæque mediam tibiam ſolum pertingit, indutæ conſpiciuntur. Tunica illa opere undulato, ſeu mavis ſpicato, texta eſt. Earum capilli in prædicti vaſis argentei cælaturis eodem ritu ac illi virorum tonſi exhibentur.

Nobilium mulierum antiquiſſimam veſtium formam forte imitatur habitus ſchema, quo comtas vidimus Furias in urnis Etru-

[*] lib. 8. cap. 48.

Digitized by Google

Etruſcorum, tunicula ſcilicet alta, inferiores tantum partes tegens, & clavo inſignita, cingulo infra papillas cincta, & vittis ſupra nudum pectus decuſſatis ſuſpenſa. Capilli etiam non prorſus religati, ſed partim in longiores cincinnos hinc inde diffuſi. Calcei tandem punicei, pellibus pretioſis ornati. In numinum enim imaginibus antiquiſſimum & communem populis morem ſervabant artifices; ſuperſtitio namque eos coërcebat, ne quidquam in Deorum ſimulacris, & præcipue in eorum indumentis immutarent.

Rei veſtiariæ Etruſcorum affinis eſt mundus muliebris & domeſtica ſupellex. Ad illum ſpectant ſpecula rotunda, flabella peculiaris & elegantioris formæ, & arculæ: ad ſupellectilem vero domeſticam pertinent lecti cœnatorii, culcitris & pulvillis, coloris janthini & cirris ornatis, inſtructi: vaſa omnis generis & elegantis aptæque formæ, fictiliă ut plurimum (unicum enim argenteum exhibet Tab. LXXVII.) ſella ſeu throni cum ſuppedaneo, ſellæ, & ſellæ plicatiles, & leonum pedibus ornatæ: quæ omnia lector videre poteſt in Tabulis, operi Dempſteriano paſſim inſertis, aut in fine hujus Diſſertationis additis.

§. XXXIV.

De Nuptiis.

POſtquam mores Etruſcorum, qui circa religionem, militiam, & veſtes verſantur, ex monumentis illuſtrare ſtuduimus, in præſens occurrunt nuptiæ. Eæ in quamplurimis urnis fictilibus repræſentantur per imagines ſponſi & ſponſæ, dextris ſe ſe invicem complectentium; apud varias etenim diverſaſque nationes, dextris eodem pacto conjunctis, non ſolum pacta & fœdera confirmabantur; ſed mutua præcipue fides in nuptiis a ſponſis promittebatur. Unde in Romanorum ſculpturis, gemmis, & numiſmatibus, per ſponſos dextras ſibi invicem prehenſantes, conjugia exprimuntur; imo antiquiſſimis temporibus manuum conjunctionem in matrimoniis adhibitam teſtatur ſacra Tobiæ hiſtoria cap. 7.

Nuptias

Nuptias ab Etruſcis celebratas fuiſſe ante oſtium domus clauſum, quod nuptiis perfectis poſtea aperiretur, ſuadere videntur anaglypha Tab. XLIV n. 1. & 2. & Tab. LXXXIV. n. 1. Primo loco in dicta Tabula n. 2. & Tab. LXXXIV. n. 1. obſervare licet ſponſos conſtitutos in medio mulierum, faces aut lampades ferentium, quas Furias repræſentare diximus: ipſæque conjugum capitibus manus admovent. In Tab. XLIV. n. 1. loco Furiarum parte dextera adſtat Genius alatus, pelle leonina vel alterius belluæ capite præſertim tectus, qui veluti mallei manubrio innititur; parte vero altera mulier ſive puella alata, inferius tunica tecta, quæ grandiori gladio, vagina nudo peculiariſque formæ, dextram imponit. A vero longe aberrare non crederem, qui Genium cum malleo zelotypiæ præſidem, Diſcordiam vero per mulierem gladium tenentem, ſignificari vellet. Utcumque tamen ſe res habeat, per prædictas omnes imagines Etruſcos ſignificare voluiſſe cenſeo Numina Inferorum, vexandis umbris deſtinata, & quæ diſcordiæ malorumque ſemina ingererent: & quæ placata & propitia ſponſis vel conjugum umbris vellent. Cum adſimili malleo ſpectantur ipſæ Furiæ Tab. LXXXIV. n. 6. & in Tabella in fine hujus Diſſertationis. [a]

Urnis cinerariis connubia impreſſa appoſuerunt, vel quia in una eademque urna conjugum cineres & oſſicula recondenda eſſent: vel quia nuptiæ mortem, & mors nuptias viciſſim apud Priſcos denotabant; utræque enim, ut ſcribit Artemidorus libr. 2. cap. 44., tam ſcilicet nuptiæ quam mors, fines hominibus eſſe putantur: & eadem utriſque contingebant, ut deductio & comitatus amicorum, tam virorum quam mulierum, coronæ, aromata & unguenta, ut in nuptiis pacta, ſic in morte teſtamenta in tabulas relata: faces tandem, nuptiis & funeribus communes, & quod ad præcipuum Etruſcorum morem ſpectat, ut nuptiæ ad domus, ita funera ad ſepulcri oſtium celebrata. Ex quo coniicere licebit, fortaſſe ab Etruſcis, ut omnem augurandi, ita etiam divinandi per ſomnia ſcientiam & ſuperſtitionem profluxiſſe; quandoquidem proportionem & comparationem nuptiarum ad mortem, quæ ex prædictis anaglyphis elucet, ex ea arte.

[a] Vide quæ ſupra diximus de Tuſcorum opinione circa Defunctos.

Digitized by Google

arte divinandi per ſomnia deſumptam ex Artemidoro videmus.

§. XXXV.

Tuſcorum Convivia.

NUptias merito ſequuntur Convivia. In Conviviis ergo antiquiſſimis temporibus ſedebant, ut de Ægyptiis teſtantur ſacræ literæ [a]: & de Grecis, ſeculis heroicis, Athenæus ex Homero [b]: & de Latinis Servius [c] ex Varrone aliiſque tradunt. Creſcentibus deinde parumper deliciis & luxu, receptum apud pleroſque populos Orientales, Græcos & Latinos, menſis in lectulis diſcumbere. Iis accenſendi ſunt etiam noſtri Etruſci, ut præſertim oſtendit Tab. LXXIX. confirmantque plures virorum & mulierum icones ſuper urnas jacentium, cum coronis, quæ, ut innuimus, exprimere videntur defunctos, quaſi funeralium epularum participes eſſent, vel qui deliciis & conviviis Elyſiorum fruerentur. Hinc prædictæ diſcumbentium icones, licet aliquando tunica & pallio operiantur, ſæpius tamen nudæ cum ſola veſte convivali conſpiciuntur, ut in prædicta Tab. LXXIX. aliiſque quamplurimis [d]. Unde ſuſpicari licet, icones virorum, ſola toga ſeu pallio indutorum, in vaſis depictas, repræſentare non ſolum viros communiter, abſque tunica, ut notavimus, indutos; ſed forte aliquando etiam dominos & hoſpites, cum ſola ſindone cœnatoria ad epulas paratos, eoſque delineatos fuiſſe in vaſis, quæ menſis apponerentur, quia Etruſci hoſpitalitate celebres erant, ut teſtantur excerpta ex libro Heraclidis Pontici de Politiis Græcorum, quæ habentur poſt Ælianum in quibusdam editionibus, & quæ Gronovius Theſauro Græcarum antiquitatum Tom. 6. inſeruit.

Ex prædictis defunctorum iconibus, ſpecie menſæ accumbentium, evincitur Etruſcos diſcubuiſſe in conviviis, non ſolum capite coronatos, verum etiam geſtaviſſe coronas a collo pen-

(a) Geneſ. cap. 43. [b] libr. 5. cap. 3. pag. 192. Vide & libr. 1. pag. 11. & 19. (c) ad v. 176. libr. 7. Æneid. (d) Vide Tabellam in principio Præfationis.

dentes, & ad modum torquis ante pectus demiſſas. Si excipias Etruſcorum monumenta, raro aut forte nunquam coronæ pectorales in anaglyphis aut ſignis aliarum gentium occurrunt; cum tamen eas communiter in conviviis adhibitas teſtentur Clemens Alexandrinus (a) & Athenæus (b). Eas vocatas ὑποθυμίδας, vel ὑποθυμίδας, quod odorem ex inferiore parte ad nares afflarent, tradit ad Athenæum Caſaubonus; unde utiliores erant quam coronæ, quæ capiti imponebantur. Hinc Clemens Alexandrinus (c) coronarum capitis uſum taxat; cum nares earum odorem non perciperent. In urna apud Petrum Sanctem Bartoli (d), coronam ſutilibus florum foliis, a pediculo divulſis, conſtare credibile eſt. Prædictæ coronæ etiam unguentis aliquando aſperſæ, ut plurimum convivis diſtribuebantur, cum expleta ciborum menſa, alia apponebatur ad potiones & propinationes: ut docent carmina Platonis Comici, apud Athenæum initio libri 15.

Ante potionem parum vini vel in menſam (e), vel in terram (f) effundebatur: eoque ritu ſacrificium inter menſas peragebatur. Hinc Pollux libr. 6. n. 30. libationes & propinationes conjungit, enumeratque inter plura ad convivia ſpectantia. Nihil mirum ergo, ſi imagines, ſuper urnas Etruſcas jacentes, pateras dextra geſtare ſoleant. Hoc vaſculi genus σπονδεῖον, quaſi *libatorium* dicas, Græci vocavere (g): Latini, qui eas in ſimulacris in dextris Deorum collocabant, *pateras*; ut præſertim eruitur ex Cicerone libr. 3. de Natura Deorum, dum ſcribit, Dionyſium victoriolas aureas, & pateras coronaſque, quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, abſtuliſſe: & libr. 1. de Divinatione, matrem Phalaridis in ſomnio vidiſſe tradit, Mercurium e patera, quam dextra manu teneret, ſanguinem fundere.

In eadem Tabula LXXIX. ſupra lectulum viſuntur coronæ ſolutæ & ſuſpenſæ. Ex prædicta itidem Tabula patet, Tuſcos uſos fuiſſe ſervis, qui tunicis ſuccinctis in menſis dominorum miniſtrarent. Ante lectulum parva & rotunda & humilis menſa in

(a) Pædag. libr. 2. cap. 2. (b) libr. 15. cap. 5. [c] Pædag. libr. 2. cap. 8. (d) Gli antichi Sepolcri Tab. 91. (e) Virgil. libr. 1. Æneid. Videndus Scaliger ad Feſtum, verbo *Menſa*. (f) Æneid. libr. 5. v. 78. Plautus in Curcul. Act. 1. ſc. 2. Videndus Lipſius Poliorceticorum in fine. (g) Pollux libr. 10. n. 65.

Digitized by Google

in noſtra Tabula non apparet ; cum tamen ea ſpectari ſoleat in anaglyphis tum Græcis tum Latinis: unde divinare licet , apud Etruſcos, alioquin delicatos & luxui deditos, ſervos ipſos adſtantes fercula vel patinas manibus ſubſtinuiſſe.

Ex Ariſtotele de Legibus Etruſcorum (*a*) conſtat , Etruſcos cœnaſſe cum ſuis uxoribus, ſub iiſdem aulæis accumbentes. Non dum reperta ſunt Etruſca monumenta , quæ hoc nobis exhibeant ; attamen plures icones , urnis ſuperpoſitæ , quæ mulieres repræſentant coronatas cum pateris , libationibus conviviorum inſervientibus , eundem forte morem Etruſcorum comprobant. Romanos ultimis Reipublicæ temporibus eandem conſuetudinem a vicinis Etruſcis accepiſſe ſuadent anaglypha , in quibus conjuges jacentes ad menſam ſpectantur , cum antiqui eorum mores id non ferrent ; teſtante enim Valerio Maximo (*b*) feminæ cum viris accubantibus ſedentes cœnitabant : quod etiam comprobat ex Varrone de Vita Populi Romani Iſidorus (*c*) : quam antiquam conſuetudinem ut plurimum Græcos retinuiſſe, complura anaglypha Græcis inſcriptionibus adjuncta evincunt, in quibus , viris accubantibus ad cœnam, mulieres ſedentes repræſentantur. (*d*)

§. XXXVI.

Muſica & Ludi Etruſcorum.

PEculiaris & opportunus agendi locus hic eſſet de Tuſcorum conſuetudine , communiter apud nationes recepta, adhibendi in conviviis muſicam , muſica inſtrumenta , ſaltatrices , ſcænicos, & mimos, ad bacchantium morem perſonatos. Hanc etenim conſuetudinem picturæ vaſorum ejus gentis aperte nobis demonſtrant ; artifices namque , ut alibi animadverti , ornamenta operum deſumebant ab iis rebus , quæ fieri & accidere ſolerent in ſingulis quibuſque vitæ humanæ actionibus,

[*a*] apud Athenæum libr. 1. pag. 23. Eadem fere habentur in Excerptis ex Heraclide Ponticо de Politiis Græcorum. Vide Dempſter. libr. 1. cap. 11. [*b*] libr. 2. cap. 1. (*c*) Orig. libr. 20. cap. 11. (*d*) Ita videre licet in quibusdam anaglyphis in ampliſſima Inſcriptionum collectione, quam Veronæ parat C. V. Marchio Scipio Maffejus.

in quibus vaſa & inſtrumenta ab iiſdem fabrefacta uſui eſſent futura. Verum ſatius duco (quod & ad clariorem expeditioremque orationem efficiendam ſummopere conferet) lectori omnia ſimul collecta, ſpectacula, ludos, acroamata, quæ ad voluptatem ſenſuumque oblectationem pertinent, quæque apud Etruſcos in uſu eſſent, proponere.

Inter artes, quæ ſummopere ſenſus percellunt, facile principem locum obtinet muſica, & inſtrumenta, quæ ad muſicam pertinent. In iis excelluiſſe Etruſcos, poſt Strabonis (a) teſtimonium, (qui inter plura, quæ ab iisdem Romani ſumpſere, recenſet muſicam, qua publice uterentur) oſtendunt anaglypha & picturæ, in quibus vel orgia & bacchanalia, vel ſacrificia repræſentantur. Etenim videre licet in eorum monumentis, quæ in Dempſteri & noſtris Tabulis occurrunt, non ſolum tubas ad uſum belli deſtinatas, ſed etiam tibias duplices aut rectas, vel earum unam incurvam: lyras diverſimode effictas, cymbala, tympana rotunda, aliquando ex utraque parte plana, aliquando inferiore parte rotunda ad modum ſphæræ dimidiatæ, tympana, quorum nonnulla in medio perforata lamellis inſtructa, fiſtulam ſeptem arundinibus compactam (b), crotala, ſeu faſciculos ſciſſorum lignorum ſeu ſcandularum (c). Peculiare Etruſcæ muſicæ inſtrumentum, quod fruſtra quæras in Latinorum Græcorumque monumentis, in picturis vaſculorum conſpicitur. Melius repræſentatum habes in Tab. XIII. in qua ſuſpenſa ſpectatur Tabella quadrata, longioris tamen formæ, tribus chordis in tranſverſum poſitis inſtructa, quibus plectrum inſeritur (d). Pollux libr. 4. n. 60. tradit, inſtrumentum, quod Aſſyrii invenerunt, & vocarunt *panduram*, trichorde fuiſſe. Hoc muſicæ inſtrumentum antiquiſſimis temporibus repertum eſſe, & primis muſicæ incunabulis coævum, ſuadet ejus ruditas, & ob religionem etiam poſterioribus temporibus retentum.

Muſicam & muſica inſtrumenta choreis conjungere ſolitos Etruſcos docent Tabulæ XXXI. & LXXVIII. in quibus pompæ ſacrificiorum repræſentantur, & de quibus ſupra loquuti ſumus; præ-

(a) Strab. libr. 5. (b) Tab. LXXIII. (c) V. apud Franciſcum Bartoli in Appendice Tab. XIV. (d) Idem inſtrumentum, licet ruditer depictum, cenſeo Tab. XL. Videri etiam poteſt Tabella præpoſita Libr. II. & Tab. XC. n. 2.

præcipue enim Tab. LXXVIII. apparent in pompæ initio duo hinc inde viri, qui crurum & brachiorum motu repræſentare videntur illud genus Sacerdotum, quos recenſet Firmicus, & ita deſcribit: *Hymnologos & qui Deorum laudes cum jactantia & oſtentatione decantant*. Ex eadem Tabula apparet, Etruſcis ſaltationem armatam haud ignotam fuiſſe: quod comprobat etiam vas Tabulæ LXIII. & aliud apud Franciſcum Bartoli in Appendice Tab. XV.

Sed præcipue inſpicienda eſt Tabula prædicta LXIII. in qua mulieres, Apollini numini præſenti Pëana canentes, variis choreis additis, repræſentari jam diximus; ibi enim mulier ſedens, cum virga veluti muſicam moderatur: alia retro ſtans canit: lyram altera pulſat: tibias inflat quarta. Muſicos modos comitantur viri muliereſque ſaltantes diverſis chorearum ſchematibus: inter quæ, præter ſaltationem armatam, de qua ſupra diximus, animadvertendum eſt illud quod venationem imitatur. Vir etenim ad ritum venatoris indutus clamyde, & pileo ad humerum ſuſpenſo, venabulo mulierem, quæ fugam ſimulat, inſequitur; priſci enim actiones omnes, animique affectionum geſtus, in choreis ad muſicæ modos attemperando, imitabantur (*a*), & præcipue fictos femellarum pavores, quas milites veluti hinc inde minitarentur; ut in picturis ſimilium vaſorum memini me obſervaſſe.

Sæpe ſæpius tandem Etruſci adhibebant in choreis mulieres viroſque perſonatos ad modum Baccharum & Faunorum, quibus orgia vel celebrabant vel imitabantur (*b*), ut præcipue animadverti poteſt in quamplurimis vaſorum picturis, in quibus oſcilla expreſſa cernuntur: quibus ſimiles ſunt, ut ſupra dixi, ludiones in urna fictili Cluſina Tab. LXXXI. n. 1. Hujuſmodi choreas perſonatorum ludionum adhibitas fuiſſe non ſolum in ſacris & in acroamatibus conviviorum, verum etiam in Circenſium vel triumphorum pompis, ſuadent Tab. XLIX. & Tab. LXXIV. in quibus hujuſmodi perſonati ludiones cernuntur; cum alioquin certum ſit, Romanos ab Etruſcis illos accepiſſe, id teſtante Livio libr. 7. Decad. 1. & Tertulliano de Spectaculis cap. 2. & Iſidoro libr. 18. cap. 16. Etiam in neniis defunctorum uſos fuiſ-

ſe

(*a*) Athen. libr. 1. pag. 15. meminit choreæ, in qua imitabantur aratorem. [*b*] V. Tab. XVII. XXVII. XXIX. LXIV.

ſe ſaltatoribus, & iis qui muſica inſtrumenta tractarent, teſtatur Tab. LXXIII. in qua circa ſepulcri januam vir ſaltat, & fiſtulam inflat: altera parte mulier choreas agit, & crotala manibus elatis, forte (nam anaglyphum rudis ſculpturæ eſt) perſonat.

Scænicis Tuſcos uſos fuiſſe, ſeu ad exhilarandos & majore voluptate afficiendos inter epulas convivas, ſeu ad publica ſpectacula, teſtantur oſcilla comica, columnis ſuſpenſa, in Tabella poſt Præfationem impreſſa: & præſertim duo comœdi perſonati, in rudi ſuggeſtu fabulam agentes Tab. XC. n. 1. Nec a vero aberrare cenſerem, qui forte vellet, plures viros togatos ſeu palliatos aliquando cum feminis colloquentes, qui paſſim in Etruſcis vaſculis occurrunt, quandoque repræſentare viros comœdias agentes, quos artifices depictos voluerint, ut imitarentur fabulas, quæ communiter in conviviis exhibebantur.

Tranſeundum nunc ad ſpectacula & ludos, qui in corporum concertatione verſabantur. Primum inter illa locum jure ac merito occupant Circenſes, quos ab Etruſcis acceptos videtur tradere Livius libr. 1. Decad. 1. dum ſcribens, Tarquinium Priſcum primo locum Circo deſignaſſe, ſubjungit, equos pugileſque ex Etruria accitos. Hinc quadrigam cum auriga Tabula LXXIV. repræſentare videtur.

Vidimus ſupra ex monumentis, gladiatores in Tuſcorum funeribus adhibitos fuiſſe: verum etiam in publicis ſpectaculis exhibitos, teſtatur Nicolaus Damaſcenus apud Athæneum [a]. & apud eoſdem Etruſcos datos etiam a triumphantibus inter cetera ſpectacula, docet pictura Tab. XLVIII. delineata ex nobiliſſimo vaſe Eminentiſs. Gualterii, de quo egimus ſupra, cum de uſu triumphorum verba fecimus: ex qua etiam patet, inter ſpectacula publica Etruſcorum, venationes fuiſſe.

Nummi præterea Tuſcorum n. 2. 3. & 6. Tab. LX. in quibus manus cæſtu armata conſpicitur, pugilatores inter Tuſcorum ludos eſſe recenſendos demonſtrarent, etiamſi non haberemus Livii ſupra memoratum teſtimonium, necnon Eratoſthenis apud Athenæum [b], tradentis, Tyrrhenos ad tibiam pugilatu contendere.

§. XXXVII.

[a] libr. 4. pag. 155. (b) libr. 4. pag. 154.

Digitized by Google

§. XXXVII.

Etruſcorum Artes ad Graphicen ſpectantes.

HÆc de muſica & ſpectaculis Etruſcorum adnotaſſe ſufficiat, cum præſertim nationes omnes, quantumcumque incultas & barbaras & a deliciis remotas, ſenſum aliquem erga muſicæ & ſpectaculorum oblectamenta habuiſſe ſciamus. Glorioſius veteribus Etruſcis accidet, ſi verba convertamus ad nobiliores elegantioreſque Artes, quæ circa Graphicen verſantur, in quibus elegans hæc & vetuſta natio ſummopere excelluit: & fato, ut ita dicam, quodam præluxit ſummis præſtantiſſimiſque viris, qui patrum majorumque noſtrorum temporibus in Etruria effloruere: & Sculpturam, Picturam, atque Architecturam, temporum ignavia & calamitate deperditas, ad ſummum perfectionis apicem evexere. Verum enim vero artes hæ ceteris omnibus, de quibus ſupra egimus, præferendæ; utpote quæ opus poſt ſe relinquunt, illuſtrium nempe virorum imagines: eorumque geſta diutius ſervant, & futuris per ævum ſæculis tradunt: adeoque Reipublicæ maxime proſunt, cum perpetuos ſtimulos erga gloriam & virtutes, quæ præcipue bonum commune reſpiciunt, per ſingulas quaſque ætates civibus ingerant.

Tuſcos peritos fuiſſe in artibus, quas Graphice complectitur, teſtantur Autores (*a*). Et primum de Etruſcorum Pictura verba facturus, nequaquam negligenda eſſe cenſeo anaglypha fictilia, in eorum cinerariis urnis expreſſa, & coloribus deſuper tecta (*b*); forte enim illa prima Picturæ fundamenta jecerunt, vel ſaltem quaſi lumen primis artificibus prætulere. Sclo Autores apud Plinium libr. 35. cap. 3. aliter Picturæ originem tradere, ſcilicet artem illam umbra hominis lineis circumducta repertam; ſed forte corporum umbra artificibus inſerviit pro primis anaglyphis, replendo circumſcriptionem umbræ argilla, ut ipſe Plinius ſcribit libr. 35. cap. 12. & tamen anaglypha poſtea coloribus depicta viam picturæ aperire potuerunt. Ut ut tamen ſe

res

(*a*) Plinius libr. 34. c. 7. libr. 35, cap. 3. & 12. Tertull. Apol. cap. 25. Caſſiod. Var. libr. 3, epiſt. 15. (*b*) De his egimus ſupra cum de ritu funerum diximus.

res habuit, ut loquamur de Pictura eo quo communiter accipitur ſenſu, & in plano elaborata, deſtitueremur penitus ejus artis apud Etruſcos exemplis, niſi vaſa fictilia quandam memoriam & ſpecimina nobis ſervaſſent. Omiſſis vero quamplurimis ruditer delineatis picturis, earum multæ licet fere omnes (a) careant lumine & umbris, & ſolo fundo diverſi coloris & lineis diſtinguantur; attamen in ipſa ſola ambitus iconum & partium delineatione totius humani corporis & partium ſymmetriam, & in ſimilitudine pulchritudinem præſeferunt, & venuſtatem aliquando, & Venerem etiam illam, quam Apelles aliorum ſui temporis artificum operibus ineſſe inficiabatur (b). Horum vaſorum elegans artificium exigit, ut de eo peculiariter aliqua dicamus; cum præſertim inde eluceat, Etruſcos in rerum naturalium obſervatione (phyſiologiam vocat Diodorus libr. 5. cap. 9.) verſatos, multa ex hujuſmodi ſtudio ad artium incrementum deſumpſiſſe. Vaſa ergo Etruſcorum elegantiora, facta ut plurimum ſunt vel ex terra dilute rubra, vel ex alba. Conſuevere ſupra vaſis terram alias argillas, ut hactenus obſervavi, albas, croceas, & nigras, & aliquando, ſed rarius, purpureas, ad vinaceum colorem vergentes, tenuem veluti tuniculam inducere: quæ & ipſæ excoctæ, materiæ vaſis tenaciter adhærent, & colores nativos in igne ſervant. His argillarum coloribus & ipſo colore rubro terræ diluto diverſimode utebantur, modo detegendo, modo intectos colores qui infra eſſent, relinquendo, & modo tandem alios colores ſuperponendo. Aliquando enim figuræ delineatæ ſpectantur vel in rubro diluto terræ vaſis, vel in crocea illa tunicula, & pro iconum fundo color niger inſervit (c). Nonnunquam figuræ, in nigro expreſſæ, pro fundo habent vel terræ rubrum (d), vel argillam croceam (e), vel albam (f). Quando figuræ expreſſæ ſunt in rubro terræ, vel in croceo argillæ ſuperinductæ, partes veſtium & corporis lineis ex nigro colore notatæ ſunt: ſi vero figuræ in nigro conſtitutæ ſint, inte-

[a] In picturis Tab. XXIIX. & Tab. XXXII. umbræ & lumina coloribus quo claris quo magis ſaturis apte diſtinguuntur; his vero ſimiles adhuc mihi non viſæ. (b) Plin. libr. 35. cap. 16. (c) Pleraque vaſa Muſei Medicei habent figuras in rubro terræ expreſſas. Tabb. vero XXX. uſque ad XXXV. vaſis figuras præſeferunt delineatas in tunicula crocea. (d) Ita Tab. XII. [e] Tab. XLIX. (f) Hujuſmodi vaſculum nuper repertum in urnula fictili cineraria prope Clanim, in Marchionatu Campi Orſeoli, quem fiduciarium obtinet Patricia gens Junia a Magno Duce, tamquam Duce Senarum.

Digitized by Google

interiores corporis & veſtium partes, & parva quædam veſtium ornamenta diſtinguuntur linearibus inciſuris, in ipſo colore nigro ductis, quæ detegunt & oſtendunt fundi colorem vel rubrum vel album vel croceum : eo plane artificio, quo avorum noſtrorum tempore Etruſci recentiores, ſumpto forte ab his monumentis exemplo, uſi ſunt, vocabantque *ſgraffito* [a]. Quandoque etiam albo colore utebantur, ad denotandas quasdam partes, præcipue in figuris, ceteroquin colore nigro expreſſis, mulierum præſertim [b]. Peculiarem animadverſionem merentur ornamenta purpurea ab artifice vaſis Tab. XLIX. in nigris veſtibus addita, forte ut imitarentur purpuræ ſegmenta, pannis affui ſolita. Eorum nonnulla ſunt rotunda, alia longiuſcula. Idem etiam purpureus color additus & junctus eſt alicubi nigro, in equorum & Faunorum caudis, & in perſonarum barbis. Terræ, qua utebantur ad tingendum nigro colore, utpote quæ partibus conſtaret minus tenacibus & minus aptis ad opus, admiſcebant calcem plumbi, ne vel decocta a maſſa vaſis diſrumperetur & decideret; unde in vaſis Etruſcis color niger nitorem quemdam vitreum emittit. In ceteris vero coloribus, utpote ex argillis tenacioribus & aptioribus, opus non erat ulla mixtura calcis plumbi, ut terræ vaſis, poſtquam igne excocti eſſent, adhærerent; unde, licet perfecte ſint levigati, non tamen in iis vitreus ille nitor elucet.

Recenſitis nobilioribus Etruſcorum vaſculis, illorum coloribus & artificio, miſſa facio plurima alia ejus gentis vaſa, quæ circa urnulas cinerarias reperiuntur, vel ex vulgari terra, vel ex nigra [c], quam prope Urbevetum adhuc reperiri audio, excocta; cum enim illa ruditer coloribus, & his caducis folia & vortices imitantibus: hæc vero ex nigra terra anaglyphis vultus & animalia repræſentantibus, vel figuris, lineis in ipſa terra cavatis, imperite ſatis ornata ſint, nec ad picturæ vel mediocris rationem pertinent, nec ad mores Tuſcorum illuſtrandos ullatenus conferunt [d].

[a] V. Vaſarium in Introductione cap. 26. Baldinucci Vocabolario, in Voce *Sgraffio*.
[b] Tabb. XII. & XLIX. omittimus recenſere colores, eorumque diſtributionem, quam adhibebant in parergis per reliquum corpus vaſculorum, ne tædio lectores afficiantur.
(c) Multa Tuſcorum vaſcula, ex terra nigra fabrefacta, & eorum varias figuras videre ſi quis cupit, conſulat Tabb. LXXV. & LXXVI. [d] Ad artem pingendi, in qua Etruſci valuere, faciunt libri a Plinio libr. 10. c. 15. commemorati, in quibus innumeræ avium ſpecies depictæ erant.

Ut veniam nunc ad ſtatuariam, quæ ſub ſe ſculpturam, plaſticen, artemque ſtatuas ære conflandi continet, in iis excelluiſſe Etruſcos, eorum monumenta demonſtrant. Et quamvis plurimis Tuſcanicis ſignis quadrare juſte poſſit cenſura, quâ notat ea Quintilianus (*a*), quod ſcilicet duriora eſſent; tamen plurima artis peritiam præſeferunt, cujuſmodi ſunt multa fictilia anaglypha vel lapidea & marmorea, & præſertim baſis Tab. XLVI. & ſtatuæ marmoreæ truncus Tab. XLII. & ſtatua ænea Tab. XL. cujus altitudo cum contineat undecim capita, deſumpta menſura ab imo mento ad ortum capillorum in ſumma fronte, credere fas eſt, Etruſcos vidiſſe illam ſymmetriam a Lyſippo excogitatam (*b*), qui minora capita faciebat, & corpora graciliora, per quæ proceritas ſignorum major apparet.

Inſignis hæc ærea ſtatua & Chimæra Tab. XXII. vetuſtiſſimi operis, & quod eorum ingenium maxime oſtendit, intus cavæ & inanes, perfectum æris conflandi artificium antiquiſſimis temporibus apud noſtrates fuiſſe teſtantur; cum alioquin apud veteres Græcos primitus æreis laminis opere ductili ſimulacra ruditer compaginarentur (*c*). Cum vero Etruſci in fuſoria inſignes eſſent, nihil mirum ſi etiam perfecte callerent artem æris parandi; excepto enim ſimulacro Tab. XL. (in cujus ære mixtum plumbum & ferrum periti agnoſcunt) plura ſimulacra, præſertim Chimæra, ſigna, & nummorum major pars ex orichalco flavo fuſa ſunt, quod perfectiore cadmia mixtum credi poteſt, nam auri nitorem quandoque æmulatur.

Animadvertendum, prædictam æream ſtatuam Tab. XL. ut etiam notavit Felix Ciatti (*d*), oculos ex gemmis habuiſſe; cavi enim, in quibus oculi gemmei inſerti fuerant, adhuc cernuntur. In hoc artificii genere ſuſpicari licet, Etruſcos Græcis Latiniſque præiviſſe, qui aliquando hujuſmodi morem ſequuti videntur (*e*).

Veteris Etruriæ principibus graphices artibus aſſertis, non omittendæ quædam aliæ minores, cum iisdem veluti cognatione

[*a*] Quintilianus Inſtit. libr. 12. cap. 10. [*b*] Plin. libr. 34. cap. 8. [*c*] Pauſanias libr. 3. pag. 194. [*d*] In libello de eadem Statua Italicè ſcripto, & inſcripto *Paradoſſo Iſtorico &c.* in Perugia 1631. (*e*) V. meas Obſervationes ad Numiſmata maximi moduli pag. XII. & Cæcilium Balbum apud Sarisberienſem: & ad rem facere videtur Epigr. 1. libr. 2. c. 22. Antholog.

Digitized by Google

ne junctæ. Cælaturæ ergo admodum rudis vetuſtiſſimum exemplum præſtat vas argenteum Tab. LXXVII. & Tab. LXXVIII. In eo ſcilicet, lineis in argento cavatis, figuræ delineatæ ſunt, quarum mediæ corporis partes cœlo intrinſecus impulſæ, in exteriore parte vaſis leviter eminent. Ex hoc vaſe argenteo deaurato notandum, antiquitus apud Etruſcos artem fuiſſe inaurandi metalla. Cælaturæ pariter quamdam ſpeciem præſeferunt Pateræ, in quibus ornamenta & figuræ ſola tantum lineari ſculptura deſignantur.

Gemmarum ſculpturam Etruſcam exhibet gemma Medicea apud Leonardum Auguſtini (*a*): & credere par eſt, plures gemmas ab artificibus Etruſcis ſculptas, cum literis careant, inter alias latitare; quandoquidem tradunt Autores (*b*), Mneſarchum patrem Pythagoræ, quem quidam Tuſcum aſſeverant, gemmarum ſculptorem fuiſſe.

Plaſtica tandem ars a Tuſcis excogitata fuit, ut quidam, referente Clemente Alexandrino (*c*), aſſerebant: ſive, teſte Plinio (*d*) ſaltem in Etruria maxime viguit; unde urnæ ex fictili materia, anaglyphis ornatæ, paſſim per totam Etruriam reperiuntur. Harum anaglypha, quæ ut plurimum optimæ perfectæque rationis ſunt, ſimiles inter ſe hiſtorias & emblemata repræſentant: quæ, ut hactenus obſervare licuit, duodecim ferme, ut ita dicam, themata continere ſolent, quæ vel æquali vel majore aut minore forma pro magnitudine urnarum, eadem repetita occurrere ſolent; imo ſæpe ſæpius ita indiſcretæ ſimilitudinis inter ſe ſunt, ut inde appareat ea anaglypha (ut Plinii verbis utar (*e*)) non prototypa, ſed ectypa dicenda eſſe, hoc eſt forma ad id parata in ipſa argilla cruda impreſſa fuiſſe, & inde excocta.

Cum vero ex monumentis alia optimæ ſymmetriæ & recentiora, alia vero antiquiora rudique arte ſculpta appareant, ſuadent (quod & aliis nationibus contigit) antiquiſſimos Etruſcorum rudes in iis artibus fuiſſe. Aliquibus credere placebit, haſce artes in Etruria perfectionem accepiſſe, ab artificibus omnis generis, qui Cornelio Nepote & Plinio [*f*] teſtibus, cum Demarato

(*a*) In Editione ann. 1708. Tom. 3. Tab. 86. (*b*) Diog. Laert. in Vita Pythagoræ. V. etiam Porphirium in ejusdem Vita, Suidam. [*c*] Stromat. libr. 1. [*d*] libr. 35. cap. 12. (*e*) libr. 35. cap. 12. [*f*] Plin. libr. 35. cap. 3. & cap. 12.

rato Corinthio, factionem Cypſeli fugientes, paulo poſt Romam conditam, Tarquiniis conſtiterunt; cum id præſertim de Plaſtice aperte afferat Plinius. Sed forte Romani, qui e Græcorum propria extollentium ſcriniis ſua ſcripta locupletarunt, Græcis longe poſitis, quam vicinis Etruſcis multorum ſcite excogitatorum gloriam tribuere maluerunt; ut enim ait Seneca (a): *ſemper ulterior aliquid ad venerationem confert; quando quidem in vicinio invidia verſatur, ſimplicius longe poſita miramur*. Ut ut ſit, hanc artium conſummationem in Etruſcis, ſive exterius acceptam, ſive a ſe ipſis diuturno uſu acquiſitam ſequioribus temporibus, quiſque in his peritus agnoſcere queat, ſi diligenter conferat antiquiſſimas figuras Tab. LXXII. n. 2. & 3. & eas quæ in vaſe argenteo cælatæ ſunt Tab. LXXVIII. quæ etiam diverſo & rudiore modo indutæ videntur, cum ceteris optimæ formæ, quæ recentioribus temporibus elaboratæ noſcuntur.

Poſtremo recenſitis aliis artibus ad Graphicen ſpectantibus, ex monumentis aliqua delibanda ſunt ad Architecturam Tuſcorum ſpectantia, e quibus, ut notum eſt, profluxit peculiaris ejus artis ratio, Tuſcanica dicta, cujus meminit Plinius (b), quamque Vitruvius deſcribit (c). Eo ſolo ordine craſſioris ſymmetriæ antiquiſſimis temporibus Etruſcos uſos fuiſſe dicendum: poſtea vero ſive a Pelaſgis aut a Græcis, quorum plurimi in Etruria degebant, ſive, ſi libet, ab artificibus, qui cum Demarato in Etruriam ſe contulerunt, modos Architecturæ, apud alias gentes receptos, accepiſſe, monumenta ſuadent. Nam præterquamquod Leo Baptiſta Alberti (d) ſcribit, in uſu fuiſſe apud Etruſcos etiam capitulum Doricum; ex noſtris monumentis conſtat adhibuiſſe illos plura ornamenta, quæ propria cenſentur aliorum Architecturæ ordinum: ſcilicet denticulos, echinos, aſtragalos. Imo in urna fictili, reperta prope Cortonam ad duo milliaria verſus Caurum, in prædio Equitis Antonii Franciſci Mancini patricii Cortonenſis, vocato *il Cegliolo*, in qua repræſentantur gladiatores duo inter totidem Furias, ſimili plane ſchemate, ut in Tab. LXXXVI., ſpectantur duæ hinc inde antæ ſtriatæ, quarum

(a) Seneca de Brevitate Vitæ cap. 15. (b) Plinius libr. 36. cap. 23. (c) Vitruvius libr. 4. cap. 7. (d) Leo Bapt. Alberti libr. 7. cap. 6.

Digitized by Google

rum capitula Ionicis volutis, a quibus encarpum pendet ſeu corona ſoluta, ornantur. Nihil mirum ergo, ſi etiam ſpectare liceat volutas in columnis ædiculæ Tab. XXVIII., & in altera Tab. XXXII., in qua capitula in inferiore parte opere reticulato diſtinguuntur. Præterea Tab. XXXI. & Tab. Libro IV. præpoſita, januæ, quæ foribus ornatiſſimis clauduntur, dum in ima parte latiores ſunt, rationem Architecturæ Doricam redolent. Tabula eadem XXXI tectum templi interioris protendi videtur ultra januam; aſſerum enim, quibus templi tectum fulcitur, partes anteriores deſuper apparent, & veluti parvam porticum, columnis aut paraſtatis ſuffultam ante ipſum templum conſtituunt.

Porro non mirandum Templa Tab. XXV. & Tab. XXVIII. & Tab. XXXII. anguſta eſſe & exigua, & pro ratione magnitudinis ſtatuarum, parum alta; priſcis enim temporibus, cum ſæpe ſæpius ſimulacra in propatulo ſtatuerentur, a principio templa parva & anguſta, & quæ ad ea tegenda, & ab injuriis tempeſtatum tantum tutanda ſufficerent, conſtituebantur: quæque vel aperta erant, ut Tab. XXVI. & Tab. XXVIII. & Tab. XXXII. vel janua poſtibus munita, quæ latitudinem & altitudinem templi æquabat, clauſa: & artibus nondum adultis, Architecti illi rudes immunes ea ætate erant a cenſuris, quibus poſtea Phidias, ſtatuæ Jovis Olympii ſculptor [a], & Imperator Adrianus, templi Romæ Architectus [b], impetiti fuere: quod ſcilicet ſimulacra majora eſſent, quam amplitudo aut latitudo templorum ferebat. Et forte Etruſci inter primos fuere, qui ſimulacris templa ædificaverunt; nam & templorum exiguitas, quæ in hiſce vaſis conſpicitur, priſcam, rudem, & primo inventam templorum formam ſub oculis ponere videtur.

§. XXXVIII.

(a) Strabo libr. 8. [b] Xiphil. in Adriano.

§. XXXVIII.

Tuſcorum Moneta.

ARtibus ſtatuariæ, præcipue æris fundendi, proxima eſt monetaria, cujus apud Etruſcos ſpecimen exhibent numiſmata Tabb. LVI. LVII. LVIII. LIX. LX. & LXI. Ea non typo expreſſa ſeu percuſſa; ſed ex ære fuſo conflata fuiſſe noſcuntur: cujus etiam artificii ſunt non ſolum antiquiſſimi Romanorum nummi, quos communiter vocant pondera, *peſi*: & quamplurimi Siciliæ & Carthaginenſium; ſed etiam recentioribus temporibus provinciæ Ægypti & civitatum Hiſpaniæ. In Etruſcorum nummis, omittentes in præſens emblemata & ſigna ſingularium civitatum, videre poſſumus unum, duos, tres, quatuor, aut etiam ſex orbiculos, quibus (ut Romanorum vocibus utar) denotare voluerunt unciam, ſextantem, quadrantem, trientem, & ſemiſſem. Cum enim priſci (ut norunt eruditi) ante inventam monetam fruſta metallorum in libra appenſa cum mercibus commutarent; quando primum moneta ſignari cœpta, ad commodiorem uſum addita fuere in nummis hujuſmodi ſigna, quibus aperte & illico ſingulorum pondus agnoſceretur. Cum ergo hi nummi antiquiſſimi ſint; coniicere licet, Romanos forte ab Etruſcis accepiſſe non ſolum hujuſcemodi morem globulis ſignandi valorem monetæ; verum etiam libræ in duodecim uncias partitionem. Ejuſdem libræ integrum pondus, quod aſſem Romani dixere, credi poteſt Etruſcos obelo denotatum voluiſſe, ut num. 1. & 3. Tab. LVI. & duobus obelis, veluti eadem Tab. LVI. num. 2. nummum duas libras pendentem, Romani dupondium vocavere. In Tabulis, in quibus repræſentantur nummi Etruſci, adnotatum eſt ſingulis eorum pondus ad valorem libræ Florentinæ redactum, ne quid forte deficeret, quod ad excitanda eruditorum ingenia faceret. Difficile tamen eſt ex nummis, qui ſuperſunt, Etruſcorum pondera & eorum libræ valorem aucupari; ut enim in Romanis nummis antiquioribus ſæpius contigit, probabile eſt nummos Etruſcos temporum decurſu variationem in pondere paſſos fuiſſe: præterea

Digitized by Google

rea ſingulæ Etruſcorum urbes, licet ceteroquin in communi fœdere verſarentur, pondera diverſa, & diverſi a ceteris ponderis nummos ſignare potuerunt: & tandem plurima numiſmata, ærugine temporumve injuria exeſa & detrita, ponderis antiqui ſatis notabilem diminutionem perpeſsa fuiſſe noſcuntur.

Ut ad Etruſcorum numiſmatum emblemata deveniam; ſæpius in iis occurrit caput bifrons, quod repræſentare Janum volunt. Draco apud Athenæum eo bicipiti capite ſcribit inſignita ſpectari numiſmata plurium civitatum Græciæ, Italiæ, & Siciliæ; quia ſcilicet Janus in Italiam navigaverit, & in monte Romæ vicino conſederit, quem ſuo nomine Janiculum vocaverit: qui mons cum in extrema Etruria cenſeatur, ea peculiari ratione Etruſci, Jani effigie monetam ſignare potuerunt. Verum, ut ſupra animadverti, caput bifrons in quamplurimis nummis reſpicere facile etiam poteſt urbium peculiare regimen, quæ duobus præſidibus aut regibus gubernarentur. Aliqua animadverſione dignum cenſeo, quod in nummis Etruſcis bifrons caput vultus geminos imberbes præſefert (*); cum in Romanis ut plurimum barbati conſpiciantur. In Romanis caput intectum apparet: in Etruſcis vero quodam pileo tegitur, qui in nummo Pembrochiano, a Spanhemio allato, & de quo paulo poſt agetur, in inferiore & extima parte globulis ceu gemmis circumornatur, unde pro dignitatis ſummæ ornamento accipiendus videtur.

In nummo Tab. LVI. num. 1. in altera parte Delphinus ſeu turſo repræſentatur. Adſimilis ſchematis numiſma affert Spanhemius in noviſſima Londinenſi Editione Diſſertationum de Præſtantia & uſu Numiſmatum Tom. 1. Diſſert. 2. pag. 112. in ſectione *De formis Latinarum Literarum in nummis*; adeoque illas literas pro Latinis accipere videtur, præſertim cum deinceps antiqua & ignota ceteroquin nomina Etruſca forte, latinis literis in ſimilibus nummis exhibita ſe credere ſcribat. Nummum vero & literas pro Etruſcis recte agnovit Petrus Franciſcus Giambullarius, qui floruit medio XVI. ſeculo, in libro Italice in-

(*) Fabrettus in Inſcript. cap. 7. num. 376. profert nummum Etruſcum, cum vultu uno imberbi, barbato altero, ex Muſeo Mediceo: in quo tamen hujuſmodi nummus non reperitur; unde ſuſpicari licet male delineatum fuiſſe.

inſcripto : *Origini della Lingua Fiorentina*. Ex Delphino Spanhemius ait, colligi poſſe nummum, in maritima urbe cuſum. Huic Delphini ſymbolo forte lucem afferre poſſunt, ea quæ notat Samuel Bochartus in Geographia ſacra, libr. 1. cap. 33. qui ex eo quod Autores Polybio vetuſtiores pro *Tyrrhenis* ſemper ſcribant *Tyrſenos*, coniicit Tyrrhenos primum Tyrſenos vocatos a Turſone ſeu Tyrſone (eſt piſcis Delphino congener) [a]: & veriſimile ait, gentem illam pro παρασήμῳ, ſeu ſigno navium, piſcem hunc appingere conſueviſſe : indeque ortam ſuſpicatur fabulam de Tyrrhenis, a Baccho puero in Delphinos converſis. Unde etiam credere poſſumus eadem de cauſa, Tuſcos etiam in nummis expreſſum voluiſſe tyrſonem, quo ejus gentis nomen connotaretur.

Occurrunt præterea in nummis Etruſcis alia ſymbola. Lyra & Lupus dormiens (b), Apollinem, Clava (c) Herculem, Sol & Luna ſilens (d) Solem & Lunam, quæ numina, quæ in aliquibus urbibus colerentur, fortaſſe repræſentant. Manus cæſtu armata (e) Dioſcuris, præcipue Polluci (f) tribui poteſt, vel ad ludos pugilum, quos in Etruria celebratos vidimus, pertinet. Rota conſpicitur Tab. LXI. num. 1. quæ dum Tab. LIX. num. 5. jungitur cum vaſculo, adverſa in parte expreſſo, anſam conjectandi præbet, quod innuere poſſit vaſa fictilia, quibus Etruria celebrabatur : & præcipue pertineat ad urbem, quæ eo artificio maxime polleret. Cornu Copiæ Tab. LX. num. 1. denotat fertilitatem regionis, quæ frugibus, uvis, pomiſque abundat: & Aquila altera parte mire illuſtratur ex verbis nymphæ Bigöes, quæ ſupra attulimus ex Fragmentis Autorum de Limitibus, quæque tradunt, Jovem terram Etruriæ ſibi vendicaſſe. In pluribus tandem nummis repræſentatur Anchora, Tuſcorum inventum (g), & rana, quæ ſæpius occurrit, inſigne eſſe poſſunt urbis maritimæ, vel ad lacum poſitæ; lacus enim paludeſque plures, tum in interiore Etruria, tum ſecus mare numerabantur; unde forte Mæcenas, qui originem ex ea provincia ducebat, ranam in ſigillo ſculptam geſtabat. §. XXXIX.

(a) De Tyrſone Plin. libr. 9. cap. 9. Ariſtotel. Hiſtor. Animal. libr. 6. cap. 12. [b] Tab. LX. num. 4. & 5. [c] Tab. LVII. & LVIII. & LX. num. 2. & 3. & 6. (d) Tab. LIX num. 4. In pluribus aliis nummis videtur Luna ſilens. (e) Tab. LX. num. 2. 3. & 6. (f) Horat. Serm. 2. Hygin. Fab. 77. & 273. (g) Anchora forte diverſæ formæ, et quæ in uſu etiam eſſet, ſpectatur in manu monſtri mulieris ſpecie, et cujus crura in duas caudas deſinunt, in Tab. poſt Præfationem; niſi tamen inſtrumentum piſcatorium ſit.

Digitized by Google

§. XXXIX.

Etruſcorum ſtudium erga ſcientiam rerum naturalium, in quo etiam recentiores Etruſci excelluere: aliæ diſciplinæ eorum curſim notantur.

EXpenſis Etruſcorum religione, moribus & artibus, quæ manuum auxilium exigunt, veniendum ad diſciplinas, quæ in ſola mentis operatione conſiſtunt: & prima ea occurrit, quæ naturam, rerumque naturalium effectus reſpicit. In hac certe, ut vidimus, Etruſcos apprime verſatos Diodorus Siculus aſſerit (a). At ne ab eorum monumentis, quæ præ oculis habemus, diſcedamus; quomodo metallorum naturam, fuſionem, mixtionem, inaurationem callere potuiſſent, ſine naturalium rerum ſcientia? Quo pacto vaſa fictilia, tam eleganter colorum varietate ornata, fabrefacere valuiſſent, niſi in argillarum cognitione verſati fuiſſent, & earum ſpecierum, & quæ ex iis excoctæ, vel primævum colorem retinerent, vel alium acquirerent? Et cum terræ, qua utebantur ad colorem nigrum in vaſculis inducendum, plumbi calcem, ad ipſum colorem firmandum, immiſcerent, evincitur, Etruſcos metallorum in vitrum excoctionem agnoviſſe. Quæ omnia conſequi a principio non valuiſſent, niſi in rerum naturalium contemplatione ſedulo fuiſſent verſati.

Quinimmo, Auguralium fortaſſe diſciplinarum cauſa, libros ii ſervabant, in quibus depictæ erant variarum avium ſpecies (b): eæque tam multæ, ut tempore Plinii earum plurimæ in Italia lociſque, orbi Romano compertis, non viſerentur, quas deperditas ſibi ſuadet ſcriptor ille, & quaſi deplorat: quod potius ideo eveniſſe credendum eſt, quod natio illa, cum primum ad has Italiæ partes incolendas ſe contulit, libros illos, ad ſuas ſuperſtitiones maxime attinentes, ſecum duxerit a longinquis, unde venerat, regionibus: in iiſque depictæ eſſent inter ceteras quamplurimæ aves earumdem regionum, Romanis incognitæ.

Cum vero, ut multorum fert opinio (c), eventibus ſæpe ſæ-

(a) Diodor. libr. 5. [b] Plin. lib. 10. cap. 25. (c) Firmicus libr. 1. cap. 1.

pius confirmata, in iisdem regionibus confimilia ingenia identidem per diverſas ætates emergant & naſcantur (eadem namque & permanens locorum, aëris & ſitus temperies plurimum valet ad ſimilem organorum corporis conſtitutionem producendam, quæ ad ingeniorum acumen aut debilitatem maxime confert [a]; accedente præſertim ſimili vitæ inſtitutione per ætates ſervata, & ad poſteros tradućta) nihil mirum, ſi idem ſtudium rerum naturalium, in quo verſatos antiquos noſtræ regionis habitatores vidimus, etiam in recentioribus Etruſcis maxime vigue: rit & vigeat. In eo enim inter plures alios claruere Andreas Cæſalpinus Arretinus, & Michaël Mercatus ex Urbe Sanćti Miniatis, & qui in natura leges geometriæ agnovit Galilæus, & Academici *del Cimento* dićti, qui auſpiciis Principum Mediceorum viam experimentis, & penitiora rerum naturalium ſecreta indagandi Europæ eruditis aperuere, & Franciſcus Redi Arretinus, & qui noſtris temporibus in hac urbe floret Cyprianus Targioni, Medicinæ eximius profeſſor, qui hortante eodem Franciſco Redi generum naturalium vires & effectus aſſecutus, remediis inde petitis, ad depellendos morbos feliciter utitur. Solertiſſimus hic naturæ indagator ampliſſimum præcipue muſeum rerum naturalium domi ſervat, in quo inter cetera peculiarem civium & exterorum admirationem eliciunt plantæ & animalia, arte, quam rerum cognitione, qua maxime pollet, adeptus eſt, exſiccata; adeout plantis quidem & floribus forma & nativus color poſt plures etiam annos ſervetur, & a caule aut ſtipite eædem plantæ, arefactæ licet, recenter avulſæ cenſeri poſſint: inſectorum vero, piſcium, volatilium, quadrupedum cadavera adhuc in naturali viventium ſtatu permanere facile credas; ita in iis vigent color, plumæ, pili, & oculorum vividus ſplendor, & internæ etiam viſcerum partes, ſectioni & inſpectioni anatomicæ aptæ adhuc perſeverant.

Non ſolum ſtudiis rerum naturalium, ſed aliis quoque artibus incubuere. Omiſſis enim ſuperſtitioſis eorum diſciplinis circa Deos & Deorum cultum, fulminum obſervationem, & ex avium volatu auguria, & oſtentorum remediis, quæ plures quamvis

(a) Servius ad libr. 6. Æneid. p. m. 438.

Digitized by Google

vis rudes philoſophiæ & aſtronomiæ notiones includebant, plura ab ejusdem gentis populis, ad humanæ vitæ commodum ſpectantia, vel inventa fuere, vel apud illos antiquitus uſu recepta, & ad alios propagata: ut annorum, ætatum, ſive ſeculorum, & magni anni revolutionum obſervatio (a): necnon ſcientia, quæ circa mores & populos regendos verſatur, ut fidem faciebant Ariſtotelis (b) & Heraclidis Pontici (c) ſcripta de eorum moribus & politia. Unde ea gens, licet in diſſitas regiones diſtracta, in ſummo potentiæ & divitiarum apice diu permanſit. Et cum ad rectam Reipublicæ adminiſtrationem rerum geſtarum memoria maxime conferat, Etruſci, teſte Cenſorino, Hiſtorias habuere, ſeculo eorum octavo conſcriptas, & Annales, ad quos provocat Dionyſius Halicarnaſenſis (d), cum de origine Tarquinii Priſci loquitur: qui Annales & Hiſtoriæ eorum ſtudium circa politiores literas poſt Diodorum Siculum (e) teſtantur, & confirmant ſcænici ludi, quos Romanos ab Etruſcis accepiſſe paſſim tradunt ſcriptores, & præcipue Tragœdiæ Tuſcæ, quas ſcripſiſſe Volumnium quemdam narrat Varro (f).

§. XL.

Lingua veterum Etruſcorum deperdita: vani huc uſque Eruditorum conatus ad eam aſſequendam, ope linguæ Hebrææ aut Chaldææ.

DOlendum profecto eſt gentis hujus diſciplinis & artibus, adeo, ut vidimus, exultæ, res geſtas & memorias ita, exceptis paucis, quas ſcriptores præcipue Latini attigere, interiiſſe, ut ipſa Etruſcorum lingua, qua earum Hiſtoriæ, Annales & Augurales libri ſcripti erant, & ad quam diſcendam Romanorum proceres filios in Etruriam amandabant, deperdita ſit; ita ut in vetuſtis monumentis, quæ identidem deteguntur, literas tantum ſpectare datum ſit, ſenſum vero earum latere cum eruditis profiteri cogamur.

(a) Vide Cenſorinum de die Natali c. 17. & Plutarch. in Sylla. (b) Apud Athen. libr. 1. [c] Heraclidis Excerpta tantum ſuperſunt. [d] libr. 3. [e] libr. 5. [f] de L. L. libr. 4.

Digitized by Google

Olim Joannes Annius Viterbienſis, alioquin vir ſumme eruditus, & linguarum Orientalium gnarus, qui floruit inclinante ſeculo XV. vocum Etruſcarum etymos in Lingua Hebræa aut Chaldæa reperire ſtuduit: & ad Patriæ decus promovendum, plures Inſcriptiones iisdem linguis compoſitas, ſed characteribus Etruſcis, qui in monumentis paſſim reperiuntur, exaratas, abſconſas & quaſi fortuito effoſſas, tamquam veras civibus ſuis exhibuit (a). Joannis Annii conatus ſequuti plures, inter quos Academici Florentini, qui ut tradit Sanctes Marmocchini in opuſculo ſupra §. 21. citato, in proœmio ad Coſmum I. Ducem Florentiæ, non ſolum Etruſcæ recentioris linguæ originem ad Chaldæam aut Hebræam referebant, ſed præcipue etiam earum ope linguam veterem Etruſcam aſſequi poſſe crediderunt & conati ſunt. Inter Florentinos Academicos maxime enituit Petrus Franciſcus Giambullarius, qui aliqua hujus conatus ſpecimina dedit in libro ſupra §. 38. memorato, & inſcripto *Origini della Lingua Toſcana*. Giambullarius tamen ea in re male acceptus ab eruditis civibus, qui eum & ejus aſſeclas, Aramæos, ab Aram, ſcilicet Meſopotamia, dicterio quodam vocabant; ut videre licet in rythmis, Etruſca recenti lingua conſcriptis, Alfonſi de Pazzis, & Antonii Franciſci Grazini, qui Academiæ Humidorum nomine *Laſca* vocitabatur. Irridentur etiam a Vincentio Borghini, viro docto, & exculto antiquitatum, Patriæ præcipue, indagatore (b).

Academicos illos Florentinos ſequutus fuit ipſe Sanctes Marmocchini, & poſtea Bernardinus Baldus in libro, cui titulus *In Tabulam æneam Eugubinam, lingua Etruſca veteri perſcriptam, divinatio*, impreſſo curante C. V. Velſero Auguſtæ Vindelicorum anno 1613. in 4.

Horum aliorumque complurium ſimiles conatus doctiores viri exploſerunt, inter quos Samuel Bochartus in Opere Geographico (c), dum, verbis Etruſcis, quæ in ſcriptoribus reperiuntur, collectis, & cum Phœnicia lingua collatis, eam linguam, Hebrææ alioquin affinem, diverſam ab Etruſca lingua oſtendere erudite ſatagit. Qui plura ad ſtudia ab eruditis viris ſuſcepta aut

[a] Ant. Auguſtin. Dial. libr. 10. (b) Diſcorſi di Monſignor Vincenzio Borghini Part. 1. Diſc. 1. [c] Geographia Sacra libr. 1. c. 31. Edition. Lugd. Batav. p. 707.

Digitized by Google

aut tentata, ad aſſequendam, ope orientalium linguarum, veterum Etruſcorum linguam, ſpectantia deſiderat, adeat C. V. Juſtum Fontaninium, Archiepiſcopum Ancyranum de Antiquitatibus Hortæ libro, in quo quamplurima reperiet ad univerſalem etiam, tum ſacram tum profanam eruditionem pertinentia, docte tractata.

§. XLI.

De Etruſcorum Alphabeto. Quædam notantur circa eorum ſcripturam.

QUamvis lingua Etruſcorum ignota adhuc ſit, & deperdita; quamplurium tamen literarum valor, auxilio Græcarum, præſertim veterum, erui poteſt; multæ enim magna ex parte aſſimilantur Græcis literis, ſi earum figura invertatur. Id maxime patet ex Inſcriptione Sigea βουστροφηδὸν (hoc eſt, boves in ſulcis ducendis imitando) exarata: & cujus exemplar primus in Britanniam intulit C. V. Guilielmus Sherard: & quam notis illuſtratam edidit C. item V. Edmundus Chiſul [a]: ſi præcipue attendantur verſus illi, qui a dextro ad ſiniſtrum latus ducti ſunt, & in illis literarum forma ad ſiniſtrum latus obverſa eſt: qui verſus ponuntur viciſſim poſt ſingulos alios, ſueto nobis more ſcriptos.

Verum de Tuſcorum Alphabeto acturo, mihi præmittere liceat, Etruſcos, ſeu temporum decurſu, ſeu locorum diverſitate, figuram literarum variaſſe; unde multi eruditi, qui hujus gentis Alphabeta edidere [b], in eo videntur defeciſſe, quod paucas figuras literarum notarunt, cum plurimum ex Tabulis Eugubinis eas deſumpſerint; præſto namque illis non erant plures Inſcriptiones per Etruriam inventæ. Notandum etiam eſt, quod pleriſque in literis facta videtur figuræ mutatio quaſi ſimilis illi, quam contigiſſe Latinis literis animadverti in Præfatione Obſervationum ad Vitra Cœmeteralia &c., quamque dixi ortum ſumpſiſſe a brevioris & expeditioris ſcripturæ ſtudio. Hujus mutationis

[a] Londini ann. 1721. [b] Plura collegit Illuſtriſs. Fontaninius de Antiquitat. Hortæ libr. 1. cap. VII. n. III.

tionis ſimilitudo cum ea, quæ accidit Latinis literis, aliquo modo confert ad dignoſcendum literarum valorem ; præterquamquod literæ illæ , mutatæ licet , aliquam ſimilitudinem cum principalibus, & ut ita dicam, primigeniis ſemper retinent.

His præmiſſis , literas & earum figuras, quas hactenus obſervavi , adducam , ſervando ordinem noſtri Alphabeti. Ad ejus literarum latus apponentur Etruſcæ , quarum præcipuæ obſignatæ erunt aſteriſco : ponentur poſtremo literæ, quarum figura notabiliter immutatur.

A – 𐌀*𐌀.𐌀. Hanc literam , ſi credendum eſt Giambullario (a) figurarunt etiam per R inverſam : quod & contigiſſe in Romana ſcriptura, oſtendi pariter prædicto loco.

B – 𐌁*𐌃.

C – 𐌂.𐌂*𐌂.𐌂.

D – deficere videtur in Alphabeto Etruſcorum, niſi forte ejus poteſtatem ſuppleat 𐌂.

E – 𐌄.𐌄*𐌅.𐌅.

F – 𐌅.𐌅* In nummis Tab. LVI. ad Tab. LIX. habetur hæc dictio: 𐌀𐌉𐌄𐌅𐌉𐌒𐌏. in quibusdam ex prædictis nummis 𐌅 ita figuratur 𐌉.𐌉.𐌉. unde forte ad eamdem literam referendæ hæ, quæ aliquando occurrunt , 𐌅.𐌉.𐌊.𐌉.𐌊.𐌗. niſi earum aliquæ notent alias literas quandoque duplicatas vel colligatas.

G – 𐌇.𐌇*

H – 𐌈.𐌇*

I – 𐌉*

L – 𐌋. ſed ut plurimum ſic depingitur 𐌋* Hujus literæ figura ſimilis nonnumquam reperitur , ſed anteriore linea paulum longiore, ſic 𐌋. tunc cenſeo , ut dicetur , accipiendam eſſe pro V. In Tab. LXXXII. n. 2. credo 𐌋. ſic depingi 𐌌; ea enim Inſcriptio incipere videtur a dictione 𐌉𐌏𐌐𐌀𐌋. & figura illa parum diſtat a minuſculo Græcorum λ. cujus major figura Λ. occurrit aliquando in Tabulis Eugubinis.

M – In plures formas mutata ab Etruſcis adhibetur 𐌌.𐌌.𐌌.𐌌.𐌌 𐌘.𐌍. frequentius ita delineatur 𐌌.𐌍. Cum vero non ſolum in eadem Inſcriptione , ſed aliquando in eadem dictione

(a) Origini della Lingua Toſcana.

ctione reperiantur M & M, aut M; quis ſcire valeat, an hoc dandum ſit genio variandi ſcriptionem, an diverſum in aliquo inter ſe ſonum includant?

N – И*И.И.ч.

P – In Tab. II. in dictione, appoſita figuræ Apollinis, ita figuratur ч. & in literis adſcriptis imagini, quam credimus repræſentare Pollucem, ita efficta eſt ч. In Inſcriptionibus ſimilis literæ forma non occurrit, ſed ſolum litera ч, quæ ſimilitudinem aliquam cum illis ſervat; ſed neſcias ex iis, quæ modo dicentur, an pro R poſita ſit, an aliquando pro P Latinis, an Etruſci pro P uſi litera ч?

R – ч.ч.ч* ex nominibus Herculi appoſitis Tab. II. & VI. eruitur ſonare literam R. In Inſcriptionibus ſepulcralibus, in Etruria repertis, frequentius occurrit ч, quam literam idem valere ac ч aut ч docent nummi apud Illuſtriſs. Fontaninium [*], in quibus verbum illud, quod ſæpe occurrit ɔчɔtVt, ſic etiam ſcribitur ɔчɜtVt.

S – ƨ*ƨ.ƨ.ƨ.ƨ.

T – t.t.t.Y. In nummis Tab. LX. in eadem voce ɔчɜtVt, ita effingitur ⊦, & in Inſcriptionibus, quæ quandoque principium habent a voce .чAJVt., depingitur hoc modo t.

V – V*V.V. aliquando ſic reperitur J.ᴊ ut dubitari poſſit an pro V, vel pro J accipi debeat, ut diximus.

8*0. Hæc vero litera, quæ ſæpe ſæpius occurrit, & deficit in Græcorum Alphabeto, certe ſciri non poteſt, cujus literæ vices ſuppleat, niſi, ut ſupra dubitavi, valeat D. Fortaſſe etiam O. diverſimode pronunciatum.

Θ* frequentiſſime in Tabulis Eugubinis videtur. Suaderi mihi vix patiar valere Θ Græcorum. Non ita frequenter cernitur in Inſcriptionibus aliis, in quibus ſæpius videas ſequentem literam

⊙.⊙* de cujus ſono dubitare cogit vox IOчAJ Tab. LXX. n. 2. quæ in pluribus aliis Inſcriptionibus in principio poni ſolet, ut diximus, ita ſcribitur IOчAJ, an punctum additum ○ a diligentiore ſcriptore, ut diverſo ſono pronunciandum notetur?

↓. vel

[*] De Antiquitatibus Hortæ libr. 1. cap. 7. pag. 117. 138. 139.

  Hæc litera quandoque reperitur, quæ forſan eadem cum litera, quæ videtur in Tab. XL. & aſſimilatur Ψ. PS. Græcorum; ejus tamen vim non habere ſuadet vox in Tab. XXXVIII. nam male poſſet pronunciari cum ſequente . Forte ponitur pro , & in ea dictione legendum .

Ex his facile lector agnoſcet ad certius ſtatuendum valorem quamplurium literarum, ad quarum agnitionem Græcæ, præſertim antiquæ, auxilium conferre nequeunt, expectandum eſſe, ut ex ampliore Inſcriptionum collectione, facta a diligentibus excerptoribus, earumque & vocum inter ſe collatione, res melius, & maturius perpendatur. Quandoque enim difficultas augetur ex imperitia & oſcitantia artificum, literas male efformantium, & identidem in literis lineas aliquas, & aliquando etiam literas omittentium; ut contigiſſe videtur in voce ΛΑΟΔΑΜΑΜ. Minervæ, figuris quater in pateris addita in qua modo litera, modo lineæ prætermittuntur: quod tamen injuriæ temporum etiam tribui poteſt.

Reſtat deinceps, ut de aliis, quæ pertinent ad ſcripturam Etruſcorum, & quæ in Inſcriptionibus animadverti, verba faciam. Etruſci veteres ad ſeparandas ſingulas dictiones (quod forte Romani imitati ſunt) adhibuere unum, duo, vel tria puncta, ex qua interpunctione docti viri, qui in indaganda lingua hac adlaborabunt, plura vocabula Etruſca ſecernere & colligere poterunt.

Hujus interpunctionis auxilio agnovi, Etruſcos uſum habuiſſe notarum, ad ſignificandum, ut Romanis in more erat, per ſingulas pluresve primas literas, prænomina vel dictiones aliquas pro formula apponi ſuetas, præſertim in elogiis ſepulcralibus. Cum vero aliquando in Inſcriptionibus puncta non reperiantur, ſuſpicandum eſt, plures literas, quæ valorem conſonantium etiam non liqueſcentium habere credi poſſunt, tres & plures ſimul junctas etiam continere pariter hujuſmodi notas. Fortaſſe etiam (quod & Romanis aliquando conſuetum) in quibusdam dictionibus notis & pro formula pariter adhiberi ſolitis, vocales omittebant: quod profecto ſtudioſos hujus linguæ in anguſtias rediget.

Ad

Digitized by Google

Ad hujus materiæ, quam præ manibus habemus, argumentum, pertinet id, quod ſupra animadvertimus, Etruſcos, ob ſcriptionis (ut reor) elegantiam, unam eamdemque literam, in una etiam dictione, figura diverſa depinxiſſe.

Quandoque ita efformatæ literæ conſpiciuntur, & linearum liberioribus (ut ita dicam) ductibus & inſolitis ſcriptæ, ut in eis aliquando vix literarum forma primo intuitu agnoſcatur, ut in Tab. LXXXIV. n. 3. & Tab. XC.

In hac poſtremo dicta Tab. XC. ni fallor, habetur vetuſtiſſimus ſcribendi mos, plane ſimilis ſcripturæ Sinenſium, & a qua non multum aliquando recedit hieroglyphica Ægyptiorum ſcriptura. In qualibet enim ex lineis, in quas ſcriptura hujus Tabulæ diſpertitur, verſus a ſumma parte incipiunt: & literæ, una ſubtus aliam, ad perpendiculum ſubiiciuntur: & in earum poſitione non attenditur, ad quam partem vergat ipſa literarum figura; credibile namque eſt, primos literarum inventores, literas a figuris quarumdam rerum & animalium ſumptas, collocaſſe quolibet loco & ordine vel formæ ſitu. Opinor etiam, Etruſcos literas aliquando colligaſſe: quod & Romanos feciſſe oſtendunt nummi, qui vocantur Conſulares. Hujuſmodi literas, inter ſe colligatas, olim vidiſſe memini non longe ab oppido Capraroläe, in Inſcriptione ſculpta in rupe altiore, in qua excavata eſt quædam antiqua via, quam Sutrium ducere audivi. Colligatas inſimul duas literas habere videtur Inſcriptio Tab. LXXIII. ſicut fortaſſe inter literas inſolitæ formæ, quas ſupra adduxi, dum de litera ꝑ loquutus ſui, earum aliquæ plures literas in ſe continent.

Tandem ex Inſcriptionibus, præcipue ex iis, quæ infra §. 45. adducentur, quæ anno 1694. in territorio Viterbii repertæ fuerunt, arguitur, Etruſcos uſum habuiſſe, ſeu forte etiam inventores extitiſſe notarum numeralium; nam, ut Romani per obelos notabant numeros uſque ad quartum, quintum vero per duos obelos, in parte ſuperiore invicem junctos, ad formam Λ inverſo Romanis more, qui obelos in inferiore parte ſic V jungebant: ad ſignificandum vero decem, duos obelos invicem decuſſatos hoc modo X deſcribebant, quaſi Λ quinque duplicarent.

Digitized by Google

§. XLII.

Etruſci ſcribebant ut plurimum a dextera in lævam.

VIdimus ea, quæ ſpectant ad literas, ab Etruſcis adhibitas, earum figuram, interpunctionem & notas; in præſens pauca dicenda de eorum modo ſcribendi a dextero ad ſiniſtrum latus, ſi ratio, non ipſius ſcripturæ, ſed aſpicientium habeatur. Suadent, ſic veteres Etruſcos ſcripſiſſe, literæ ipſæ, quæ cum ut diximus veteribus Græcis ſimiles ſint, earum forma converſa eſt ad ipſum latus ſiniſtrum. Hoc idem comprobant ſecundi & ulteriores verſus Inſcriptionum, qui incipiunt, & eadem cum ſuperioris verſus linea, a latere dextro, & ſæpe finiunt ante finem ſuperioris verſus, & ſpatium in ea parte inane relinquunt. Id quod olim notavit Bartholomæus Macchioni Cluſinus [a]. Id ipſum ſuadent Tab. LXXXIII. n. 10. & Tab. LXXXVII. in quibus cum toti verſui Etruſco tabulæ latitudo non ſufficeret, extremæ literæ ſubtus ultimam literam ſubſcriptæ ſunt ad perpendiculum una infra aliam. Aliqui aſſerunt [b] vidiſſe Inſcriptiones, more Romano ſcriptas, a ſiniſtra ad dexteram partem; hoc tamen rariſſime accidere puto. Hujuſmodi ſcripturæ exemplum ſolum mihi videre contigit in uno ex duobus ollarum ſepulcralium operculis, repertis inter oppida Podii Bonitii & Caſtellinæ, Tab. LXXXII. n. 4. quod eſt ſecundo loco delineatum, cum alterum ſueto Etruſcis more inſcriptum ſit.

In patera Tab. I. nomina more noſtratium ſcripta apparent, ſicut primum nomen in Tab. III. & ſecundum in Tab. VI. cum alia omnia in prædictis pateris inverſe exarata ſint. Notandum vero in Etruſcis Inſcriptionibus, a dextro ad ſiniſtrum latus ſcriptis, quod aliquando, licet raro, inveniuntur quædam literæ, quarum forma, inſolito ceteris more, in dextrum latus vergit. Populi quamplures a dextra ad ſiniſtram verſus exaravere: ita, omiſſis Orientalibus fere omnibus, Ægyptii ſcripſere, ut teſta-

tur

(a) In libro Italico inſcripto: *Deſcrizione della Famiglia Cilnea*. [b] Reſtaurus Paolozzi Patric. Cluſinus, ut mihi aſſeruit, domi ſervat Urnam rotundam, ſimilem illi Tab. LXXXIII. n. 3. in cujus operculo verſus a dextro ad ſiniſtrum latus exaratur: alter vero verſus in ipſa Urna a ſiniſtro ad dexterum latus ſcribitur.

Digitized by Google

tur Herodotus in Euterpe. Græcos etiam antiquitus eo ſcribendi more uſos coniicitur ex iis, quæ tradit Pauſanias (a) de ſtatua Agamemnonis, quæ adſcriptum nomen habebat, ex currentibus literis a dextra in lævam : & comprobant antiquiſſimi nummi plurium populorum Græcæ originis, ſcilicet Syracuſanorum, Imeræorum, Segeſtanorum, Selinuntinorum, Panormitarum, Liparitanorum, quos recenſet Spanhemius (b). Neque credendum eſt, nomina Agamemnonis prædicta, & populorum, inverſe ſcripta, cenſeri poſſe primum verſum eſſe ſcripturæ βουστροφηδὸν, in quo lineæ alternatim ducebantur, modo verſus dexteram, modo verſus ſiniſtram ; nam in prænotato marmore Sigeo, in quo habemus ſingulare ejuſmodi ſcripturæ exemplum, primus verſus non inverſe, ſed more noſtro verſus dexteram ſcribitur.

Aliqui docti viri (c) cenſent, primum Græcos inverſe omnes verſus ſcripſiſſe : & quod paulatim deſierit illa ſcribendi ratio, & ſcripſerint βουστροφηδὸν. Quicquid de ea re ſtatuendum ſit, conſtat ætate Cypſeli, hanc formam ſcribendi βουστροφηδὸν in uſu fuiſſe ; in ejus enim arca, Olympiæ dicata, hujuſmodi ſcriptura deſcribitur a Pauſania (d) : ex quo in dubium revocari poteſt eorum aſſertio, qui poſt Tacitum (e) tradunt, literas a Demarato Corinthio, qui factionem Cypſeli fugiens, Tarquiniis conſedit, in Etruriam importatas ; conſentaneum enim fuiſſe videtur, quod ſi Demaratus literas Etruſcas invexiſſet, illum etiam morem ſcribendi βουστροφηδὸν, qui eo tempore Corinthi vigebat, inducturum fuiſſe ; cum contra conſtet ex monumentis ſaltem frequentiſſime, Etruſcos ſingulos verſus a dextra ad ſiniſtram ſcripſiſſe.

(a) Pauſan. libr. 5. pag. 338. edit. Sylburg. (b) De Præſtantia &c. noviſs. edit. Londin. part. 1. pag. 109. [c] Marsham. ſec. 18. (d) libr. 5. pag. m. 321. [e] Annal. libr. 11.

§. XLIII.

Etruſci ſtatuis vel ſigillis literas inſcribere ſoliti.

PErtinet quodammodo ad ſcripturam Etruſcorum mos ille, ejus gentis pæne peculiaris, inſcribendi literas ſtatuis aut ſigillis virorum aut animalium. Plura exempla ſuppeditant Tabulæ, Dempſtero additæ (*a*). Aliud Etruſcum ſigillum, literis in femore & tibia inſignitum, quod Apollinem repræſentare ſupra credidi (*b*), affert C. V. Montfauconius (*c*), qui aliud etiam ſigillum exhibet ex Muſeo Cardinalis Gualterii; ſed cum ejusdem exemplum ab Eminentiſſimo Domino acceperim, deprehendi, licet ruditer ſculptas, has literas latinas C. POMPONIO VIRIO I. Signum repræſentat virum, ſolo pallio aut toga indutum; aliis vero in partibus nudum; pes autem dexter ruptus, ubi digiti extare deberent, non vero calceo indutus; quare non Etruſcis hoc ſignum adjudicandum eſt, ſed Romanis. Neque enim omnino aliis nationibus inſolita fuerunt hujuſmodi ſigna literis inſcripta; nam licet aliorum populorum pauca admodum monumenta ſuperſint: vel quia tales inſcriptiones redolent antiquiſſima & rudiora tempora, in quibus plurimæ nationes ſimulacris carebant: vel quia ætatum decurſu corrupta fuere; tamen plurium hujuſmodi ſimulacrorum ſcriptores meminere (*d*): & inter ceteros Herodotus (*e*), de antiquo Seſoſtris ſimulacro in Jonia, ſcribit, in eo ex altero ad alterum humerum ſculptas extitiſſe ſacras literas Ægyptiacas in hæc verba: *Hanc ego regionem meis obtinui humeris.*

Et ſicuti in hac aliiſque Græcorum Inſcriptionibus inducun-

tur

(*a*) Vid. Tabb. XXII. XXIII XXIV. XI. XLI. XLII. XLIII. XLV. & Tabellam poſt Epiſtol. in princ. hujus Diſſert. (*b*) §. 6. [*c*] Theſaur. Antiq. Tom. 3. part. 2. forte idem eſſe cenſendum cum eo, quod ſe vidiſſe memorat Stephanus Pighius in Hercule Prodicio in Bibliotheca Ducis Ferrarienſis, ut refert Illuſtriſs. Fontaninus de Antiq. Hortæ libr. 1. cap. 7. pag. 146. Illud vero, ut accepi, extat Lugduni Batavorum apud C. V. Robertum de NEUWILLE. [*d*] Pauſ. libr. 5. pag. 34. & pag. 343. Cicero Verrina V. Apocal. c. 19. 16. & de ſtatua Sardanapali videtur erui poſſe ex Arriano libr. 2. pag. 66. Quo ad monumenta videndus ibid. C. V. Montfauconius Tab. 158. ubi ex marmoribus Felſineis affert duo ſigna cum literis Græcis in femore: & in not. pag. 269. meminit grandioris ſimulacri ænei, reperti in Carinthia cum literis latinis pariter in femore. Ediderat Appianus pag. 397. & 414. & Grut. pag. 989. n. 3. ex Pighio in Hercule Prodicio. (*e*) libr. 2.

Digitized by Google

tur ſimulacra ipſa, monumenta & donaria loquentia ; probabile eſt (ſi datum eſſet linguam aſſequi), reperturos nos eſſe , ſimulacra , aliaque monumenta Etruſcorum quaſi per proſopopœjam loquentia : qui mos certe temporum ruditatem notat , quemque noſtri artifices , ante artium perfectam reſtaurationem imitati fuere. Fortaſſe etiam literæ, in ſigillis impreſſæ , continent nomen viri alicujus , aut numinis in eis repræſentati, vel cui dicata eſſent, aut artificis.

Non omittendum tandem eſt, in crure Chimæræ, in Muſeo Mediceo aſſervatæ, Tab. XXII. & in armo Gryphi , cujus exemplar habetur ante principium hujus Diſſertationis , in utriſque eaſdem prorſus literas ſculptas eſſe, ſcilicet: ולומניו. An nomen artificis ejuſdem continent , an numinis , cui ea ſigna dicata?

§. XLIV.

Loca Etruriæ, in quibus reperiuntur Inſcriptiones Etruſcæ.

GRatam profecto rem Eruditis facturum me eſſe confido , ſi loca recenſeam , in quibus characteres Etruſci , hiſce vel tranſactis temporibus , reperti fuere : & primum occurrit

ARRETIUM.

In hac civitate , teſtante Vaſario , dum ſub Coſmo I. Mediceo munitionum fundamenta effoderentur , repertum æneum prægrande Chimæræ ſignum, Tab. XXII. in cujus anteriore dextro crure Etruſcæ literæ ſpectantur. Sanctes Marmocchini prædicto Dialogo MS. ſcribit anno 1497. repertum Arretii prope *Regillum* quoddam monumentum, quod exſcribit : & ex explicatione, quam dat , appareret , oraculum quoddam in eo contineri. Unde credendum eſt, eruditum quemdam virum, ab Annii commentis excitatum , ad patriæ decus vel ad poſteros illudendos, literis Etruſcis, lingua vero Hebræa , Inſcriptionem illam confinxiſſe.

CIVITAS CASTELLANA, olim FALARIS.

Vide Tab. LXXXII. & §. 25.

CLUSIUM.

Innumeræ Urnulæ Etruſcorum, marmoreæ vel fictiles, in ea urbe repertæ, & in dies reperiuntur: quarum plurimæ habentur in Tabulis Dempſtero inſertis, & ad finem hujus Diſſertationis.

COLLIS.

Urbs inter Florentiam & Senas.

Prope eam reperta crypta, de qua vide §. 25. & literæ in ea depictæ, habentur Tab. LXXXXII. in qua irrepſit error in anno, quo reperta crypta illa, anno ſcilicet 1697. ab Incarnatione, ſeu anno Eccleſiaſtico 1698.

CORNETUM.

In territorio Cornetano, dum adhuc Romæ commorarer, repertum caput Juvenis, in lapide, quem indigenæ vocant *Ninfro*, collo tenus ſculptum, & galea in vertice acuminata, & verſus anteriorem partem paulum inflexa, tectum, & baſi quadratæ impoſitum, in qua ſequentes literæ ſculptæ.

CORTONA.

Quod antiquum CORITUM cenſent eruditi.

In prædio nobilis Juriſconſulti & patricii Taddæi Orſelli, diſtante a Cortona duabus tertiis partibus milliarii, orientem verſus, loco nuncupato *il Campaccio*, ſub initium hujus ſeculi repertus, Tiburtino ſimilis lapis, in quo hæ literæ ſculptæ apparent.

Di-

Digitized by Google

Divinari poteſt, hoc lapide deſuper tectum ſepulcrum ; ut enim ab advenientibus ex utraque parte literæ legi poſſent, eædem repetitæ videntur, ſed ſitu inverſo.

Notandum, literas ꟻ ꟿ ꟾ ꟽ ꟻ reperiri in aliis Inſcriptionibus, in interiore Etruria repertis; unde aliquis credat, illius urbis habitatores, licet a Pelaſgis occupatæ, & diu retentæ, & qui (ut ait, poſt Herodotum [a] Dionyſius Halicarnaſſenſis [b]) lingua Pelaſgica utebantur, ab Etruſcorum lingua, & aliorum finitimorum diverſa ; Etruſcis tandem immixtos eorum linguam ſuſcepiſſe.

In prædicto pariter loco, dicto *il Campaccio*, propè Cortonam, repertus fuit Gryphus, impreſſus ante initium hujus Diſſertationis. Id mihi aſſeruit Eques Galeottus Ridolfini Corazzi, cujus in Muſeo ſigillum hoc in præſens aſſervatur.

FICHINÆ Caſtrum.

Sanctes Marmocchini : *Il ſecondo luogo* (deſcribit loca, ubi literæ Etruſcæ inventæ) *fu il caſtello ultimo de' Seneſi, chiamato Fichino, che è appreſſo alla Città d' Orvieto. Vidi un vaſo di pietra, nel quale bevono le galline : fecilo rivoltare, e vidi che v' era da un canto il nome di quello che vi era ſtato ſepolto, ſcritto a lettere Etruſche.*

Plurima loca circa FLORENTIAM.

Anaglyphum rude n. 2. Tab. LXXII. a majoribus accepi repertum fuiſſe prope Feſulas.

Anno 1689. in montibus ſupra pagum Antellæ, in prædio Comitis Ferrantis Capponi, Senatoris Florentini, in loco dicto *S. Andrea a Morgiano*, in rupe has grandiores literas vidi.

ꟻꟿ.ꟾꟽ.A.ꟽꟽ.ꟻꟾꟻ.ꟻꟿ
ꟾꟽꟻꟻꟿ.ꟿA

eas poſtea Coſmus della Rena retulit in ſuis Marchionibus Tuſciæ pag. 10.

De monumentis repertis ad Sanctum Martinum *alla Palma* vide Tab. XLIII. & XLVI. & præcipue §. 21. Cir-

[a] libr. 1. [b] libr. 1.

Circa annum 1700. ad oppidum *Panzano*, repertus cippus marmoreus, in ſuperiore parte ad formam palæ, qua in ludo pilæ utuntur, efformatus, prope ipſum oppidum ad duo milliaria, in loco, nuncupato *Mura a ſala*: nunc ſervatur apud Manninos. In hoc lapide hæc epigraphe videtur, literis circumductis, & figuræ cippi ſeſe accomodantibus.



Oppidum S. CASSIANI.

Afferam verba Marmocchini. *Il decimo luogo fu fuora di San Caſciano, a riſcontro allo Spedale della Coſta. In una vigna, che faceva fare Giovanni Borromei, ſi trovò una ſtatua di metallo, alta un mezzo braccio, che aveva una faccia di mirabile bellezza, e in capo una grillanda con foglie d' ellera, dove erano inſerite campanelle groſſe, a uſo di more ſalvatiche, di quelle che fanno pelle ſtoppie: aveva ſopra il braccio ſiniſtro una pelle colle cornicina; ma il pie deſtro per l' anticbità era guaſto. Trovovviſi ancora una gran medaglia di Jano, e una ſecchiolina, e certe pietre ſcritte con lettere Etruſche, le quali laſciate al ſereno, ſi perderono.*

Rudera Caſtri POGNÆ.

De hoc loco, ubi plura monumenta repertæ, vide §. 24. præter citatum Sanctem Marmocchini, & Ugolinum Verinum.

Tractus inter PODIUM BONIZI & Caſtrum CASTELLINÆ.

Vide Tab. LXXXIV. & §. 25. circa finem. Adducam etiam, quæ tradit Sanctes Marmocchini. *Il quinto luogo fu la Caſtellina di Cbianti, dove a un tirar di mano era già una città, chiamata dagli abitatori* Salingolpe, *dov' erano già le rovine, e una citerna: vi ſi trovò le ſecchie. A riſcontro a queſta è un colletto, dove negli anni del Signore* 1507. *adì* 29. *di Gennajo a ore* 18. *piantando que' di Lando una vigna, e facendo una buca col palo di ferro per piantarvi una vite, il palo caſcò in una ſepol-*

Digitized by Google

ſepoltura antica delli Etruſchi, ed uſcì dalla buca un fetore di tanfo, e trovarono in verſo la via un uſcio, chiuſo con laſtre di pietra albereſe, e la ſtanza era in cròce. Nella lunghezza ſua, che era 20. braccia, era una via larga tre braccia, non v' era nulla, e l' altezza era 5. braccia. Alla mano ſiniſtra era un magazzino, largo, lungo, e alto 5. braccia, dove erano vaſi di terra, pieni di cenere di morti di gente di baſſa mano, e certi vaſi, dove s' abbruciavano i corpi, e nella parte deſtra erano ſepolti e' nobili, eranvi..... una menſa, gli ornamenti d' una regina, cioè uno ſpecchio d' argento, a uſo d' un piè d' aſino, un dirizzatojo d' argento, maniglie d' argento, e in un vaſo di cenere una cicala d' oro, e quattro cicale d' oro una per canto del vaſo, una donna infino al buſto d' alabaſtro, con un filo d' oro ad armacollo, un vaſo di rame col coperchio di ſopra ad uſo d' un caldano da barbiere, dove erano caſſette piene d' anella. Trovovviſi pietre prezioſe, e tanti fogliami d' argento in quantità, che ſi venderono a Siena, ed io parlai coll' orefice che gli comprò. Vidi una ſepoltura, che vi era una donna ſcolpita, che aveva in mano una ſcodella, & eravi il nome di quella con caratteri Etruſchi: e molte urne di marmo e di pietra, entrovi cenere, vi ſi trovò. Era in volta ſenza calcina, cioè laſtroni grandi e groſſi, che dall' una banda all' altra a poco a poco l' uno ſopra l' altro s' accoſtavano al mezzo, e quivi ſi congiungevano ec.

De hac crypta loquitur etiam Petrus Franciſcus Giambullari, *Origine della Lingua Toſcana*, ex teſtimonio Petri Victorii.

MONS POLITIANUS.

In territorio ejus urbis reperta Urna, delineata Tab. LXXXIII. n. 4. in prædio Epiſcopatus, nuncupato *la Pieve*: Eam mihi tranſmiſit Franciſcus Maria Arrighius, Eccleſiæ illius vigilantiſſimus Præſul, olim Vicarius Generalis Archiepiſcopatus Florentini, quem honoris cauſa nomino.

Digitized by Google

PERUSIA.

Plura monumenta habebtur in Tabulis, de quibus agimus. Hic referre ſolum libet Inſcriptionem, adhuc extantem in antiquo ædificio ad modum Turris, lapidibus grandioribus extructo, & vocatur *S. Manno*. *

PLEBIS CIVITAS.

Marmocchinus. *Il terzo luogo fu la Chieſa d' un Romitorio preſſo a un miglio al Caſtel della Pieve .... e entrando in chieſa, vidi una ſepoltura marmorea, fatta a uſo d' un arcbetta d' un mezzo braccio, nella quale era ſcritto il nome di colui, che vi aveva le ceneri, ſcritto a lettere Etruſcbe.*

PISTORIUM.

En verba Marmocchini: *L' ottavo luogo fu in quello di Piſtoja, dove fu trovata una immagine di marmo, che fu portata al magnifico Lorenzo de' Medici, e veduta da M. Marcello, Cancelliere della Signoria, fu giudicato da lui, che l' epitaffio della ſtatua foſſe di lettere Etruſcbe.*

POPULONIUM.

Populonii monumenta Etruſca reperiri teſtatur Petrus Victorius Epiſt. 5. libr. 8. pag. 180.

SUTRIUM.

Non longe ab oppido Caprarolæ, ut dixi, vidi jam Inſcriptionem Etruſcam, fere tripedalibus literis, ſculptam in rupe altiore, in qua excavata eſt via, quam Sutrium ducere intellexi. Eam exſcripſi; ſed ob altiorem ſitum literarum deſcriptioni meæ diffidens, carenſque amico, qui denuo deſcriberet, & cum apographo meo conferret, hic apponere ſuperſedeo.

Digitized by Google

VITERBIUM.

Viterbii, anno 1694. octavo ab ea urbe lapide, loco dicto *Cipollara*, repertæ ſequentes Inſcriptiones, in lapide, *Ninfeo* dicto, ſculptæ, quas jam exſcripſi ex typo, in folio madido ſuper ipſas Inſcriptiones impreſſo, & poſtea exſiccato.

In tympano, ſeu uno ex lateribus operculi Urnæ grandioris.

In Urna, ſuper quam jacet mulier.

In Urna, in cujus operculo jaçet juvenis.

In cippo, qui videtur inſerviſſe pro rudi baſi columnæ aut iconis.

In duobus cippis ſimilibus, ſed junctis, qui duas columnas aut icones ſuſtinuiſſe videntur.

VOLATERRÆ.

Vide Tab. XLII. & Tab. LXXII. n. 3. Notandum Marmocchinum exſcribere duas Tabulas (ut ipſe ait) repertas Volaterris, quas ſuppoſititias ex ſola inſpectione characterum judices; ſimiles enim ſunt illis, quibus ſcripti, toto orbe erudito famoſi, *Scaripti*.

Digitized by Google

Dempſterus tandem libr. IV. cap. 15. pag. 432., ſcribit a Turri S. Vincentii, quæ in maritimis Volaterranis cenſetur, Populonium verſus; reperiri lapides, literis Etruſcis inſcriptos, inter ingentia rudera, quæ longo decurſu occurrunt, ubi Vetuloniam extitiſſe cum eruditis cenſet.

Hæc de locis, ubi monumenta Etruſca effoſſa ſunt, & effodiuntur. Ceteroquin multis aliis in locis ſpectantur ſimilia ejus gentis monumenta, & præcipue parvæ Urnæ & Inſcriptiones in Muſeis eruditorum Italiæ, & forte etiam extra Italiam; ſed cum incertum ſit, an illæ illis in locis inventæ, aut potius (quod probabilius eſt) ex Etruria adſportatæ fuerint, eas recenſere non curavi.

§. XLV.

Signa quædam inclinantis gentis & linguæ Etruſcæ.

ROmanis omnia undique, præcipue conterminas regiones, imperio & coloniis occupantibus, paulatim Etruſci eorum mores & linguam amplexati fuere. Inter ſigna autem pereuntis linguæ Etruſcæ forte connumerandæ non ſolum ſunt literæ, quarum forma vergit, non a dextera ad ſiniſtram more Etruſco, ſed a ſiniſtra ad dexteram, Romanorum more, quæ intermixtæ aliis in Inſcriptionibus aliquando, licet raro, occurrunt; verum etiam aliqua nomina in pateris quibusdam, & Inſcriptio in uno ex operculis Tab. LXXXIV. n. 4. quæ à ſiniſtra ad dexteram ſcripta ſunt: quam unicam Inſcriptionem, more noſtro exaratam, ſolum offendi inter innumeras, quas diverſis temporibus vidi; id enim, ut cenſeo, tribuendum eſt artificibus, Romano vel Græcorum ritu ſcribere jam ſueſcentibus.

Alterum ſignum Etruſcorum, in Romanorum mores jam inclinantium, præſtant Urnæ, tam Latinæ quam Etruſcæ, quæ in una eademq; crypta Cluſii, ut teſtantur cives fide digni, identidem reperiuntur (*a*). In-

(*a*) Id etiam aſſerit Bartholom. Macchioni, & exemplum affert pag. 181.

Digitized by Google

Inſcriptio Latina poſt Etruſcam in Urnula Tab. LXXXIII. n. 6. addita, videtur fuiſſe viri, qui cineres ſuos recondi voluerit, vel cum officulis uxoris, vel patris, aut alterius conſanguinei Etruſci; nam non par eſt credere, Romanum virum, ejectis cineribus defuncti Etruſci, ſuos in eadem urna (ut ſumptui parceret) recondi voluiſſe; id enim communis gentium religio, & præcipue Romanorum, erga defunctos vetabat.

§. XLVI.

Quædam notantur de Tabulis Eugubinis.

EUgubii, nobilis & jam potentis Umbrorum civitatis, quæ olim Iguvium vocabatur, ſervantur Tabulæ æneæ celebres, & quas eruditi conſentiunt veræ antiquitatis eſſe, licet quidam tamquam adulterinas inſimulaverint. Hæ continerent præcipuum Etruſcorum monumentum, ſi pro certo haberi poſſet eas eſſe opus Etruſcorum; quamvis enim ſimilibus characteribus ſcriptæ ſint, ac Inſcriptiones, quæ in media Etruria reperiuntur; cum tamen ea loca tenuerint Umbri ab Etruſcis ex Etruria ejecti, dubitari poteſt, has Tabulas Umbrorum lingua potius exaratas, quod aliquos video ſubolfeciſſe, ut teſtatur Curtius Inghiramius (*), qui in malæ & deploratæ cauſæ argumento erudite verſatus eſt. Verum enim vero quamvis utraque lingua æque ignota ſit; tamen quædam in his Tabulis deprehenduntur, quæ diverſum ab Etruſco illarum idioma ſuadere poſſunt; collatis enim plurimis dictionibus, quæ punctis diſtingui ſolent, & aliquæ etiam per plures vices repetuntur, in monumentis quæ in Etruria reperiuntur, eaſdem non reperi in Tabulis Eugubinis, in quibus nunquam incidi in verba terminantia in ΛΑ, quæ pluries offendas in Inſcriptionibus Etruſcis.

Idem forte dicendum de Inſcriptione ænei ſigilli Tab. XXIV. n. 2. cum repertum fuerit in Ditione Carpineæ, ſita ultra Tiberim & Seſtinum in Umbria. Inſcriptio vero, quæ Piſauri extat

(*) Diſcorſo di Curzio Inghirami ſopra l' oppoſizioni fatte all' Antichità Toſcane Tratt. VII. Riſp. 140.

Digitized by Google

extat (*), vere Etruſca cenſenda eſt, cum ſit monumentum Titi Atii haruſpicis fulguratoris, unde ad artis ſignum verſus ex lingua Etruſca additus.

Tabulæ prædictæ repertæ Eugubii anno 1444. in ſubterranea concameratione apud Theatrum, ut tradit Antonius Conciolus in deſcriptione Eugubinæ civitatis, ante Adnotationes ad Statuta Eugubii : qui addit, duas ex prædictis Tabulis ſervari in Armamentario Ducalis Palatii Venetiis, delatas ad eam urbem a C. V. ut eorum temporum antiquariis traderentur interpretandæ : & licet brevi remittendas promiſsum fuerit, nullo unquam tempore remiſſæ fuerunt.

Tabulæ, quæ nunc Eugubii cuſtodiuntur, quinque ſunt, characteribus Etruſcis ſimilibus exaratæ: & duæ, more & literis Romanis ſcriptæ. Sanctes Marmocchini, in præcitato Dialogo MS. pag. 16. a tergo, ſcribit ſe vidiſſe Eugubii quinque Tabulas æreas, lingua Etruſca ſcriptas, & exſcriptas opellæ ſuæ inſeruit: quas eaſdem eſſe dignoſcitur, ac illæ quæ Eugubii aſſervantur, licet aliquando, in illo Marmocchini libello, literæ non omnino feliciter delineatæ ſint ; imo & forte tædio affectus, plura quandoque omittit ; neque exſcripſit undecim verſus, qui ad finem Tabulæ III. literis & more Latinorum ſcripti ſpectantur : nullamque mentionem fecit Tabularum, quæ literis Latinis pariter exaratæ ſunt.

In has Tabulas Epigramma ſcripſit Jacobus, frater Lælii Taurelli, hoc lemmate : *De Tabulis, Iguvii ſive Eugubii in Theatro repertis* : quas ſeptem fuiſſe poſtea tradit, & ſcriptas literis Etruſcis, & legendas more Hebræorum ſeu Chaldæorum ; unde videtur, eo tempore, duas nondum Venetias tranſmiſſas fuiſſe : quod idem Conciolus accidiſſe notat, centum & triginta tribus annis antequam opus ſuum ad Statutum Eugubii elucubraverit, quod primum fuit impreſſum Maceratæ anno 1673.

Tabularum & verſuum, qui ritu & literis Latinis ſcripti ſunt, characteres, Romanis, ut diximus, ſimiles ſunt, ſi excipias ſ qui Tzadi Hebræorum proxime accedit, & ꝙ & ꝑ quæ tamen literarum Q & P forma quandoque reperitur in Inſcriptionibus Latino-

(*) Vide in notis ad Dempſterum libr. III. cap. 3. pag. 25.

Digitized by Google

tinorum antiquis, & præcipue in monumento Furiorum. (*)

Credendum eſt, hæc vetuſtiſſima monumenta communes cum populis finitimis pactiones, vel circa fines, vel circa alia, quæ inter vicinos intercedere ſolent, continere.

De Auctoribus, qui de his Tabulis egerunt, vel earum meminere, & de tempore quo repertæ, & in publico Archivo civitatis Eugubii repoſitæ, multa ſcitu digna accipient eruditi a C. V. Juriſconſulto & Patricio Eugubino, Marcello Franciarini.

§. XLVII.

De origine Etruſcorum. Proponitur conjectura, eos ab Ægyptiis profectos.

OPeræ pretium me facturum eſſe ſpero, ſi in medium adducam ea, quæ in antiquis monumentis animadverti poſſunt, & quæ conferant aliquo modo ad Etruſcorum originem arguendam. Circa eam veteres ſcriptores in varias ivere ſententias; alii namque voluerunt Lydos fuiſſe, alii Pelaſgos, alii denique indigenas: quam poſtremam ſententiam ſequitur ſolertiſſimus antiquitatum indagator, Dionyſius Halicarnaſſenſis.

Cum vero ſcriptores Indigenas, aut Autochthonas quoſdam populos vocabant, movebantur ex eo, quod eorum adventus & migratio antiqua adeo eſſet, ut de ea hiſtoriæ prorſus ſilerent, ſed errabant; nam alioquin ex Moſis ſacra & omnium vetuſtiſſima hiſtoria certum eſt, gentes omnes ex Oriente per Orbem diffuſas & propagatas fuiſſe; unde neceſſe eſt ſtatuere, Etruſcos etiam aliunde in has regiones adveniſſe. Poſt primam enim inter Noë nepotes terrarum diviſionem, cœpere temporum decurſu populi, vel quod ab aliis pellerentur, vel quod in ingentem numerum excreviſſent, ſedes mutare, & quæ aliis obtigerant provincias invadere.

Ex qua autem regione Etruſci advenerint, & ex quibus populis orti fuerint, divinatione opus eſt. Mihi ergo eorum monumenta perpendenti, oritur vehemens quædam ſuſpicio, eos in hæc Italiæ loca ex Ægypto profectos fuiſſe; eadem forte impellente

[*] Chircher in Latio. Petrus Sanctes Bartoli *Antichi Sepolcri* Tav. 26.

Digitized by Google

lente Paſtorum in Ægyptum inferiorem incurſione, ob quam, ut cenſet C. V. Marshamus (*) Ægyptii in Babyloniæ & Aſiæ partes, & præſertim in Græciam migrarunt, Colonias in eam deduxerunt, & urbes ſtatuerunt ſub Cecrope, Cadmo & Danao. Plurima autem ſunt, quæ opinionem hanc mihi ingerunt. Primo in Vaſe argenteo Tab. LXXVII. & LXXVIII. vetuſtiſſimi operis, figuræ ſimilem capillorum tonſuram & habitus formam (tectæ enim ſunt ſolum quodam brevi panno in ſpeciem feminalium) præſeferunt illis, quæ in monumentis Ægyptiorum, præcipue in Tabula Bembina ſpectantur. Gryphes & Leones alati, aliaque animalia & homines in monſtra deſinentes, quæ omnia in monumentis Etruſcorum occurrunt, aliquo modo conveniunt cum Sphingibus, monſtris & hominum ſimulacris, vultibus animalium perſonatis, ab Ægyptiis adhiberi ſuetis. Præterea Etruſci numinum ſimulacra alis ornabant: Ægyptii quoque non ſolum avium pinnas, ut conſtat ex Iſidis & Oſiridis imaginibus, ſed etiam alas diis tribuerunt. Id elicitur ex Sanchoniathone (b), qui quamvis agat de Phœnicum ſuperſtitione; aſſerit tamen, fabulas Ægyptias a Phœnicibus ortas: notatque, omnia ſe accepiſſe a Tauto, quem a Phœnicia profectum, a Saturno Ægypti regno donatum ſcribit. Quin imo ſi Etruſci alas in capite Furiarum & Gorgonum poſuerunt (c), Sanchoniathon idem feciſſe Phœnicios, & conſequenter Ægyptios, teſtatur in ſimulacro Saturni. Et cum apud Græcos Bupali pater, qui floruit ut §. I. vidimus, circa Olympiadem LIII., primus fuerit, qui alas & Fortunæ & Amori addidit; antiqui Etruſci non videntur a Græcis alarum additamentum accepiſſe; cum præcipue Græci alas Minervæ, Apollini & Baccho, ut quandoque fecerunt Etruſci, non addiderint.

Fabulas Deorum, & opinionem circa Tartarum, & defunctorum pœnas, Etruſci ab Ægyptiis pariter accipere potuerunt; eadem namque omnia ab Ægypto in Græciam tranſiſſe, teſtantur Scriptores (d). Literas quoque Etruſcas Ægyptiis fuiſſe ſimiles

[a] ſecul. VIII. [b] apud Euſeb. libr. I. cap. 10. Præp. Eruditi tamen cenſent Sanchoniathonem confictum fuiſſe ab ipſo Philone Byblio, qui Autorem illum vertiſſe a Phœnicia lingua ſcribitur. Videndus J. A. Fabricius in Bibliotheca Græca libr. I. cap. 28. n. I. & II. [c] Vide §. 25. [d] Herodot. libr. 2. Lucian. de Dea Syria. Ammian. libr. 22. Plutarch. de Iſide.

les neceſſe eſt, cum Etruſcæ veteri Græcorum alphabeto conveniant: & Græci ſuum, ut doctiores eruditi cenſent, a Cadmo Ægyptio, navibus Phœnicum advecto, acceperint. Quod autem Etruſci ab Ægyptiorum primo fonte hæc omnia, non a Græcis habuerint, ſuadere videtur, quod licet in pleriſque, in Deorum imaginibus effingendis, conveniant cum Græcis; in multis tamen, ut vidimus, differunt. Idem dicendum de literis; quamvis enim Etruſcæ antiquis Græcis aſſimilentur, attamen aliquarum forma multum a Græcis, & præ ceteris litera ϐ in Græcorum alphabeto non conſpicitur. Non negamus tamen, quod Etruſci, ut diximus, aliqua vel a Demarati Corinthii ſociis artificibus, vel a finitimis Græcis habere potuerint; cum plures Græcorum urbes non ſolum proximæ, ſed etiam veluti immixtæ Etruſcis eſſent.

Addendum, quod priſci Græcorum βουστροφηδὸν, ut vidimus, ſcribebant: Etruſci vero quoſque verſus perpetuo a dextro ad ſiniſtrum latus exaravere: quod de Ægyptiis teſtatur Herodotus [a]. Etruſci in ipſis ſignis, vel ſignorum veſtibus literas inſculpebant [b]: quod factitarunt etiam Ægyptii, ut patet ex ſtatuis Seſoſtris in Jonia, tempore Herodoti [c] adhuc extantibus: & pleraque Ægyptiorum ſigna per Muſea paſſim reperiuntur, hieroglyphicis literis inſcripta. Nec obſtare poteſt, quod in Etruria non viguerint adamuſſim omnes alii Ægyptiorum mores, & præcipue ſculptura hieroglyphica; nam præterquamquod idem dici poſſet de Græcis, hoc evenire potuit, quod prædicta, quæ ſpecialia & propria Ægyptiorum cenſentur, antiquitus viguerint in ſola Ægypto ſuperiore: & in inferiorem tantum propagata fuerint, quando ſub Regibus Thebanis, Paſtoribus expulſis, plures Ægypti provinciæ in unum regnum coaluere.

Porro non mirandum, Autores de hac Ægyptiorum in hanc Italiæ partem migratione verba non feciſſe; nam vetuſtiſſimis temporibus ut plurimum facta populorum literis non commendabantur, vel deperditæ erant antiquiſſimæ hiſtoriæ. Ut autem conciliemus noſtram hanc opinionem cum illa ſcriptorum, qui paſſim Etruſcos a Lydiis ortos tradunt; contingere potuit, quod

(a) Herodot. libr. 2. [b] §. 44. [c] Herodot. libr. 2.

Digitized by Google

profugi illi ex Ægypto primum conſederint in locis proximioribus Aſiæ, & præſertim Lydiæ: & poſtea, irruentibus aliunde populis, pulſi in Italiam advenerint. Et Plutarchus in Romulo tradit, populos illos in Lydiam ex alia regione adveniſſe: & licet dicat, Pelaſgos fuiſſe ex Theſſalia profectos; attamen exploratum eſt, ſcriptores, cum eos latuerint antiquiſſimæ gentium migrationes, eas tribuiſſe ſæpe ſæpius recentioribus Pelaſgis, quorum geſta magis nota erant, qui a Theſſalia pulſi, vagi per varias regiones circumjerunt; cum Pelargi aut Pelaſgi communi appellatione dicerentur populi, ciconiarum more vagi.

Hanc qualemcumque divinationem, de origine Etruſcorum ab Ægyptiis, omittere nolui, ut hæc etiam via ad illuſtrandam eorum deperditam linguam forte fortuna aperiri poſſit. Antequam vero diſcedam ab hac materia, ſilentio prætereundum non arbitror, in opinionem ſuperius propoſitam me quodammodo pertrahi, dum reputo gentem, vetuſtiſſimis etiam temporibus, literis & diſciplinis inſignem, & artibus præcipue liberalibus etiam antiquitus aliquo modo inſtructam, ab alia natione ortum habere non potuiſſe, quam ab Ægyptiis, qui antiquiſſimis temporibus ſoli (quantum ſcire per hiſtorias fas eſt) diſciplinis & artibus clari fuere, & a quibus omnem cultum ad Græcos promanaſſe conſentiunt ſcriptores.

§. XLVIII.

Paræneſis ad eruditos, ut ſtudium adhibeant in indaganda veteri Etruſcorum lingua.

HOrtari poſtremo fas mihi ſit, doctos præcipue linguis Orientalibus viros, ut animi vires intendant, ad illuſtrandam veterem Etruſcam linguam, tot jam ſeculis deperditam. Et quis vetat ſperare, quod temporum decurſu emergat aliquis, qui difficilem & inacceſſam viam aperiat: & pene-

penetralia linguæ hujus reſeret ; ſi præcipue cives & incolæ urbium & locorum, ubi Inſcriptiones Etruſcæ reperiuntur, ſedulo & diligenter excipi & delineari curent monumenta, quæ extant, vel quæ in dies detegentur, ut eruditis præſto & adjumento eſſe poſſint ad indagandam veterem hanc linguam?

Ut autem de ſpe eam aſſequendi aliqua divinatio in medium adducatur, notandum eſt, triplicis generis eſſe monumenta, quæ ad illuſtrandum Opus Dempſteri addita fuere. Primo occurrunt duæ Tabulæ Eugubinæ, characteribus, quibus uſi ſunt Latini, ſcriptæ: ſecundo celebres quinque Tabulæ, characteribus Etruſcis exaratæ; tertio tandem Inſcriptiones, quæ in interiore Etruria reperiuntur. Quod ad Tabulas Eugubinas, Latinis literis ſculptas, fortaſſe eruditi viri felicius in earum explicationem operam dabunt; in iis enim elucent quædam Latinæ linguæ affinia, quæ ſuadent monumenta eſſe vel priſcorum Latinorum, vel gentis, quæ eamdem cum Latinis originem haberet. Si vero aliarum quinque Tabularum Inſcriptiones (licet eæ characteribus, quibus ceteræ Etruſcæ, exaratæ ſint) lingua non Etruſca ſed Umbra, ut ſuſpicati ſumus, conſtent; ſenſum earum fortaſſe docti percipient auxilio linguæ Celticæ; nam Umbri, ſi fides habenda ſit M. Antonio, & Boccho, relatis a Solino [a] & Servio [b], Gallorum veterum propago erant.

In explicatione vero Inſcriptionum, quæ in Etruria effodiuntur, cum minore ſpe felicis exitus ſtudioſi adlaborabunt; cum cenſeri debeant Etruſca lingua perſcriptæ, quam (ut dixi) diverſam opinor a lingua quinque Tabularum Eugubii.

Cum autem ad indagandam ignotam gentis alicujus & deperditam linguam, plurimum conferre valeat illius populi originem ſcire (prout cum Carthaginienſes ortum duxerint a Phœnicibus, qui utebantur idiomate Hebræorum linguæ proxime accedente, hujus ope in illuſtranda punica lingua proſpero ſatis eventu plures verſati ſunt, inter quos Samuel Bochartus) in noſtra ſane Etruſcorum lingua hoc, licet levi, auxilio deſtituimur; niſi forte vera deprehendatur conjectura, quam ſupra propoſui, de

[a] Solin. cap. 2. [b] Servius ad verſ. 753. libr. XII. Æneid.

Digitized by Google

eorum origine ab Ægyptiis; tunc enim fortaſſe linguarum Orientalium periti, voces aliquas Etruſcis ſimiles invenient in veteri Ægyptiorum idiomate, cujus dictiones aliquas latêre ajunt in lingua Cophthorum.

Placuit hæc in medium adducere, quæ diligenter ſcrutatus, vetera Etruſcorum monumenta agnovi, aliquo modo ad ejus gentis religionem, artes, mores & linguam illuſtrandas poſſe conferre: & ſpero, benevolum Lectorem hos, licet leves conatus, æqui bonique conſulturum; verſamur enim in vetuſtiſſima natione, cujus facta, temporum diuturnitate & ſcriptorum defectu, longiſſima oblivione obruta & deleta dolemus.

APPENDIX.

CUM pæne abſoluta eſſet ſuperioris Diſſertationis impreſſio, aliud monumentum Etruſcum repertum eſt, quod delineatum affertur Tab. XCIII. Dum enim in Regio Muſeo Magni Ducis ſigna ænea expolirentur, in ſigillo mulieris, ac in ejus dextro latere literæ Etruſcæ apparuere [a]. Quia vero in Diſſertatione de eo nulla mentio fieri potuit, opportunum viſum fuit aliqua, quæ in eo notari poſſunt, hic referre.

Hoc parvum ſimulacrum probi artificii eſt; ejus enim ſtatus elegantiam præſefert; dum enim quaſi in quiete pedibus inſiſtit, in eo totius corporis habitus concinne expreſſus eſt: & partes, cum gratia & apte diſpoſitæ, conſpiciuntur: & ſigni ſymmetria (ejus enim altitudo decem capitis menſuris conſtat) confirmare videtur id, quod ſupra diximus [b], Etruſcos ſcilicet in hac ſymmetriæ elegantia Græcis præiviſſe, & præcipue Lyſippo, qui,

[a] In Tab. XCIII. ab Artifice ſculpta fuit duobus in locis una, & eadem Inſcriptio Etruſca: primo exterius magis expreſſe & perfecte: ſecundo interius, tenuibus admodum lineis prope Figuram, ut locus Inſcriptionis in ipſo ſigno notaretur.
[b] §. XXXVII.

Digitized by Google

qui, ut ait Plinius [a], *nova intactaque ratione quadratas veterum ſtatuas permutavit*: aut ſaltem in hoc Græcis ſuppares fuiſſe.

Mulier, quæ hac parva icuncula repræſentatur, tunica ſoluta, & ea abſque manicis, & deſuper brevi pallio aut palla induitur. Ab ejus collo pendet torquis, ut coniicere licet, ex lana aliave materia torta (ſtroppum vocabant), cujuſmodi ſpectatur in ſtatua Tab. XLIII. A torque pendebat bulla rotunda; ejus namque avulſæ (forte enim ex pretioſiore metallo erat) veſtigia ſuperſunt.

Capilli non religati, ſed ſoluti & breves & in varios cirros venuſte diſpertiti: & artifex in ipſis cirris ſubtili ſcalpro, tenuibus lineis ductis, capillorum fila diligenter imitatus eſt. Monumenta quædam ſuadent, primis temporibus mulieres non longiores capillos & religatos, ſed breviores & ſolutos geſtaſſe. Et ne diſcedamus a monumentis noſtrorum Etruſcorum, hoc partim videtur in capillis Furiarum, in urnis fictilibus Etruſcis [b]: & oculis ſubiiciunt mulieres pompam ſacrificii comitantes Tab. LXXVIII. Quod vero ad alios populos in Collectione Veterum Statuarum a C. M. Paulo Alexandro Maffeo notis illuſtrata, videntur etiam ſoluti & breves capilli in ſtatuis Mulieris fortaſſe barbaræ Tab. LX. & Phædræ Tab. LXII.

Caput revinctum geſtat, diademate ſupra frontem, veluti in altiorem laminam ſatis elato; ceteris vero in partibus & retro anguſtæ vittæ formam referente: quod genus ornamenti, figura parum immutata, ſcilicet media fronte altiore & acuminata, parumper deinceps in anguſtiorem redacta, a Romanis, qui forte Etruſcos imitati fuere, adhibitum ut plurimum fuit in Dearum capitibus, & etiam Auguſtarum: primo rarius, quando ſub Dearum forma repræſentarentur: poſterioribus temporibus, invaleſcente adulatione, magis frequenter.

Hinc divinare fas eſt, fortaſſe hoc ſigno Deam aliquam apud Etruſcos cultam expreſſam fuiſſe: & dolendum eſt, dexterum hujus figuræ brachium, quod pateram præfert, recenter ab artifice nupero in antiqui defectum, ſuffectum fuiſſe; nam forte ex re

[a] Libr. 34. c. 8. [b] Vid. præſertim Tab. LXXXVI.

Digitized by Google

re aliqua, quam dextra retineret, conjici poſſet, cujuſnam Numinis hoc ſignum eſſet. Verum tamen eſt, recentem artificem ſequutum fuiſſe id, quod plerumque in Deorum Dearumque antiquis imaginibus ſpectatur; earum enim plurimæ hujuſmodi pateras in manu geſtant, non ad libandum, ſed forte veluti ad libationes recipiendas.

FINIS.

Vrna Fictilis Florentiæ apud Nob. de Bonarrotis reperta an. 1723. inter oppida Castellinæ et Podij Bonitij long. p. 1. uno V

PARA-

Digitized by Google

PARAGRAPHORUM INDEX.

Quæ ad Etruſcorum religionem ſpectant : & de anathematibus & ornamentis , ſimulacris Deorum ab Etruſcis apponi ſolitis . §. I. pag. 7.
Jovis cultus . §. II. pag. 9.
Junonis cultus . §. III. pag. 10.
Minervæ cultus . §. IV. pag. 11.
Herculis cultus . §. V. pag. 12.
Apollinis religio apud Etruſcos . §. VI. pag. 12.
Veneris cultus . §. VII. pag. 13.
Mercurii cultus . §. VIII. pag. 14.
Bacchi cultus . §. IX. pag. 14.
Cereris cultus . §. X. pag. 18.
Proſerpinæ cultus . §. XI. pag. 19.
Victoria . §. XII. pag. 19.
Nemeſis . §. XIII. pag. 20.
Fortuna . §. XIV. pag. 20.
Janus . §. XV. pag. 21.
Fabulæ Etruſcorum, & Heroes cum Græcis Latiniſque communes . §. XVI. pag. 21.
Fabulæ peculiares Etruſcorum . *Tages* . §. XVII. pag. 23.
Volta . §. XVIII. pag. 24.
Fabuloſa alia monſtra . §. XIX. pag. 25.
Sacrificia . §. XX. pag. 27.
Sacrificia ab Etruſcis adhibita in ſanctionibus pacis aut foederum , aut felicis Ducis poſt victoriam adventus . §. XXI. pag. 29.
In Deos Hymni , & Deorum Invocationes , & Epiphaniæ . §. XXII. pag. 30.
Victima humana . §. XXIII. pag. 31.
Sacra Mithriaca . §. XXIV. pag. 32.
Donaria Templis ſuſpenſa . §. XXV. pag. 35.

Etru-

Digitized by Google

Etruſcorum mores & opinio circa defunctos. §. XXVI. pag. 35.
Etruſcorum res militaris. §. XXVII. pag. 44.
Tuſcorum militia navalis. §. XXVIII. pag. 50.
Buccina, & Tuba reflexa Etruſcorum. §. XXIX. pag. 51.
Dona militaria, honores & ornamenta Ducum, Magiſtratuum, Regum &c. §. XXX. pag. 51.
Triumphorum uſus apud Etruſcos, & Ludi triumphales. §. XXXI. pag. 53.
Venatio apud Etruſcos, & Canes & Accipitres, ſeu Aquilæ venatrices. §. XXXII. pag. 55.
De veſtibus virorum & mulierum. §. XXXIII. pag. 56.
De Nuptiis. §. XXXIV. pag. 63.
Tuſcorum Convivia. §. XXXV. pag. 65.
Muſica & Ludi Etruſcorum. §. XXXVI. pag. 67.
Etruſcorum Artes ad Graphicen ſpectantes. §. XXXVII. pag. 71.
Tuſcorum moneta. §. XXXVIII. pag. 78.
Etruſcorum ſtudium erga ſcientiam rerum naturalium, in quo etiam recentiores Etruſci excelluere: aliæ diſciplinæ eorum curſim notantur. §. XXXIX. pag. 81.
Lingua veterum Etruſcorum deperdita: vani huc uſque Eruditorum conatus ad eam aſſequendam ope linguæ Hebrææ, aut Chaldææ. §. XL. pag. 83.
De Etruſcorum Alphabeto. Quædam notantur circa eorum ſcripturam. §. XLI. pag. 85.
Etruſci ſcribebant ut plurimum a dextera in lævam. §. XLII. pag. 90.
Etruſci ſtatuis vel ſigillis literas inſcribere ſoliti. §. XLIII. pag. 92.
Loca Etruriæ, in quibus reperiuntur Inſcriptiones Etruſcæ. §. XLIV. pag. 93.
Signa quædam inclinantis gentis & linguæ Etruſcæ. §. XLV. p. 100.
Quædam notantur de Tabulis Eugubinis. §. XLVI. pag. 101.
De origine Etruſcorum. Proponitur conjectura, eos ab Ægyptiis profectos. §. XLVII. pag. 103.
Paræneſis ad eruditos, ut ſtudium adhibeant in indaganda veteri Etruſcorum lingua. §. XLVIII. pag. 106.
Appendix. pag. 108.

IN-

Digitized by Google

INDEX
RERUM NOTABILIUM.

A

ACademici Florentini, in linguæ Etruſcæ ſignificatione inquirenda occupati. 84.
Academici *del Cimento*. 82.
Accipitres pro venatione. 55.
Ægyptii, Etruſcorum auctores. 103. & ſeqq. ſoli antiquitus clari diſciplinis & artibus. 106.
Æſon a Medea poſt mortem ſublatus. 26.
Æternitas. 20. 59.
Alæ, Diis tributæ ab Etruſcis. 7. quid ſignificent. 11. 31.
Alphabetum Etruſcum. 85. & ſeqq. 104. 105.
Amazonum prœlium. 48.
Amor, a quo primum alis ornatus fuerit. 8.
Amphoræ ſepulchrales. 36.
Anathemata. V. Donaria.
Anchora, Etruſcorum inventum. 50. in eorum nummis. 80.
Annales. V. Hiſtoriæ.
Anni magni revolutio Tuſcis nota. 83.
Anuli apud Etruſcos. 61.
Apollinis cultus & ornatus. 12. ejus ſignum æneum. 13. 92.
Apollo repræſentatus in nummis. 80.
Apollo cum lyra. 31.
Apparitiones Deorum. V. Epiphaniæ.
Aquila in Tuſcorum nummis. 80.
Aquilæ ad venandum. 55.
Ara, ejus forma. 27.
Aramæi, per jocum dicti, qui Etruſcam linguam conati fuerant explicare. 84.
Aræ, quam ob cauſam erectæ. 30.
Architectura Tuſcorum. 76.
Arcus & ſagittæ apud Etruſcos. 49.
Argilla, ex qua Vaſa Etruſca fiebant. 72. 73. ipſius ſpecies & natura Etruſcis nota. 81.
Argo, navis. 50.
Armatura Etruſcorum varia. 47.
Armigeri, militibus principibus dati. 53.
Armillæ, Etruſcarum mulierum ornamentum. 61.
Arretium, in eo Inſcriptiones & ſigna Etruſca inveniuntur. 93.
Auguralis ars. 13.
Auguralis ſcientia, Tuſcorum propria. 81.
Aurum metallis inductum. V. Inaurare.
Aves depictæ in libris auguralibus. 81.

B

BAcchæ & Bacchantes viri quibus inſtrumentis inſtructi. 16. 17.
Bacchanale cum Fauno inflante concham. 51.
Bacchanalia. 15. 16.
Bacchantes. earum tibialia. 59. indumenta. 60.
Bacchus. ejus cultus & ornatus. 14. fulmine inſtructus. Ibid. ejus myſteria. 15. ejus verenda in ciſta recondita. Ibid. ejus imago quomodo repræſentetur. 17. præſens celebrantibus Orgia. 31. forma muliebri ornatus, cum calceis. 59. convertit Tyrrhenos in Delphinos. 80.
Bellerophontis fabula Etruſcis nota. 21.
Bellum fabuloſum. 26.
Bifrons caput in nummis, an Janum repræſentet. 21. 79.
Buccina. 51.
Bullæ, Etruſcarum mulierum ornamentum. 61.
Bupali Pater, primus addidit alas Victoriæ & Amori. 8.
Buſtrophedon ſcriptura. 9. 85. 91. 105.
Bygoë nympha. 10. 13. 80.

C

CAbiri myſteria Bacchi in Etruriam invehunt. 15.
Cadavera ab Etruſcis integra antiquitus recondebantur; ſequiori tempore cremabantur. 36. ſervata in naturali viventium ſtatu. 82.
Cælatura, ſive ars cælandi apud Etruſcos. 75.
Cæremoniæ ſacrificiorum. 27.
Calcei in militia Etruſca. 47. extra militiam. 58. mulierum. 59. eorum colores. Ibid. punicei, & pellibus pretioſis ornati. 63.
Candida veſtis. V. Veſtis.
Canes venatici. 55.
Capilli longiores ab Etruſcis vetuſtiſſimis nutriti. 62. tonſi tam virorum, quam mulierum. Ibid. cincinnati. 63.
Caprarola oppidum. prope ipſum inſcriptio Etruſca inſignis. 89. 98.
Caracteres Græci vetuſtiſſimi, Etruſcis ſimiles. 9.

S. Caſſiani oppidum, prope ipſum Etruſca monumenta reperta. 96.
Caſtellinæ Caſtrum. prope ipſum Etruſca monumenta reperta. 96.
Caſtoris & Pollucis fabula Etruſcis nota. 22.
Centauri Etruſcis noti. 22.
Centaurus bipennibus a quibusdam aggreſſus. 25.
Ceres. ejus cultus. 18. ſacrificium. 54.
Chimæra Medicea. 22. 74. 93. ubi reperta. Ibid.
Choreæ in honorem Deorum. 30. apud Etruſcos. 68. 69. V. Saltatio.
Cibus & potus cum cadaveribus in ſepulchris claudebatur. 39.
Cingulum, militum ornamentum. 52.
Cippus in ſuburbano Nobilium *della Stufa*. 29.
Circes fabula Etruſcis nota. 22.
Circenſes ludi. V. Ludi.
Civitas Caſtellana. in ea inſcriptiones & ſigna Etruſca inveniuntur. 90.
Clava Herculis in nummis. 12.
Clavus prætextus apud Tuſcos. 57. purpureus, tunicis aſſutus vel intextus. 60.
Cluſium. in eo inſcriptiones & ſigna Etruſca inveniuntur. 94.
Clypei apud Etruſcos, cujuſmodi. 47.
Cœnatorii lecti, ac ſindones. 39.
Collis civitas. prope ipſam reperta crypta cum literis Etruſcis. 94.
Colores Urnis obducti, & hucuſque ſervati. 37. recenſentur qui viſuntur in quadam Urna. 38. quales & quotuplices in vaſis. 72. nigrus, plumbi calce admixtus. 73.
Comœdia. V. Scænici ludi.
Concha, muſicum inſtrumentum. 52.
Conjuges ſimul cœnantes. 67.
Connubia in urnis cinerariis impreſſa. 54.
Convivia data a triumphantibus. 54. Convivia Tuſcorum. 65.
Cornetum. in ejus territorio Etruſcum monumentum inventum. 94.
Cornu Copiæ in Tuſcorum nummis. 80.
Corona radiata ornamentum Ducum & Regum. 53.
Corona pectoralis. 66.
Coronæ, januis ſepulchrorum ſuſpenſæ. 39. in conviviis adhibitæ. 65. 66.
Cortona. prope ipſam monumenta Etruſca inventa. 94.
Crepidæ apud Etruſcos. 58.
Crotala muſicum inſtrumentum apud Tuſcos. 68.
Cryptæ Etruſcæ. 36.
Culcitræ pro lectis. 63.
Cupreſſus Etruſci plantabant circa defunctorum cryptas. 59.
Currus in Etruſcorum militia. 50.
Cypſeli arca. 11. 91.

D

DEa belli præſes. 54.
Defuncti. Mores & opinio circa eos. 35. Aræ, prope vel ſupra tumulum eorum, ſanguine gladiatorum reſpergebantur. 40. eorum cruciatus apud Inferos. 42. Fatum malignum contra eos. 43. eorum manes & umbræ. 44.
Defunctorum non vulgarium Urnæ ferales quibus ſymbolis exornatæ. 25.
Delphinus in nummis. 79. 80.
Demaratus Corinthius an ex Græcia politiores artes in Etruriam evexerit. 76. 105.
Dii Deæque. hymni in eorum laudes. 50. invocationes & epiphaniæ ipſorum. Ibid. eorum præſentia laudantibus & invocantibus illos. Ibid. præſentes, idem ac propitii. 32. V. Numina.
Diræ Virgilii, ab Etruſcis deſumptæ. 26.
Diſciplinæ. V. Scientiæ.
Diſcordia Dea. 49. nuptiis præſens. 64.
Donaria, templis ſuſpenſa. 35.
Ducis adventus poſt victoriam. 29.
Ducum honores & ornamenta. 52.

E

ELyſii horti & circa ipſos Etruſcorum opinio. 39. 43. 44.
Epiphaniæ Deorum. 30.
Epulæ funebres circa ſepulchra renovatæ. 39.
Equi in Etruſcorum militia. 50. cum ſignis inuſtis in coxis. 53.
Etruſci quibus rebus diverſi a Græcis & Latinis. 9. 14. 16. 17. 20. 25. 35. 52. 68. rerum naturalium peritiſſimi & novarum indagatores. 82. ipſorum Fabulæ & Heroes cum Græcis & Latinis communes. 21. Fabulæ peculiares. 23. & ſeqq. eorum origo, forte ab Ægyptiis. 103.
Exomis, veſtis perſonarum vilium & artificum. 57.

F

FAbulæ Etruſcorum communes cum Græcis & Latinis. 21. peculiares Etruſcorum. 23.
Faces pro armis apud Etruſcos. 49.
Faſces ſine ſecuribus quare Ducibus conceſſi. 52.
Fatum malignum contra defunctos. 43.
Fauni perſonati in Orgiis Bacchi. 15. quâ formâ in Vaſis Etruſcis expreſſi. 16.
Faunus caudatus. 25. inflans concham. 52.

Fichinæ Caſtrum. in eo monumentum Etruſcum repertum. 95.
Figulina ars Tuſcorum propria. 72. & ſeqq.
Fimbriæ antiquitus, non thoraci, ſed tunicæ affixæ. 45.
Flabella mulierum. 63.
Florentia. prope eam monumenta Etruſca inventa. 95.
Flores ſervati in naturali ſtatu. 82.
Fœderum ſanctiones. 29.
Fortuna. ejus cultus. 20.
Fulmen Jovis & Bacchi inſolitâ formâ, a Græcis & Latinis expreſſum. 9.
Funera virorum principum victima humana quandoque decorabantur. 32.
Furia, ducens monſtrum Voltam. 24. ornata Tuſco more. 33.
Furiæ alatæ. 8. cum calceis. 59. quo pacto expreſſæ. 41.
Fuſoria ars apud Etruſcos. 74.

G

Galeæ Etruſcorum, a Græcis & Latinis diverſæ. 35. quales eſſent. 46.
Galli, pacem petentes. 48.
Gemmarum ſculptura. 71.
Genium. 26. nuptiis præſes. 64.
Gladiatores in funeribus conducti. 39. proprio ſanguine in ludis funeralibus aras reſpergebant. 40. eorum pugna. 54. V. Ludi.
Gladius incurvus. 11.
Gladius, apud Etruſcos. 49.
Glaucus, architectus navis Argus. 50.
Gorgonis caput. 11. 43.
Graphices ars. 71. & ſeqq.
Græci. V. Etruſci. habent communes cũ Etruſcis Numina & Heroës. 22.
Gryphus Apollini ſacer. 13.
Gubernaculum navis formâ quadratâ. 50.

H

Habitus. V. Veſtes.
Haſta qualis apud Etruſcos. 48.
Herculés. ejus apotheoſis. 10. 26. Hidram interficiens. 11. 31. ejus cultus. 12. a Minerva adjutus. 21. repræſentatur in nummis. 80.
Hercules Etruſcus. 25.
Heroës Etruſcis noti. 22.
Hiſtoriæ a Tuſcis ſcriptæ. 83.
Hoſpitalitas apud Etruſcos. 65.
Hymni in Deos. 30.

I

Janiculus mons a Jano dicitur. 79.
Janus. ejus cultus. 21. an imago bifrons in nummis Jano ſit tribuenda. Ibid. & 79.
Januæ in ſepulchris. 39.
Imagines ſuper urnas jacentes cum pateris. 66.
Imagines Deorum alis, haſtis, fulminibus, inauribus, armillis, monilibus, & torquibus ornatæ. 7. 8.
Imagines hominum, atque mulierum ut plurimum abſque ornamentis. 8. in operculis urnarum collocabantur. 37.
Inaurare metalla in uſu apud Etruſcos. 75.
Inauris, Tuſcarum mulierum ornamentum. 61.
Indumenta tibiarum & pedum in Etruſca militia. 47. V. Veſtes.
Inſcriptio Caprarolæ non longe a Sutrio. 89. Latina poſt Etruſcam in eadem urna. 101.
Inſcriptiones ſepulchrales. 37.
Inſcriptiones Etruſcæ confictæ. 84. 93. antiquarum vere Etruſcarum varia ſcriptura. 90. ubi reperiantur. 93. & ſeqq. ad ejus gentis linguam inquirendam aptæ. 107.
Inſignia Etruſcorum in clypeis depicta vel cælata. 47.
Inſtrumenta Sacrificiorum. 27.
Inſtrumenta muſica. 68.
Invocationes Deorum. 30.
Juno. ejus cultus. 10. ejus calcei. 59.
Jupiter. ejus cultus. 9. Minervam parit. Ibid. barbatus cum ſceptro & pallio, ac in throno ſedens cum ſubſellio. Ibid.

L

Lancea apud Etruſcos. 49.
Latini. habent communes cum Etruſcis Numina & Heroës. 22. acceperunt plura ab Etruſcis, præſertim ad religionem ſpectantia. 23. & ea quæ circa Elyſios. 43. V. Etruſci.
Lecti cœnatorii. 39. 63.
Libatio & propinatio idem. 66.
Lictores, Ducibus dati. 52. eorum veſtes. 57.
Lingua Etruſca. 83. eam indagandi modus. 106.
Literæ Etruſcæ. earum aliquando diverſa figura. 89. aliquando colligatæ. Ibid. ſculptæ in duobus diverſis ſignis. 93. literis Ægyptiorum ſimiles. 104. V. Alphabetum.
Lucernæ in cryptarum lateribus poſitæ. 39.
Ludi funebres. 40. Scænici, Circenſes,

Digitized by Google

Gladiatorii, & Pugilatus. 70. triumphales. 53. 54.
Luna ſilens in nummis Etruſcorum. 80.
Lupus in nummis Etruſcorum. 80.
Lyra in muſica Tuſcorum. 68. in eorum nummis. 80.

M

Mæcenas ranam in ſigillo geſtabat. 80.
Magiſtratuum honores & ornamenta. 51.
Margharitarum lineæ, Tuſcarum mulierum ornamentum. 61.
Marſyæ fabula. 13.
Matrimonium. V. Nuptiæ.
Medea, Æſonem exanimem ferens. 26.
Meleagri fabula Etruſcis nota. 22.
Menelaus Etruſcis notus. 22.
Menſæ ſedere & diſcumbere. 65.
Mercurius cum bipenni, partui Jovis adſtans. 9. ejus cultus. 14. ſoleis indutus. 58.
Metalla inaurata. 75. 81.
Metallorum fundendorum artificium. 81.
Miles, nobiliori militiæ gradu inſignitus. 29. Mithriacus. 32.
Militaria dona. 51.
Milites vario modo veſtiti. 48. quomodo antiquitus. 62.
Militia. V. Res militaris.
Militia navalis. 50.
Minerva alis ornata. 8. ejus ortus. 9. ejus cultus. 11. nomen hoc Etruſcum cenſetur. Ibid. favet Herculi. 21. 31. auxiliatur Perſeo. Ibid. bellorum Dea. 54.
Moneta Tuſcorum. 78.
Mons Politianus. prope ipſum Urna Etruſca inventa. 97.
Monſtra fabuloſa. 25.
Monſtrum, hominum vitæ infeſtum, quomodo placaretur. 40. ejus deſcriptio. Ibid.
Monumenta Ægyptiorum & Tuſcorum ſimilia. 104.
Monumenta antiqua rudiora. 75. Etruſca ubi effodiantur. 93. & ſeqq.
Mors & Nuptiæ ſimiles. 64.
Mors, in Volta monſtro forte expreſſa. 24.
Morum regendorum ſcientia apud Tuſcos. 83.
Mucro. V. Haſta.
Mulier monſtruoſa. 25. 26. alata. 26.
Mulieres, eorum veſtes. 59.
Mulieris ſtatua, nuper detecta. 108.
Muſica Etruſcorum. 67.
Muſicum inſtrumentum peculiare apud Tuſcos. 68.

N

Navis. V. Militia navalis.
Nembrotus, venator robuſtus. 55.
Nemeſis Etruſcis cognita. 20. cum calceis. 59.
Nortia, Fortunæ nomen apud Etruſcos. 20.
Notæ numerales apud Tuſcos. 89.
Notæ adhibitæ ab Etruſcis, ad ſignificanda prænomina vel dictiones aliquas. 88.
Numeri apud Tuſcos. V. Notæ numerales.
Numina alata. 7. 8.
Numiſmata. 78.
Nummi cum clava Herculis. 12. 80. cum ſymbolis Apollinis. 13. cum Jano. 11. 79. cum Caſtore & Polluce. 22. cum anchora. 50. cum manu, cæſtu armata. 70. 80. cum Delphino. 79. cum Lyra & Lupo dormiente. 80. cum Sole & Luna ſilente. Ibid. cum rota & vaſculo. Ibid. cum Cornu Copiæ. Ibid. cum aquila. Ibid. cum anchora & rana. Ibid.
Nuptiæ Etruſcorum, & earum ritus. 63. 64. earum cum morte ſimilitudo. 64.

O

Oculi ex gemmis in ſtatuis Etruſcis. 74.
Ollæ cinerariæ. 36.
Orgia Bacchi, & eorum apparatus. 15.
Origo Etruſcorum. 103.
Ornamenta, ſimulacris Deorum apponi ſolita. 7. 8.
Ornamenta mulierum & puerorum. 61. non conſpiciuntur in imaginibus vivorum. 62.

P

Pacis ſanctiones. 29.
Pallium apud Etruſcos. 56. muliebre. 59.
Pandura inſtrumentum trichorde. 68.
Panni apud Etruſcos diverſimode ornati. 61.
Panzanum oppidum. in eo monumentum Etruſcum repertum. 96.
Parentalia circa ſepulchra renovata. 39.
Pateræ in manibus Deorum & Dearum, non ad libandum, ſed ad libationes recipiendas. 110. in hominum ac Deorum manibus. 66. ſacrificiorum inſtrumentum. 27.

Digitized by Google

Pax, forte repræſentata in ſtatua Volaterrana. 20.
Pelaſgi vel Pelargi dicti, quod ciconiarum more vagarentur. 106.
Periſcelides, Etruſcarum mulierum ornamentum. 61.
Perſeus, Gorgonem occiſurus, quomodo armatus. 11. a Minerva adjutus. 21.
Peruſia. circa ipſam plura monumenta Etruſca reperta. 98.
Petaſus, Apollini tributus. 12.
Phaleræ, donum militare. 52.
Philoſophia Tuſcorum. 83.
Pictura Etruſcorum. 71.
Pileolus alatus, Mercurio tributus. 14.
Piratica Etruſcorum. 50.
Piſcus venabula invenit. 55.
Piſtorium. in eo ſignum marmoreum inventum. 98.
Plaſtices ars. 75.
Plebis Civitas. prope ipſam arcula ſepulchralis cum Etruſcis literis habetur. 98.
Plumbi calx coloribus nigris admixta. 73. Etruſcis nota. 82.
Pluto ab Etruſcis repræſentatur imberbis. 19.
Podium Bonizzi. prope ipſum monumenta Etruſca inventa. 96.
Pogna. Urnæ circa eam repertæ, peculiari ſtylo elaboratæ. 34. 96. arguitur fuiſſe antiquitus urbem illuſtrem, & qualis ſit hodie. Ibid.
Politia Etruſcorum. 82.
Pollux repræſentatus in nummis. 80.
Pompa ſacrificiorum. 28.
Pondera Etruſcorum. 78.
Populonium. in eo monumenta Etruſca reperta. 98.
Populorum regendorum ſcientia apud Tuſcos. 83.
Potus & cibus cum cadaveribus ſepulchris includebatur. 39.
Prætexta apud Tuſcos. 60.
Propinatio & Libatio idem. 66.
Proſerpina. ejus cultus. 19.
Puerorum ornamenta, eadem ac mulierum. 62.
Pugilatus. V. Ludi.
Pugilum ludi in nummis expreſſi. 80.
Pulvilli pro lectis. 63.
Puncta, adhibita ab Etruſcis in diſcriminanda ſcriptura. 88.
Purpura apud Tuſcos. 61.

* * *

R

RAna in Tuſcorum nummis. 80. in ſigillo Mæcenatis. Ibid.
Regum honores & ornamenta. 51.
Religio Etruſcorum. 7.
Res militaris Etruſcorum. 44.
Romani accipiunt ab Etruſcis nomen Minervæ. 11. V. Latini.
Rota cum vaſculo in Etruſcis nummis. 80.

S

SAcra Mithriaca. 32. quare in ſepulchris inſculpta. 33.
Sacrificia Etruſcorum, & eorum apparatus. cæremoniæ, inſtrumenta, pompa, &c. 27. & ſeqq. in ludis triumphalibus, 54.
Saga Etruſci ferebant ſupra thoracem. 46.
Sagittæ. V. Arcus.
Saltatio armata. 69. V. Choreæ.
Saltator, ſe in gyrum circumvolvens. 27.
Saltatores perſonati. 69.
Sandalia Tyrrhenica. V. Soleæ.
Scænici ludi. 70.
Scripti. V. Volaterræ.
Scientia naturalis apud Etruſcos. 81.
Scriptura Etruſcorum. 85. antiquiſſimis temporibus ſimilis ſcripturæ Sinenſium, & hieroglyphicæ ſcripturæ Ægyptiorum. 89. a dextera in lævam ut plurimum vergens. 90. a læva in dexteram ſignum inclinantis nationis. 100.
Sculptura Etruſcorum. 74.
Sculptura gemmarum. 75.
Scuta apud Etruſcos qualia eſſent. 47.
Scutum Etruſcum a Græcis & Latinis diverſum. 35.
Sella curulis, ornamentum Ducum. 52. alis ornata. 8.
Sellæ plicatiles, leonum pedibus ornatæ. 63.
Sepulchra Etruſcorum. 35.
Servi, menſarum miniſtri. 66.
Sgraffito, graphices artis ſpecies, antiquo Etruſco operi ſimilis. 73.
Sigilla. V. Statuæ.
Signa inclinantis gentis & linguæ Etruſcæ. 100.
Signa in coxis equorum. 53.
Signum Romanum, male pro Etruſco acceptum. 92.
Simulacra, antiquis temporibus majora, quam templorum amplitudo & latitudo ferret. 77. cum literis, tamquam loquentia. 93.

Sindon cœnatoria. 65.
Sirenes. 22. 26. 34.
Sol in nummis Etruſcorum. 80.
Solcæ in Etruſca militia. 47. peculiare pedum indumentum apud Tuſcos. Ibid.
Spectaculum. V. Ludi.
Speculum mulierum. 63.
Sponſi. V. Nuptiæ.
Sponſus & ſponſa cum prætexta purpura in togis. 60.
Statua in ſuburbano nobilium *della Stufa*, ejuſque deſcriptio. 29.
Statua Veneris. 13. mulieris, nuper detecta. 108. Tagetis. 23. Apollinis. 13. 92. Seſoſtris. 92. 105. Bygoës. 13.
Statuæ Mediceæ. 56. 57. 74.
Statuæ & ſigilla Etruſcorum peculiari more literis inſignita. 92. 105. id etiam aliquando factum ab aliis nationibus. Ibid.
Statuaria ars Etruſcorum. 74.
Stroppum, militum ornamentum. 52.
Studium Etruſcorum erga naturalem ſcientiam. 81.
Supellex domeſtica. 63.
Sutrium, prope ipſum inſcriptio Etruſca tripedalibus literis inſignis. 98.
Symmetria corporis humani in ſtatuis decem capitis menſuras habebat apud Tuſcos. 74. 108.

T

TAbulæ Eugubinæ examinatæ. 101. in earum unam divinatio. 84. duæ ex ipſis, forte Umbrorum lingua, ſcriptæ, Venetias aſportatæ. 102. ad indagandam Etruſcorum linguam aptæ. 107.
Tagetis fabula, Etruſcorum peculiaris. 23.
Tagetis ornamentum. 62.
Telum apud Etruſcos. 49.
Tempeſtas. 26.
Templa, antiquis temporibus parva. 77.
Terra, ad efformanda Etruſca vaſa. 72. 73.
Textoriæ artis Tuſci periti. 60.
Thoraces, quibus utebantur Etruſci, qua forma eſſent. 44. quotuplicis generis eſſent. 45.
Thronus cum ſuppedaneo, honor Ducum & Magiſtratuum. 52.
Tibia quotuplex apud Etruſcos. 68.
Tibialia Bacchantium. 59.
Toga, qualis apud Etruſcos. 56. aliquoties ſola deferebatur. 57. ea candida. 60.
Torques, Etruſcarum mulierum ornamentum. 61.
Tragœdiæ Tuſcæ. 83.
Triumphi apud Etruſcos. 53. eorum pompa. Ibid. & ſeqq.
Tuba apud Tuſcos. 68. ea reflexa & recta. 51.
Tunica, Tuſcorum veſtis, brevibus aut nullis manicis. 56. mulierum, qualis. 59. ſubarmalis, thoraci ſuppoſita. 45. aliquando ea duplex. Ibid. non cincta & ſine manicis in uſu apud antiquiſſimas mulieres Etruſcas. 62.
Turris S. Vincentii, prope ipſam monumenta Etruſca inveniuntur. 100.
Turſo ſeu Tyrſo, piſcis Delphino conſimilis, in Etruſcorum nummis. 79. ab eo Tyrrheni dicti. 80.
Tuſci. V. Etruſci.
Tympana in uſu apud Tuſcos. 68.
Tyrrheni, primum Tyrſeni, a Tyrſone piſce dicti. 80. unde orta fabula, eos converſos fuiſſe in Delphinos a Baccho puero. Ibid.

V

VAs libatorium. 66.
Vaſa Etruſca, a Græcis & Latinis diverſa. 16. 17. habenda Etruſca, quamvis reperiantur in aliis Italiæ regionibus ab Etruria remotis. 16. reperiuntur, ubi fuerunt Etruſcorum Coloniæ. 18. Vaſa & Vaſcula diverſæ ſpeciei in cryptis mortuorum collocabantur. 39. elegans eorum artificium. 72. Romæ non effodiuntur. Ibid. ornabantur iis emblematibus & picturis, quæ ſpectarent ad ea, ad quæ inſerviebant. 55.
Vegoja. 10.
Venabula, a Piſco inventa. 55.
Venatio apud Etruſcos. 55.
Venationis ſpectaculum. 54. 55.
Venatores quomodo inſtructi. 55.
Veneris cultus. 13. ejus indumentum. 60.
Veſtes antiquiſſimæ. 62.
Veſtes militum. V. Milites.
Veſtes virorum ac mulierum apud Etruſcos. 56. aliquando una tantum veſtis deferebatur. 57.
Veſtis convivalis. 65. candida in uſu apud Antiquos. 60.
Veſtitus militum varius. 48.
Vetulonia. prope ipſam monumenta Etruſca inventa. 100.
Victima humana. 31.
Victoria, numen. 8. ejus cultus. 19. phaleram præfert in Gladiatorum ſpectaculo. 54.
Vinum parumper effuſum ante potionem. 66.
Vir, ſe in gyrum circumvolvens, quomodo a pictore expreſſus. 27. Vir-

Digitized by Google

Virga Mercurii abſque ſerpentibus. 14.
Viri ac mulieres peculiari quodam ornatu ab Etruſcis depicti. 17.
Viterbium. octavo ab ea urbe lapide Inſcriptiones Etruſcæ repertæ. 99.
Vitreus nitor ex plumbi calce. 73.
Vitta, militum donum. 51.
Ulyſſes Scillam devitans. 50.
Ulyſſis & Circes fabula. 21. 26. 60. Ulyſſis & Sirenum. 22. 34.
Umbrorum lingua. V. Tabulæ Eugubinæ.
Uncus, teli genus apud Etruſcos. 49.
Vocales literæ forte omiſſæ in Tuſcorum ſcriptura. 88.
Volaterræ. vera & falſa monumenta Etruſca ibi reperta. 99.
Volta monſtrum, ejuſq; fabula. 34. 40.
Urnæ cinerariæ. 36. quomodo recondebantur. Ibid. quid in illis effingebatur. 37. coloribus variis obductæ. Ibid. tam Etruſcorum quam Latinorum in eadem crypta repertæ, ſignum inclinantis gentis. 100.

FLORENTIÆ)(MDCCXXVI.

Ex Typographia MICHAELIS NESTENUS.
SUPERIORUM PERMISSU.

AO1 1472894

Digitized by Google



Vrna Fictilis Clusii Apud C. V. Ristorum Paolozzi

Peruviæ In Marmore In Ædibus Angelettis. C. M Sculp.

BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

Digitized by Google



Florentiæ In Marmore Apud Nob De Gaddis



Florentiæ In Marmore Apud Nob. De Gaddis

BIBLIOTECA REALE DI CARLO EMANUELE III

Digitized by Google

Tab. LXXXII

ad finem Tom. II.



Prospectus Cryptae Sepulcralis apud Falarim nunc Città Castellana tribus loculorum in rupe excauatorum ordinibus ad recondenda cadavera circus undique instructa.
A. Antiquus in cryptam ingressus nunc occlusus. B. Novus ingressus.
C. Sarcophagus in eadem rupe excavatus cui literis Etruscis adscripta.

Urna ex lapide Tiburtino simili ad oppidum Surrentani in Villa Marchionis Dominici Antony Cennini patricij Senensis. Clusio aducta.

Digitized by Google

Tab. LXXXIII

ad fines Tom. II.

1



Olla cineraria fictilis Clusina literis insculpta Veronae apud Maffeos.

2

Altera similis Florentiae apud Bonarotas.

3

Alt. unc. 7½

Urna fictilis aneraria Florentiae apud Ab. P. A. Andreinus literis depicta

4

In ima parte long. unc. 11½

Urna ex plastico Lapide prope Montem Pelusianum reperta literis sculptis Florentiae apud Bonarotas

5

Long unc. 10½

Urna fictilis literis depictis Florentiae apud eosdem.

6

Urna marmorea Arretii reperta ex Ms. Strozzia no N.356 in f.

7



Long ped. 1 unc. 6½.

Urna ex plastico Lapide literis sculptis Clusina apud Bonarotas

8

Long. p. 2. circiter

Urna Clusina ex Lapide Tiburtino Veronae apud Maffeos.

9

Long. unc. 4. circ.

Tituli Sepulcralis fragmentum aereum apud Bonarotas

10

Alt. p. 1. unc. 6. circ.

Tegula fictilis Clusina cum literis, et imagine sculpta apud Bonarotas

Digitized by Google

Tab LXXXIV ad fines T. II

Long. unc 8 ½

Vrna fictilis Clusina literis rubris et anaglypho coloribus inducto ornata Florentiæ apud Bonarotas.

Vrna marmorea Clusii reperta

Vrna marmorea Clusii apud Nob de Paolotijs.



Ollarum fictilium opercula an. 1723. reperta inter oppida Podij Bonitij et Cortellinæ lac. p. 1.

Vrna fictilis ibidem reperta ale. p. 1.

Vrna fictilis ibidem reperta ale. p. 1.

Perusiæ reperti ex lapide albo

Fragmenta fictilia ibidem reperta

Digitized by Google

Perusiæ In Marmore Apud Nobiles De Meniconis. C. M. Scul.



Perusiæ In Urna Marmorea Apud Nobiles De Meniconis. C. Mayer Sculp.

Digitized by Google

VRNA FICTILIS AD CLVSIVM REPERTA ANNO MDCCXXIII CVIVS ANAGLYPHO FLORIDIS COLORIBVS DEPICTO, FVNEREI GLADIATORES IVRIS ADSTANTIBVS REPRÆSENTANTVR NVNC FLORENTIÆ APVD NOBILES DE BONARROTIS



Long. ped. 3. unc. 4 ½

Vrna fronte, in qua anaglyphum, colore albo oraniore tecta, supra quem alii colores inducti. Litera rubra in fundo albo. Echini, miniaceo, cyaneo, albo que coloribus uariè distincti. Lanceolæ inter echinos flauæ, denticuli albi lineis rubris discreti. Anaglyphi campus, nigen. Figurarum partes nudæ carnis colorem imitantur.

1. Furiarum uittæ supra nudum pectus decussatæ, et fibula seu bulla, et ãngula, flaui coloris. 2. Tunica, qua solum infra pectus amiciuntur, albi col. 3. In qua clauus col: amarantini, in medio magis saturi. 4. Calcei uiolacei seu amethystini. 5. Eorum pelles in inuersura flauæ cum maculis rubrofuscis. 6. Brachialia reticulata col: amarant. 7. Capilli earundem Furiarum, et alterius gladiatoris col: spadicei saturi. 8. Facies flauæ cum flammis rubris. 9. Alæ superiori parte flauæ inferius uirides. 10. Galea, col: cyanei cum crista flaua rubris lineis distincta. 11. Galea flaua crista cyanea, in umbris lineæ fusci coloris. 12. Clamis col: amarant: magis saturi in umbris. 13. Pars thoracis cærulea. 14. Eiusdem altera pars col: uiridis cum maculis fuscis. 15. Balteum flauum foliorum ductu rubro ornatum. 16. Duplex fimbriarum ordo uicissim albi et uicissim rubri col: 17. Pars tunicæ, albo, et rubro uirgatæ, 18. Duo tunicæ subarmalis partes col: flaui, cum lineis rubris in umbris. 19. Thorax cæruleus. 20. Tunicæ subarmalis partes tres flauæ cum lineis rubris in umbris. 21. Clypeus in medio col: amarant: diluti cum annulis altera rubra, cærulea altera, cum limbo exteriore flauo lineis fuscis distincto. 22. Clypeus in medio cæruleus, limbis, primo amarant: altero albo, exteriore tandem flauo, euripis, seu uorticibus rubeis ornato.

Digitized by Google



Lat. ped. 1. unc. 11 ½.

Vrna fictilis in parte antica literis Etruscis rubri coloris inscripta, et anaglypho variis coloribus inducto ornata, reperta in solo cryptæ detectæ Anno 1724. mense Iulio miliar. prope Clusium in prædio nobilis matronæ Aureliæ Sozzi Bottarelli nuncupato il poggio del Moro; *una cum Vrna Tab. 86. quæ ambæ nunc Florentiæ apud Nob. de Bonarotis asservantur.*

BIBLIOTECA NAZIONALE MARCIANA

Digitized by Google

Anno MDCIC. ad ipsa Cornetimenia in prædio C. M. Annibalis Tartagliæ, olim in Romana Curia advoc; detecta fuit crypta supra cuius pavimentum plures sarcophagi erant, partim perfecti, partim incoepti, ex uno eodemq. cryptæ saxo excauati, et ueluti parietibus adhæ: rentes. In duobus cryptæ lateribus, supra sarcophagos, picturæ, quæ infra repræsen: tantur, supererant.

Quinque superiores figuræ erant in latere angustiori cryptæ ab angulo ad angulum

Sex superiores figuræ uisebantur in altero proximiori latere longiori cryptæ una cum duabus infra positis



Hæ duæ icones pertinent, ut dictum est, ad idem latus: iuxta spectabantur uestigia aliarum figurarum cum aliis, quæ deletæ fuerunt occasione noui in cryptam ingressus

Vat. Rom.ae Stud.

Tab. LXXXIX

ad finem Tom. II

Vas Fictile Altum Ped. I.





Romæ Apud Emi Card. Gualterio

Tab. LXXXX
ad
Finem Tom. II.

1



2



3



Tab. LXXXXI

ad finem Tom II

Florentiæ in Musæo S. M. D. Etruriæ

latus primum | latus secundum | latus tertium | latus quartum



Literæ depictæ in tribus ex quatuor lateribus parietum cryptæ Anno 1690 detectæ prope urbem Collis ad Abbatiam all'Isola in prædio Eq: Scipionis Petrucci Patric: Senensis via quæ Senas ducit: cryptam sculpserat Petrus Sanctes Bartoli Franciscus uero filius inseruit Tab XI in Appendice Libri inscript: L'antiche pitture Literæ et lineæ rubrica ductæ et hæ dantur ex apographo tunc temporis diligentius excepto. Puncta in p° et sec° latere denotant literas ibi euanuisse lituræ uero in quarto latere opus albarium dilapsum Significant.

NAPOLI

Digitized by Google

TAB. LXXXXIII.

Ad finem Tom II

Florentiæ in Museo Mediceo Ex Aere Alt. Ped. 5

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google